

SENEC. TOM. 2.

A
11-354



PATRIAE
ET
AMICIS.

The image shows the front cover of an antique book, bound in dark brown leather. The cover is intricately decorated with gold-tooled patterns. A central oval medallion contains the Latin inscription 'PATRIAE ET AMICIS.' in capital letters. The medallion is surrounded by a complex, symmetrical design of interlocking scrolls and floral motifs. The entire cover is framed by a double-line gold border. The spine of the book is visible on the left side, showing the traditional raised bands and some wear.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala:

A

Estante:

11

Numero:

354

~~Biblioteca Universitaria~~

~~GRANADA~~

~~Sala~~

~~A~~

~~Estante:~~

~~9~~

~~Tabla~~

~~Numero~~

~~579~~

Plata



N.º 32.

2-8-1





2-8-1

1791

5

1791





P2-8558

L. ANNAEI
S E N E C A E
O P E R V M A L -
T E R T O -

M V S .

*

*In quoes, que catalogus pagine sequen-
tis continet, habentur.*

V I R T V T E D V C E ,



C O M I T E F O R T V N A .

L V G D V N I , A P V D S E B .
G R Y P H I V M ,

1 5 5 5 .



7228-5 i 1569320x
CATALOGVS BORVM
QVAE IN HOC TOMO
HABENTVR.

- Naturalium quaestionum libri VII. pag. 3.
Declamationum libri X. complectentes per Epitomen argumenta
LXXIII. pag. 178.
Suaforiarum & controuersiarum libri VI. in quibus Declamatio-
nes, XXXV. pag. 323.
De morte Claudii Iudus nuper repertus, & elegantis. Beati Rhenani
Slezestensis commentariis enarratus. pag. 487.
Oratio ad Neronem. pag. 655.
FALSO SENECAE TRIBUTA.
De quatuor uirtutibus moralibus lib. I. pag. 635.
De moribus lib. I. pag. 643.
Epistolae Senecae ad Paulum, & Pauli ad Senecam. pag. 650.
Mimi Publani falso haecenus Senecae inscripti, cum aliis aliquot sen-
tentiis. pag. 658.

QVAE NON EXTANT.

- Intercidit magna pars Declamationum.
Item lib. De terrae motu, quae ipse citat in naturalibus quaestionibus.
Liber de copia.
Libri complures De ritibus sacrorum Ethnicorum.

LVCIIAN- NAEI SENECAE

AD LVCILIVM NATV-
RALIVM QVAESTIO-
NVM LIB. I.

P R A E F A T I O.



QVANTVM inter philosophiam in-
terest Lucili uirorū optime, & ceteras
artes, tantum interesse existimo in ipsa
philosophia, inter illam partem quæ ad
homines, & hanc quæ ad deos spectat.
Altior est hæc & animosior, multum
permisit sibi, non fuit oculis contenta.

Maius esse quiddā suspicata est, ac pulchrius quod extra con-
spectū natura posuisset. Deniq; tantū inter duas interest, quan-
tum inter Deum et hominē. Altera docet, quid in terris agen-
dum sit, altera quid agatur in cælo. Altera errores nostros
discutit, & lumen admouet, quo discernātur ambigua uita: al-
tera caliginē in qua uolutamur excedit, et è tenebris* erutos,
illò per ducit, unde lucet. Equidē tūc naturæ rerū gratias ago,
cū illam non ab hac parte uideo, quæ publica est, sed cū secre-
tiora eius intrauim: cū disco quæ uniuersi materia sit, quis au-
tor sit, aut custos: quid sit Deus, totus in se intendat, an ad nos
aliquando respiciat: faciat quotidie aliquid, an semel fecerit:
pars mundi sit, an mundus: liceat illi hodieq; discernere, et ex
lege fatorum aliquid derogare, an maiestatis diminutio sit, &
confessio erroris mutanda fecisse. Necessè est enim ei eadē pla-
cere, cui nisi optima placere non possunt. Nec ob hoc minus li-

* creptos.

*nunquam per triginta annos uelocissimo syderi uia præstat, * nusquam
 resistenti, sed æqualiter cito. Illic demum discit, quod diu quæ-
 sivit. Illic incipit deum nosse. Quid est Deus? Mens uniuersi.
 Quid est Deus? Quod uides totum, & quod non uides totum.
 Sic demum magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogi-
 tari potest. Si solus est omnia, opus suum & extra & intra te-
 net. Quid ergo interest inter naturam Dei & nostram? Nostri
 melior pars, animus est, in illo nulla pars extra animam. Totus ra-
 tio est, cum interim tantus error mortalia teneat, ut hoc quo neque
 formosius est quicquam, nec dispositius, nec in proposito con-
 stantius, existiment homines fortuitum et casu uolubile, ideoque
 tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates et cætera qui-
 bus terræ ac terris uicina pulsantur. Nec hæc intra uulgi de-
 mentia est, sed sapientem quoque profectos contingit. Sunt qui pu-
 tent sibi ipsi animam esse, & quidem prouidam ac dispensantem sin-
 gula & sua & aliena: hoc autem uniuersum, in quo nos quoque
 sumus, expers esse consilij, & aut ferri temeritate quadam, aut
 natura nesciente quid faciat. Quam utile existimas ista cogno-
 scere et rebus terminos ponere, quantum Deus possit, materiam
 ipse sibi formet, an data utatur. Vtrum idea materiae prius su-
 peruenit, an materia idea: Deus quicquid uult, efficiat, an in
 multis rebus illum tractanda destituant, & à magno artifice
 *præuocata
 *parua formetur multa, non quia cessat ars, sed quia id in quo
 exercetur sepe inobsequens arti est. Hæc inspicere, hæc discere,
 his incumbere, non ne transilire est mortalitatem suam & in
 meliorem transcribi sortem? Quid tibi inquis ista proderunt? Si
 nihil aliud, hoc certe, sciam omnia * angusta esse * uersus Deum.

* angusta
 * sed hæc
 deinde.

C A P. I. Nunc ad propositum ueniam opus. Audi quid de
 ignibus Philosophia uelit, quos aer transuersos agit. Magna ui
 illos excuti argumentum est, quod obliqui feruntur et præerapi-
 da celeritate. Apparet illos non ire, sed proijci. Ignium multæ
 uariæque

uariæq; facies sunt. Aristoteles quoddam genus illorū Capram uocat. Si me interrogaueris quare, prior mihi rationem reddas oportet, quare hæc di uocentur. Si autem, quod cōmodissimū est, conuenerit inter nos, ne alter alterum interroget, quid dicit ille, responde, satius erit de re ipsa quærere, quàm mirari, quid ita Aristoteles globum ignis appellauerit Capram. Talis fiat forma eius, qui bellū aduersus Perseū Paulo gerente lunari magnitudine apparuit. Nos quoq; uidimus nō semel flammam ingentis pilæ speciei, quæ tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa diui Augusti excessum simile prodigiū. Vidimus quum de Seiano actū est, nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit. Dices mihi, Ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes deos *mortium signa præmittere, & quicquæ esse in terris tam magnū quod perire mundus *sciat? Erit aliud isti rei tempus. Videbimus an certus oīm rerum ordo ducatur, & alia alijs ita cōplexa sint, ut quod antecedit, aut causa sit sequentiū, aut signū. Videbimus an dijs humana sint curæ, aut series ipsa, quid factura sit, certis rerum notis nunciet. Interim illud existimo, huiusmodi ignes existere, aëre uehementius trito, cū inclinatio eius in alteram partē facta est, & non cessit, sed intra se pugnauit. Ex hac uexatione nascuntur trabes & globi & faeces & ardores. At cum leuius collisus & (ut ita dicam) *frictus est, minora lumina excutiuntur, crinemq; uolantia sidera ducunt. Tunc ignes tenuissimi iter exile designant, & cœlo producūt. Ideo nulla sine huiusmodi *spectaculis nox est. Non enim opus est ad efficienda ista magno aëris motu. Denique, ut breuiter dicā, eadem ratione fiunt ista qua fulmina, sed ui minore. Quemadmodum nubes mediocriter collisæ fulgurationes efficiūt, sed maiore impetu impulsæ fulmina, sic quanto illas minus presseris, tanto leuora fulmina emittunt. Aristoteles eiusmodi rationem reddit. Varia & multa *terræ orbis

*motuum

1

*denunciat

*strictus

*speculis

*terræ corpuscula expirant.

*si terræ o-
mnigena &
maria

expirat, quædam humida, quædam sicca, quædã calentia, quæ-
dam concipiendis ignibus idonea. Nec mirum est, *si terris
omnis generis & varia euaporatio est, cum in cælo quoq; non
unus appareat color rerũ, sed acrior sit caniculæ rubor, Mar-
tis remissior, Iouis nullus, in lucem purã nitore perducto. Ne-
cesse est ergo in magna copia corpusculorum quæ terræ cie-
ctant, & in superiorẽ agunt partem, aliqua in nubes peruenire
alimenta ignium, quæ non tantum collisa possint ardere, sed
etiam afflata radijs solis. Nam apud nos quoq; stramenta sul-
phure aspersa ignem ex interuallo trahunt. Veri ergo simile
est, talem materiã intra nubes congregatam facile succendi, &
maiores minores ue ignes existere, prout illis fuit plus, aut
minus urium. Illud enim stultissimũ est existimare, aut stellas
decidere, aut transilire, aut aliquid illis auferri et abradi, nam
si hoc fuisset, iam defuissent. Nulla enim nox est qua non pluri-
mæ ire, & in diuersum uideantur abduci. Atqui, quo solent,
quæq; inueniuntur loco. Magnitudo sua singulis constat. Sequi-
tur ergo, ut infra illa, ista nascantur, & cito intercidant, quia
sine fundamento sunt & sede certa. Quare ergo etiam non in-
terdiu transferuntur? Quid si dicam stellas interdiu non esse,
quia non apparent? Quæadmodum illæ latent & solis fulgore
obũbrantur, sic fæces quoq; transcurrunt interdiu, sed abscon-
dit eas diurni luminis claritas. Si quando tamẽ tanta uis emi-
cuit, ut & aduersus diem uindicare sibi suum fulgorẽ possint,
apparent. Nostra quoque ætas non semel uidit diurnas fæces,
alias ab oriente in occidentem uersas, alias ab occasu in ortum.
Argumentum tempestatis nauæ putant, cum multæ transuo-
lant stellæ, quod si signum uentorum est, ibi uenti sunt, id est, in
aëre, qui medius inter lunã et terram est. In magna tempestate
apparet, quasi stellæ uelo insidentes. Aduuari se tunc pericli-
tantes existimant, Pollucis & Castoris numine. Causa autem
melioris

melioris spei est, quod iam apparet frangi tēpestatem, & desinere uentos. Aliquando feruntur ignes, nō sedent. Gylippo Syracusas petenti uisa est stella super ipsam lanceam constitisse. In Romanorū castris uisa sunt ardere pila, ignibus scilicet in illa delapsis qui sepe fulminū modo animalia ferire solent & arbusta, & si minore ui mittuntur, defluunt tantū et insidunt, nō feriunt nec uulnerant. Alij inter nubes eliduntur, alij sereno, si aēr ad exprimendum ignes aptus fuit. Nam sereno quoq; cœlo aliquando tonat, ex eadē causa, qua nubilo, aère inter se colliso. Qui etiam si est lucidior ac sticcior, coire tamē & facere corpora quaedam similia nubibus potest, quæ percussa reddant sonum. Quandoq; igitur fiunt Trabes, quandoq; Clypei & uastorum imagines ignium, ubi in talem materiam incidit similis causa, sed maior.

CAP. II. Videamus nunc quemadmodum fiat is fulgor, qui sydera circumnectit, Memoriae proditū est, quo die diuus Augustus urbem, ex Apollonia reuersus, intrauit, circa solem uisum coloris uarij circulū, qualis esse in arcu solet, hunc Græci Halo uocant, quem nos dicere coronam aptissime possumus. Quemadmodum fieri dicatur exponam. Cum in piscinam lapis missus est, uidemus in multos orbes aquam *descendere, *recedere, & fieri primum angustissimū orbem, deinde laxiores, ac deinde maiores, donec euanescat impetus, & in planiciem immotarum aquarum soluatur. Tale quiddam cogitemus fieri etiam in aère, cum spissior factus, plagam sentire potest, lux Solis aut Lunæ uel cuiuslibet syderis incurrens, recedere illum in circulos cogit. Nam humor et aēr et omne quod ex ictu formam accipit, in talem habitum impellitur, qualis est eius quod impellit. Omne autem lumen rotundum est, ergo & aēr percussus lumine hunc modum exhibet, Ob hoc tales splendores Græci Areas uocauère, quia ferè terēdis frugibus loca destinata sunt

rotunda. Nos autē nō existimemus istas, siue areæ siue coronæ
 sint, in uicinia syderū fieri, plurimū ab hijs absunt, quāuis *cingere ea & coronare uideantur. Nō longe à terra fit talis effigies, quā uisus noster solita imbecillitate deceptus, circa ipsum sydus putat positam. In uicinia autem solis et stellarū nihil tale potest fieri, quia illic æther tenuis est. Nam formæ crassissimæ spissisq; corporibus imprimi solent, in subtilibus nō habent ubi consistant, aut hæreant. In balneis quoq; circa lucernā tale quiddam aspici solet, ob *aëris densi obscuritatē, frequentissimē autē austro, cū cœlum maxime graue et spissum est. Nonnunquā paulatim diluuntur & desinunt, Nonnunquā ab aliqua parte rūpuntur, et inde uentū nautici expectāt, unde cōtextus coronæ perit. *Si autē à septentrione discesserit, aquilo erit, Si ab occidente, Fauonius, quod argumētum est, intra eā partem cœli has fieri coronas, intra quā uenti esse solēt. Superiora autē non habent coronas, quia ne uentos quidem. His argumētis & illud adijce, nullam coronā colligi nisi stabili aëre et pigro uento. Aliter nō solet aspici. Nā qui stat aër, impelli & deduci et in aliquam faciē fingi potest. Is autē qui fluit, nec feritur quidē lumine. Non enim formatur nec resistit, quia prima quæq; pars eius dissipatur. Nunquā ergo ullum sydus talem sibi effigie circundabit, *nisi cū aër erit densus atq; immotus, & ob hoc custodiens incidentē in se rotundi lineam luminis, nec sine causa. Repete igitur exēplum, quod paulo ante proposui, Lapillus in piscinam aut lacū & aliquā alligatā aquā missus, circulos facit innumerabiles, & hoc quidē non facit in flumine. Quare? quis oēm figuram, fugiens aqua disturbat. Et hoc idem in aëre euenit, ut ille qui manet possit figurari, at ille qui rapitur & currit non det sui potestātē, et oēm ictum uenientemq; formā exturbet. Hæc de quibus dixi coronæ cū dilapsæ sint æqualiter, & in semetipsis euanuerint, significatur aëris quies & omnium tranquill

*tangere

*aëris densitatem,

*Si enim

*nisi cū peribit densus

quillitas, * & tunc aquã expecta. Cum ab una parte ceſſerint, illinc uentus eſt unde finduntur. Si ruptæ pluribus locis ſunt, tẽpeſtas fit. Quare id accidat, ex his quæ iam propoſui, intelligi poteſt. Nam ſi faciès uniuerſa ſubſedit, apparet tẽperatum eſſe aëra, & ſic placitũ. Si ab una parte intercifa eſt, apparet inde aëra incumbere, & ideò illa regio uentum dabit. At cum undiq; et cõcerpta et lacerata eſt, manifeſtũ eſt à pluribus partibus in illã impetũ fieri, & inquietũ aëra hinc atq; hinc aſſilire, itaq; ex hac incõſtantia cœli, tam multa tentantis et undiq; laborãtis, futura tẽpeſtas uentorũ pluriũ apparet. Hæ coronæ noctibus ferè circa lunã, et alias ſtellas notantur, interdium raro, adeò ut quidã ex Græcis negauerint eas omnino fieri, cũ illos hiftoriæ coarguãt. Cauſa autẽ raritatis hæc eſt, quod ſolis fortius lumen eſt, & aër agitated ab illo, calefactusq; ſolutior eſt: lunæ autẽ inertior uis eſt, & ideò à circumpoſito aëre facilius ſuſtinetur, eo quod ſydera cætera infirma ſunt, nec perũpẽre aëra uia ſua poſſunt. Excipitur itaq; illorũ imago, et in materia ſolidiore ac minus cedente uerſatur. Debet enim aër nec tam ſpiſſus eſſe, ut excludat ac ſubmoueat à ſe lumen immiſſum, nec tam tenuis & ſolutus, ut nullam uenientibus radijs morã præbeat: hæc noctibus tẽperatura cõtingit, cum ſydera coniectum aëra luce leui non pugnaciter, nec aſpere feriunt, ſpiſſiorcmq; quàm ſolet eſſe interdium, inficiunt.

CAP. III. At cõtra arcus in nocte non fit, aut admodum raro, quia luna nõ habet tantũ uirũ, ut nubes tranſeat, & illis colorẽ ſuffundat, qualem accipiũt ſole perſtrictæ. Sic enim formã arcus diſcoloris excipiũt, quia aliæ partes in nubibus tumidiores ſunt, aliæ ſubmiſſiores, quædã craſſiores, quàm ut Solem tranſmittãt, aliæ imbecilliores, quã ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucẽ umbramq; permũcet, & exprimit illã mirabile * arcus uarietate. Altera cauſa eiufcemodi arcus redditur.

Videmus

*Hæ quatuor uoces ut dẽtur ſuper-
eſſe.

*arcus repræſentationem.

* craticulis:
als, clathricu
lis

Videmus cū fistula aliquo loco rupta est, aquā per tenue forā
mē elidi, quæ sparsa cōtra solem oblique positū, faciē arcus re-
presentat. Idem uidebis accidere, si quādo uolueris obseruare
fullonē, cū os aqua impleuit, & uestimēta * tendiculis diducta
leuiter aspergit, apparet uarios eadē colores in illo aere asper-
so, quales in arcu fulgere solent. Huius rei causam in humore
esse nō dubitaueris. Nō fit enim unquam arcus nisi nubilo. Sed
queramus quomodo fiat. Quidam aiunt esse aliqua stillicidia,
quæ solē transmittāt, quædam magis coacta, quā ut transluc-
ceant: itaq; ab illis fulgorē reddi, ab his umbrā, & sic utriusq;
intercursu effici arcum, in quo pars fulgeat, quæ solē recipit,
pars obscurior sit, quæ exclusit, & ex se umbrā proximis fe-
cit. Hoc ita esse quidā negant, poterat enim umbra & lux cau-
sa uideri, si arcus duos tantū haberet colores, & sic ex lumine
umbraq; constaret. Sed nunc diuersi niteant cū mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit, vsq; adeo quod
tangit idē est, tamen ultima distant. Videmus in eo aliquid flam-
mei, aliquid lutei, aliquid cerulei, & alia in picturæ modū sub-
tilibus lineis ducta, ut ait Poëta, ut an dissimiles colores sint,
scire nō possis nisi cū primis extrema cōtuleris. Nam cōiunctura
decipit, usq; adeo mirā arte naturæ quod à simillimis cœpit &
in dissimilima desinit. Quid ergo istic duo colores faciūt lumi-
nis, atq; umbræ, cum innumerabilium ratio reddenda sit? Qui
ita existimant arcum fieri, dicunt in ea parte in qua pluit, sin-
gula stillicidia pluuiæ cadentis, singula specula esse, à singulis
ergo imaginē reddi solis. Deinde multas imagines, imō innu-
merabiles, & deuehas, & in præceps transeuntes confundi.
Itaq; & arcū esse multarū imaginum solis cōfusiones. Hoc sic
colligunt, Pelues inquit mille die sereno pone, & omnes ha-
bebūt imaginē solis. In singulis folijs, dispone singulas guttas,
singulæ habebunt imaginē solis. At cōtra ingens stagnum non
habe

habebit nisi imaginē unam. Quare? quia omnis circumscripta
 leuitas & circūdata suis finibus, speculū est. Itaq; piscinam in-
 gentis magnitudinis, insertis parietibus in plures diuide, totidē
 illa habebit imagines solis, quot lacus habuerit, Relinque illam
 sicut est diffusa, semel tibi imaginē reddet. Nihil refert quā exi-
 guus sit lacus aut humor. Si circūseptus est, speculum est. Ergo
 stillicidia illa infinita, quae imber cadens defert, totidē specula
 sunt, totidem solis facies habēt. Hæ contra intuēti pertubate
 apparent, nec dispiciuntur interualla, quibus singula distāt. Spa-
 tio prohibēte discerni. Deinde pro singulis apparet una facies
 turbida ex omnibus. Aristoteles idem iudicat. Ab omni inquit,
 leuitate acies radios suos replicat. Nihil autem leuius aqua &
 aëre. Ergo etiā ab aëre spisso uisus noster in nos redit: Vbi ue-
 rō hebes et infirma est acies, quolibet aëris ictu deficit. Quidā
 hoc genere ualeitudinis laborāt, ut ipsi sibi uideātur occurrere,
 ut ubiq; imaginē suā cernant. Quare? quia infirma uis oculorū
 non potest ne proximū quidem sibi aërem perrūpere, sed resi-
 stit. Itaq; quod in alijs efficit densus aëre, in his facit omnis. Sa-
 tis enim ualet qualiscunq;, ad imbecillem aciem repellendā: lon-
 ge autē magis uisum nostrū nobis remittit, qui crassior est, &
 peruinci non potest, sed radios luminū nostrorū moratur, &
 eò unde exierint reflectit. Ergo cū multa stillicidia sint, toti-
 dem specula sunt. Sed quia parua sunt, solis colorē sine figura
 exprimunt. Deinde cum in stillicidijs innumerabilibus, & sine
 interuallo cadentibus reddatur idem color, incipit facies esse
 non multarum imaginum intermissarum sed unius longæ atq;
 cōtinuæ. Quomodo inquis, tu mihi multa milia istic imaginum
 esse dicis, ubi nullam uideo? Et quare cum solis color unus sit,
 imaginū diuersus est? Vt & hæc quæ proposuisti resellam, &
 alia quæ non minus resellenda sunt, illud dicam oportet: nihil
 acie nostra fallacius, non tantū in his à quibus subtiliter perui-
 dendis

dendis illā colorū diuersitas summouet, sed etiā nū his quoq; que ad manū cernit. Remus integer in tenui aqua fracti speciē reddit. Poma per uitrū aspiciētibus multo maiora sunt. Colūnarum interualla porticus longiores iungunt. Ad ipsum solem reuertere, hunc quē toto orbe terrarū maiorē probat ratio, acies nostra sic contraxit, ut sapientes uiri pedalē esse contenderint. Quem uelocissimū omninō esse scimus, nemo nostrum uidet mō ueri, nec ire crederemus, nisi appareret isse. Mūdū ipsum precipiti uelocitate labentē, et ortus occasusq; intra momentū temporis reuoluētē, nemo nostrū sentit procedere. Quid ergo miraris, si oculi nostri innumerabilia stillicidia nō separāt, et ingenti spacio intuētibus minutarū imaginum discrimē interit? Illud esse dubiū nulli potest, quin arcus imago solis sit, roseida et caua nube cōcepta. Quod ex hoc tibi appareat. Nunquā nō ad uersa soli est, sublimis aut humilis, prout ille se submisit, aut sustulit cōtrario motu. Illo enim descendēte altior est, alto depresior. Sæpe talis nubes à latere solis est, nec arcū efficit, quia nō ex recto imaginē trahit. Varietas autē non ob aliā causam fit, quā quia pars coloris à sole est, pars à nube illa: humor autem modo ceruleas lineas, modo uirides, modo purpuræ similes, et luteas aut igneas ducit, duobus coloribus hāc uarietate efficiētib; remissos & intentos. Sic enim & purpura eodem cōchylionō in unū modū exit. Interest quātū macerata sit, crassius medicamētū an aquatius traxerit, sæpius mersa sit an excocta, an semel tincta. Nō est ergo mirū cū due res sint, sol et nubes, id est corpus et speculū, si tam multa genera colorū exprimuntur, que in multis generibus possunt aut incitari, aut languescere. Alius enim est color ex igneo lumine, alius ex obtuso & leniore. In alijs rebus* uaga inquisitio est, ubi nō habemus qđ manu tenere possimus, et late cōiectura mittēda est: hic apparet duas causas esse arcus, solē nubēq; qđ nec sereno unquā fit, nec ita nubilō,

bilo, ut sol lateat. Ergo utiq; ex his est: quorū sine altero nō est.

CAP. IIII. Iam nunc illud accedit, quod æquè manifestum est speculi ratione imaginē reddi, quia nunquā nisi ex contrario redditur, id est nisi ex altera parte steterit, quod apparet, ex altera quod ostendit. Rationes quæ nō persuadent, sed cogunt, à geometris adferuntur, nec dubiū quicquā relinquitur, quin arcus imago solis sit male expressi, ob uitū figuramq; speculi. Nos interim* repetemus alias probationes, quæ de speculo legi possunt. Inter argumēta sic nascentis arcus pono, quod celerime nascitur, igneū enim uariūq; corpus cœlo intra momentū subtextitur & æque celeriter aboletur, nihil autem tam cito redditur, quā à speculo imago. Non enim facit quicquā sed ostēdit. Parianus Artemidorus adiicit, & quale genus nubis esse debeat, quod talē soli imaginem reddit. Si speculum, inquit, concauū feceris, quod sit sectæ pilæ pars, si extra medium cōsiteris, quicunq; iuxta te steterint, uniuersi à te uidebuntur *priorēs tibi quā speculo. Idem, inquit, euenit, cum rotundā & cauam nubē intuemur à latere, ut solis imago à latere discedat, *priorq; nobis sit, & in nos magis conuersa. Color igitur igneus à sole est, ceruleus à nube, ceteri utriusq; mixturæ.

*tentera

*propiores

*propior

CAP. V. Cōtra hæc illa dicuntur. De speculis duæ opiniones sunt, alij enim in his simulachra cerni putāt, id est corporū nostrorū figuras à nostris corporibus emissas ac separatas: alij imagines aiunt non esse in speculo, sed ipsa aspici corpora, re-torta oculorū acie, & in se rursus deflexa. Nūc nihil ad rē pertinet, quomodo ipsas uideamus sed quomodo imago solis de nube ut speculo redditur. Quid nam est tam dissimile, quā sol & arcus, in quo neq; color neq; figura solis, neq; magnitudo apparet? Arcus enim longior ampliorq; est longeq; ea parte, qua fulget, rubicundior quā sol, ceteris uerò coloribus diuersis. Deinde cum uelis speculū aëri comparare, des oportet

mibi

mihi eandem leuitatē corporis, eandem æqualitatē, eundem ni-
 torē. Atqui nullæ nubes habent similitudinē speculi, per medias
 sæpe transimus, nec in illis nos cernimus. Qui montium summa
 conscendunt, spectant nubem nec tamen imaginem suam in illa
 cernunt. Singula stillicidia singula specula sunt. Concedo, sed il-
 lud nego ex stillicidijs constare nubem. Habent enim quædam,
 ex quibus fieri stillicidia possunt, non ipsa. Nec aquam quidem
 habent nubes, sed materiam futuræ aquæ. Concedam tibi &
 guttas innumerabiles in nubibus esse, & illas faciem reddere,
 nō tamen omnes unam reddunt, sed singulæ singulas. Deinde
 inter se specula coniunge, in unam imaginem non coibunt, sed
 quæq; particula* in se rei similitudinem claudet. Sunt quædam
 specula ex multis minutisq; cōposita, quibus si unum ostende-
 ris hominē, populus apparet, unaquaq; parte faciem suam ex-
 primente. Hæ cum sint cōiuncta & simul collocata, nihilomi-
 nus seducunt imagines suas, & ex uno turbam efficiunt. Cæte-
 rum cateruam illam non confundunt, sed diremptam in facies
 singulas distrahunt: arcus uno circumscriptus ductu, una to-
 tius est facies. Quid ergo, inquit, non & aqua, rupta fistula,
 sparsa, & remo excussa habere quiddam simile, his quos ui-
 demus in arcu, coloribus solet? Verum est, sed non ex hac cau-
 sa, ex qua tu uideri uis, quia unaquæq; stilla recipit imaginem
 solis. Citius enim cadunt stillæ quàm ut concipere imaginē pos-
 sint. Standum est, ut id quod imitantur excipiant. Quid ergo
 fit? Colorē non imaginē ducūt, alioquin, ut ait Nero Cæsar di-
 fertissimē, Colla cytheriacæ splendent agitata columbæ, & ua-
 rijs coloribus pauonum ceruix, quoties aliquò deflectitur, ni-
 tet. Nunquid ergo dicemus specula eiusmodi plumas, quarum
 omnis inclinatio in colores nouos transit? Non minus nubes di-
 uersam speculis naturam habent quàm aues retuli & Chamæ-
 leontes, & reliqua animalia, quorū color aut ex ipsis mutatur,

cum

cum ira uel cupidine accensa, cutem suam uariāt, humore suffusam, aut positione lucis, quam prout rectā uel obliquā receperint, ita colorantur. Quid enim simile speculis habēt nubes, cum illa non perluceant, hæ transmittant lucem? Illa densa & coacta, hæ raræ sint: illa eiusdē materiæ tota, hæ diuersis temere cōpositæ, & ob hoc discordes, nec diu cohæsuræ. Præterea uidemus ortu solis partem quandā cœli rubere, uidemus nubes aliquando ignei coloris. Quid ergo prohibet, quomodo hunc colorē unū accipiunt solis occurso, sic multos ab illis trahi, quamuis non habeant speculi potentiā? Modo, inquit, inter argumenta ponebas, semper arcum contra solē excitari, quia ne à speculo quidē imago redderetur, nisi aduerso. Hoc, inquit, commune nobis est. Nam quemadmodū opponendū est speculo, id cuius imaginē in se transferat, Ita sol ad hoc apte ponendus est, sic ut nubes infici possit. Non enim idem facit si undiq; fulsit, & ad hoc opus est radiorū idonea locatio. Hæc dicuntur ab his, qui uideri uolunt nubem colorari. Posidonius & hi qui speculari ratione effici iudicant uisum, hoc respondent. Si illus esset in arcu color, permaneret, & uideretur eo manifestius, quo propius. Nunc imago arcus ex longinquo clara est, interit cum è uicino est uentura. Huic contradictioni non consentio, cum ipsam sententiā probem. Quare? dicam. Quia coloratur quidem nubes, sed ita ut color eius non undiq; appareat. Nam ne ipsa quidem undiq; apparet. Nubem enim nemo, qui in ipsa est, uidet. Quid ergo mirum, si color eius non uidetur ab eo à quo ipsa non uisitur? Atqui quamuis ipsa non uideatur, est, ergo & color. Ita non est argumentū falsi coloris, quia idem apparere accedentibus desinit. Idem enim in ipsis euenit nubibus, nec ideo falsæ sunt, quia non uidentur. Præterea cū dicitur tibi nubem sole esse suffectam, nō dicitur tibi colorem illū immixtū esse uelut duro corpori ac stabili & manenti, sed ut fluido &

b uago,



uago, & nihil amplius quam perbreuē speciem recipienti. Sunt etiam quidā colores, qui ex interuallo uim suam ostendūt. Purpuram tyriā quo melior saturiorq; est, eo oportet ut altius teneas, ut fulgorem suū ostendat. Non tamen ideo non habet illa colorē, quia quem optimū habet, non quomodocunq; explicetur, ostendit. In eadē sententia sum, quā Posidonius, ut arcum iudicē fieri nube formata in modū concaui speculi & rotundi, cui forma sit partis pileæ sectæ, Hoc probari, nisi geometræ adiuuerint, non potest, qui argumentis nihil dubij relinquentibus docent, solis illā esse effigiē, non similem. Neq; enim omnia ad uerum specula respondent. Sunt quæ uidere extimescas, tanta deformitate corruptā faciē uisentiū reddunt, seruata similitudine in peius. Sunt quæ cū uideris, placere tibi uires tuæ possint, in tantum lacerti crescunt, & totius corporis supra humanam magnitudinem habitus augetur. Sunt quæ dextras facies ostendant, sunt quæ sinistras, sunt quæ torqueāt uel euertant. Quid ergo mirum est, eiuscemodi speculum quo solis species uitiosa reddatur, in nube quoq; fieri?

CAP. VI. Inter cætera argumēta & hoc erit, quod nunquam maior arcus dimidio circulo apparet, & quod eo minor est, quo altior est sol, Et bibit ingens Arcus, ut ait Vergilius noster, cū aduentat imber, sed non easdē, undecunq; apparuerit, minas affert. A meridie ortus magnā uim aquarum uehet. Vinci enim non poterunt uehementissimo sole, tantum est illis uirium. Si circa occasum refulsit, *rorabit & leuiter impluet. Si ab ortu circa ue surrexerit, serena promittit. Quare tamen si imago solis est arcus, longe ipso sole maior apparet? Quia est alicuius speculi natura talis ut maiora multo quam uideat, ostendat, & in portentuosam magnitudinem augeat formas; alicuius inuicem talis est ut minuatur. Illud mhi dic, quare in orbem eat faciēs nisi orbi reddatur? Dices fortasse, unde sit ille co

lor



lor uarius: unde talis figura sit, nō dices, nisi aliquid exemplar, ad quod formetur, ostenderis. Nullum autem aliud, quā solis est a quo fatearis illi colorē dari, sequitur ut detur & forma. Deniq; inter me & te conuenit, colores illos quibus regio caeli depingitur à sole esse. Illud unum inter nos non conuenit, tu dicis illum colorem esse, ego uideri. Qui siue est, siue uidetur, à sole est. Tu non expedies, quare color ille subito desinat, cum omnes fulgores paulatim discutiantur. Pro me est & repentina eius facies & repentinus interitus. Proprium enim est speculi hoc, quod non per partes struitur, quod apparet, sed statim totū sit. Aequè cito omnis imago in illo aboletur quā ponitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda uel remouenda opus est, quā ostendi & abduci. Non est propria in ista nube substantia, nec corpus, sed mendax est sine re similitudo. Vis scire hoc ita esse? Desinet arcus, si obtexeris solē. Oppone, inquam, soli alteram nubē, istius uarietas peribit. At maior est aliquanto arcus, quā sol. Dixi modo fieri specula, quae multiplicent omne corpus quod imitantur. Illud adijciā omnia per aquam uidentibus longe esse maiora. Literae quāuis minutae et obscurae per uitreā pilam aqua plenā, maiores clarioresq; cernuntur. Poma formosiora quā sint uidentur, si innatāt uitro. Sydera ampliora per nubē aspicienti cernuntur, quia acies nostra in humido labitur, nec apprehendere quod uult fideliter potest. Quod manifestū fiet, si poculū adimpleueris aqua, & in id conieceris annulū. Nam cū in ipso fundo iaceat annulus, facies eius in summo aquae redditur. Quicquid uidetur per humorem, longe amplius uero est. Quid mirū maiorē reddi imaginem solis, quae in nube humida uisitur, cum de causis duabus hoc accidat, quia in nube est aliquid uitro simile, quod potest perlucere, est aliquid & aquae, quam si nondū habet, tamē iam apparet eius natura, in quam ex sua uertatur.

CAP. VII. Quoniam inquis, iatri fecisti mentionem, ex hoc ipso contra te argumentū sumam. Virgula solet fieri vitrea, stricta, uel pluribus angulis in modū clauæ torosa, hæc si ex transuerso solem accipit, calorē talem qualis in arcu uideri solet, reddit, ut scias hic nō imaginem solis esse, sed coloris imitationē ex repercussu. In hoc argumento multa sunt pro me. Primū quod apparet quiddā leue esse debere, simile speculo, quod solem repercutiat: deinde quod apparet non fieri ullū colorem, sed speciem falsi coloris, qualem ut dixi columbarū ceruix, & sumit & ponit, ut cunq; deflectitur: hoc autē & in speculo est, cuius nullus uidetur color, sed simulatio quædam coloris alieni. Vnum* tamen hoc soluendum est, quod non uisitur in illa uirgula solis imago, cuius bene exprimendæ capax non est. Ita conatur quidem reddere imaginem, quia leuis est materia, & ad hoc habilis, sed non potest, quia enormiter * fracta est. Si apte fabricata foret, totidem redderet soles, quot habuisset* inspectores. Quæ quia non discernuntur inter se, non satis in uicem speculi nitent, inchoant tantum imagines nec exprimunt, & ob ipsam uiciniam turbant, & in speciē coloris unius adducunt.

* tantum

* facta

* inspecturas,

CAP. VIII. At quare arcus non implet orbem, sed dimidia pars eius uidetur, cū plurimū porrigitur, incuruaturq;? Quidam ita opinantur. Sol cum sit multo altior nubibus à superiore tantū illas percutit parte, sequitur ut inferior pars earum non tangatur lumine. Ergo cū ab una parte solē accipiāt, unam partē eius tantū imitantur, quæ nunquam dimidia maior est. Hoc argumentum parum potens est. Quare? quia quamuis sol à superiori parte sit, totam tamen percutit nubem. Ergo contingit? Quid nī? cum radios transmittere soleat, & omnem densitatem perrumpere? Deinde cōtrariam rem proposito suo dicunt. Nam si superior est sol, & ideo tantum superiori parti nubium

nubium affunditur, nunquam terratenus descēdit arcus. Atqui usq; in humum demittitur. Præterea nunquam non contra solem est arcus. Nihil ad rem pertinet, supra infraue sit, quia totum, quod contra est, latus uerberatur. Deinde aliquando arcū & occidens facit, cū certe ex inferiore parte nubes ferit, terris propinquus, Atqui & tunc dimidia pars est, quamuis solē nubes ex humili & sordido accipiāt. Nostri qui sic in nubilo, quomodo in speculo lumen reddi uolunt, nubem cauam faciūt, & sectæ pileæ partem, quæ non potest totum orbem reddere, quia ipsa est pars orbis. Proposito accedo, argumento nō consentio. Nam si in cōcauo speculo tota facies oppositi orbis exprimitur, & in semiorbe nihil prohibet aspici totā pilā, etiamnum diximus circulos apparere soli lunæq; in similitudine arcus circumdatos, quare & ille arcus in circulum iūgitur nunquam? Deinde quare semper cōcauæ nubes solem accipiunt, nec aliquando planæ * & tumentes? Aristoteles ait, post autūnale æquinoctium qualibet hora diei arcū fieri, æstate non fieri, nisi incipiente aut inclinato iam die. Cuius rei causa manifesta est. Primum medio die sol calidissimus nubes euincit, nec potest ab his imaginem suam accipere, quas scindit. At matutino tempore, & uergens ad occasum cum minus uirū habeat, minus calidus est, & ideo à nubibus & sustineri & reperi potest. Deinde cum arcum facere nō soleat, nisi aduersus his, in quibus facit, nubibus, cū breuiore dies sunt semper obliquus est. Itaque qualibet diei parte etiam cum altissimus est habet aliquas nubes, quas ex aduerso ferire potest. At temporibus æstiuis supra nostrum uerticem fertur. Itaq; medio die excelsissimus terras rectiore aspicit linea, quàm ut ullis nubibus possit occurrī. Omnes enim tunc sub se habet.

CAP. IX. Nunc dicendum est de uirgis, quas non minus pictas uariasq; & æquæ pluuiarum signa solemus acci-

* extamentes?

pere. In quibus non multum operæ consumendum est, quid uirgæ nihil aliud quam imperfecti arcus sunt. Nam facies quidam illis est picta, sed nihil curuati habent. In rectum iacent. Funt autem iuxta solem ferè in nube humida, & iant se spargente. Itaque idem est illis qui in arcu color, tantum figura mutatur, quia nubium quoque, in quibus extenduntur, alia est.

CAP. X. Similis uarietas in coronis est, sed hoc differunt, quod coronæ ubiq; sūt, ubicunq; sydus est, arcus non nisi contra solem. Virgæ non nisi in uicinia solis. Possum & hoc modo differentiam omnium reddere. Coronam si diuiseris, arcus erit, si direxeris, uirga. In omnibus color multiplex est, ex cæruleo fuluq; uariis. Virgæ soli tantū adiacent. Arcus solares lunaresq; omnes sunt. Coronæ omnium syderum.

CAP. XI. Aliud quoq; uirgarum genus apparet, cum radij per angustā foramina nubium tenues, intenti distantesq; inter se diriguntur, & ipsi signa imbrium sunt. Quomodo nūc me hoc loco geram? Quid eas uocem? imagines solis? Historici soles uocant, & binos ternosq; apparuisse memoria tradunt. Greci *ωαράδια* appellant, quia in propinquo ferè à sole uisuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur, * sed imaginem eius figuramq;. Ceterum nihil habent ardoris, hebetes ac languidi. His quod nomē imponimus? An facio quod Virgilius, qui dubitauit de nomine, deinde id de quo dubitauerat posuit? & quo te nomine dicā, Rhetica, nec cellis ideo contende salernis. Nihil ergo prohibet illas Parelia uocari. Sunt autē imagines solis in nube spissa & uicina in modū speculi. Quidā Parelion ita definiūt, nubes rotunda & splendida, similisq; soli. Sequitur enim illū, nec unquā longius relinquitur, quàm sicut cum apparuerit. Nunquis nostrum miratur, si solis effigiem in aliquo fonte, aut placido lacu

uidit

*sed magnitudinem

uidit? Non ut puto, Atqui tam in sublimi facies eius potest, quã inter nos, reddi, si modo idonea est materia, quæ reddat.

CAP. XII. Quoties defectione solis uolumus deprehendere, ponimus pelues, quas aut oleo, aut pice implemus, quia pinguis humor minus facile turbatur, & ideo quas recipit imagines seruat. Apparere autem imagines non possunt, nisi in liquido & immoto. Tunc solemus notare quemadmodum se Luna Soli opponat, ut illi tanto maiorẽ, subiecto corpore abscondat, modò ex parte, si ita contigit, ut latus occurrerit, modo totum. Hæc dicitur perfecta defectio, quæ stellas quoq; ostendit & intercipit lucem, tunc scilicet cum uterq; orbis sub eodem libramento stetit. Quemadmodum ergo in ære utriusq; imago in terris aspici potest, ita in aëre, cum sic coactus aër & limpidus constitit, ut faciem Solis acciperet, quam & aliæ nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt, aut raræ aut sordidæ. Mobiles enim spargunt illam, raræ emittunt, sordidæ turpesq; nõ sentiunt, sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt.

CAP. XIII. Solent & bina fieri parclia eadem ratione. Quid enim impedit quo minus tot sint, quot nubes fuerunt aptæ ad exhibendum imaginẽ Solis? Quidam in illa sententia sunt, quoties duo simulachra talia existant, ut iudicent unum esse solis, alterũ imaginis. Nam apud nos quoq; cum plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit conspectus alterius, oia implentur, & una imago à uero est, cæteræ imaginũ effigies sunt. Nihil enim refert quid sit, quod speculo ostendatur. Quicquid enim uidet, reddit. Ita illic quoq; in sublimi, si nubes fors aliqua disposuit, ut inter se aspiciant, altera nube Solis imaginem, altera imaginis reddi. Debent autem hæ nubes, quæ hoc præstant, densæ esse, leues, splendide, planè naturæ Solis. Ob hoc omnia quæ *huius sunt simulachra, candida sunt & similia Lunari-
bus circulis, quia ex percussu oblique accepto sole resplendent.

*huiusmodi sunt

Nam si infra Solem nubes fuerit, & propior, ab eo dissipatur: longe autem posita radios non remittit, nec imaginem efficit. Quia apud nos quoq; specula cū à nobis procul abducta sunt, faciem non reddunt, quia acies nostra non habet usq; ad nos recursum. Pluuiarū autem & hi soles (utar enim historica lingua) indicia sunt: utiq; si à parte austri constiterunt, inde maxime nubes ingrauescunt, cum utring; Solem cinxit talis effigies (si Arato credimus) tempestas surgit.

CAP. XIII. Tempus est alios quoq; ignes percurrere, quorū diuersæ figuræ sunt. Aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi et hærentes nonnunquā uolubiles, Horū plura genera conspiciuntur. Sunt enim uelut corona cingente introrsus ignes. Coeli recessus est similis effose in orbem speluncæ. Sunt pithiæ, cū magnitudo uasti rotundiq; ignis dolio similis, uel fertur, uel in uno loco flagrat. Sunt Chasmata, cū aliquod coeli spaciū desedit, et flammā dehiscens uelut in abdito ostētat. Colores quoq; horum oīm plurimū sunt. Quidam ruboris acerrimū, quidam euanidæ ac leuis flāmæ, quidam candidæ lucis, quidam micantes, quidam æqualiter & sine eruptionibus aut radijs fului. Videmus ergo stellarū longos à tergo albescere tractus. Hæc uelut stellæ exiliunt & transuolant, uidenturq; longum ignem porrigere, propter immensam celeritatem, cum acies nostra non discernat transitum earum, sed quacunq; cucurrerunt, totū ignitum credat. Tanta enim est uelocitas motus, ut partes eius non dispiciantur, sed tantū summa prædantur. Intelligimus magis, quā * appareat stella, quā quā eat. Itaq; uelut igne continuo, totū iter signat, quia uisus nostri tarditas non subsequitur momenta currentis, sed uidet simul et unde exilierit & quò peruenerit. Quod fit in fulmine, longus nobis uidetur ignis eius, quia cito spaciū suum transilit, & oculis nostris occurrit uniuersum per quod deiectus est. At ille

non

*perit

non est extenti corporis, per omne spatium per quod uenit, neque tam longa & extenuata in impetum ualent. Quomodo ergo profiliunt? Attritu aeris ignis incensus, uento praecipit, non semper tamen uento attritu ue fit. Nonnunquam ex aliqua opportunitate aeris nascitur. Multa enim sunt in sublimi, sicca, calida, terrena, inter quae oritur, & pabulum suum subsequens defluit, ideoque uelociter rapitur. At quare color diuersus est? Quia refert, quale sit id quod incenditur, & quam uehemens quo incenditur. Ventum autem significat eiusmodi lapsus, & quidem ab ea parte qua erumpit.

CAP. XV. Fulgores, inquis, quomodo fiunt, quos Graeci $\sigma\epsilon\lambda\alpha\alpha$ appellant? Multis ut aiunt, modis. Potest illos uentorum uis edere, potest superioris coeli feruor. Nam cum late fusus sit ignis, inferiora aliquando, si sunt idonea accendi, corripit. Potest stellarum motus cursu suo excitare ignem, & in subiecta transmittere. Hoc uero non potest fieri, ut aer uim igneam usque in aethera elidat, ex qua fulgor ardor ue sit stellae, uel similis excursus? Ex his fulgoribus quaedam in praecipit eunt similia profilietibus stellis, quaedam certo loco permanent, et tantum lucis emittunt, ut fugent tenebras, & diem representent, donec consumpto alimento, primum obscuriora sunt, deinde flammam modo, quae in se cadit, per assiduam diminutionem redigantur in nihilum. Ex his quaedam in nubibus apparent, quaedam supra nubes, cum aer spissus, ignem, quem propior terris diu pauerat, usque in sidera expressit. Horum aliqua non patiuntur moram, sed transcurrunt aut extinguuntur subinde qua reluxerant. Hi fulgores dicuntur, quia breuis facies illorum & caduca est, nec sine iniuria decidens, saepe enim fulminum noxas ediderunt. Ab his tecta uidemus icta sine fulmine, quae Astrapoplecta Graeci uocant, At quibus longior mora et fortior ignis est, motuque coeli *sequens, aut qui proprios cursus agunt, Cometas *sequuntur,



noſtri putant, de quibus dicemus. Horū genera ſunt Pogoniæ, Lampades, & Cypariſiæ, & alia oīa quorum ignis in exitu ſparſus eſt. Dubium an inter hos ponantur Trabes, & Pūhiæ, quæ raro ſunt uīſæ. Multa enim conglobatione igniū indigent, cum ingens illorum orbis aliquādo matutini amplitudinē ſolis exuperet. Inter hæc ponas licet, & quod frequenter in hiſtorijs legimus, cœlum ardere uiſum, cuius nonnunquā tam ſublimis ardor eſt, ut inter ipſa ſydera uideatur, nonnunquā tam humilis, ut ſpeciem longinqui incendiij præbeat. Sub Tiberio Cæſare cohortes in auxiliū Oſtienſis Coloniae cucurrerunt, tanquā conflagrātis, cum cœli ardor fuiſſet per magnam partem noctis, parū lucidus, craſſi ſumūdiq; ignis. De his nemo dubitat quin habeant flammā quam oſtendūi, certa illis ſubſtantia eſt. De prioribus queritur, de arcu dico & coronis, an decipiant aciem & mendacio cōſtent, an illis quoq; uerū ſit, quod apparet. Nobis non placet in arcu aut coronis ſubefſe aliquid corporis certi, nihil enim iudicamus in ſpeculis, niſi fallaciam eſſe, nihil aliud quā alienū corpus mentientibus. Non enim eſt in ſpeculo, quod oſtenditur. Alioquin nō exiret, nec alia protinus imagine obduceretur, nec innumerabiles modo interirent, modo exciperentur formæ. Quid ergo? Simulachra iſta ſunt, & inanis uerorum corporum imitatio, ſunīq; iſta à quibuſdam ita cōpoſita, ut & hæc poſſint detorquere in prauum. Nam (ut dixi) ſunt ſpectula quæ faciē proſpicientium obliquent, ſunt quæ in infinitum augeant, ut humanum habitum excedant, modumq; noſtrorum corporum.

CAP. XVI. Hoc loco uolo tibi narrare fabellam, ut intelligas quā nullum inſtrumētum iritandæ uoluptatis libido cōtemnat, & ingenioſa ſit ad incitādum furorē ſuum. Hoſtius quidā fuit obſcœnitatis uſq; in ſcenam productæ. Hunc diuitem auarū ſeſtertij milies ſeruū diuus Auguſtus indignū uindicta

iudic

*hoc poſſent
et detorque-
rent

iudicauit, cū à seruis occisus esset, & tamen non pronunciauit
 iure caesum uideri. Non erat ille tantūmodo ab uno sexu impu-
 rus, sed tam uirorū quā foeminarū auidus fuit. Fecitq; specula
 eius notae cuius modo retuli, imagines longe maiores reddentia,
 in quibus digitus brachij mensurā & longitudine & cras-
 situdine excederet. Hæc autē ita disponebat, ut cum uirū ipse
 pateretur, auersus oēs admissarij sui motus in speculo uideret,
 ac deinde falsa magnitudine ipsius membri tanquam uera gau-
 debat. In omnibus quidem balneis agebat ille delectū, et aperta
 mensura legebat uiros, sed nihilominus mendacijs quoq; *insa-
 tiabile malum delectabat. I nunc, dic, speculum mundiciarum
 causa repertum. Fæda dictu sunt, quæ portentum illud ore suo
 *Lacerandum dixerit feceritq; cum illi specula ab omni parte
 *opponerentur ut ipse flagitiorum suorum spectator esset, &
 quæ secreta quoque conscientia premuntur, & quæ accusatus
 quisq; fecisse se negat, non in os tantum, sed in oculos suos in-
 gereret. At me hercules scelera cōspectum suum reformidant.
 In perditis quoq; & ad omne dedecus expositis, tenerrima est
 oculorum uerecundia. Ille autem quasi parum esset inaudita
 et incognita pati, oculis suis illa aduocauit, nec quantum *pec-
 cabat uidere contentus, specula sibi per quæ flagitia sua diui-
 deret, disponderetq; circūdedūt? & quia non tam diligenter in-
 tueri poterat, cum compressus erat, & caput merserat, *ge-
 nibusq; alienis obhæserat, opus suum sibi per imagines offere-
 bat. Speculabatur illam libidinem oris sui, spectabat sibi ad-
 missos pariter in oīa uiros. Nonnunquam inter marem et foem-
 inā distributus, & toto corpore patiente expositus, specta-
 bat nefanda. Quid nam homo impurus reliquit, quod in tene-
 bris faceret? Non pertimuit diē, sed ipsos cōcubitus portētuo-
 sos sibi ipse ostendit: sibi ipse approbavit. Quid nō putes in ipso
 habitu ueluisse pingi? Est aliqua etiam prostitutis modestia, et
 illa

*insanabile

*lacinandum
*apponerentur*uidebat pec-
care conten-
tus,
*clunibus:
aliās, ingui-
nibus

illa corpora publico obiecta ludibrio, aliquid, quo infelix patiētia lateat, obtendūt, adeo quodā modo lupanar quoq; uerecundum est. At illud monstrū absceñitatē suā spectaculū fecerat, & ea sibi ostentabat, quibus abscondendis nulla satis alta nox est, Simul, inquit, & uirū & foeminā patior, nihilominus illa quoq; superuacua mihi parte, alicuius cōtumelia marē exerceo. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoq; in partem libidinis ueniant, & testes eius exactoresue sint. Etiā ea quæ ab aspectu corporis nostris positio submouit, arte uisantur, ne quis me putet nescire quid faciam. Nihil egit natura, quod humane libidini ministeria tam maligna dedit, quod aliorum animalium concubitus melius instruxit. Inueniam quæ admodum morbo meo* & potiar & satisfaciā. Quo nequitia meā, si ad naturæ modum pecco? Id genus speculorū circumponam mihi, quod incredibile imaginū magnitudinē reddat. Si liceret mihi, ad uerum ista perducerem, quia non licet, mendacio pascar. Obsceñitas mea, plus quàm capit, uideat, & patientiam suam ipsa miretur. Facinus indignū, hic foret citò & antequā hæc uideret occisus, Post ad speculum suum immolandus fuit.

CAP. XVII. Derideantur nunc philosophi, quod de speculi natura differant, quod inquirāt, quid ita facies nostra nobis, & quidē in nos obuersa reddatur. Quid sibi rerū natura uoluit, quod cum uera corpora dedisset, etiā simulachra eorū aspici uoluisset. Quorsum pertinuerit, hanc comparare materiam, excipiendarū imaginum capacem. Non in hoc scilicet, ut ad speculum barbam faciemq; uelleremus, aut ut faciem uiri poliremus, in nulla re illa negociū luxuriæ concessit, sed primum omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendū cominus solem ignoraturi erāt formā eius, hebetato illum lumine ostendit. Quāuis enim eum orientem occidentemq; contemplari liceat, tamē habitū eius ipsum qui uerus est, non rubentis sed candida luce

fulgen

imponam

4

fulg
aspi
quo
qui
Inue
conf
For
esse
tis a
Sene
tare
uide
Nup
lem f
simp
deto
Prim
talib
in qu
pulu
usu f
demi
suam
rato
bis,
quoc
squal
mere
hac r
quid
trect

fulgentis nesciremus, nisi in aliquo nobis humore * leuior, & aspici facilior occurreret. Præterea duorū syderū occursum, quo interpolari dies solet, non uideremus, nec scire possemus, quid esset, * nisi liberius humi solis lunæq; imagines uideremus, Inuenta sunt specula, ut homo ipse se nosceret. * Multi ex hoc consecuti primo sui noticiam, deinde & ad quædam consiliū, Formosus, ut uitaret infamiã, deformis, ut sciret redimendum esse uirtutibus, quicquid corpori deesset, Iuuenis, ut flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audendi. Senex, ut indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerū natura facultatem nobis dedit, nosmetipfos uidendi. Fons cuiq; perlucidus aut leue saxū imaginem reddit. Nuper me in littore uidi, cum placidū uētis staret mare, Qualem fuisse cultum putas ad hoc speculū se * cernentiū? Aetas illa simplicior & fortuitis contenta, nondum * in uitū beneficium detorquebat, nec inuentū naturæ in libidinē luxumq; rapiebat. Primo faciē suam cuiq; casus ostēdit, deinde cū insitus sui mortalibus amor, dulcem aspectū formæ suæ faceret: ea despexere, in quibus prius effigies suas sæpe uiderāt. Postquā deterior populus ipsas subiit terras, effossurus obruenda, ferrum primò in usu fuit, & id homines impune eruerēt, si solū eruiissent. Tunc demum alia terræ mala, quorū leuitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quā hic in poculo, ille in ære ad alios usus comparato uidit, * et mox proprio huic ministerio præparatus est orbis, nondum argenti nitor, sed fragilis uilisq; materia: tunc quoque cum antiqui illi uiri inconditè uiuerent, satis nitidi, si squalorem opere collectum aduerso flumine eluerent, cura comere capillum fuit, ac prominentem barbam depectere, & in hac re quisque sibi, alteriq; operam dabat inuicem. Coniugum quidem manus, crinis ille, quem effundere olim mos uiris fuit atrectabatur, sed illum sibi sine ullo artifice formosi quatiebant,

* leuiore ue
aspici fā.

* nisi leuore
huiusmodi so
lis

* Multa ex
hoc consecuta,
Primò sui
notitia

* comentium
* in uitia blā
ditias detorq.

* et mox usū
proprio præ
paratus est
orb.

non aliter quàm iubam generosa animalia. Postea rerum iam
 7 potiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argen-
 toq; cælata sunt. denique gemmis adornata, et pluris unum ex
 his fœminæ constitit, quàm antiquarum dos fuit, illa quæ pu-
 blicè dabatur imperatorum pauperum* liberis. An tu existi-
 mas, ex auro nitidum habuisse Scipionis filias speculum, cum
 illis dos fuisset æs graue? O paupertas felix, quæ tanto titulo
 locum fecit. Non fecisset illis senatus dotem, si habuissent. At
 quisquis ille fuit, cui soceri loco senatus fuit, intellexit se acce-
 pisse dotem, quam fas non esset reddere. Iam libertinorū uir-
 gunculis in unum speculum non sufficit illa dos, quam* dedit
 pro se Scipio. Proceffit enim molestius, paulatim opibus ipsis
 inuitata luxuria, et incrementum ingens uitia acceperunt. Ad-
 eoq; omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, ut quicquid
 mundus muliebris uocabatur sarcinæ uiriles sint, Minus dico,
 etiam militares. Iam speculum ornatus tantum causa adhibi-
 tum, nulli non uitio munerario, necessarium factum est.

*filiabus

*dedit Pop.
Roma. filie
Scipionis

ANNOT. IN NATVR. QVAEST. LIB. I.

EX CAP.

I.

1 Quod perire mundus sciat. Pro sciat, denunciat, magis arrisit
 Fortunato, quum sensus sit idem: mihi sciat uidetur argutius. Etenim
 qui nescit, nec potest quidem prædicere. EX CAP. II.

2 Et sic placitum. Fortunatus putat hæc uerba reiicienda. Tole-
 rari possunt si legas, & placidum. potest & illud ferri, et sic placidum,
 ut intelligas ideo placidum, quia temperatus est. EX CAP. III.


3 Quam quia pars coloris sole est sparsa nubes illa. Sic prior ædi-
 tio. sine dubio mendose. Fortunatus diuinat legendum, quia pars co-
 loris sole sparsa est, pars nube illa. Exemplar Britannicum hæctenus
 suffragabatur, quod pro nubes habebat in nube. Mihi probabilius ui-
 detur, pars à scribæ culpa, mutatum in sparsa, ut hæc fuerit germana
 lectio, quia pars coloris à sole est, pars à nube illa. EX CAP. XVI.

4 Quo nequitiam meam. Fortunatus putat non absurde legi, ne
 quitia mea. Hoc ut uerum sit, apud Horatium in codicibus emenda-
 tis nõ legitur. Quo mihi fortuna est, sed, quo mihi fortunam, si non

con-

con-
 quo
 5
 mihi
 6
 fertu-
 rucr-
 natu-
 quan-
 rum
 pro
 7
 Brita-
 stitit
 dum

L



ex
 bea
 an
 Et
 ue
 pat
 tia
 sult
 inq
 nitr

conceditur uti? Et habet abrupti sermonis tropus suam gratiam. Ita, quo nequiciam, meam, subaudi, exerceo? EX CAP. XVII.

5 Multi ex hoc consecuti. Fortunatus mauult consequuntur. Nec mihi displicet, si legas pro uitaret, uitet, pro sciret, sciat.

6 Postquam deterior populus subijt in ipsas terras se effossurus, ferrum obruendum, primum in usu fuit, & id homines impune irruerent, si solum irruissent. Sic prior editio. Locus hic torfit Fortunatum. Mihi probatur quod habebat exemplar Britannicum, Postquam deterior populus, ipsas subijt terras, effossurus obruenda, ferrum primum in usu fuit. Nam eruerent & eruisent legendum esse, pro irruerent, & irruissent, alius ante nos monstrauit.

7 Et poculum unum, ex his foemina constitit. Sic prior editio. Britannicum exemplar habebat, & pluris unum ex his foemine constitit, quam antiquarum dos fuit. In Italicis habebatur in hunc modum, quod antiquarum dos fuit.

L. ANNAEI SENE- CAE AD LVCILIVM NA-

TURALIVM QVAESTIONVM

LIBER SECVNDVS.



MNIS de uniuerso questio in coelestia, in sublimia, et terrena diuiditur. Prima pars naturā syderū scrutatur, et magnitudinē, et formas igniū, quibus mūdus includitur. Solidum ne sit coelū, ac firmæ cōcretæq; materiae, an ex subtili tenuiq; nexū, agatur, an agat, et infra se sydera habeat, an in cōtextu sui fixa, quæ admodū anni uices seruet, solem an retro flectat, Cætera deinceps his similia. Secūda pars tractat inter coelū terramq; uersantia. Hæc sunt nubila, imbres, niues, et humanas motura tonitrua mentes, Quæcūque aër facit patiturue. Hæc sublimia dicimus, quia editiora imis sunt. Tertia illa pars de agris, terris, arbusis, satis quærit, et ut iuriscōsultorū uerbo utar, de omnibus quæ solo cōtinētur. Quomodo, inquis, de terrarū motu questionē eo posuisti loco, quo de tonitruis fulguribusq; dicturus es? Quia cū motus terræ fiat spiritu,

CAP. I.

ritu, spiritus autē sit aer agitatus, et si subeat terras, nō ibi spectandus est quo agitur ab ea sede, in qua illū natura disposuit. Dicā, qđ magis uidebitur mirū, inter coelestia, et de terra dicēdū erit. Quare, inquis? quia cū propria terrae excutimus suo loco, utrū lata sit & inaequalis, & enormiter proiecta, an tota in formā pilae spectet, et in orbē partes suas agat, alliget aquas, an aquis alligetur, ipsa animal sit, an iners corpus, & sine sensu, plenū quidē spiritus, sed alieni, & cetera huiusmodi quoties in manus uenerint, terram sequentur, & in imis collocabuntur. At ubi quaeretur, quis terrae sit situs, qua parte mūdi subsederit, quomodo aduersus sydera coelumq; posita sit, haec quaestio cedit superioribus, & ut ita dicā, meliōrē conditionē sequitur.

CAP. II. Quoniā dixi de partibus, in quas omnis rerum naturae materia diuiditur, quaedam in cōmune sunt dicenda, et hoc primū presumendū, inter ea corpora, à quibus unitas est, aera esse. Quid sit hoc, & quare praecipendum fuerit, scies si paulo altius repetiero, & dixero aliquid esse continuū, aliquid cōmissum. Continuatio est partium inter se non intermissa cōiunctio, & duorum inter se cōiunctorum corporū tactus. Unitas est sine commissura continuatio. Nunquid dubium, quin ex his corporibus quae uidemus tractamusq;, quae aut sentiuntur aut sentiunt, quaedam sint composita, illa cōstant, aut nexu, aut aceruatione, ut puta funis, frumentū, nauis, Rursus nō cōposita, ut arbor, lapis. Ergo concedas oportet, ex his quoq; quae sensum effugiūt, ceterū ratione prendūtur, esse in quibusdā unitatem corporū. Vides quomodo auribus tuis parcam. Expedire me poteram, si philosophorū lingua uti uoluissē, ut dicerem *unita corpora: hoc cum tibi remittā, tu inuicē mihi refer gratiam. Quare istudē si quando dixero unum, memineris me non ad numerum referre, sed ad naturam corporis, nulla ope externa, sed unitate sua coherentis: Ex hac nota corporū aer est.

*uncia

CAP. III. Omnia quæ in notitiam nostram cadunt uel eadere possunt, mundus complectitur, Ex his quædã eius sunt partes, quædam materie loco relicta. Desiderat omnis natura materiã, sicut ars ois quæ manu constat. Quid sit hoc, apertius faciã. Pars enim nostri, manus, ossa, nerui et oculi: materia, succus retenti cibi, iturus in partes. Rursus quasi pars nostri est sanguis, qui tamen & materia est. Parat enim et alia, & nihilominus in numero est eorum, quibus totum corpus efficitur.

CAP. IIII. Sic mundi pars est aër, & quidẽ necessaria: hic est enim qui coelum terramq; cõnectit, qui ima ac summa sic separat, ut tamen iungat. Separat, quia medius interuenit: iungit, quia utriq; per hoc inter se cõsensus est. Supra se dat, quicquid accepit à terris. Rursus uim syderũ in terrena transfundit. Quem sic partem mundi uoco, ut animalia & arbuta. Nã genus animalium arbutorumq; pars est uniuersi, quia in consumptione uniuersi acceptũ, & q̃a nõ est sine hoc uniuersũ. Vnũ autẽ animal, & una arbor, quasi pars est, quia si perierit, tamẽ id ex quo perit, totũ est. Aër autẽ ut dicebã, & coelo & terris cohæret. Vtriq; innatus est. Habet autẽ unitatẽ, quã alicuius rei natiua pars est. Nihil enim nascitur, sine unitate.

CAP. V. Terra & pars est mundi & materia. Pars quare sit, non puto te interrogaturum, ut æque interrogas quare coelum pars sit, quia, scilicet, non magis sine hoc quã sine illa uniuersum esse potest, quod cum his uniuersum est, ex quibus, id est, ex illo, & ex ista alimenta omnibus animalibus, omnibus satis, omnibus stellis diuiduntur. Hinc quicquid est uirium singulis, hinc ipsi mundo tam multa poscenti subministratur, hinc profertur quo sustineantur tot sydera, tam exercitata, tam auida, per diem noctemq;, ut in opere: ita & in pastu. Et omnium quidem rerum natura, quantum in nutrimentum sui satis sit, apprehendit. Mundus autẽ, quantum in æternũ desidera-

bat, inuasit. Pusillū tibi exēplū magnæ rei ponā. Oua tantū cō-
plectuntur humoris, quantū ad effectū animalis exituri sat est.

CAP. VI. Aër continuus terræ est, & sic appositus, ut
statim ibi futurus sit, unde illa discescit. Pars est totius mundi,
sed idem tamen quicquid terra in alimentū misit, recipit, ut, sci-
licet, materia nō pars intelligi debeat. Ex hoc omnis incōstan-
tia tumultusq; est, Hunc quidem ex distantibus corpusculis, ut
pulverem struunt, plurimumq; à uero recedunt. Nunquā enim
contexti nisi per unitatē corporis niscus est, cū partes consenti-
re ad intensiōē debeant & conferre uires. Aër autē si in ato-
mos diuiditur, sparsus est. Teneri uerò disiecta non possunt.
Intensiōem aëris ostendent tibi inflata nec ad ictum cedentia.
Ostendent pondera, per magnū spatiū ablata, gestante uento.
elateq; Ostendent uoces quæ remissæ claræq; sunt, prout aër se con-
citauit. Quid enim est uox, nisi intensio aëris, ut audiatur lin-
guæ formata percussu? Quid Cursus & Motus omnis, nonne
intenti spiritus opera sunt? Hic facit uim neruis, & uelocitatē
currentibus. Hic cū uehementer cōcitatus ipse se torsit, arbusta
*conuellit, syluasq; conuoluit, & ædificia tota corripiciens in altū frāgit.
Hic mare per se languidum & iacens incitat.

CAP. VII. Ad minora ueniamus. Quis enim sine inten-
siōe spiritus cantus est? cornua & tubæ, et ea quæ aliqua pres-
sura maiorē sonitū reddunt, quàm qui ore reddi potest, nonne
aëris intensiōe partes suas explicant? Consideremus quàm in-
gentem uim per occultū agant paruula admodum semina, &
quorū exilitas in cōmissura lapidū locū inueniat, in tantū con-
ualescunt, ut ingentia saxa disrābant, & *in momenta dissol-
uant, scopulos rupesq; radices in terra minutissimæ ac tenuis-
simæ findunt. Hoc quid est aliud, quā intensio spiritus, sine qua
nil ualidū, & contra quā nil ualidum est. Esse autē unitatem in
aëre, uel ex hoc intelligi potest quod corpora nostra inter se
coherent.

*monimenta
dissol.

coherent. Quid enim aliud est, quod tenet ea quàm spiritus? Quid est aliud quo animus noster agitur? Quis est illi motus, nisi intensio? Quæ intensio, nisi ex unitate? Quæ unitas, nisi hæc esset in aëre? Quid autem producit fruges & segetem imbecillam, ac uirentes erigit arbores, ac distendit in ramos, aut in altum erigit, quàm spiritus intensio & unitas?

CAP. VIII. Quidam aëra discerpunt & in particulas diducunt, ita ut illi inane permisceant. Argumentum autem existimant non pleni corporis, sed multum uacui habentis? quod aui- bus in illo tam facilis motus, quod maximis minimisq; per illum transcursus est, Sed falluntur. Nam aquarum quoque similis facilitas est, nec de unitate illarum dubium est, quæ sic corpora accipiunt, ut semper in contrarium acceptis resluent. Hanc nostri circumstantiam, Græci autem *ωεγλασιον* appellant, quæ in aëre quoque sicut in aqua fit. Circūstat enim omne corpus à quo impellitur. Nihil autem opus erit inani admisto, sed hoc aliàs.

CAP. IX. Nunc autem esse quædam in rerum natura uehementia, magniq; impetus, est colligendum. Nihil enim nisi intensio uehementius est, & tamen mehercules per aliud nihil intendi poterit, nisi per semetipsum fuerit intentum. Dicimus enim eodem modo non posse quicquam ab alio moueri, nisi aliquid fuerit mobile ex semetipso. Quid autem est, quod magis creditur ex semetipso habere intensioem, quàm spiritus? Hunc intendi quis negabit, cum uiderit iactari terram cum montibus, tecta, murosq; plures & magnas cum populis urbes, cum totis maria littoribus? Ostendit intensioem spiritus uelocitas eius & diductio. Oculis statim per multa milia aciem suam intendit, uox una totas urbes simul percutit, lumen non paulatim prorepat, sed semel uniuersis infunditur rebus, Aqua autem sine spiritu quemadmodum posset intendi? Nunquid dubitas quin sparsio illa quæ ex fundamentis mediæ arenæ crescens in summam altitudinem

*nec tollo
magis,

amphitheatri peruenit, cum intensione aquæ fiat? Atqui* uero nec manus, nec ullum aliud tormentum aquam poterit mittere aut agere quam spiritus, Huic se commodat, hoc inserto & agente attollitur, & contra naturam suam multa conatur, et ascendit nata defluere. Quid nauigia sarcina depressa parum ostendunt non aquam sibi resistere quo minus mergantur, sed spiritum? Aqua enim cederet, nec posset pondera sustinere, nisi ipsa sustineretur. Discus ex loco superiore in piscinam missus, non descendit, sed resilit, quemadmodum, nisi spiritu referente? Vox autem quæ ratione per parietum munimenta transmittitur, nisi quod solido quoque aer inest, qui sonum extrinsecus missum & accipit & remittit? scilicet spiritu non aperta tantum intendens, sed etiam abdita & inclusa. Quod illi facere expeditum est, quia nusquam
* diuisus, sed per ea ipsa, quibus separari uidetur, coit secum. Interponas licet muros et mediâ altitudinem montium, * per omnia ista prohibetur nobis esse peruius, non sibi, id enim intercluditur tantum, per quod illum nos sequi possumus. Ipse quidem transit per ipsum quod scinditur & media. Non circumscindit tamen, sed utrinque cingit.

*diffusus,
*permeat
ista. Prohibetur nob.

3

CAP. X. Permeat ab æthere lucidissimo aer, in terram usque diffusus, agilior quidem, tenuior & altior terris, nec minus aquis, ceterum æthere spissior grauiorque frigidus per se & obscurus, lumen illi calorque alimentum sunt, sed per omne spatium sui similis non est, mutatur enim à proximis. Summa pars eius est siccissima calidissimaque, et ob hoc etiam pertenuissima, propter uiciniam æternorum ignium, & illos tot motus syderum, assiduamque coeli circumactum. Illa pars ima & uicina terris, densa & caliginosa est, quia terrenas exhalationes recepat. Media pars temperatior, si summis imisque conferas, quantum ad sinceritatem tenuitatemque pertinet, ceterum utraque parte frigidior. Nam superiora eius calorem uicinorum syderum sentiunt, inferiora quoque tepent,

*siccitatem

tepent.
deinde
runt,
spiritus
Nibi
manu
perun
per.
tepor
dia er
tura e
c
uariu
*aude
dem n
est ac
alias
ad æ
bus se
hyem
ceter
terris
moda
neces
fulg
opor
c
fulm
ostea
*e
de q

tepent, primum terrarū halitu, qui multū secum calidi affert, deinde quia radij solis replicantur, & quousq; redire potuerunt, *id duplicato calore benignius fouent, Deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus, arbutisq; ac satis calidus est. Nihil enim uiuere sine calore. Adijce nunc ignes, non tantum manu factos & certos, sed opertos terris quorum aliqui eruperunt, innumerabiles in abscondito flagrant & obscuro semper. Etiamnum tot partes eius fertiles rerum, habent aliquid teporis, quoniam sterile est frigidum, calor autem gignit. Media ergo pars aëris, ab his submota in frigore suo manet. Natura enim aëris frigida est.

*reduplicato

CAP. XI. Qui cū sic diuisus sit, iam sui parte maxima uariis & inconstans & mutabilis est. Circa terrā plurimum *audet, plurimū patitur, exagitat & exagitur, nec tamē eodem modo totus afficitur, sed aliter alibi ac partibus inquietus est ac turbidus. Causas autē illius mutationis & inconstantiae aliās terra præbet, cuius positiones huc aut illō uersæ magna ad aëris temperiē momenta sunt, aliās syderū cursus. Ex quibus soli plurimū imputes, illū sequitur annus, ad illius flexum hyemes æstatesq; uertuntur. Lunæ *proximum ius est, Sed & ceteræ quoq; stellæ non minus terrena quā incūbentē spiritū terris afficiūt, & ortu suo occasu ue contrario, modo frigora, modo imbres, aliasq; terrarum iniurias turbidæ mouent. Hoc necessariū fuit præloqui dicturo de tonitruo ac fulminibus & fulgurationibus. Nam quia in aëre fiunt, naturā eius explicare oportebat, quo facilius appareret quid facere aut pati posset.

*agit,

*proxima
uis

CAP. XII. Tria sunt ergo quæ accidunt, fulgurationes, fulmina, et tonitrua, quæ unā facta serius audiuntur. Fulguratio ostēdit ignē, Fulminatio emittit, illa (ut ita dicā) cōminatio est, * & tonatio sine ictu, ista iaculatio cū ictu. Quædā sunt ex his, de quibus inter oēs cōuenit, quædā in quibus diuersæ sententiæ

* & commotio sine ictu,

*in nubibus
quidem fieri,
nec prius esse
quàm mitti.
*igneae specie
*à lumine

sunt. Conuenit illis, omnia ista *in nubibus & è nubibus fieri, etiamnum conuenit & fulgurationes & fulminationes, aut igneas esse, aut *ignei spiritus. At illa nunc transeamus, in quibus lis est. Quidam putant ignem esse in nubibus, quidam ad tempus fieri, nec prius esse, quàm mitti. Nec inter illos quidem quid proferat igne, cõuenit. Alius enim *aliunde illum colligit. Quidam autem radios Solis intercurrentis recurrentisq; , scæpius in se relatos, ignem excitare dicit. Anaxagoras uero ait illum ex æthere distillare, & ex tanto ardore cœli multa decidere, quæ nubes diu inclusa custodiant. Aristoteles multo ante ignem colligi non putat, sed eodem momento exilire, quo fiat. Cuius sententia talis est, Duæ mundi partes in imo iacent, terra & aqua, utraq; ex se reddit aliquid. Terrenus uapor siccus est, & fumo similis, qui uentos, tonitrua & fulmina facit, aquarum halitus humidus est, & in imbres & niues cedit. Sed siccus ille terrarũ uapor, unde uentis origo est, quia coaceruatus est, cū coitu nubium uehementer impactarum à latere eliditur, deinde, ubi latius ferit nubes proximas, hæc plaga cū sono incutitur, qualis in nostris ignibus redditurus, cū flama uitio lignorũ uirentium crepat. *Et ille spiritus habens aliquid humidi secũ, cū est cõglobatus, rûpitur flama. Eodẽ modo spiritus ille quẽ paulò antè exprimi collisis nubibus dixi, impactus alijs nec rûpi, nec exilire silẽtio potest. Dissimilis autè crepitus fit, ob dissimilẽ impactionẽ nubiu. Quare aliæ maiorẽ sonitum habent, aliæ minorẽ, Caterũ illa uis expressi spiritus ignis est, qui fulgurationis nomen habet, leni impetu accensus & uanus. Ante autè uidemus fulgorẽ quàm sonitum audiamus, quia oculorum uelocior est sensus, & multum aures antecedit.

*ut illic spi-
ritus

CAP. XIII. Falsam autè esse opinionẽ eorum, qui ignem in nubibus seruant, per multa colligi potest. Si de cœlo cadit, quomodo non quotidie fit, cum tantundem illic semper ardeat?

Deinde

Deinde nullam rationē reddiderunt, quare ignis quem natura sursum uocat, defluat. Alia enim conditio nostrorū ignium est, ex quibus fauillae cadunt, quae ponderis secum aliquid habent. Ita non descendit ignis, sed praecipitatur & deducitur. Huic simile nihil accidit in igne purissimo, in quo nihil est quod deprimat. Aut si ulla pars eius deciderit, in periculo totus est, quia totum potest excidere, quod potest carpi. Deinde illud quod quotidie leuitas cadere prohibet, si in abdito suo tenet graue, quomodo illic esse potuit, unde caderet? Quid ergo? Non alii ignes in inferiora ferri solēt, sicut haec ipsa de quibus quaerimus fulmina? Fato enim non eunt, sed feruntur. Aliqua illos potētia deprimit, quae nō est in aethere. Nihil enim iniuria illic cogitur, nihil rumpitur, nihil praeter solitū euenit. Ordo rerum est, & expurgatus ignis in custodia mundi, summas sortitus oras, operas pulcherrime circumit, hinc discedere non potest, sed ne ab externo quidem exprimi, quia in aethere nulli incerto corpori locus est. Certa enim & ordinata nō pugnant.

CAP. XIII. Vos inquam, dicitis, cū causas stellarum transuolantium redditis, posse aliquas partes aëris ad se trahere ignē, ex aethere decidentē, & ex eo superioribus locis ardore hic accēdi. Sed plurimū interest, utrū aliquis dicat ignem ex aethere decidere, quod natura nō patitur, an dicat ex ignea ui calorem in ea, quae subiecta sunt, transilire, an hic accendi. Non enim illinc ignis cadit, quod nō potest fieri, sed hic nascitur. Videmus certe apud nos late incendio peruagante, quasdam insulas, quae diu cōcaluerant, ex se cōcipere flāmam. Itaq; uerisimile est in aëre summo, qui naturā rapiendi ignis habet, aliquid accendi calore aetheris superpositi. Neesse est enim, ut et imus aether habeat aliquid aëri simile, & summus aër non sit dissimilis imo aetheri, quia nō fit statim ex diuerso in aduersum transitus. Paulatim ista cōfinio uim suā miscent ita, ut dubitare

possis, an aër, an hic iam æther sit.

CAP. XV. Quidam ex nostris existimant, aëra, cum in ignem & aquam mutabilis sit, non detrahere aliunde causas flammarū nouas: ipse enim se mouedo accendit, & quum densos, cōpactosq; nubium sinus dissipat, necessario uastum in tam magnorum corporum diruptione reddit sonum. Illa porro nubium difficulter cedentium pugna, aliquid confert ad cōcitantium ignem. Sic quemadmodum ferro aliquid manus ad secandum confert, sed secare ferri est.

CAP. XVI. Quid ergo inter Fulgurationem et Fulmen interest? dicam, Fulguratio est late ignis explicitus, Fulmen est coactus ignis & impetu iactus. Solemus duabus manibus, inter se iunctis, aquā concipere, & compressa utrinq; palma, in modum syphonis exprimere. Simile quiddam & illic fieri puta. Nubium inter se cōpressarum angustiae medium spiritū emittunt, & hoc ipso inflammant, et tormenti modo eijciunt. Nam balistae quoq; & scorpiones tela cum sono expellunt.

CAP. XVII. Quidam existimāt ipsum spiritum per frigida atq; humida euntem, sonū reddere. Nam ne ferrū quidem ardens silentio tingitur. Sed quemadmodum, si in aquā feruens massa descendit, cū multo murmure extinguitur, ita ut Anaximenes ait, spiritus incidēs nubibus tonitrua edit, et deinde cū luctatur, per obstātia et iter cisa uadēs, ipsa ignē fuga accēdit.

CAP. XVIII. Anaximander oīa ad spiritū retulit. Tonitrua, inquit, sunt nubis ictū sonus. Quare inaequalia sunt? Quia & ipse ictus inaequalis est. Quare & sereno tonat? Quia tunc quoq; per crassum et siccū aëra spiritus profilit. At quare aliquando non fulgurat & tonat? quia tenuior et infirmior spiritus, qui in flammam nō ualuit, in sonum ualuit. Quid est ergo ipsa fulguratio? aëris diducentis se, corruentisq; iactatio, languidum ignem, nec exiturū aperiens. Quid est fulmen? Ac rio-

ris densiorisq; spiritus cursus.

CAP. XIX. Anaximandrus ait omnia ista sic fieri, ut ex aethere aliqua uis in inferiora descendit. Ita ignis impactus nubibus frigidis sonat. At cum illas interseindit fulget, & minor uis ignium, fulgurationes facit, maior fulmina.

CAP. XX. Diogenes Apolloniates ait, Quaedam tonitrua igne, quaedam spiritu fieri. Illa ignis facit, quae ipse antecedit & nunciat: illa spiritus, quae sine splendore crepuerunt. Utrunq; sine altero fieri, & esse aliquando concedo, ita tamen, ut non discreta illis potestas sit, sed utrunq; ab utroq; effici possit. Quis enim negabit spiritum magno impetu latum, cum efficit sonum effecturum & ignem? Quis et hoc non concedet aliquando ignem quoque rumpere posse nubes, & non exilire, si plurimarum aceruo nubium, cum paucas percidisset, oppressus est? Ergo & ignis ibit in spiritum, perdetque fulgorem & speciem, dum ^{*} secuta in terra incendit. ^{*secta infra}

Adiice nunc, quod necesse est, ut impetus fulminis, & praemitat spiritus & agat ante se, & a tergo trahat uentum, cum tam uasto ictu aera inciderit. Itaque omnia, antequam feriantur, intremiscunt uibrata uento, quem ignis ante se praesit.

CAP. XXI. Dimissis nunc praceptoribus incipiamus per nos moueri, et a confesis transeamus ad dubia. Quid enim confesi est? Fulmen ignem esse, & aequae fulgurationem, quae nihil aliud est, quam flamma, futura fulmen, si plus uirium habuisset. Non natura ista, sed impetu distat. Esse illum ignem calor ostendit, qui si non esset, ostendit effectus. Magnorum enim saepe incendiorum causa fulmen fuit. Syluae illo cremantur, et urbium partes, etiam quae non percussa sunt, tamen adusta cernuntur, quaedam uero uelut fuligine colorantur. Quid quod omnibus fulguritis odor sulphureus est? Ergo & utramque rem ignem esse constat, utramque rem inter se meando distare. Fulguratio est fulmen, non in terras usque perlatum. Et rursus licet dicas, fulmen esse fulgu-

rationem, usq; in terras perductam. Nō ad exercendum uerba hæc diutius pertracto, sed ut ista cognata esse, & eiusdem nature ac nature probem. Fulmen est quidam plus, quàm fulguratio, uertamus istud, Fulguratio est penè fulmen.

CAP. XXII. Quoniā constat esse utramq; rem ignem, uideamus quē admodū apud nos fieri soleat ignis. Eadem enim ratione & supra fit, duobus modis, Vno, si excitatur, sicut ex lapide percusso, Altero, si attritu inuenitur, sicut cū duo ligna inter se diutius trita sunt. Non oīs hoc tibi materia præstabit, sed idonea eliciendis ignibus, sicut laurus, hederæ, & alia in hunc usum nota pastoribus. Potest ergo fieri, ut nubes quoque ignem eodē modo uel percussæ reddant, uel attritæ. Videamus quantis procellæ uiribus ruant, quāto uertantur impetu turbines. Id tormentum in quod obuū fit, dissipatur, & rapitur, & lōge à loco suo proijcitur. Quid ergo mirū, si tāta uis ignē excutit, uel aliunde, uel sibi? Vides enim quātum feruorē sensura corpora sunt, horū trāsitu uita exanimata, Nihil tamē tātū i his debet credi, ac in uis syderū, quorū ingēs, & cōfessa potētia est.

CAP. XXIII. Sed fortasse nubes quoq; in nubes incitatae fremente uento, & leuiter urgente, ignē euocabunt, qui explēdescat, nec exiliat. Minore enī uis ad fulgurādū opus est, quā ad fulminādū. Superioribus colligimus, inquātū feruorē quæ dā
*attrita *astricta perduceretur. Cū autē aer mutabilis in ignē, maximis uiribus suis i ignē cōuersus est, atteratur, credibile est, et uerisimile ignē caducū excuti, et cito interiturū, quia nō ex solida materia oritur, nec in qua possit cōsistere. Transit itaq; tantūq; habet moræ, quantū itineris, et cursus sine alimēto cōiectus est.

CAP. XXIII. Quomodo, inquis, cū dicas hanc ignis esse naturā, ut petat superiora, fulmen tamen terram petit, aut
*quod de falsum est, *quod deinde dixisti? Est enim illi æquē sursum iter igne dix. atq; deorsum. Vtrumq; uerum potest esse. Ignis enim natura in

uerticem

uerticem surgit, & si nihil illum prohibet, ascēdit, Sicut aqua natura defertur, si tamen aliqua uis accessit, quae illam in cōtrarium ageret, illò intenditur, unde imbres deiecta est. Fulmen autem cadit eadē necessitate qua excutitur. Id his ignibus accidit quod arboribus, quarum cacumina si tenera sunt, ita deorsum trahi possunt ut etiam terram attingant, sed cum permisit, in locum suū exilient. Itaque non est, quod eum spectes cuiusq; rei habitum, qui illi nō ex uoluntate est. Si ignem permittis ire quò uelut, coelū, id est, leuissimi cuiusq; sedem repetet: ubi est aliud, quod eum feriat, & ab impetu suo auertat, id non natura, sed seruitus eius fit.

CAP. XXV. Dicis, inquis, nubes attritas edere ignē, cū sint humidæ, imò hūidæ, quomodo ergo possunt gignere ignē quem nō magis uerisimile est ex nube, quā ex aqua generari?

CAP. XXVI. Ignis qui nascitur, primum in nubibus nō est aqua, sed aēr spissus ad gignendam aquā præparatus, nondum in illam mutatus, sed iam pronus & uergēs. Non est quod eam existimes tunc colligi, sed effundi. Simul fit, & cadit. Deinde si cōcessero humidam esse nubem, cōceptis aquis plenam, nihil tamē prohibet ignē ex humido quoq; educi, imò ex ipso, (quod magis mireris) humore. Quidam negauerunt in ignem quicquā posse mutari, priusquā mutatū esset in aquā. Potest ergo nubes, salua quā continet aqua, ignē parte aliqua sui reddere, ut sepe aliqua pars ligni ardet, alia sudat. Nec hoc dico, nō cōtraria inter se ista esse, & alterū altero perimī, sed ubi ualētior ignis, quā humor est, uincit. Rursus ubi copia humoris exuperat, tūc ignis sine effectu est. Itaq; nō ardent uirētia. Refert ergo quantum aquæ sit. Exigua enim uis non resistit nec ignē impedit. Quid ni? Auorū nostrorū memoria, ut Posidonius tradit, cū insula ī Aegeo mari surgeret, spūmabat interdum mare, et fumus ex alto ferebatur. * Nā demū prodebat ignē, nō

* Interdum prodebat ig.

CAP. XXIX. Præter hæc natura aptus est aër ad uoces. Quid ni, cum uox nihil aliud sit quàm ictus aëris? Debent ergo nubes utrinq; * inseri, & cauæ & intentæ. Vides enim quãto uocaliora sunt uacua quã plena, quanto intëta quàm remissa. * Item tympana & cymbala sonant, quia illa repugnantem * ex ulteriore parte spiritum pulsant, * hæc ad ipsum aërem acta, nisi concauo non tinniunt.

CAP. XXX. Quidã, inter quos Asclepiodotus est, iudicant sic quorundã quoq; corporum cõcursu tonitrua, & fulmina excuti posse. Aetna aliquando multo igne abundauit. Ingëtem uim arenæ urëtis effudit. Inuolutus est dies puluere, populosq; subita nox terruit. Illo tẽpore aiunt plurima fuisse tonitrua & fulmina. Quæ cõcursu aridorum corporũ facta sunt, nõ nubiu, quas uerisimile est, in tanto ardore aëris nullas fuisse. Aliquando Cambises ad Ammonẽ misit exercitũ, quæ arena austro mota, & more niuis incidens, texit, deinde obruit. Tũc quoq; uerisimile est fuisse tonitrua fulminaq; attritu arenæ sese affricantis. Non repugnat proposito nostro ista opinio. Diximus enim utriusq; naturæ corpora efflare terras, & sicci aliquid & humidi in toto aëre uagari. Ita si quid tale interuenit, nubem facit solidiorem crassioremq; , quàm si tantum simplici spiritu intexeretur. illa frangi potest & edere sonum: ista quæ dixi sine incendijs uaporantibus aëra repleuerint, siue uentis terras uerrentibus, necesse est nubem faciant antequàm sonum. Nubes autem arida quàm humida esse censetur. Est autem nubes (ut diximus) spissitudo aëris crassi.

CAP. XXXI. Cæterũ mira fulminis, si intueri uelis, opera sunt, nec quicquã dubij relinquëtia, quin diuina insit illis & subtilis potëtia. Loculis integris ac illæsis conflatur argëtum. Manente uagina gladius liquescit. Et inuolato ligno, circa pila ferrum omne distillat. Stat fracto dolio uinum, nec ultra triduũ

rigor

* dissecari,

* Ita tympana

* ex interioribus

* hæc est arena icta,

rigor
& h
ad es
na
liũ, q
omne
mis r
c
tantu
quen
geq;
Thuf
teresi
enutt
Nã c
quia
dem
siue c
tur?
dexte
mou
alijs
runt
sub i
tur, i
famul
ræ si
recip
hic h
uo, at
Qui

rigor ille durat. Illud æque inter annotanda ponas, licet, quod
 & hominū & cæterorū animalū quæ ic̄ta sunt caput spectat
 ad exitū fulminis, quod oīum percussarū arborū cōtra *fulmi-
 na hastulæ surgūt. Quid qd' malorū serpentū & aliorū anima
 liū, quibus mortifera uis inest, cum fulmine ic̄ta sunt, uenenum
 omne cōsumitur? Vnde inquit, scis? In uenenatis corporibus uer-
 mis non nascitur. Fulmine ic̄ta, intra paucos dies uerminant.

*fulmina
 assulæ

CAP. XXXII. Quid quod futura portendūt, nec unius
 tantum aut alterius rei signa dant, sed sæpe longum fatorū se-
 quentium ordinem nuntiant, & quidē certis euidētibus, long-
 geq; clarioribus, quàm si scriberentur. Hoc autē inter nos &
 Thuscōs, quibus summa persequendorū fulminū est scientia, in-
 terest, nos putamus quod quia nubes collisæ sunt, ideò fulmina
 emittantur, ipsi existimāt nubes collidi ut fulmina emittantur.
 Nā cū omnia ad deū referant, in ea sunt opinione, tanquā non
 quia facta sunt, significēt, sed quia significatura sunt, fiant: ea-
 dem tamen ratione fiunt, siue illis significare propositum est,
 siue consequens. Quomodo ergo significant, nisi à deo mittan-
 tur? Quomodo aues non *in hoc motæ, ut nobis occurrerent,
 dextrum auspicium sinistrumue fecerunt. Et illas, inquis, deus
 mouit. Nimis illum ociosum & pusillæ rei ministrum facis, si
 alijs somnia, alijs extra disponit. Ita nihilominus diuina ope ge-
 runtur. Si à deo pennæ auium reguntur, nec pecudum uiscera
 sub ipsa securi formantur. Alia ratione fatorum series explica-
 tur, indicia uenturi ubiq; præmittens, ex quibus nobis quædam
 familiaria, quædam ignota sunt. Quicquid fit, alicuius rei futu-
 ræ signum est, fortuita & sine ratione uaga diuinationem non
 recipiūt. Cuius rei ordo est, etiā prædictio est. Cur ergo aquilæ
 hic honor datus est, ut magnarū rerū faceret auspicia? Aut cor-
 uo, aut paucissimis auibus, & cæterarū sine præsagio uox est?
 Quia quædā in artē nondum redacta sunt. Quædam uerò ne

*ideo

redigi

do ad lenienda, aliquando ad differenda.

CAP. XXXVII. Quid sit quod sequitur, paulo post prosequar. Interim hoc habet commune nobiscum, quod nos quoque existimamus uota proficere, salua ui ac potestate fatorum: quaedam enim a dijs immortalibus ita suspensa, relicta sunt, ut in bonum uertant, si ad motum dijs preces fuerint, si uota suscepta. Ita non est hoc contra fatum, sed ipsum quoque in fato est. Aut futurum, inquit, est, aut non. Si futurum est, etiam si non susceperis uota fiet. Si non est futurum, etiam si susceperis uota non fiet. Falsa est ista illatio, quia illam mediam inter ista exceptionem praeteris. Futurum, inquam, hoc est, sed si uota suscepta fuerint, hoc quoque necesse, inquit, est, fato comprehensum sit, ut aut suscipias uota, aut non.

CAP. XXXVIII. Puta me tibi manus dare, & fateri hoc quoque fato esse comprehensum, ut utique fiant uota. Ideo fiet. Fatum est, ut hic disertus sit, sed si literas didicerit: ab eodem fato continetur, ut literas discat, ideo discet. Hic diues erit, sed si nauigauerit. At in illo fati ordine, quo patrimonium illi gratia promittitur, hoc quoque protinus fatum est, ut nauiget, ideo nauigabit. Idem dico tibi de expiationibus. Effugiet pericula, si expiauerit praedictas diuinitus minas. At hoc quoque in fato est, ut expiet. Ideo expiabit. Ista nobis opponi solent, ut probetur nihil uoluntati nostrae relictum, & omne ius fato traditum. Cum de ista re agatur, dicam, quemadmodum manente fato aliquid sit in hominis arbitrio. Nunc uero id de quo agitur, explicauimus, quomodo si fati certus est ordo, expiationes* propitiationesque, prodigiorum pericula auertant, quia cum fato non pugnant, sed ipsa in lege data sunt. Quid ergo, inquis, aruspex mihi prodest? Utique enim expiare etiam non suadente illo mihi necesse est. Hoc prodest, quod fati minister est. Sic cum sanitas uideatur esse de fato, debetur et medico, quia ad nos beneficium fati per huius manus uenit.

*procuraciones,

*fulgurum

CAP. XXXIX. Genera* fulminum tria esse ait Cecin-

na: Consiliarium, Autoritatis, & quod Status dicitur. Consiliariū ante rem fit, sed post cogitationē cum aliquid in animo cogitantibus, aut suadetur fulminis ictu, aut dissuadetur. Autoritatis est, ubi post rē factā uenit, cū bonā fortunā malam uē significat. Status est, ubi quietis nec agentibus quicquā, nec cogitantibus quidē fulmen interuenit. Hoc aut minatur, aut promittit, aut monet. Hoc monitoriū uocat, sed nescio quare nō idē sit, quod consiliariū. Nam & qui monet consiliū dat, sed habet aliquam distinctionē. Ideoq; separatur à consiliario, quia illud suadet dissuadetq; hoc solā impendentis periculi euitationē cōtinet. Ut cū timemus ignē aut fraudē à proximis, aut insidias à seruis. Etiamnū tamen aliā distinctionē utriusq; uideo. Consiliariū est, quod cogitanti factum est. Monitorium, quod nihil cogitanti. Habet autem utraq; res suam proprietatem. Suadetur deliberantibus, at ultronci monentur.

CAP. XL. Primo omnium non sunt fulminum genera, sed significationū. Nam fulminū genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod urit. Quod terebrat, subtile est & flāmeū, cui per angustissimū fuga est, ob syncerā & purā flamm.e tenuitatem: quod dissipat, conglobatū est, & habet cōmixtā uim spiritus coacti & procellosi. Itaq; illud fulmen per id foramen, quod ingressum est, redit et euadit. Huius late sparsa uis, rumpit icta, non perforat. Tertiū illud genus, quod urit, multū terreni habet, & igneū magis est quā flammēū. Itaq; relinquit magnas igniū notas, quae percussis inhaereant. Nullū quidē sine igni fulmen uenit, sed hoc proprie igneū dicimus, quod manifesta ardoris uestigia imprimit. Quod urit, & fuscāt, tribus modis urit: aut enim afflat, & leui iniuria le dīt, aut cōburit, aut accendit. Omnia ista urunt, sed genere & modo differunt. Quodcunq; combustum est, utiq; & ustum est. At non omne quod ustū, utiq; & cōbustū est. Item quod accensum est. Potest

enim illud ipso transitu ignis ussisse. Quis nescit uri quid, nec ardere? Nihil autem potest ardere, quod non uratur. Vñ hoc adijciam. Potest aliquid esse combustum, quod non sit accensum. Potest accensum esse, nec combustum.

CAP. XLII. Nunc ad id transeo genus fulminis, quo icta fuscantur. Hoc autē decolorat, aut colorat. Vtriq; distinctionē suā reddam. Decoloratur id, cuius color vitatur, nō mutatur. Coloratur id, cuius alia fit quā fuit facies, tanquam cerulea, uel nigra, uel pallida. Hæc adhuc Hetruscis & philosophis cōmunia sunt. In illo dissentiunt, quod fulmina dicunt à Ioue mitti, & tres illi manubias dant. Prima (ut aiunt) monet & placata est, & ipsius consilio Iouis mittitur. Secundā mittit quidē Iupiter, sed ex consilij sententia. Duodecim enim deos aduocat, quæ prodest quidem, sed non impunē. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, sed adhibitis in consilium dijs, quos superiores & inuolutos uocant. Quæ uastat & includit, & iniquē mutat statum priuatum et publicum, quem inuenit. Ignis enim nihil esse, quod sit, patitur.

CAP. XLIII. In his primā faciem si intueri uelis, errat antiquitas. Quid enim tam imperitū est, quā credere fulmina è nubibus Iouem mittere, columnas, arbores, statuas suas nōnunquam petere, ut impunitis sacrilegis, percussis ouibus, incensis aris, pecudes innoxias feriat, & ad suū conciliū à Ioue deos, quasi in ipso parū consilij sit, aduocari: illa leta & placata esse fulmina, quæ solus excutiat, pernitiōsa, quibus mittendis maior numinū turba interfuit. Si quæris à me, quid sentiā, non existimo tam hebetes fuisse, ut crederent Iouē, aut nō æquæ uoluntatis, aut certē minus* paratū esse: uel tūc cū emisit ignes, quibus innoxia capita percuteret, scelerata trāsiret, aut noluit iustus mittere, aut non successit? Quid ergo sicuti sunt, cum hoc dicerent? Ad coercendos animos imperitorū sapientissimi uiri,

indicauer

indicauerunt inenitabilem metum, ut supra nos aliquid * time-
remus. Vitale erat in tanta audacia scelerum aliquid esse, aduer-
sum quod nemo sibi satis potens uideretur. Ad conterrendos
itaq; eos, quibus innocentia nisi metu non placet, posuere su-
per caput * iudicem & quidem armatum.

* timerent.

* iudicem

CAP. XLIII. Quare id solū fulmen quod Iupiter mit-
tit, placabile est, perniciosum id, quod deliberauit, & quod
alijs quoq; dijs autoribus misit? Quia Iouem, id est, regē, pro-
desse etiā solū oportet, nocere nō, nisi cum pluribus usum est,
discāt hi quicunq; magnā potentiā inter homines adepti sunt,
sine cōsilio nec fulmē quidē mitti. Aduocēt, cōsiderēt multorū
sentētiās, placita tēperēt, & hoc sibi proponāt, ubi aliquid per-
cuti debet, ne Ioui quidem suum satis esse consilium.

CAP. XLIII. In hoc quoq; tam imperiti nō fuere, ut
Iouem existimaret tela mutare. poēticiā ista licentiā decēt. Est
aliud leuius fulmen, cui dextra cyclopū Sæuitia flāmeq; mi-
nus, minus addidit iræ. Tela secūda uocāt superi. Illos uero al-
tissimos uiros error iste nō tenuit, ut existimarent Iouē modo
leuioribus fulminibus & Iusorij telis uti. Sed uoluerūt admo-
nere eos, quibus * aduersus peccata hominū fulminandum est,
non eodem modo omnia esse percutienda, quædam frangi de-
bere, quædam eligi & distingui, quædam admoneri.

* aduersus

peccata com-
minandum

CAP. XLV. Ne hoc quidē crediderūt, Iouē quidē qualē
in capitolio, & in cæteris ædibus uidemus, mittere manu ful-
mina: sed eundē quē nos Iouem intelligūt, custodē rectoremq;
uniuersi, animum ac spiritum mundani huius operis dominum
& artificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum fatum uo-
care? Non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, ex quo
sunt omnes causæ causarum. Vis illum providentiam dicere?
recte dices. Est enim, cuius consilio huic mundo providetur,
ut inconcussus eat, et actus suos explicet. Vis illum naturā uo-

care? Non peccabis. Est enim, ex quo nata sunt oīa, cuius spiritu uiuimus. Vis illum uocare mundum? non falleris. Ipse enim est, totū quod uides, totus suis partibus inditus, & se sustinens ui sua. Adē & Hetruscis usum est, & ideo fulmina à Ioue mitti dixerunt, quia sine illo nihil geritur.

CAP. XLVI. At quare Iupiter ferienda transit, aut innoxia ferit? In maiorem me quæstionem uocas, cui suus locus, suus dies dandus est. Interim hoc dico, fulmina non mitti à Ioue, sed sic oīa disposita, ut ea etiam que ab illo nō fiunt tamen sine ratione non fiant. Vis eorum, illius permissio est. Nam & si Iupiter illa nūc non facit, Iupiter nō fecit, ut non fierent. Singulis non adest, sed signū, & uim, & causam dedit omnibus.

CAP. XLVII. Huic illorum diuisioni nō accedo. Aiunt aut perpetua aut finita esse fulmina, aut prorogatiua. Perpetua quorum significatio in totam uitam pertinet, nec unam rem id enunciat, sed contextū rerum per omnem deinceps ætatem futurarum complectitur. Hæc sunt fulmina, quæ prima accepto patrimonio, & in nouo hominis aut urbis statu fiunt. Finita ad diem utique respondent. Prorogatiua sunt, quorum minæ differri possunt, auerti tolliq; non possunt.

CAP. XLVIII. Dicā quid sit, quare huic diuisioni non consentiā. Nam & quod perpetuum uocant fulmen, finitū est. Aequè enim talia ad diē respondent. Nec ideo finita non sunt, quia multū tempus significant. Et quod prorogatiuū uidetur, finitū est. Nam illorum quoq; confessione certū est, quousq; impetretur dilatio. Priuata enim fulgura negāt ultra decimū annum, publica ultra tricesimū posse differri. Hoc modo & ista finita sunt, quia ultra quod non prorogarentur inclusum est. Oīm ergo fulgurū & omnis euentus dies stata est. Non potest enim ulla incerti esse cōprehensio, quæ inspicienda sint in fulgure, passim et uage dicūt, & sic passionēs eorū debere diuidi,
quemad

quemadmodū ab Attalo Philosopho, qui se huic disciplinae dederat, diuisa sunt, ut inspiciantur ubi factum sit, quando, cui, in qua re, quale, quantum. Hæc si digerere in partes suas uoluerō, quid postea faciam, nisi in immensum procedam.

CAP. XLIX. Nunc nomina fulgurū, quæ à Cecinna ponuntur, *aperte stringā, et quid de his sentiā, exponā. Ait esse Postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut nō ritē facta repetuntur. Monitoria, quibus docetur, quid cauendū sit. Pestifera, quæ mortē exiliumq; portēdunt. Fallacia, quæ per speciem alicuius boni nocent. Dant consulatū malo futurū gerētibus, et hereditatem cuius cōpendium magno sit luendum incōmodo. *Dentanea, quæ specię periculi sine periculo afferūt. Percptalia, quibus tolluntur priorū fulminū mine. Attestata quæ prioribus cōsentiunt. *Artencata, quæ in incluso fiūt. Obruta, quibus iam prius percussa nec procurata feriuntur. Regalia, quorum ui tangitur, uel comitiū, uel principalia urbis liberæ loca, quorū significatio regnum ciuitati minatur. Inferna, cū ē terra exiliū ignes. Hospitalia, quæ sacrificijs ad nos louē arcessunt, et (ut uerbo eorū molliori utar) inuitant: sed si irascēte domino inuitant, tunc uenire cū magno inuitantium periculo affirmant. Auxiliaria, quæ aduocata dicūtur, sed aduocatiū bono ueniunt.

CAP. L. Quāto simplicior diuisio est, qua utebatur Attalus noster egregius uir, q̄ Hetruscorū disciplinā Græca *subtilitate miscuerat. Ex fulminibus quædā sūt, quæ significāt id, quod ad nos pertinet, quædā aut nihil significāt, aut id, cuius intellectus ad nos nō peruenit. Ex his quæ significant, quædam sunt leta, quædā aduersa, quædam nec aduersa nec leta. Aduersorū hæc species sunt. Aut incuitabilia mala portendunt, aut euitabilia, aut quæ minui possunt, aut *prolongari. Leta aut mansura significāt, aut caduca. Mixta aut habent partem boni aut mali, aut mala in bonum, aut bona in malum uertunt. Nec aduersa

*perstringam,

*demptalia;

10
*Atterranea

*utiliter

*quæ prorogari.

nec letari sunt, quæ aliquam nobis actionem significant, qua nec terreri nec letari debemus, ut peregrinationem in qua nec metus, nec spei quicquam sit.

CAP. LI. Reuertar ad ea fulmina, quæ significant quidem aliquid, sed quod ad nos non pertineat. Tanquam utrum eodem anno idem futurum sit fulmen, quod factum est. Nihil significat fulmina, aut id cuius notitia nos effugit, ut illa quæ in uastum mare sparguntur, aut in desertas solitudines, quorum significatio uel nulla est, uel perit.

CAP. LII. Pauca adhuc adijciã ad enarrandã uim fulminis, quæ nõ eodẽ modo oẽm materiã uexat. Valentiora quia resistunt, uehementius dissipat, cedentia nõnunquã sine iniuria transit. Cũ lapide ferroq; et durissimis quibusq; confligit, quia uia necesse est per illa impetu quærat. Itaq; facit uiam qua effugiat: teneris & rarioribus parcit, quanquã et flãmis oportuna uideantur, quia transitu patente minus seuit. Loculis itaque, ut dixi, integris pecunia quæ in his fuerat, cõsolata reperitur, quia ignis tenuissimus per occulta foramina transcurrit. Quicquid autẽ in tigno solidum inuenit, ut cõtumax uincit. Non uno autem, ut dixi, modo seuit, sed quid quæq; uis fecerit, ex ipso intelligis, et fulmen opere cognoscis. Interdum in eadẽ materia, multa diuersa, eiusdem uis fulminis facit: sicut in arbore, quod aridissimum est, urit, quod solidissimum & durissimum est, te-rebrat et frangit, summos cortices dissipat, interiores libros in parte interioris arboris rumpit ac scindit, folia pertundit ac stringit, uinum gelat, ferrum & æs fundit.

CAP. LIII. Illud est mirũ, quod uinũ fulmine gelatũ, cũ ad priorẽ habitum redit, potũ aut exanimat, aut dementes facit. Quare id accidat quærenti mihi, illud occurrit. Inest fulmini uis pestifera. Ex hoc aliquem remanere spiritũ in eo humore quem coëgit gelauitq; uerisimile est. Nec enim alligari potuisset, nisi

aliquid

aliquod illi esset additum uinculum. Præterea olei quoq; et ois unguenti teter post fulmen odor est. Ex quo apparet, inesse quãdam subtiliss. mo igni, & contra naturã acto, pestilentẽ potentiam, qua non tantũ icta cadunt, sed etiã afflata. Præterea quocunq; decidit fulmen, ibi odorẽ sulphuris esse certũ est, qui quia natura grauis est, sæpius haustus alienat. Sed ad hoc uacui reuertemur. Fortasse enim libebit ostendere, quantum oia ista à Philosophia artium parente * fluxere. illa primũ & quæ fuit

*flexere.

causas rerum, & obseruauit effectus, & quod in fulminis inspectione longe melius est, initijs rerum exitus contulit.

CAP. LIIII. Nunc ad opinionẽ Posidonij reuertar. E terra terrenisq; omnibus pars humida efflatur, pars sicca & fumida remanet. Hec fulminibus alimentum est, illa imbribus. Quicquid in aëra sicci fumo, iq; peruenit, id includi se nubibus nõ fert, sed rumpit claudencia. Inde est sonus, quẽ nos Tonitruum uocamus. In ipso quoq; aëre quicquid attenuatur, simul siccatur et calet. Hoc quoq; si inclusu est, æque fugã quærit, & cũ sono euadit. Et modò uniuersam eruptionẽ facit, eoq; uehementius tonat, modò per partes et minutatim. Ergo tonitrua hæc spiritus exprimit, dum aut rumpit nubes, aut peruolat. Volutatio autẽ spiritus, in nube cõclusi, uehementissimũ est atteredi genus.

CAP. LV. Tonitrua nihil aliud sunt, quàm citi aëris sonitus, qui fieri, nisi dũ aut * terit, aut rumpitur, nõ potest. Et si colliduntur, inquit, nubes inter se, fit is quẽ desiderat ictus, sed non uniuersus. Non enim tota totis cõcurrunt, sed partibus partes. Nõ sonant mollia, nisi illisa duris sint. Itaq; nõ auditur fluctus, nisi impactus. Ignis, inquit, missus in aquã, sonat, dũ extinguitur. Puta ita esse pro me est. Nõ enim ignis tũc sonũ efficit, sed spiritus per extinguẽtia effugiens. Vt dem tibi & fieri ignem

ferit,

is

dere in nubem & extingui? Existimemus posse aliquando & id fieri. Nūc naturalem causam querimus et assiduā, non rarā & fortuitam. Puta me cōfiteri uerū esse, quod dicis, Aliquando post tonitrua emicare ignes, stellis transuersis & cadētibus similes, non ob hoc tonitrua facta sunt, sed hoc fit quia tonitrua facta sunt. Clidemus ait, fulgurationis speciem inanem esse, non ignem. Sic enim per noctem splendorem remorum uideri. Dissimile est exemplum. Illic enim splendor intra ipsam aquam apparet. Hic qui fit in aëre erumpit & exilit.

CAP. LVI. Heraclitus existimat fulgurationem esse uelut apud nos incipientiū ignium conatus, & primā flammam incertam, modò intereuntem, modò resurgentem. Hæc antiqui fulgetra dicebāt, tonitrua nos pluraliter dicimus. Antiqui autem tonitruum dixerunt, aut tonum. Hoc apud Cecinam inuenio facundum uirum, si habuisset in eloquentia nomen, & nisi illum Cicronis umbra pressisset. Etiamnū illo uerbo utebantur antiqui correpta, qua nos producta media syllaba utimur. Dicimus enim ut splendere, sic fulgere. Atqui illis ad significandam tam subitam e nubibus eruptionem lucis, mos erat uti media syllaba correpta, ut dicerent fulgere.

CAP. LVII. Quid ipse existimem queris? Adhuc enim alienis opinionibus accommodaui manum, dicam, fulgurat, cum repentinum late lumen emicuit. Id euenit, ubi in ignem extenuatus nubibus aër uertitur, nec uires, quibus longius profiliat, inuenit. Nō miraris puto, si aëra aut motus extenuat, aut extenuatio incendit. Sic liquefcit excussa glans funda, & attritu aëris uelut igne distillat. Ideò æstate* plura sunt fulmina, quia plurimū calida est. Facilius autē attritu calidiore ignis existit. Eodem modo fit fulgor, qui tantū fulget, & fulmen quod mittitur. Sed illi leuior uis, alimētīq; est minus. Et ut breuiter dicā quod sentio, Fulmen est fulgur intentū. Ergo ubi calidi sumiq;

natura,

*plurima sūt

natura, emissa terris, in nubes incidit, & diu in illarum sinu uolutata est, nouissimè erumpit. Et quia uires non habet, splendor est. At ubi fulgura plus habuere materiae, & maiore impetu arserunt, non apparent tantum, sed decidunt.

CAP. LVIII. Quidam utiq; existimant fulmen reuerti, ac quodammodo subsidere, ubi alimēta prae grauauerūt, et fulmē ictu languidiore delatū est. At quare fulmen subitū apparet, nec cōtinuatur * assiduus ignis? Quia celerrimū est miriq; motus, simul et nubes rumpit, & aëra incendit. Deinde desinit flāma quiscēte motu. Nō enim est assiduus spiritus cursus ut ignis possit extēdi, sed quoties fortius ipsa iactatione se accēdit, fugiendū impetū capit. Deinde cū euasit, & pugna desijt, ex eadē causa modo usq; ad terram profertur, modo dissoluitur, si minore uī pressus est. Quare obliq; fertur? Quia spiritu cōstat. Spiritus obliquus est, flexuosusq;. Et quia natura ignē sursum uocat, iniuria deorsum premit, incipit obliquus esse. Interdum autē neutra uis alteri cedit, & ignis in superiora nititur, et in inferiora deprimitur. Quare frequēter cacumina montiū feriūtur? Quia apposita sūt nubibus, et ē caelo cadētibus, per hęc trāsēdū est.

CAP. LIX. Intellego quid iam dudū desideras, quid effugites, malo inquis fulmina nō timere, quā nosse. Itaq; alios doce quēadmodum fiant. Ego mihi metum illorū excuti malo, quā naturā indicari. Sequar quō uocas, omnibus enim rebus omnibusq; sermonibus aliquid salutare miscendū est. Cum imus per occulta naturae cum diuina tractamus, uendicandus est à malis suis aīus, ac subinde firmandus, quod etiā eruditus et hoc unum agentibus, necessariū est, nō ut effugiamus ictus rerum, undiq; enim tela in nos iaciūtur, sed ut fortiter cōstanterq; patiamur. Inuicti esse possumus, inconcussi nō possumus, quanquā interim spes subit, inconcussos quoq; esse nos posse. Quomodo inquis? Contemne mortem, & oīa quae ad mortem ducunt contempta sint,

* assiduus
ignibus?

sint, licet illa bella, sint siue naufragia, seu morsus ferarum, siue
 ruinarum subito lapsu procidentium pondera. Nunquid* aliud
 * amplius
 facere possunt, quàm ut corpus ab anima resoluant? Hæc nulla
 diligentia cuitat, nulla felicitas domat, nulla potentia cuincit,

* alia uariè à
 fortunadispo
 nuntur.

* talia uaria fortitudine disponuntur. Mors omnes æque uocat.
 Iratis dijs propicijsq;, moriendū est. Animus ex ipsa despera-
 tione sumatur. Ignauissima animalia, quæ natura ad fugam ge-
 nuit, ubi exitus non patet, tentant corpore imbelli. Nullus per-
 niciosior hostis est, quàm quem audacem angustie faciunt, lon-
 geq; uiolentius semper ex necessitate quàm ex uirtute corrigi-
 mur. Maiora aut certe paria conatur animus magnus ac per-
 ditus. Cogitemus nos tanquam ad mortem proditos esse, & su-
 mus. Ita est Lucili. Omnes reseruamur ad mortem. Totū hunc
 quem uidemus populum, quousq; cogitas esse? cito natura reuo-
 cabit & condet, nec de re, sed de die queritur. Eodem citiusue
 tardiussue ueniendum est. Quid ergo? Non tibi timidissimus
 omnium uidetur & insipientissimus, qui magno ambitu rogat
 moram mortis? Nonne contemneres eum, qui inter perituros
 constitutus, beneficij loco peteret, ut ultimus ceruicem præbe-
 ret? Id facimus. Magno æstimamus mori tardius. In omnes con-
 stitutum est capitale supplicium, & quidem cōstitutione iustis-
 sima. Nam quod maximum solet esse solatiū extrema passuris,
 quorum causa eadem sors est. Sequeremur traditi à iudice aut
 magistratu, & carnifici nostro præstaremus obsequiū. Quid
 interest, ad mortem iussi eamus an ultronci. O te dementem &
 oblitū fragilitatis tuæ, si tunc mortem times, cum tonat. Ita ne
 salus tua in hoc uertitur? Viues si fulmen effugis? Petet te gla-
 dius, petet te lapis, petet febris. Non maximū ex periculis tuis,
 sed speciosissimum fulmen est. Male scilicet erit actum tecum,
 si sensum mortis tuæ celeritas infinita peruenerit, si mors tua

* procuretur * prædicetur, si tu tunc quidem cum exspiras, non superuacua,

sed

sed alicuius magnae rei signum es? Male scilicet tecum agitur, si cū fulmine cecideris. Si pauescis ad caeli fragorē, & ad ignē nubium trepidas, quoties ue aliquid effulsit expiras. Quid ergo? Honestius iudicas deiectione animi perire quā fulmine? Eo itaq; fortius aduersus caeli minas surge, & cū mundus undiq; exarscrit, cogita te nihil habere de tanta morte * perendum. Quod si tibi parari credis illam caeli confusionē, illam tē pestatū discordiam, si propter te ingestae illisq; nubes strepunt, si in tuum exitiū tanta uis ignium excutitur, at tu solatij loco numerata esse mortē tuā. Sed non erit huic cogitationi locus. Casus istum demet metum. Est inter caetera quoq; hoc commodum eius, quod expectationem tuam antecedit. Nemo unquam fulmen timuit, nisi qui effugit.

* poenitēdū.

ANNOT. IN LIB. II. EX CAP. IX.

1 Esse quādam in rerum natura uehementiā magnosq; impetus. Sic Fortunatus: Hic si mutes magniq; impetus, quod ille sibi fatetur inuentum in uetustis codicibus, non cohærebit cum superioribus. Vehementia nihil aliud est, quā magnus impetus. Exemplar Britannicum sic habebat, Esse quādam in rerum natura uehementia magniq; impetus.

2 Et tamen me hercules per aliud nihil intendi poterit, nisi per semetipsum fuerit intentum. Ita superior editio. Britannicum exemplar ad hunc modum, tam me hercules quā nihil intendi ab alio poterit, nisi per semet aliquid fuerit intentum.

3 Ipse quidē transit per ipsum quod scindit, & media non circumscindit, tamen & utrumq; cingit. In aliis erat, Ipse quidem transit per ipsum quo scinditur, & media non circumscindit tamen, sed utrumq; cingit. Ita reperit Fortunatus. Britannicū exemplar habebat hunc in modū, per ipsum quod abscinditur, & media circumfundit tantum, & utrumq; cingit, sed permeat.

EX CAP. XIII.

4 Possē aliquas partes aëris ad se trahere ignē ex æthere decidentem ex his superioribus ardere, ac sic accendi, Sic prior editio. Fortunatus ita legit, Possē aliquas partes aëris ad se trahere ignem, ex locis his superioribus, ardere an sic accendi? Britannicū habebat, trahere ignē ex his locis superioribus, & ex eo ardore sic accendi. Fortunatus

ita

ita diuinat esse legendum, Possē aliquas partes aëris ad se trahere ignem ex æthere decidentem, & locis his superioribus ardere, an hic accendi? Ea lectio satis congrueret, si pro inquam scriptum esset, utrum. Pro sed, quod mox sequitur, Nam, quod plurimum interest. Tolerabilis erit lectio si ex uertatur in &, et ardere in ardore. & sic in hic, ad hunc modum. Vos inquam dicitis, quum causas stellarum transuolantium redditis, posse aliquas partes aëris ad se trahere ignē, ex æthere decidentem, & locis superioribus, & ex eo ardore hic accendi. Quanquam hoc, ex locis superioribus, uidetur adiectum ab interprete quopiam. Itaque non urget quæstionem, sed ostendit illorum responsionem non esse absolutam. Idq; mox explicat. Sed plurimum interest, &c.

EX CAP. XVIII.

5 Per cursum & siccum aëra. Sic prior æditio. Britannicum exemplar habebat, per crassum & siccum aëra. Fortunatus diuinat, per aëra percussum & scissum. Forte legendum, per sudum & siccum aëra.

EX CAP. XXVIII.

6 Et ita discutiuntur, & si quem, &c. Fortunatus legit, & ita quum ducuntur, si quem habent spiritum mukifariam emittunt. Et mox, qui non uniuersus erumpit & crepat. Hic sensus plane repugnat iis quæ mox sequuntur. Britannicum exemplar subuenit ita legens, qui nisi uniuersus erumpit, nec crepat. Miror hic nihil offensum fuisse Fortunatum.

EX CAP. XXXII.

7 Cæterum & illa quæ pereunt. Britannicum exemplar habebat, & illa fiunt quæ pereunt. Perire dicit, non obseruata cuiquam. Quamquam subolet locum non carere mendo. Forte legendum, seruata & illa, siue, certa sunt & illa quæ pereunt.

8 Quod si bene nec primum auspiciū intellectum est, secundo non interest. Ita prior æditio. Aliud exemplar habebat, quod siue primo auspicio intellectum est, siue secundo, nihil intererit. Neutra placet. Tertiam sequuti sumus.

EX CAP. XXXV.

9 Aliter ius suum peragunt. Aliter usurpatum uidetur pro, alioqui, ut referatur ad ægræ mentis solatia. In quodam erat, Fata irrecuocabiliter ius suum peragunt. At non probatur.

EX CAP. XLIX.

10 Artencata, aliàs Atteranea rursus, Atercauta. Atteranea habebat exemplar Britannicum, uox ab atro dicta uidetur, peculiaris aruspicum.

EX CAP. LV.

11 Itidem tibi & fieri ignem in nube & extingui. E spiritu nascitur. Ita prior æditio. Fortunatus offensus absurditate sermonis legit,

qui

qui
peri
tibi
non12
quor
alii l
coni
causa

L.

tam f
nectu
magi
Nox
longe
cet, e
Facie
tur. C
collig
bet m

qui è spiritu nascitur. Atqui dure cohaeret uerbum infinitum cum superioribus, fieri & extingui. Britannicum exemplar habebat. Ut dem tibi & fieri, &c. Ut tibi concedam ignem fieri & extingui in nube, non tamen aliunde fit, quàm è spiritu.

EX CAP. LIX.

12 Nam quod maximum solet esse solatium extrema passuris, quorum causa eadem fors est. Sic prior æditio. Tolerabilius quod alii legunt, quod eorum in causa eadem fors est. Mollius erit, ommissa conjunctione, quod. Eorum causa eadem fors est, id est, suppliciorum causa, eadem fors est, etiamsi nihil horum ad plenum satisfacit.

L. ANNAEI SENE-
CAE NATURALIUM QVAE-
STIONVM LIB. III.

Qui est de Aquis.

PRAEFATIO.



NON praeterit me Lucili uirorum optime, quàm magnarum rerum fundamēta ponam senex, qui mundū circuire constitui, & causas secretaq; eius eruere, atq; alijs noscenda producere. Quando tam multa consequar? tam sparsa colligam? tam occulta perspiciam? Premit à tergo senectus, & obijcit annos inter uana studia consumptos, tanto magis urgeamus, & damna ætatis malè exactæ labor sarciat. Nox ad diem accedat. Occupationes patrimonij * recidantur, longè à dominio iacentis causa soluatur, sibi totus animus uacuet, & ad contemplationem sui saltem * ipso impetu respiciat. Faciet ac sibi instabit, & quotidie breuitatem temporis metietur. Quicquid amissum est, id diligenti usu presentis uitæ recolliget, fidelissimus est ad honesta ex poenitentia transitus. Libet mihi exclamare illum poëtæ inclyti uersum,

CAP. I.

* praecidatur longè ambitio, longè iactantia, curis soluatur, * in ipso fugæ impetu: alis, in ipso fine.

Tollim

Tollimus ingentes animos, & maxima paruo

Tempore molimur. Hoc dicerem, si puer iuuenisq; mo

lirer. Nullum non tam magnis rebus tempus angustū est. Nunc uerò ad rem seriam, grauem, immensam, postmeridianis horis accessimus, facianus quod in itinere fieri solet. Qui tardius extierunt, uelocitate pensant morā. Festinemus & opus, nescio an superabile, magnum certè, sine ætatis excusatione tractemus. Crescit animus quoties cœpti magnitudinē ostendit, & cogitat quantū proposito, nō quantū sibi supersit. Cōsumpsere se quidā, dum acta regū externorū cōponunt, quæq; passi inuicē ausiq; sunt populi. Quanto satius est sua mala extinguere, quàm aliena posteris tradere? Quāto potius deorū opera celebrare, quàm Philippi aut Alexandri Latrocinia, cæterorumq;, qui exitio gentiū clari, non minores fuere pestes mortalium, quàm inundatio, qua planum omne perfusum est, quàm conflagratio, qua magna pars animantiū exaruit? Quemadmodū Hannibal superauerit alpes scribunt, quemadmodū confirmatū Hispanie cladibus bellum Italiæ inopinatus intulerit, fractisq; rebus etiā post Carthaginem, pertinax reges pererrauerit, contra Romanos ducē se promittens, etiā sine exercitu. Quemadmodū non desierit senex omnibus angulis bellum querere, adeò sine patria esse pati poterat sine hoste non poterat. Quanto satius, quid faciendū sit, quàm quid factum sit querere ac docere eos, qui sua permisere fortunæ, nihil stabile ab illa datum esse, eius omnia fluere aura mobilius? nescit enim quiescere, gaudet lætis tristia substituere, & utraq; miscere. Itaq; in secundis nemo cōfidat, in aduersis nemo deficiat, alternæ sunt uices rerū. Quid exultas? Ista quibus ueheris in summū, nescis ubi te relictura sint, habebūt suū nō tuū, finē. Quid iaces? ad inum delatus es, nunc est resurgendi locus. In melius aduersa, in deterius optata flectuntur, ita concipienda est animo uarietas, nō priua-

* attendit,

tarum

tarum tantū domuum quas leuis casus impellit, sed etiā reipublicæ. Regna ex infimo coorta supra imperantes constitere. Vetera imperia in ipso flore cecidēre. Inueniri non potest numerus, quā multa ab alijs facta sint, nunc cū maxime, Deus alia exaltat, alia submittit, nec molliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias iactat. Magna ista, quia parui sumus, credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. Quid præcipuū in rebus humanis est? Non clausibus maria cōpleſſe, nec in rubri maris littore signa posuisse, nec deficiente terra ad iniurias aliorū errasse in oceano ignota quærentē, sed animo omne uidisse, & qua nulla est maior uictoria, uitia domuisse. Innumerabiles sunt, quæ urbes, qui populos habuere in potestate, paucissimi qui se. Quid est præcipuū? Erigere animū supra minas & promissa fortunæ. Nihil dignū putare, quod speres. Quid enim habet dignū, quod concupiscas? quia à diuinorū contēplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis quā quorū oculi in dēsam umbrā ex claro sole rediere. Quid est præcipuum? Posse læto animo aduersa tolerare, quicquid acciderit sic ferre, quasi tibi uolueris accidere. Debuiſſes enim uelle, si scisses ex decreto Dei fieri. Flere, queri, ingemere, desciscere est. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis & contumax, luxurie nō aduersus tantū, sed & infestus, nec audius periculi, nec fugax, prosperitatē non expectās, sed aduersus utrunq; intrepidus & inconfusus, nec illius tumultu, nec huius fulgore percussus. Quid est præcipuū? non admittere in animo mala consilia, puras ad coelū manus tollere, nullū petere bonū, quod ut ad te transeat, aliquis possit amittere, optare, quod sine aduersario optatur, bonam mentē. Cetera magno æstimata mortalibus, etiā si quis domū casus abstulerit, sic intueri, quasi exitura, quā uenerint. Quid est præcipuū? Altos supra fortunā spiritus

*fortuita

e

hominis

hominis attollere, Meminisse, ut siue felix eris, scias hoc non futurum diu, siue infelix, scias, hoc te non esse, nisi cum putes.

2 Quid est præcipuum? In primis liberum animum habere. Hæc res efficit nõ è iure Quiritiũ ut sit liber, sed è iure naturæ. Liber autè est, qui seruitutè effugit suã. Hæc est asidua seruitus, & ineluctabilis, & per diè ac noctè æqualiter premens, sine interuallo, sine comæatu. Sibi seruire, grauisissima seruitus est, quã discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi referre mercedè, si ante oculos & naturã tuã posueris & ætatè, ac tibi ipse dixeris, quid insanio? quid anhelos? quid sudet? quid terrã uerso? quid forum uiso? Nec multo opus est, nec diu. Ad hoc proderit nobis inspicere rerum naturam, primo discendemus à forãdidis, deinde animum ipsum, quo magno summoq; opus est, seducemus à corpore. Deinde in occultis exercitã subtilitas, non erit in aperto deterior. Nihil autem est apertius his salutaribus, quæ contra nequitiam nostram furoremq; discuntur, quæ damnamus, nec ponimus.

C A P. I. Queramus ergo de aquis, et inuestigemus, quæ ratione fiant. Siue, ut ait Ouidius,

Fons erat illimis nitidis argenteus undis.

Siue ut ait Vergilius,

Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis,
It mare præruptum & pelago premit arua sonanti.

3 Siue ut apud te Iunior charissime inuenio:

*Eleus

*Elysius Siculis de fontibus exilit amnis.

Quomodo aquas subministret, quomodo tot flumina ingenti per diè & noctem decurrant, quare alia hybernis aquis intumescant, alia in defectu cæterorũ omnium crescant. Nilũ interim seponamus à turba, propriæ naturæ & singularis, illi diè suadabimus, nunc uulgares aquas prosequemur, tam frigidæ quæ calentes. In quibus querendũ erit, utrũ calidæ nascantur, et

fiant

fiat.
aliqu
uant
ran
tu, &
sang
aut
quip
sulph
Hab
lidæ
color
tatis,
gant
alunt
st. e f
deue
uersu
bribu
aquã
cũie
sunt,
c
nuãd
Mira
nũrã
quod
ac sub
flumi

fiāt. De cæteris quoq; differemus, quas insignes, aut sapor, aut aliqua reddit utilitas. Quædã enim oculos, quædã nervos iuuant, quædam inueterata & desperata à medicis vitia percitant. Quædã medentur ulceribus, quædã interiora fouent potu, & pulmonis ac uiscerũ querelas leuant. Quædã supprimũt sanguinem, tam uariis singulis usus, quàm gustus est.

CAP. II. Aut stant omnes aquæ, aut fluũt, aut colligũtur, aut uarias habent uenas. Aliæ sunt dulces, aliæ uariæ, asperæ quippe interueniũt, salsæq; amaræq; aut medicatæ ex quibus sulphuratas dicimus, ferratas, aluminosas. Indicat uim sapor. Habent præterea multa discrimina. Primũ tactus, frigidæ calidæq; sunt: deinde ponderis, oēs leues aut graues sunt. Deinde coloris, puræ sunt et turbidæ, ceruleæ, lucidæ. Deinde salubritatis, sunt enim salubres & utiles, sunt mortiferæ, sunt quæ cogantur in lapidem. Quædam tenues, quædam pingues, quædã alunt, quædam sine ulla bibentis ope transeunt, quædam haust. & sæcunditatem* afferunt.

* auferunt.

CAP. III. Vt stet aqua aut fluat, loci positio efficit, in deuexo fluit, in plano cõtinetur & stagnat, et aliquãdo in aduersum spiritu ipellitur, tũc cogitur, nõ fluit. Colligitur ex imbribus, ex suo fonte natiua est. Nihil tamen prohibet eodẽ loco aquã colligi et nasci, quod in Fucino uidemus, in quẽ mōtis circumiecti fluuij deriuãtur. Sed & magnæ latentesq; in ipso undæ sunt, itaq; etiã cũ hyberni defluxẽre torrẽtes, faciẽ suã seruãt.

CAP. IIII. Primũ ergo queramus, quomodo ad cõtinuãdos fluminũ cursus terra sufficiat, unde tãtũ aquarũ exeat. Miramur, quod accessionẽ fluminum maria nõ sentiãt. Aequè mirãdũ est, quod detrimẽta excũtũ terra nõ sentit. Quid est, quod illã sic impleuit, ut præbere tantum ex recondito possit, ac subinde suppleat? Quamcunq; rationem reddiderimus de flumine, eadem erit riuorum ac fontium.

CAP. V. Quidam iudicāt terrā quicquid aquarū emiserit, rursus accipere, & ob hoc maria nō crescere, quia quod influxit nō in suum uertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras, secreto reuertitur, colaturq; in transitu mare, quod per multiplices anfractus terrarum uerberatū, amaritudinem ponit, & prauitatem saporis in tanta soli uarietate exiit, & in synceram aquam transit.

CAP. VI. Quidā existimāt, quicquid ex imbribus terra concipit, in flumina rursus emittit: & hoc argumenti loco ponunt, quod paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber. Ideo siccas esse aiūt Aethiopiæ solitudines, paucosq; inueniri in interiore Africa fontes, quia feruida cœli natura sit, & penē semper æstiuā. Squallidæ itaque sine arbore, sine cultu arenæ iacent, raris imbribus sparsæ, quos statim combibunt. At contra constat Germaniam Galliamq; & proximā ab his Italiam, abundare riuīs & fluminibus, quia cœlo humido utuntur, & ne æstas quidem imbribus caret.

CAP. VII. Aduersus hæc multa dici posse uides. Primum ego tibi, uinearum diligēs fossor, affirmo, nullā fluiā esse tam magnā, quæ terrā ultra decē pedes in altitudinē madefaciat. Oīs humor intra primā crustā cōsumitur, nec in inferiora descendit. Quomodo ergo potest imber suggerere amnis uires, qui summā humū tingit? Pars maior eius per fluminum alueos in mare effertur. Exiguū est quod sorbet terra, nec id seruat. Aut enim arida est, & absomit quicquid in se fūsum est: aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit. Et ideo primū imbribus nō augentur amnes, quia totos in se sitiens terra trahit. Quid quod quædā flumina erūpūt saxīs & montibus? Hæc quid cōferēt pluuiæ, quæ per nudas rupes deserūtur, nec habent terrā cui insideāt? Adijce, quod in siccissimis locis, putei in altis acti, per ducenū aut tricenū pedū spatia, inueniūt aquarū uberes

res t
nō c
aqu
tes
sum
C
riore
lacus
infus
nec n
imò e
funda
detra
C
terrā
friges
aquā
ris un
potest
quādo
Sub te
per es
sempe
terrā
libero
C
Adijce
Ex ad
ra fiat
et in a
grauis

res uenas, in ea altitudine, in quā aqua nō penetret, ut scias illic nō cœlestē esse, nec collecticiū humorē, sed quod dici solet uiuā aquā. Illo quoq; argumēto hęc opinio refellitur, qđ quidā fontes in summo mōtis cacumine redūdāt. Apparet ergo illos sursum agi, * aut ibi concipi, cum omnis aqua pluuialis decurrat.

*haud ibi
conc.

CAP. VIII. Quidam existimāt quemadmodū in exteriore parte terrarū uastę paludes iacēt, magni & nauigabiles lacus, quemadmodū ingenti spatio terrę maria porrecta sunt, infusa uallibus, sic interiora terrarū abundare aquis dulcibus, nec minus illas stagnare, quā apud nos oceanū, & sinus eius, imō eo latius, quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa profunda copia isti amnes egeruntur, quos quid miraris si terra detractos non sentiat, cum adiectos maria non sentiant?

CAP. IX. Quibusdam hęc placet causa. Aiunt habere terrā intra se cauos recessus, & multū spiritus, qui necessario frigescit, umbra graui pressus. Deinde piger & immotus, in aquā cū desijt cōuertitur. Quēadmodū supra nos mutatio aëris umbrā facit, ita infra terras riuū agit. Supra nos stare non potest segnis diu & grauis. Aliquādo enim sole tenuatur, aliquādo uētis expāditur. Itaq; interualla magna inbribus sunt. Sub terra uerò quicquid est, quod illū in aquā cōuertat, idē semper est, umbra perpetua, frigus eternū, inexercitata densitas, semper ergo prębebit fonti aut flumini causas. Placet nobis terrā esse mutabilē. Huc quoq; quicquid efflauit quia nō aëre libero cōcipitur, crassescit, & protinus in humorē cōuertitur.

CAP. X. Habes primas aquarū sub terra nascētū causas. Adiectas etiam licet, quod fiant oīa ex omnibus. Ex aqua aër. Ex aëre aqua. Ignis ex aëre. Ex igne aër. Quare ergo nō terra fiat ex aqua, & ex terra aqua? quę si in alia mutabilis est, et in aquā, imō maximē in hanc. Vtraq; cognata res est, utraq; grauis, utraq; densa, utraq; in extremū mūdi cōpulsā. Ex aqua

terra fit. Cur non aqua fiat è terra? At magna flumina sunt. Cum uideris ex quãto prodeãt, aspice rursus quãta sint. Miraris, cum labãtur assidue, quãdã uerò concitata rapiantur, quã prãsto sit illis semper aqua noua. Quid si mireris, quod currenti totum aëra impellant, non deficiat spatio spiritus, sed per dies noctesq; equaliter flat, nec ut flumina certo aluco fertur sed per uastũ cœli spatiũ lato impetu uadit? Quid si ullã uiam superesse mireris, quã superueniat tot fluctibus fractis? Nil deficit quod in se redit, omnium elemẽtorũ alterni recursus sunt. Quicquid alteri perit, in alterũ transit. Et natura partes suauelut in ponderibus constitutas examinat, ne portionũ equalitate turbata mundus præpõderet. Omnia in omnibus sunt. Nã tantũ aër in ignẽ transit, sed nunquã sine igne est. Detrahe calorẽ, rigescet, stabit, durabitur. Transit aër in humorem, nihilominus non sine humore. Et aëra & aquã facit terra, non magis unquã sine aqua est, quã sine aëre. Et ideo facili inuicẽ transitus est, quia illis in quã transeundũ est, iam mixtum est. Habet ergo terra humorem, hunc exprimit. Habet aërem, hunc umbra hyberni frigoris densat, ut faciat humorem. Quod quoq; mutabilis est in humore, natura sua utitur.

CAP. XI. Quid ergo, inquis, si perpetui sunt amnes, cause quibus flumina oriũtur ac fontes, quare aliquãdo siccantur, aliquãdo quibus nõ fuere locis excũt? Sæpe motu terrarũ uera turbãt, & ruina interscindit cursum aquis quã recẽtibus nouos exitus quærũt, & aliquo impetu faciũt, aut ipsius quã satione terrã aliũde aliõ trãserũtur. Apud nos euenire solent ut amisso canali suo flumina primũ refundãtur, deinde quã perdididerunt uia, faciant hoc, quod accidisse ait Theophrastus in Coryco monte, in quo post terrarum tremorẽ noua uisus est tium emerisit. Sed & alios quoq; casus interuenire quidã enarrantur, qui aliter euocent aquas, aut à cursu suo * deijciant

*decidant,

atq;
lorũ
cecidit
me
in ar
accio
ueri,
non
prox
pitu
hum
Idẽ a
subst
culto
poni
agita
tissim
cœp
enim
stati
quod
pote
suas
C
te nõ
cesso
Ergo
quor
nõ p
tura
pote

atq; auertant. Fuit aliquando aquarū inops Hemus, sed cū Gal-
lorū gens à Cassandro obsessa in illum se contulisset, & sylvas
cecidisset, ingens aquarū copia apparuit, quas uidelicet in ali-
mentum suū nemora ducebant, quibus excijis humor, qui desijt
in arbusta consumi, supersusus est, Idem ait circa Magnesium
accidisse. Sed pace Theophrasti dixisse liceat, nō hoc est simile
ueri, quia ferē aquosissima sunt, quaecunq; umbrosissima. Quod
non eueniret, si aquas arbusta siccarent, quibus alimentum ex
proximo est, fluminū uerò uis ex intimo manat, ultraq; exci-
pitur quā radicibus euagari licet. Deinde succise arbores plus
humoris desiderāt, nō tantū id quo uiuāt, sed et id quo crescāt.
Idē ait, circa Arcadiā, quae urbs ī Creta īsula est, fontes et lacus
substitisse, quae desierit coli terra * diruta urbe, postea uerò quā
cultores receperit, aquas quoq; recepisse. Causam siccitatis hāc
ponit, quod obduruerit cōstricta tellus, nec potuerit imbres in-
agitata trāsmittere. Quō ergo plurimos uidemus ī locis deser-
tissimis fontes? Plura deniq; inuenimus, quae propter aquas coli
coeperūt, quā quae aquas habere coeperint quia colebātur? Nō
enim esse pluuialem hanc aquā, quae uastissima flumina à fonte
statim, magnis * acta nauigijs defert, ex hoc intelligas licet,
quod per hūmem & statemq; par est à capite deiectus. Pluuia
potest facere torrentem, non potest autem aequali inter ripas
suas tenore labentem. Aquam nō faciunt imbres, sed excitant.

CAP. XII. Paulo repetamus hoc altius si uidetur, et scies
te nō habere quod quæris, cū ad ueram annium originē ac-
cesseris. Flumen nempe facit copia cuiuscunq; aquae perennis.
Ergo si quæris à me, quomodo aqua fiat, Interrogabo inuicē,
quomodo aër fiat, aut terra. Si rerum elementa sunt quatuor,
nō potest interrogari unde aqua sit, quarta enim pars est na-
turae. Quid ergo miraris, si rerum naturae portio tam magna,
potest aliquid ex se semper effundere? Quomodo aër & ipse

quarta pars mundi uentos & auras mouet, sic aqua riuos & flumina. Si uentus est fluens aer, & flumen est fluens aqua. Satis & multum illi uirium dedi, cum dixi elemētum est. Intelligis quod ab illo proficiscitur, non posse deficere.

CAP. XIII. Aqua, ait Thales, ualentissimum elemētum est, hoc fuisse primum putat, ex hoc surrexisse omnia. Sed nos quoq; aut in eadem sententia eius aut in ultima sumus. Dicimus enim ignem esse, qui occupet mundū, et in se cuncta conuertat. Hunc euandidum considerare, & nihil relinqui aliud in rerū natura, igne restincto quā humorē, in hoc futuri mundi speciem latere. Ita ignis exitus mundi est, humor primordiū. Mirari annes ex hoc posse exire semper, qui pro omnibus fuit, & ex quo sunt oīa? Hic humor rerum primordiū sic positus est, ut fluminibus edendis sufficere, ut riuus & fontibus posset. Que sequitur Thaletis inepta sententia est. Ait enim terrarū orbem aqua sustineri, & uehi more nauigij, mobilitateq; eius fluctuare, tunc cum dicitur tremere. Non est ergo mirum, si abundat humor ad flumina fundenda, cum mundus in humore sit totus. Hanc ueterem & rudem sententiā explode. Nec est quod credas in hunc orbem aquā subire, & per rimas facere semitam.

CAP. XIII. Aegyptij quatuor elementa fecere, deinde ex singulis bina, marem et foeminam. Aërem marem iudicant, qua uentus est: foeminam, qua nebulosus & iners. Aquam uirilem uocant mare, muliebrem omnem aliam. Ignem uocant mascululum, qua ardet flamma, & foeminam qua lucet innoxius tactu. Terram fortio rem marem uocant, saxa cautesq; : foemina nomen assignant huic tractabili ad culturam.

CAP. XV. Et mare unum est, ab initio scilicet ita constitutum, habet suas uenas, quibus impletur atq; aestuat. Quomodo maris, sic & huius aquae mitioris, uasta in occulto uia est, quā nullius fluminis cursus exhauriet. Abdita est uirium eius

ratio.

*in diductione rerum ad aquas redactus est, sic positus.

*sentinam.

ratio.
ex ist
Place
exēpl
spiritu
aqua,
nē hu
stri a
tantū
corru
medu
ticulis
sunt h
Hinc
petit
quibu
ceter
re uo
ita in
aliqua
& sul
do br
uena
sura s
sangu
men e
sumpt
coit u
illa u
menta
plenti

ratio. Tantū ex illa, quantū superfluum sit emittitur. Quaedam ex istis sunt quibus assentire possumus, sed hoc amplius censeo. Placet natura regi terram, & quidem ad nostrorū corporum exēplar, in quibus & uenae sunt & arteriae illae sanguinis, haec spiritus receptacula. In terra quoque sunt alia itinera, per quae aqua, & alia per quae spiritus currit, adeoque illā ad similitudinem humanorū corporū natura formauit, ut maiores quoque nostri aquarū appellauerint uenas. Sed quēadmodū in nobis, non tantū sanguis est, sed multa genera humorū, alia necessarii, alia corrupti, ac paulo * pinguioris, in capite cerebrum, in ossibus medullae, musculi, saluaeque; & lacrymae, & quiddā additū articulis, per quod citius flectantur ex lubrico, sic in terra quoque sunt humoris genera cōplura. Quaedam quae matura durētur. Hinc est * omnis metallorū humus, ex quibus aurū argētumque; petit auaritia: quaedam quae in lapidē ex liquore uertuntur. In quibusdā uero locis terra humorque; liquescit, sicut bitumen, & caetera huic similia. Haec est causa aquarū, secundū legem naturae uoluntatemque; nascentium. Caeterū ut in nostris corporibus, ita in illa saepe humores uitia cōcipiunt, aut ictus aut quassatio aliqua, aut loci senium, aut frigus, aut aestus corrumpere naturā, & sulphuratio contraxit humorē, qui modo diurnus est, modo breuis. Ergo ut in corporibus nostris sanguis cum percussa uena est, tam diu manat, donec oīs effluxit, aut donec uenae scissura subsedit, atque interclusit, uel aliqua alia causa retro dedit sanguinem: ita in terra solutis ac patefactis uenis, riuus aut flumen effunditur. Interest quantū aperta sit uena, quomodo consumpta aqua sit, modò exiccatur aliquo impedimento, modò coit uelut in cicatricem, premitque; quam fecerat uiam, modò illa uis terrae, quam esse mutabilem diximus, desinit posse alimenta in humorem conuertere, aliquando autem exhausta replentur, modo per se uiribus * recollectis, modò aliunde trans-

*pignioris,

*omne metallorum genus,

*collektis,

latis. Sæpe enim inania apposita plenis humorē in se attrahit.
 6 Ipse transire facilis in aliud. Sæpe ipsa terra in tabē resoluuntur
 & humescit. Idem cuenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur,
 & grauioremq; quam ut manare in maria possit, gignat humorē.
 Sæpe colligitur roris modo, tenuis & dispersus liquor,
 qui ex multis in unū locis confluit. Sudorem aquileges uocant,
 quia guttæ quædam uel pressura loci eliduntur, uel æstu euocantur.
 Hic tenuis unda uix fonti sufficit, at ex magnis causis,
 magnisq; conceptibus excidunt amnes, nonnunquam leuiter
 aqua pondere suo se tantum detulit, nonnunquam uehementer
 & cum sono suo, si illam spiritus intermixtus ciecit.

CAP. XVI. Sed quare quidam fontes senis horis pleni,
 senisq; sicci sunt? Superuacuum est nominare singula flumina,
 quæ certis mensibus magna, certisq; angusta sunt, & occasio-
 nem singulis quærere, cū possim eandem causam omnibus red-
 dere. Quemadmodū quartana ad horam uenit, quemadmodum
 podagra ad tēpus respondet, quemadmodum purgatio, si nihil
 obstitit, statum diem seruat, quæadmodum præsto est ad men-
 sem suū partus, sic aquæ interualla habēt, quibus se retrahant,
 & quibus reddāt. Quædam autē interualla, quia minorā sunt,
 ideo notabilia, quædam maiora nec minus certa. Et quid hoc
 mirum est, cū uideas ordinē rerum, & naturam per consti-
 tuta procedere? Hyems nunquā aberrauit. Aestas suo tempore
 inculuit. Autumnus uerisq; ut solet, facta mutatio est. Tam sol-
 stitium quàm æquinoctium suos dies retulit. Sunt & sub terra
 minus nota nobis iura naturæ, sed non minus certa. Crede in-
 fra, quicquid uides supra. Sunt & illic specus uasti, sunt ingētes
 recessus, & spatia suspensis hinc & inde montibus laxa. Sunt
 abrupti in infinitum hiatus, qui sæpe illapsas urbes receperūt,
 & ingentem in alto ruinam condidēre. Hæc spiritu plena sunt.
 Nihil enim usquā inane est, & stagna obsessa tenebris & locis

ampli

amplis. Animalia quoq; illis innascuntur, sed tarda et informia, ut in aëre caeco pinguiq; concepta, & in aquis torpentibus facta, pleraq; ex his caeca ut talpæ & *subterranei uermes, quibus deest lumen quia superuacuum est. Inde ut Theophrastus affirmat, pisces quibusdam locis eruuntur.

*subterranei
mures,

CAP. XVII. Multa hoc in loco tibi in mentem uenere, quæ urbane in re incredibili fabulosaq; dicas, Nō cum retibus aliquem, aut cum hamis, sed cum dolabra ire piscatum. Expecto ut aliquis in mari * uersetur. Quid est autē quare pisces in terram non transeant, si nos maria transimus? Per mutabimus sedes. Hoc miraris accidere. Quanto incredibiliora sunt opera luxuriæ, quoties naturam aut mentitur aut uincit. In cubili nant pisces, & sub ipsa mensa capitur, qui statim transferatur in mensam. Parum uidetur recens nullus, nisi qui in conuiuie magni moritur. Vitreis ollis inclusi offeruntur, & obseruatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante spiritu uertit, alios necant in garo, & condiunt uiuos. Et sunt qui fabulas putant piscem uiuere posse sub terra, & effodi non capi. Quam incredibile illis uideretur, si audirent natate in garo piscem, nec cœnæ causa occisum esse sed post cœnam cum multum in delitijs fuit, & oculos antequam gulam paut.

*uenetur.

CAP. XVIII. Permite mihi quæstione seposita castigare luxuriã. Nihil est, inquis, mullo expirãte formosius. Ipsa colluctatione animam afficienti rubor primum, deinde pallor suffunditur, quàm æquè uariatur, & in cæteras facies interuitam & mortē coloris est * uagatio longa, somniculosæ inertisq; luxuriæ. Quam sero experrecta circūscribi se & fraudari tanto bono sensit. Hoc adhuc tanto spectaculo & tam pulchro piscatores fruebatur, * qui coctum piscem & exanimem in ipso ferculo etiam experirentur. Mirabamur tantum in illis esse fastidiū, ut nolent attingere, nisi eodem die captū piscem, qui,

* & incerta
facies

* uocatio 7

* Quò coctū
piscem? quo

exanimē? in

ipso ferculo
qui, expiret.

qui, ut aiunt, sciret ipsum mare. Ideo cursu aduehebatur, idem gerulis cum anhelitu & clamore properantibus dabatur uia. Quò peruenere deliciae: Is pro putrido iam piscis affertur, quò hodie eductus, hodie occisus est. Nescio de re magna tibi credere. Ipse oportet mihi credam, huc afferatur, coram me animam agat. Ad hunc factum peruenere uentres delicatorem, ut gustare non possint piscem, nisi què in ipso conuiuio natantem, palpitantemq; uiderint. Quanto ad solertiam luxuriæ plures eunt, tanto subtilius quotidie & elegantius aliquid excogitant furor, usitata contemnens. Illa audiebamus. Nihil esse melius saxatili mullo. At nunc audimus. Nihil est moriente formosius. Da mihi in manus uas uitreum in quo exultet, in quo trepidet, ubi multum diuq; laudatus ex illo perlucido uiuario extrahitur, tunc ut quisq; peritior est mōstrat. Vide quomodo exarscrit rubor, omni acrior minio. Vide quas per latera uenas agat. Ecce sanguineum putes uentrē, quàm lucidum quiddam ceruleumq; sub ipso tempore effulsit. Iam porrigitur & pallet, & in unum colorem componitur. Ex his nemo morienti amico affidet, nemo uidere mortem patris sui sustinet, quam optauit. Quotus quisq; finis domesticum ad rogum prosequitur, fratrum, propinquorumq; extrema hora deseritur, ad mortem nulli concurritur. Nihil enim est illo formosius. Non tempero mihi, quin utar interdum temerarijs uerbis, & proprietatis modum excedam. Non sunt ad popinam, dentibus, & uentre, & ore contenti, oculis quoq; gulosi sunt.

CAP. XIX. Sed ut ad propositum reuertar, accipe argumentum magnam uim aquarum in subterraneis oculi fertilem fœdorū situ pisciū. Si quando erupit, affert secum immensam animalū turbam, horridā aspici, & turpem ac noxiam gustu. Certe cū in Caria * circa Myndū urbē talis exlisset unda, periere quicunq; illos ederant pisces, quos ignoto ante eum

diem

* circa Hydissum urb.

diem
guia e
ta, &
duci
indici
uis &
dit. H
riuati
ste, qu
nu den
esse qu
pareat
non ta
CA
causas
similit
figura
per in
dicam
rum. H
rem. I
plena
buntur
Fl
Vi
Medic
glutine
attigit
heret
lapide
euenit,

diem caelo nouus annis ostēdit. Nec id mirum. Erāt enim pingua & differa, ut ex longo ocio, corpora, ceterū in exercitata, & in tenebris saginata, & lucis expertia ex qua salubritas ducitur. Nasci autem posse pisces in illo terrarum profundo sit indicium, quod anguillae quoq; latebrosis locis nascuntur, grauis & ipse cibus ob ignauā, utiq; si altitudo luti penitus abscondit. Habet ergo nō tantū uenas aquarum terra, ex quibus corruatis flumina effici possunt, sed & amnes magnitudinis uastae, quorum alijs semper in occulto cursus est, donec aliquo sinu deuoretur. Alij sub aliquo lacu emergunt. Iam quis ignorat esse quaedam stagna sine fundo? Quorsum haec pertinet? Ut appareat hanc magnis annibus aeternam esse materiam, cuius non tanguntur extrema, sicut fluminum & fontium.

CAP. XX. At quare aquis sapor uarius? propter quatuor causas. Ex solo prima est, per quod feruntur. Secunda ex eadē similitudine eius nascitur. Tertia ex spiritu, qui in aquā transfiguratus est. Quarta ex uitio, quod saepe concipiunt corruptae per iniuriam. Hae causae saporem dant aquis uarium. Hae medicaminum potentiam. Hae grauem spiritum, odoremq; pestiferum. Hae leuitatem grauitatemq;, aut calorem aut nimum rigorem. Interest utrum per loca sulphure an uitro an bitumine plena transeant. Hac ratione corruptae, cum uitae periculo bibuntur. Hinc illud de quo Ouidius ait:

Flumen habent Cicones quod potum saxea reddit

Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Medicatu est, & eius naturae habet limum, ut corpora & adglutinet & induret. Quemadmodū Puteolanus puluis, si aquā attigit saxum est, sic è contrario, haec aqua si solidum tetigit, haeret & affigitur. Inde est, quod res abiectae in eundem lacum lapidae subinde extrahuntur. Quod in Italia in quibusdā locis euenit, siue uirgam siue frondem demerseris, lapidē post paucos dies

dies extrahis. Circumfunditur enim corpori limus, alliniturq;
paulatim. Hoc minus uidetur tibi mirum, si notaueris albulam,
8 & ferè sulphuratam aquam circa canales suos, *ripasq; dura-
*cymbasq; ri. Aliquam harum habent causam illi lacus, quos quisquis faucibus
hausit, ut idem poëta ait,

Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Similem habet uim mero, sed uehementiorem. Nam quemadmodum
ebrietas donec exiccetur, demētia est, & nimia grauitate
defertur in somnū: sic aquæ huius sulphurea uis habet quod-
dam acrius ex aëre noxiū uirus, quod mentem aut furore mo-
uet, aut sopore opprimut. Hoc habet mali & amnis,

Quem quicumq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera uina bibisset.

CAP. XXI. In quosdā specus qui despexere moriūtur, tū
uelox malū est, ut transuolantes aues deiciat: talis est aër, talis
locus, ex quo letalis aqua distillat. Quod si remissior fuerit
aëris & loci pestis, ipsa quoq; tēperatio noxa, nihil amplius
quam tentat neruos, uelut ebrietate torpentes. Nec miror, si lo-
cus atq; aër aquas inficit, similesq; regionibus reddat, per quas
& ex quibus ueniūt. Pabuli sapor apparet in lacte, & uini uis
existit etiam in aceto: nulla res est, quæ non eius à quo nasci-
tur notas reddat.

CAP. XXII. Aliud est etiā aquarū genus, quod nobis ple-
cet cœpisse cū mūdo. Siue ille æternus sit, hoc quoq; fuit, semper
siue initū aliquid est illi, hoc quoq; cū mundo dispositum est.
Quid sit hoc, quæris? Oceanus & quodcunq; ex illo mare ter-
ras interluit. Iudicant quidam flumina quoq;, quorum inenar-
rabilis natura est, cum ipso mundo traxisse principia, ut Hi-
strum, ut Nilum uastosq; amnes, magisq; insignes quàm ut di-
ci possit, eandem illis originem quàm cæteris esse.

CAP. XXIII. Hæc est ergo aquarū diuisio, ut quibusli-

uidetur. Post illā cœlestes quas ex superioribus nubila eiciūt. Ex terrenis aliæ sunt, ut ita dicam, supernatantes, quæ in summa humo repunt, aliæ abdite, quarum reddita est ratio.

CAP. XXIII. Quare quædā aquæ caleāt, quædā etiam ferueāt intantū, ut nō possint esse usui, nisi aut in aperto euanue-
re, aut mixtura frigidaē intepuere, plures causæ reddūtur. Em-
pedocles existimat ignibus, quos multis locis terra opertos te-
git, aquā calefcere, si subiecti sunt solo, per quod aquis trāscur-
sus est. Facere solemus dracones & miliaria & cōplures for-
mas, in quibus ære tenui fistulas struimus, per decliue circūda-
tas, ut sepe eundē ignē ambiēs aqua per tantū fluat spatij, quā-
tū efficiēdo calori sat est. Frigida itaq; intrat, effluit calida. Idē
sub terra Empedocles existimat fieri, quē nō falli* credebant ij
quibus balnearia sine igne calefiūt, spiritus in illa feruens loco
æstuanti infunditur. Hic per riuos lapsus nō aliter quā igne
subdito, parietes & uasa balnei calefacit. Omnis deniq; frigi-
da transitu mutatur in calidā, nec trahit saporem euaporatio,
quia clausa perlabitur. Quidā existimant per loca sulphure ple-
na exeuntes uel introēuntes aquas, calorē beneficio materiæ
per quam fluunt, trahere, quod ipso odore gustuq; testantur.
Reddunt enim qualitatem eius, qua caluerunt materiæ. Quod
ne accidere mireris, uiuæ calci aquam infunde, feruebit.

CAP. XXV. Quædā aquæ mortiferæ sunt, nec odore no-
tabiles, nec sapore. Circa Nonacrin in Arcadia styx appellata
ab incolis, aduenas fallit, quia nō facie, non odore suspecta est,
qualia sunt magnorū artificū uenena, quæ deprehendi nisi mor-
te nō possunt. Hæc autē, de qua paulo ante retuli aqua, summa
celeritate corrumpit, nec remedio locus est, quia protinus hau-
sta duratur, nec aliter quā gypsum sub humore constringitur,
& alligat uiscera. Est autē noxia aqua, in Thessalia circa tē-
pe, quā & feræ & pecus omne deuitat, per ferrū & æs trāsit

tanta

tanta uis illi inest etiam dura molliēdi, nec arbusa quidem ul-
alit & herbas necat. Quibusdam fluminibus uis inest mir-

*breue

Alia enim sunt que pota inficiunt greges ouium, intraq; *cer-
tum tempus, que suere nigræ albam ferunt lanam, que albæ
uenerant, nigræ abeunt. Hoc etiam in Bœotia amnes duo effi-
ciunt, quorum alteri ab effectu Melas nomen est, uterq; ex eo-
dem lacu exeunt, diuersa facturi. In Macedonia quoq; ut
Theophrastus est flumen, ad quod qui facere albas oues uo-
lunt, adducunt. Quod ut diutius potauere, non aliter quam
infectæ mutantur. At si illis lana opus fuerit nigra, uel pulle-
paratus gratuitus infector est, & ad Peneum eundem greges
appellunt. Autores novos habeo esse in Galatia flumen, que

*ouibus

idem in *omnibus efficiat. Esse in Cappadocia, quo pota equæ
nec ulli præterea animali, color mutatur, & spargitur albæ
cutis. Quosdam lacus esse qui nandi imperitos ferant, notum
est. Erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant
lateres, & mergi proiecta non possunt, & si grauiora sint. Ha-
ius rei palam causa est, quamcumq; uis rem expende & con-
tra aquam statue, dummodo utriusq; par sit modus, si aqua
grauior est, leuiorē rem, quam ipsa est, feret, & tanto supra se
extollet, quanto erit leuior, grauiora descendūt. At si aqua, et
eius rei quæ contra pensabis, par pondus erit, nec pessum ibit,
nec extabit, sed æquabitur aquæ, & natabit quidem, sed pen-
mersa ac nulla eminens parte. Hoc est cur quædam tigna supra

*submissa

aquā, penè tota, effrātur, quædā ad medium *submersa sint, et
æquilibriū aquæ, quædā descendant. Namq; cū utriusq; pondus
par est, neutraq; res alteri cedit, grauiora descendunt, leuiora
gestantur. Graue autē & leue est, non æstimatione nostra, sed
comparatione eius quo uehi debet. Itaq; ubi aqua grauior est
hominis corpore, aut saxi, non sinit id quo non uincitur mer-
gi. Sic euenit, ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pes-

sum eant. De solidis & duris loquor. Sunt enim multi pumicosi & leues, ex quibus quæ constant insule in *India natant. Theophrastus est autor. Ipse ad Cutylias natantē insulam uidi. Alia in Vadimonis lacu uehitur, alia in lacu Stationensi. Cutyliarum insula & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua sustinetur, & in hanc atq; illā partē non tantū uento impellitur, sed & aura. Nec unquā illi per diem & noctē in uno loco statio est, adeo mouetur leui flatu. Huic duplex causa est. Aquæ grauitas medicatæ, ob hoc ponderosæ, & ipsius insule materia *uectibilis, quæ nō est corporis solidi, quāuis arbores alat. Fortasse enim leues truncos frondesq; in lacu sparsas pinguis humor apprehendit, ac uinxit. Itaque etiam si qua in illa saxa sunt, inuenies aquosa & fistulosa: qualia sunt quæ duratus humor efficit utiq; circa medicatorū fontiu riuos, quæ ubi purgamenta aquarū coaluerunt, ex spuma solidantur. Necessariō leue est, quod ex uentoso inaniq; concretū est. Quorundā causa non potest reddi, quare aqua Nilotica fecundiores foeminas faciat, adeo ut quarundā uiscera longa sterilitate præclusa, ad conceptū relaxauerit. Quare quædā in Lycia aquæ conceptū foeminarū custodiant, quas solent petere, quibus parum tenax uulua est. Quid ad me attinet? Pono ista inter temere uulgata. Creditū est quasdā aquas scabiē afferre corporibus, quasdā uitiliginē & foedā ex albo uarietatē, siue infusa siue pota sit, quod uitū dicunt habere aquā ex rore collectā. Quis nō grauissimas esse aquas credat, quæ in crystallū coeunt? Contra autē est, tenuissimis hoc enim euenit, quas frigus ab ipsa tenuitate facillime gelat. Vnde autē fiat eiusmodi lapis, apud Græcos ex ipso nomine apparet, κρύσταλλος enim appellāt æque hunc perlucidū lapidē, quā illam glaciē, ex qua fieri creditur. Aqua enim coelestis minimum in se terreni habens, cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis,

*Herm. Lydia Insula mobilis

*uectabilis,

f donec

donec omni aëre excluso in se tota compressa est, & humor qui fuerat, lapis effectus est.

CAP. XXVI. Aestate quædã flumina augētur, ut Nilus, cuius aliàs ratio reddetur. Theophrastus est autor, in Ponto quoq; quosdã annes crescere tempore æstiuo, quatuor autē esse iudicat causas. Aut quia tunc maxime in humorē mutabilis terra est, aut quia maiores in remoto imbres sunt, quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus uentis ostium cæditur, & reuerberato fluctu, annis restitit qui crescere uidetur, quia nō effunditur. Quarta ratio est syderū. Hæc enim quibusdã mensibus magis urgēt, & exhauriunt flumina, cū longius recesserunt, minus consumūt, atq; trahunt. Itaq; quod impendio solebat, id incremento accedit. Quædã flumina palàm in aliquē specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur: quædã consumuntur paulatim & intercidunt, eadē ex interuallo reuertuntur, recipiuntq; & nomen & cursum. Causa manifesta est, sub terra uacat locus. Omnia autē humor natura ad inferius, & ad inane defertur. Illò itaq; recepta flumina cursum egere secreto: sed cum primum aliqui solidi quod obstaret occurrit, prærupta parte, quæ minus ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum.

Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,

Existit procul hinc, aliq; renascitur ore.

Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus,

Redditur Argolicis ingens Erasinus in undis.

Idem & in oriēte Tigris facit, absorbetur & desideratus tandem longe remoto loco purgamenta eiectat, ut Arethusa in Sicilia, quinta quaque æstate per olympia. Inde opinio est Alpheon ex Achaia eo usq; penetrare, & agere sub mare cursum, nec antequã in Syracusano littore emergere: ideo quibus diebus olympia sunt, uictimã stercus secūdo traditū flumina

illic redundare. Et hoc etiā à te traditū est, ut in prima parte Lucili charissime, & à Vergilio qui alloquitur Arethusam.

Sic tibi cum fluctus subter libere Sicanos,

Doris amara suam non intermisceat undam.

Est in Chersoneso Rhodiorū fons, qui post magnū interuallum temporis fœda quædā turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusq; est: hoc quibusdā locis fontes faciunt, ut non tantū lutū aut folia, sed testas quoq; & quicquid putre iacuit, expellant: ubiq; autem facit mare, cui hæc natura est, ut omne immundum stercoreosumq; littoribus impingat. Quædam uero partes maris id certis tēporibus faciunt, ut circa Messanā & Mylas* fimo quiddā simile, turbulentū in littus mare profert, feruetq; & exæstuat, non sine odore fœdo. Vnde illic stabulari solis boues fabula est. Sed difficilis ratio est quorundā, utiq; imbi tempus eius ualde quo purgatur obseruatū, sed incertum est. Itaq; proxima quidē inueniri & uicina non potest causa, ceterū publica est illa. Omnis aquarum stantium clausarumq; natura se purgat. Nam in his quibus cursus est, nō possunt uitia consistere, quæ sua uis defert & exportat. Illæ quæ non emittunt quicquid insedit, magis minus uel æstuant. Mare uero cadauera stramētāq; & naufragorum* reliqua similia ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctuq; , sed tranquillum quoq; placidumq; purgatur.

CAP. XXVII. Sed monet me locus, ut querā cū fatalis dies diluuij uenerit, quemadmodū magna pars terrarū undis obruatur. Vtrū oceani uiribus fiat, & externū in nos pelagus exurgat, an crebri sine intermissione imbres, & elisa æstate hyems pertinax, immensam uim aquarum ruptis nubibus* deruat. An flumina tellus largius fundat, aperiatq; fontes novos: aut non sit unā tanto malo causa, sed omnis ratio consentiat, & simul imbres cadāt, flumina increscant, maria sedibus suis ex-

10

* fimo quædam similia purgamēta mare profert,

* reliquijs

* deiciat.

cita percurrant, et omnia uno agmine ad exitiū humani generis incumbant. Ita est, Nihil difficile est naturæ, utiq; ubi in finem sui properat. Ad originē rerū parce utitur uiribus, dispēsatq; se incrementis fallentibus, subito ad ruinā toto impetu uenit. Quā longo tēpore opus est, ut cōceptus ad puerperiū perducatur infans. Quantis laboribus tener educatur, quā diligētī nutrimento obnoxiiū nouissime corpus adolescit, at quā nullo negotio soluitur. Vrbes cōstituit ætas, hora dissoluit. Memento fit cinis, diu sylua. Magna tutela stant aut uigent omnia, cito ac repente dissiliunt. Quicquid ex hoc statu rerū natura flexerit in exitiū mortaliū satis est. Ergo cū affuerit illa necessitas temporis, multa simul fata causas mouent, nec sine concussione mundi tanta mutatio est, ut quidā putant, inter quos Fabianus est. Primo immodici cadunt imbres, & sine ullis solibus triste nubilo cœlū est. Nebulaq; cōtinua, & ex humido spissaq; caligine, nunquā exiccantibus uenis. Inde uitiiū satis est, segetū sine fruge surgentiū marcor. Tunc corruptis quæ seruntur manu, palustris omnibus cāpis herba succrescit, mox iniuriā & ualidiora sensere. Solutis quippe radicibus, arbusta procūbunt, & uitis atq; omne uirgultū non tenetur solo, quod molle fluidūq; est: iam nec gramina aut pabula læta aquis sustinent, fame laboratur, & manus ad antiqua alimenta porrigitur, qua ilex & quercus excutitur, & quæcunq; in his arduis arbor commissura astricta lapidū stetit labascit. Madent tecta, & in imū usq; receptis aquis fundamēta desidiūt, ac tota humus stagnat, frustra titubantiū* fulgura tentatur. Omne enim* fundamentū in lubrico figitur, & lutosa humo nihil stabile est. Postquā magis magisq; nimbi ingruunt, & congestæ seculis tabuerūt nives, deuolutus torrens altissimis mōtibus rapit syluas male hærentes, & saxa reuolutis remissa cōpagibus rotat. Abluit uillas, & intermixtos omium greges deuchit, uulsisq; minoribus

*fulcra tentantur.

*firmamentum

tectis

tectis quæ in transitu abduxit, tandem in maiora uolentus oberrat. Vrbes & implicitos trahis mœnibus suis populos, ruinã an naufragiũ querantur incertos, adeo simul, & quod opprimeret, & quod mergeret, uenit. Auctus deinde processu aliquo in se torrentibus raptis plana passim populatur. Nouissime ruina magna gentiũ clarus onustusq; diffunditur. Flumina uero suapte natura uista & tempestatibus rapta alueos relinquunt. Quid tu esse Rhodaniũ, quid putas Rhenum atq; Danubium, quibus torrens etiã in canali suo cursus est, cũ superfusi nouas sibi fecere ripas, ac scissa humo simul excessere alueo? Quanta cũ præcipitatione uoluuntur, ubi per campestria fluẽs Rhenus, ne spatio quidẽ languidus, sed latissime uelut per angustũ aquas implet? Cumq; Danubius nõ iam radices, nec media montium stringit, sed iuga ipsa sollicitat, ferens secum* madesacta montium latera, rupesq; deiectas, & magnarũ promontoria regionum, quæ fundamentis laborantibus* à continente recesserunt. Deinde non inueniens exitum, omnia enim sibijpse præcluserat, in orbem redit, ingentem terrarum ambitum atq; urbium uno uortice inuoluit. Interim permanent imbres, fit coelum grauius, ac sic diu malum ex malo colligit. Quod olim fuerat nubilum, nox est, & quidẽ horrida & terribilis intercussu luminis diri: crebra enim micant fulmina, procellæ quatunt mare, tũc primum auctum fluminũ accessu, & sibi angustum: iam promouet littus, non continetur suis finibus, sed prohibent exire torrẽtes, aguntq; fluctus retro: pars tamen maior, ut maligno ostio retenta, restagnat, & agros in formam unius lacus redigit. Iam omnia quæ prospici possunt, aquis obsidentur. Omnis tumultus in profundo latet, & immensa ubiq; altitudo est, tantum in summis montium iugis uada sunt. In ea excelsissima cum liberis coniugibusq; fugere, actis ante se gregibus: diremptum inter miseros commercium ac

*labefacta

II

*ambesa cor
ruerunt.

transitus, quoniam quicquid submissus erat, id unda cōpleuit. Ac acutissimis quibusque adhaerebant reliquiae generis humani, quibus in extrema per ductus, hoc unū solatio fuit, quod transierat in stuporem metus, nō uacabat timere mirantibus, ne dolor quidem habebat locū. Quippe uim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est. Ergo insularū modo eminent montes, & sparsas Cycladas augent, ut ait ille Poëtarum ingeniosissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit,

Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto.

Nisi tantum impetum ingenij & materiae ad pueriles ineptias reduxisset.

Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones.

Nō est res satis sobria, lasciuire deuorato orbe terrarū. Dixit ingentia & tantae confusionis imaginem cepit cum dixit,

Expatriata ruunt per apertos flumina campos,

— Pressaeque labant sub gurgite turres.

Magnifice hoc, si non curauit, quid oues & lupi faciant. Natari autem in diluuiō & in illa rapina potest: aut non eodem impetu pecus, quo raptū erat,mersum est omne? Concepisti imaginem quantam debebas. Obrutus omnibus terris coelo ipso in terram ruente perfer. Scies, quid deceat, si cogitas orbem terrarum natate. Nunc ad propositum reuertamur.

C A P. XXVIII. Sunt qui existimāt immodicis imbribus uexari terras posse, nō obrui. Magno impetu magna ferienda sunt. Faciet pluuia segetes malas, fructum grādo decutiet, intumescent riuus flumina, sed resident. Quibusdam placet moueri mare, & illinc causam tantae cladis accersi. Nō potest torrentium, aut imbrum, aut fluminū iniuria fieri tam grande naufragiū: ubi instat illa perniciēs, mutarique genus humanū placuit, fluere assiduos imbres, et nō esse modū pluuijs cōcesserim, suppressis aquilonibus, & flatu sicciore austris, nubes & im-

bres

bres & annes abundare. Sed adhuc in damna profectum est.

Sternuntur segetes & deplorata colonis

Vota iacent, longiq; perit labor irritus anni.

Non lædi debent terræ, sed abscondi. Denique cū per ista pro-

lufum est, crescunt maria, sed super solitum, & fluctum ultra
extremū tēpestatis maximæ uestigiū mittunt. Deinde à tergo
uentis surgentibus ingens æquor* inuoluunt, quod lōge à con-

spectu* uentis, littoribus frangitur. Deinde ubi littus his pro-

latū est, et pelagus in alieno constitit, uelut admoto malo comi-

nus, procurrit æstus imo recessu maris. Nā ut aëris, ut ætheris,

sic huius elementi larga materia est, multoq; in abdito plenior.

Hæc fatis mota non æstu (nam æstus fatis ministeriū est) attol-

lit uasto sinu fretum, agitq; ante se. Deinde in miram altitudi-

nem erigitur, & illis tutis hominū receptaculis superest. Nec id
aquis* aridum est, quoniā æquo terris fastigio ascenderet. Si

quis excelsa perlibret, maria paria sunt. Nam par undique sibi
ipsa tellus est. Caua eius et plana eius undiq; inferiora sunt. Sed
istis adeo in rotundum orbis æquatus est, in parte autem eius
& maria sunt, quæ in unius æqualitatē pile coeunt. Sed quem-

admodū campos intuentem, quæ paulatim deuexa sunt, fallunt,
sic non intelligimus curuaturas maris, & uidetur planū quic-

quid apparet, at illud æquale terris est. Idcoq; ut effluat, non
magna mole se tollet, dum satis est illi, ut supra paria ueniat,
leuiter exurgere, nec à littore ubi inferius est, sed à medio, ubi
ille cumulus est, defluit. Ergo ut solet æstus æquinoctialis, sub
ipsum Solis Lunæq; coitum omnibus alijs maior undare: sic
hic qui ad occupandas terras emittitur, solitis maximisq; wio-

* uoluunt,
* uentis, su-
peresse uide-
tur.

* arduum

* Alterutrū
fit cum deo

* aut desuper
feruor ignis

illo tempore solutus legibus sine modo fertur. Qua ratione, in-
quis? Eadem qua cōflagratio futura est * Vtrum sit deo uisum
ordiri meliora, uetera finire? Aqua & ignis terrenis dominā-
tur. Ex his ortus & ex his interitus est. Ergo quodcumque
placuerit res nouæ mundo, sic aut in nos mare emittitur * de-
super, aut feruor ignis cū illud genus exitij placuit.

CAP. XXIIX. Quidā existimant terram quoq; concuti,
& dirupto solo noua fluminū capita detegere, quæ amplius ut
è pleno profundant. Berofus, qui Belum interpretatus est, ait,
cursu ista syderū fieri: adeoq; id affirmat, ut cōflagrationi atq;
diluuiio tempus assignet: arsura enim terrena contendit, quando
oīa sydera, quæ nunc diuersos agunt cursus in Cancrum cōue-
nere, sic sub eodem posita uestigio, ut recta linea exire per or-
bes oīm possit: inundationem futuram, cū eadem syderum tur-
ba in Capricornum cōuenierit. Illic solstitium, hic bruma con-
ficitur. Magnæ potētie signa quæ in ipsa mutatione anni mo-
menta sunt. Et istas ego receperim causas (neq; enim ex uno
est tanta perniciēs) & illa quæ in conflatione nostris placent,
huc quoq; transferenda puto, siue aīa est mundus, siue corpus,
natura gubernāte, ut arbores, ut sata, ab initio eius usq; ad exi-
tum, quicquid facere, quicquid pati debeat, inclusum est, ut in
semine oīs futuri ratio hominis cōprehensa est. Et legem barbæ
& canorum nondum natus infans habet, totius enim corporis
& sequentis ætatis in paruo occultoq; liniamenta sunt. Sic ori-
go mundi, non minus Solem & Lunam, & uices syderum, &
animaliū ortus, quàm quibus mutarentur terrena, continuit. In
his fuit inundatio, quæ non secus quā hyems, quàm æstas, lege
mūdi uenit. Itaq; nō pluuia istud fiet, sed pluuia quoq; nō incur-
su maris, maris quoq; incurso, non terræ motu, sed terræ quoq;
motu. Omnia adiuuabunt naturā, ut naturæ constituta peragā-
tur. Maximā tamē causam, ad se inundandā, terra ipsa præsta-
bit,

bit quam diximus esse mutabilem, & solui in humorem. Ergo quādoquē erit terminus rebus humanis, cum partes eius interire debuerint, aboleri ue funditus tota, ut de integro tota, rudes, innoxiaeque generentur, nec supersit in deteriora magister, plus humoris, quam semper fuit, fiet. Nunc enim elementa ad id quod debetur pensa sunt. Aliquid oportet alteri accedat, ut quae libramento stant inaequalitas turbet. Accedet humori. Nunc enim habet quo ambiat terras, nō quo obruat, Quicquid illi adieceris, necesse est in aliū locū exundet. Vnde ergo terra habeat, minus ut ualidioribus infirma succumbat? Incipiet ergo putrescere, dehinc laxata ire in humorem, & assidua tabe defluere. Tunc exilient sub mōtibus flumina, ipsosque impetu quatiant, inde aura * tacita manabunt. Solum omne aquas reddet, summi scaturient montes, quēadmodum in morbum transeunt sana, & ulcersi uicina cōsentiunt, ut quaeque proxima terris fluentibus fuerint, eluentur, stillabunt, & deinde current, & hiant pluribus locis saxo, per fretū salient, et maria inter se cōponēt. Nihil erūt Adriatici, nihil Siculi aequoris fauces, nihil Charybdis, nihil Scylla. Oēs nouū mare fabulas obruet, et hic quae terras cingit Oceanus extremas, ueniet in mediū. Quid ergo est? nihilominus tenebit alienos menses hyems, aestas prohibebitur, et quodcūque terras sydus exiccat, compresso ardore cessabit. Peribunt tot nomina, Caspiū & Rubrum mare. Ambracij * & *Corinthiaci Cretici sinus. Propontis & Pontus. Peribit omne discrimen. Cōfundetur quicquid in suas partes natura digessit. Non muri quemquā turres ue tuebuntur. Non proderunt tēpla supplicibus, nec urbiū summa, quippe fugientes unda praeueniet, & ex ipsis arcibus deseret. Alia ab occasu, alia ab oriente cōcurrent, unus humanū genus condet dies. Quicquid tam longa fortunae indulgētia excoluit, quicquid supra ceteros extulit, nobilia pariter atque adornata, magnarumque gentium regna pessundabit.

CAP. XXX. Sunt omnia, ut dixi, facilia naturæ, utique primo facere constituit, ad quæ non subito, sed ex denuntiatio uenit. Iam autem à primo die mundi, cum in hunc habitum ex infirmi unitate discederet, quando mergerentur terrena, decretum est, & ne sit quandoq; uelut in nouo opere, dura molitio, olim ad hæc maria se exercent. Non uides ut fluctus in litora tanquam exiturus incurrat? Nō uides, ut æstus fines suæ transeat, & in possessionem terrarum mare inducat? Non uides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quis porro istinc, unde tantū tumultum uides, metus est è mari & magni impetu erumpentibus fluiuis? Vbi nō humorem natura disposuit, ut undiq; nos, cum uoluisset, aggredi possset. Mentior, nisi eruentibus terram humor occurrit, et quoties nos auaritia, aut defodit, aut aliqua causa penetrare altius cogit, eruenti finis aliquando est. Adijce nunc, quod immanes sunt in abdito lacus, & multum maris conditi, multum fluminum per opera labentium. Vndiq; ergo erit causa diluuii, cum aliæ aquæ subito fluunt terras, aliæ circumfluunt, quæ diu coërcitæ uincunt, & amnes amnibus iungent, paludibus stagna. Omnium tunc maria ora fontium implebit, et maiore hiatu soluet. Quemadmodum corpora nostra ad egestum uenter exhaurit, quemadmodum eunt in sudorē uires: ita tellus liquefiet, et alijs causis quiescentibus, intra se, quò mergatur, inueniet, sic magna omnia coitauerit crediderim. Nec erit longa mora exitij. Tentatur diuellitur concordia, cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undiq; ex aperto supernè, ex abdito ab interioribus aquarum fiet eruptio. Nihil est tam uolentum & incontinentis sui, contumax, infestumq; renitentibus, quàm magna uis undæ uetetur libertate permissa, & iubente natura, quæ scindit creuitq; complebit. Ut ignis, diuersis locis ortus, cito miscet incendium, flammis coire properantibus, sic momento redunt

danti
erit,
ris in
sorbe
coget
occur
anima
& ma
durab
cilis in
stro u

1 P
premi
tergo
est.

2 I
tem, qu
cit nor
tantum
lius ha
dubito
apud r

3 A
te, quo
cus. lun

4 T
exemp
aque, s

5 H
exemp

6 S
euenit

danti

dantia maria se committent. Nec ea semper licentia undis erit, sed peracto exitio generis humani, extinctisq; pariter feris in quarum homines ingenia transierat, iterum aquas terra sorbebit, terram *pelagus stare, aut intra terminos suos furere coget, & reiectus è nostris sedibus in sua secreta pelletur oceanus, & antiquitus ordo reuocabitur. Omne ex integro animal generabitur, dabiturq; terris homo inscius scelerum, & melioribus auspicijs natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum noui sunt, cito nequitia subrepat, uirtus difficilis inuentu est, rectorem ducemq; desiderat, etiam sine magistro uitia discuntur.

*pelagusq;
stare,

EX LIBRI TERTII

PRAEFATIONE.

1 Prætermitat ergo senectus, &c. Britannicum exemplar habebat, prætermitat ergo senectus. Nō dubito quin Seneca scripserit, premit à tergo senectus &c. Nisi malis, premit & obiicit, quod sanè mollius est.

EX EADEM.

2 In primis labris animam habere. Vt intelligas paratam ad mortem, quanquam altera scriptura magis aridet. Ac mox, Hæc res efficit non euenire quærenti ut sit liber, sed euenire naturæ. Fortunatus tantum mutat, quærenti in Quiriti. Britannicum exemplar probabilius habebat, non è iure Quiritium, sed è iure, naturæ. Nam omnino dubito, an Latinè possis quiritem dicere, singulari numero, duntaxat apud rhetores.

EX CAP. I.

3 Apud Terentium Iunior charissime. Pro Terentium legèdum, te, quod indicauit Fortunatus, & huic suffragabatur codex Britannicus. Iunior Lucii cognomen est.

4 Tam uarius illius usus quàm gratus est. Melius quod habebat exemplar Britannicum, quàm gustus est. Ex gustu enim iudicantur aquæ, quæ ad quid sint usui.

EX CAP. XIII.

5 Hunc eundem languere considero. Sic prior æditio. Britannicum exemplar pro eundem, habebat euanidum, & rectè ni fallor.

EX CAP. XV.

6 Sæpe terra si facilis est, in tabem ipsa resoluitur & humescit. Idè euenit sub terra, quod in nubibus ut spissetur, grauiorq; quàm ut manere

manere in natura sua possit, gignat humorem. Ita prior æditio, quæ tolerabilis est, si legas, grauioremq; Fortunatus legit. Ipse transire in ciliis in aliud. Ipsa terra in tabem resoluitur, &c. Hæc lectio uidetur altera deprauatio. Supposuimus lectionem quam diuinavit Fortunatus, donec germana extiterit. EX CAP. XVIII.

7 Quam sero expressero circumscribi se &c. Hoc loco torquetur Fortunatus, uariamq; diuinat lectionem. At uetus lectio mea sententia bene habet, si pro expressero, legas expectata.

EX CAP. XX.

8 Circa cannales suos cymbasq; durari. Sic prior æditio. Alii legunt, riuos pro cymbas. Britannicum habebat ripasq;.

9 Amnis eius. Sic prior æditio. Lyncestis amnis bene reposuit Fortunatus. Sed stomachatur sine causa, quod Mintius ascripserim, ex codice, non ex somnio meo. Neque enim aliud tum agebam in transcurso.

EX CAP. XXVI.

10 Chodiorum fons. Rhodiorum reposuit Fortunatus, atque ita habebat exemplar Britannicum. EX CAP. XXVII.

11 Adesse recesserunt. Ita prior æditio. Fortunatus diuinat, a uulga Britannicum exemplar habebat à continente recesserunt.

L. ANNAEI SENE-
CAE QVAESTIONVM NATV-
RALIVM LIBER IIII.

in quo de Niue Grandine, &
Pluuia agitur.

PRAEFATIO.



ELECTAT te quemadmodum scribis Lucili uirorū optime Sicilia, et officium procurationis ociosæ. Delectabit, si continere id intra fines suos uolueris, nec efficere imperiū quod est procuratio. Facturū te hoc non dubito. Scio quam sis ambitioni alienus, quam familiaris ocio & literis. Turbā rerum hominumq; desiderent, qui se pati nesciūt. Tibi tecum optime conuenit. Nec mirum paucis istud contin-

gere,

gere, imperiosi nobis ipsi molesti sumus: modò amore nostri, modò tædio laboramus, infelicè animū nūc superbia inflammas, nunc cupiditate distēdimus, aliàs uoluptate laxamus, aliàs sollicitudine exurimus. Quod est miserrimū nunquàm sumus singuli. Necessè est itaq; assidua utamur, in tā magnorū uitiorum contubernio, rixa. Fac ergo mi Lucili, quod facere consueuisti. A turba quantū potes te separa, nec adulatoribus latus præbeas: artifices sunt ad captādos superiores, Par illis etiam si bene caueris, non eris. Sed mihi crede proditori, si capieris, ipse te trades. Habēt hoc in se naturale blanditiæ, etiā cum reijciuntur placēt, sepe exclusæ nouissime recipiuntur. Hoc enim ipsum impuat, quod repelluntur, et* subijci ne cõtumelia quidem possunt. Incredibile est, quod dicturus sum, sed tamen uerū. Ea miseria quisq; patet, quā patitur. Fortasse enim idē, qui patet patitur. Sic ergo formare, ut scias non posse te consequi, ut sis impenetrabilis, cū omnia caueris, *per ornāmēta fiet, Alius adulatione clam utetur parce, alius ex aperto palam rusticitate simulata, quasi simplicitas illa non ars sit. Plancus artifex ante Vilem maximus, aiebat non esse occulte, nec ex dissimulato blandiendū. Perit, inquit, procari, si latet. Plurimum adulator cum deprehensus est, proficit, plus etiamnum si obiurgatus est, si erubuit. Futuros multos in* personā tuā Plācos cogita, et hoc non esse remediū tanti mali, nolle laudari. Crispus Passienus, quo ego nil noui subtilius in omnibus rebus, maxime in distinguendis et curandis uitijs, sepe dicebat* adulationi opus non claudere ostiū, sed aperire. Et quidem sic, quæadmodum oppo- ni amicæ solet. Quæ si impulit grata est, gratior si effregit. Demetriū egregiū uirum memini dicere cuidā libertino potenti, facilem sibi esse ad diuitias uiam, quo die poenitisset bone mentis. Nec inuidebo, inquit, uobis hanc artem, sed docebo eos quibus quesito opus est, quæadmodum non dubiam fortu-

nam

*subigi

*per æramē
ta feriet

*provincia

*adulationi-
bus non clau-
dere ostium.

nam maris, non emēdi uendendiq; litem subeant, non incertam fidem ruris, incertiorē fori tentēt, quem admodum non solū facili, sed etiā hilari uia pecuniā faciant, gaudentesq; dispolient. Te, inquit, longiorem Fido Ameo iurabo, & Apollonio p̄c̄ta, quāuis staturā habeas Thetisi Threcae incompositi. Hominem quidē non esse ullum liberaliorē, non mētiar, cum possis uideri omnibus donasse, quicquid dereliquisti. Ita est mi Junior, quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frontem suam perfricit, cecidit aliā, hoc citius expugnat. Eō enim iam dementia uenimus, quod qui parçē adulatur, pro maligno suscipitur.

* Solebā tibi dicere Gallionē fratrem meum, quem nemo non parum amat, etiā qui amare plus non potest, talia uicia non nosse, hoc eum odisse: ab omni illū parte tētaasti. Ingeniū suspicere cœpisti, omniū maximū & dignissimum, quod consecraret, quā cōteri, pedes abstulit, frugalitatē laudare cœpit, quare sic à nobis resiliuit: uti nos nec laudare nec damnare uideatur. Prima statim uerba praescidit. Cœpisti mirari comitem & compositam suauitatē, quae illos quoq; quos transiit, abducit, gratuitū etiā in obuios meritū. Nemo enim mortaliū uni tam dulcis est, quā hic omnibus, cum interim tāta naturalis boni uis est, uti artem simulationemq; non redoleat. Nemo non imputari sibi bonitatē publicam patitur. Hoc quoque loco blanditijs tuis restitit, ut exclamares inuenisse te inexpugnabilem uirum aduersus insidias, quas nemo non in sinum recipit. Eo quidem magis hanc eius praudentiā, & in euitādo inuitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia sperueras posse apertis auribus recipi, quāuis blanda diceret, quia uera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim falsis à uero petitur ueritas. Nolo tamen tibi displiceas, quasi male egeris, & quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit. Non deprehendit te, sed repulit. Ad hoc exemplum

* Solebas mihi dicere
* alia uitia
* conseruari malles,

* & incōpositam
* in oēs meritum.

componere. Cum quis ad te adulator accesserit, dicit: * Vis
 tu ista uerba, quæ iam ab alio magistratu ad alium cum li-
 storibus transeant, * ferre ad aliquem qui paria facturum, uult,
 quicquid dixeris audire. Ego nec decipere uolo, nec decipi pos-
 sum. Laudari me à uobis, nisi laudaretis etiam malos, uellem.
 Quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere coninus
 possint? Longum inter uos interuallum sit. Cum cupieris be-
 ne laudari, quare hoc ulli debeas? ipse te lauda, dic, liberalibus
 me studijs tradidi, quanquam paupertas alia suaderet, & in-
 genium abduceret, ubi præsens studij precium est. Ad gratui-
 ta carmina deflexi me, & ad salutare philosophiæ studium
 contuli. Ostendi in omne pectus cadere uirtutem, & elucta-
 tus natalium angustias, nec sorte me, sed animo mensus, par
 maximis steti. Non mihi inimicitia Getulici Caij fidem eri-
 puit, non in aliorum personam infeliciter * amatorum, Mes-
 sala & Narcissus, diu publici hostes, antequam fui, propo-
 situm meum potuerunt euertere. Ceruicem pro fide appo-
 sui. Nullum uerbum mihi, quod non salua conscientia proce-
 deret, excussum est. Pro amicis omnia timui, pro me nihil,
 nisi ne parum bonus amicus fuisset. Non mihi muliebres
 fluxere lachrymæ, non è manibus ullius supplex pependi.
 Nihil indecorum nec bono, nec uiro feci. Periculis meis ma-
 ior, paratus ire in ea quæ minabantur, egi gratias for-
 tunæ, quod experiri uoluisset, quanti æstimarem fidem.
 Non debebat mihi paruo res tanta constare. Nec examina-
 uit me quidem diu, neque enim paria pendebant, utrum sa-
 tius esset me perire pro fide, an fidem pro me. Non præ-
 cipiti inpetu in ultimum consilium, quo me eriperem fu-
 rori potentium, nisi. Videbam apud Caium tormen-
 ta, uidebam ignes. Sciebam olim sub illo in eum sta-
 tum res humanas decidisse, ut inter misericordiæ opera
 haberet

* 1, tu ista

* ferto

* armati,
Messalina

haberetur occidi. Non tamē ferro incubui, nec in mare aperto ore defilui, ne uiderer pro fide tātum mori posse. Adijce nunc inuictū muneribus animū, & in tāto auariciæ certamine, nunquam suppositam manum lucro. Adijce nunc uictus parsimoniam, sermonis modestiam. Aduersus minores humanitatem, aduersus maiores reuerentiam. Post hoc ipse te cōsule, uera ne an falsa memoraueris. Si uera sunt, coram magno teste laudatus es: si falsa, sine teste derisus es. Possum & ipse nunc uideri te, aut captare aut experiri. Vtrumlibet crede, & omnes timere à me incipe. Vergilianum illud excude,

Nusquam tuta fides. Aut Ouidianum,

Quā terra patet fera regnat Erinnyes,

In facinus iurasse putes.

Aut illud Menādri (Quis enim non in hoc magnitudine ingenij sui cōcitauit, detestatus cōsensū humani generis tendētis ad uitia) omnes ait, malos uiuere, & in scenā uelut rusticus pōctus profiliuit. Non senē excepit, nō puerū, nō foeminā, nō uirū, & adiicit, singulos peccare nō paucos, sed iā scelus esse cōtextū. Fugiendū ergo, & in se redeundū est, imò etiā à se recedēdum. Hoc tibi, & si diuidimur mari, præstare tētabo, ut dubiū uenieiecta manu ad meliora perducam. Et ne solitudinem sentias, hinc tecū miscebo sermones. Erimus unā, qua parte optimi sumus, dabimus inuicē cōsilia, & ex uultu audiētis pendētē lōgē te ab ista prouincia abducā, ne forte magnā historijs esse fidē credas, & placere tibi incipias, quoties cogitaueris. Hic ego habeo sub meo iure prouinciā, quæ maximarū urbiū exercitus & sustinuit & fregit, cū inter Carthaginē & Romā ingētis belli preciū iacuit: cū quatuor Romanorū principum, id est, totius imperij uires contractas in unū locum uidit, animūq; Pōpeij fortuna erexit, Cesaris fatigauit, Lepidi transfudit, omnium concussit, qui illi ingenti spectaculo interfuerunt.

quo liquere mortalibus posset, quàm uelox foret ad imū lapsus ex summo, quàmq; diuersa uia magnam potentiam fortuna destrueret. Vno enim tempore uidit Pompeiū Lepidumq; ex maximo fastigio aliter ad extrema deiectos, cum Pompeius alienum exercitum fugeret, Lepidus suum.

CAP. I. Itaq; ut totū mihi te abducā, quāuis multa habeat Sicilia in se circūq; se mirabilia, oēs interim puincia tue quæstiones præteribo, & in diuersum cogitationes tuas abstrahā. Quæra enim tecum id, quod libro superiore distuli. Quid ita Nilus æstiuus mensibus abundet. Cui Danubiū similem habere naturā philosophi tradiderūt, quod & fontis ignoti, & æstate quàm hyeme maior sit. Vtrunq; apparuit falsum, Nā & caput eius in Germania esse cōperimus, & æstate quidē incipit crescere, sed adhuc manēte intra mensuram suam Nilo, primis caloribus, cum sol uehemētior inter extrema ueris niues emollit, quas ante consumit, quàm intumescere Nilus incipiat. Reliquo uero æstatis minuitur, & ad hybernā magnitudinē redit, atq; ex ea demittitur.

CAP. II. At Nilus ante ortum caniculæ augetur medijs æstibus, ultra æquinoctiū. Hunc nobilissimū annē natura extulit ante humani generis oculos. & ita disposuit, ut eo tempore inundaret Aegyptiū, quo maxime uisā feruoribus terra undam altius traheret, tantum hausura, quantū siccitati annuæ sufficere possit. Nam in ea parte, qua in Aethiopiā uergit, aut nulli imbres sunt, aut rari, & qui insuetā aquis cœlestibus terrā nō adiuuent, Vnam ut scis Aegyptus in hoc spem suā habet. Proinde sterilis annus aut fertilis est, prout ille magnus influxit, aut parcior. Nemo aratorū aspicit cœlum, Quare nō cū poëta in eo iocor, & illi Ouidium suum impingo, qui ait,

Nec pluuias supplicat herba Ioui.

Vnde crescere incipiat si comprehendi posset, causæ quoq; incrementi

Tibullus habet hoc carmē non Ouidius.

crementi inuenirentur. Nunc uero magnas solitudines peruegatus, & in paludes diffusus, gentibus sparsus circa Philas primum ex uago & errante colligitur. Phile insula est aspera & undiq; prærupta, duobus in unū coituris amibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Vrbs eā totā cōplectitur. Hanc Nilus magnus magis quā uiolētus, egressus Aethiopiā arenasq; per quas iter ad cōmercia Indici maris est, prælabitur. Excipiunt autem cataraetæ, nobilis insigni spectaculo locus. Ibi per arduas excisasq; pluribus locis rupes Nilus insurgit, & uires suas concitat. Frangitur enim occurrētibus saxis, & per angustias eluctatur, ubicunq; uincit, aut uincitur, fluctuat, & illic excitatis primū aquis, quas sine tumultu leni alueo duxerat, uiolētus, & torrens per malignos transitus profilit, dissimilis sibi. Quippe ad id lutosus & turbidus fluit. At ubi in scopulos* cautiū intrauit spumat, & illi non ex natura sua, sed ex iniuria loci color est. Tandē eluctatus obstantia in uastā altitudinē subito destitutus cadit, cū ingēti circūiacentiū regionū strepitu. Quem perferre gens ibi* asperis collocata nō potuit, obtusis assiduo fragore auribus, & ob hoc sedibus ad quietiora translatis. Inter miracula fluminis incredibilē incolarum audaciā accepi. Bini paruula nauigia conscēdunt, quorū alter nauem regit, alter exhaurit. Deinde multū inter rapidā insaniā Nili, & reciprocos fluctus uolutati, tandē tenuissimos cannales tenet, per quos angusta rupiū effugit, & cū toto flumine effusi, nauigiū ruens manu tēperant, magnoq; spectantū metu in caput missi, cū iam adploraueris, mersosq; atq; obrutos tanta mole credideris, longe ab eo, in quē ceciderant, loco nauigant, tormenti modo missi. Nec mergit cadens unda, sed planis aquis tradit. Primū incrementū Nili circa insulam, quā modo retuli, Philas* nascitur. Exiguo ab hac spatio petra diuiditur, ἄβατος Græci uocant, nec illam ulli, nisi antistites calcant.

* arctius intrauit

* à Persis

* noscitur.

calca
deind
ex qu
set Ad
fecti,
rum u
nem e
Liber,
nuq;
totam
aquis
tiamq;
uāq;
in ami
minis
solo
in sicc
secū tu
sis, &
sterile
ra itaq;
& euis
nec abr
sollū tēp
illi Aeg
cies pul
campi,
lum in
est leti
cum se
tur, quo

calcant

calcant, illud primò saxum auctū fluminis sentit. Post magnū
 deinde spatium duo eminent scopuli, Nili uenas uocāt incolæ,
 ex quibus magna uis funditur, non tamen quanta operire pos-
 set Aegyptū. In hæc ora stipē sacerdotes & aurea dona præ-
 fecti, cū solenne uenit sacrū iaciunt. Hinc iam manifestus noua-
 rum uirū Nilus, alto ac profundo alueo fertur, ne in latitudi-
 nem excedat obiectu montū pressus. Circa Memphim demum
 liber, et per campestria uagus, in plura scinditur flumina, ma-
 nuq; canalibus factis, ut sit modus in deriuantiū potestate, per
 totam discurrit Aegyptū. Initio diducitur, deinde continuatis
 aquis in faciē laci ac turbidi maris stagnat, cursum illi uiolen-
 tiamq; eripit latitudo regionū, in quas extenditur, dextra le-
 uaq; totā amplexus Aegyptū. Quantū creuit Nilus tantū spei
 in annū est. Nec cōputatio fallit agricolā, adeo ad mensurā flu-
 minis respondet, quam fertilē facit Nilus. Is arenoso & sitienti
 solo & aquā inducit & terrā: nam cū turbulentus fluat omnē
 in siccis atq; hiantibus locis fecē relinquit, & quicquid pingue
 secū tulit, arenibus locis allinit, iuuatq; agros duabus ex cau-
 sis, & quod inundat, & quod oblimat. Ita quicquid non adiit,
 sterile ac squalidum iacet. Si creuit super debitum, nocuit. Mi-
 ra itaq; natura fluminis, quod cū cæteri amnes *abluāt terras
 & euiscerent, Nilus tanto cæteris maior, adeo nihil excedit,
 nec abradit, ut contra adijciat uires, minimumq; in eo sit quod
 solū tēperet. Illato enim limo, arenas saturat ac *iūgit. Debetq;
 illi Aegyptus non tantū fertilitatem terrarū, sed ipsas. Illa fa-
 cies pulcherrima est, cū iam se in agros Nilus ingessit. Latent
 campi, opertæq; sunt ualles, oppida insularū modo extāt. Nul-
 lam in mediterraneis, nisi per nauigia commercii est. Maiorq;
 est letitia gentibus, quo minus terrarū suarū uident. Sic quoq;
 cum se ripis continet Nilus, per septena ostia in mare emitti-
 tur, quodcunque elegeris ex his mare est. Multos nihilominus

* ambedant

* iungit.

ignobiles ramos in aliud atque aliud littus porrigit. Cæterum beluas, marinis uel magnitudine uel noxa pares educat. Et ex eo quantus sit, æstimari potest, quod ingentia animalia & pabulo sufficienti, & ad uagandum loco, continet. Babillus uiro- rum optimus, perfectusq; in omni litterarũ genere, rarissimus autor est, cum ipse præfectus obtineret Aegyptũ, * Heraclio ostiõ Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum à mari occurrentium, & crocodilorum à flumine aduersum agmen agentium, uelut pro partibus præliũ. Crocodilos ab animalibus placidis, morsuq; innoxijs uictos. His superior pars corporis dura & impenetrabilis est, etiam maiorũ animalium dentibus, at inferior mollis ac tenera: hæc delphini spinis quas dorso eminentes gerunt, submersi uulnerabant, & in aduersum * emersi diuidebant. Recisis hoc modo pluribus, ceteri uelut acie uersa refugerunt. Fugax animal audaci, audacissimum timido. Nec illos Tentyritæ generis aut sanguinis proprietate superant, sed contemptu & temeritate. Vltro enim insequuntur, fugientesq; iniecto trahunt laqueo, pleriq; percit, quibus minus præsens animus ad persequendum fuit. Nilum aliquando marinam aquam detulisse Theophrastus est autor, Biennio continuo, regnante Cleopatra, non ascendisse decimo regni anno & undecimo constat. Significatã aiunt duobus rerum potentibus defectiõnem. Antonij enim Cleopatræq; defecit imperiũ. Per nouẽ annos, non ascendisse Nilum superioribus seculis Callimachus est autor. Sed nunc ad inspiciendas causas, propter quas æstate Nilus crescat, accedã, et ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait ex Aethiopiæ iugis solutas niues ad Nilum usq; decurrere. In eadem opinione omnis uetustas fuit. Hoc Aeschylus, Sophocles, Euripides * tradebant. Sed falsum esse argumentis plurimis patet. Primo Aethiopiam feruētissimam esse indicat hominum adustus color, et Troglodytæ, qui-

*Heraclio-
tico

* emersi

* credebant.

bua
tum
ues
solu
tum
est.
con
Ale
bus
Qu
tura
tes
quã
min
nora
liqui
nus,
sunt
id tẽ
æstat
lũ, e
græ
quati
Etes
hosti
scit,
incon
cit, N
quam
instar
disce

bus subterraneæ domus sunt. Saxa uelut igni feruescunt, nõ tan-
 tum medio, sed inclinato quoq; die, ardens puluis, nec humani
 uestigij patiens, argentum replumbatur, signorum coagmēta
 soluuntur, nullum materiæ * superadornatæ manet operimen-
 tum. Auster quoq; qui ex illo tractu uenit, uentus calidissimus
 est. Nullum ex his animalibus quæ latent bruma, unquam re-
 conditur. Etiam per hyemem in summo & aperto serpens est.
 Alexandria quoq; quæ longe ab huiusmodi immodicis colori-
 bus est posita, niues non cadunt, superiora etiam pluuia carēt.
 Quemadmodum ergo regio tantis subiecta feruoribus dura-
 turas per totam æstatem niues recipit? Quas sane aliqui mon-
 tes illic quoque excipiant, nunquam tamen magis quam alpes,
 quam Thraciæ iuga aut Caucasus. Atqui horum montium flu-
 mina uere & prima æstate intumescunt, deinde hybernis mi-
 nora sunt. Quippe uernis temporibus imbres niuem diluunt, re-
 liquias eius primus calor dissipat. Nec Rhenus, nec Rhoda-
 nus, nec Ister, nec Caystrus subiacent malo æstate. Altissimæ
 sunt & in illis septentrionalibus iugis niues. Phasis quoq; per
 id tēpus eas oras tenēs cresceret, si niues flumina possent cōtra
 æstatē magna producere. Præterea si hæc causa attolleret Ni-
 lū, æstate prima plenissimus flueret. Tūc enim maximæ et inte-
 græ adhuc niuis, ex mollissimoq; tabes est. Nilus autē p mēses
 quatuor liquitur, & illi æquilis accessio est. Si Thaleti credis,
 Etesiæ descendenti Nilo resistunt, & cursus eius actio contra
 hostia mari sustinent: ita reuerberatus in se recurrit, non cre-
 scit, sed exitu prohibitus resistit, & quacunq; mox potuit
 inconcessus erumpit. Euthymenes Massiliēsis testimonium di-
 cit, Nauigauit, inquit, Atlanticum mare. Inde Nilus fluit maior,
 quamdiu Etesiæ tempus obseruant, tunc enim eijcitur mare
 instantibus uentis. Cūm resederit pelagus conquiescit, minorq;
 discedenti inde uis Nilo est. Cæterum dulcis maris sapor est.

*superado-
rate

& similes Niloticis beluæ. Quare ergo si Nilum Etesie pro-
 uocant, et ante illos incipit incrementum eius, & post eos durat
 Præterea non sit maior quo illi fluere uehementius? Nec re-
 mittitur incitaturq; prout illis impetus fuit, quod fieret, si illo-
 rum uiribus cresceret. Quid quod Etesie littus Aegypti uer-
 berant, & cōtra illos Nilus descēdit, inde uenturus, unde illi si
 origo ab illis esset. Præterea ex mari purus & cæruleus efflu-
 ret nō ut nunc turbidus uenit. Adde quod testimoniū eius testis
 turba coarguitur. Tunc erat mendacio locus, cū ignota essent
 externa littora. Libebat illis fabulas mittere. Nunc uerò tota
 exteri maris ora mercatorū nauibus stringitur, quorum nemo
 narrat nūc cæruleū Nilum, aut mare saporis alterius, quod ex
 natura credi uetat, quia dulcissimū quodq; & leuissimū sol tra-
 hit. Præterea quare hyeme nō crescit, & tūc potest uentis cō-
 tati mare, aliquāto quidē maioribus. Nā Etesie tēperati sunt.
 Quod si ē mari ferretur Atlantico, semel oppleret Aegypti.
 At nunc per gradus crescit. Oenopides Chius ait hyeme calorem
 sub terris contineri, ideo & specus calidos esse & tepidiores
 puteis aquā, itaq; uenas interno calore siccari. Sed ī alijs terra
 augentur imbribus flumina. Nilum, quia nullo imbre adiun-
 tur, tenuari, deinde crescere per æstatem, quo tempore frigora
 interiora terrarū, et redit rigor fontibus: quod si uerum esset
 æstate flumina crescerent, oēsq; putei æstate abundarēt. De-
 de non calorē hyeme sub terris esse maiorē. Aqua et specus &
 putei tepent, quia aëra rigentē extrinsecus nō recipiūt. Ita non
 calorē habent, sed frigus excludunt. Ex eadē causa æstate non
 frigent, quia illō remotus, seductusq; aër calefactus nō peru-
 nit. Diogenes Apolloniates ait, Sol humorē ad se rapit, hūc ex
 siccata tellus, tū ex mari ducit, tum ex cæteris aquis. Fieri æ-
 tem non potest, ut una sicca sit tellus, * alia abundet. Sunt enim
 per forata oīa, & inuicem peruia. Sicca ab humidis sumunt

* frigesunt,

* alia hu-
meat.

quar-

quādo. Nisi aliquid terra acciperet, exaruiſſet. Ergo undas Sol trahit, ſed ex his quæ premunt, maxime hæc meridiana ſunt. Terra cum exaruit plus ad ſe humoris adducit, ut in lucernis oleum illò fluit, ubi exurit. Sic aqua illò incūbit, quò uis caloris & terræ æſtuantis arceſſit. Vnde ergo * trahit? ex illis ſcilicet partibus ſemper hybernis, ſeptétrionalibus, unde exūdāt. Ob hoc pontus in inferū mare aſiduè fluit rapidus, non ut cætera maria alternatis ultro citro æſtibus, in unam partem ſemper pronus et torrēs. Quod niſi * faceret, hisq; itineribus, quod cuiq; deeſt, redderetur, quod cuiq; ſuper eſt, emitteretur, iam aut ſiccata eſſent oīa, aut inundata. Interrogare Diogenem libet, quare cum pontus et amnes cuncti inuicem cōmeent, non omnibus locis æſtate maiora ſunt flumina. Aegyptū Sol magis percoquit. Itaq; Nilus magis creſcit. Sed in cæteris quoq; terris aliqua fluminibus fiat adiectio. Deinde quare ulla pars terræ ſine humore eſt, cū omnis ad ſe ex alijs regionibus trahit, eoq; magis quo calidior eſt. Deinde quare Nilus dulcis eſt, ſi illi è mari unda eſt? Nec enim ulli flumini dulcior guſtus.

*trahitur?

*fieret,

CAP. III. Grandinẽ hoc modo fieri, ſi tibi affirmauero, quo apud nos glacies ſit, gelata nube tota, nimis audacẽ rem fecero. Itaq; ex his me teſtibus numero ſecundæ notæ, qui uidiffe quidem ſe negant, ſed audiſſe. Aut quod hiſtorici faciunt, & ipſe faciam. Illi cū multa mentiti ſunt ad arbitriū ſuum, unā aliquam rem nolunt ſpondere, ſed adiſciunt, penes autores fides erit. Ergo ſi mihi parum credis, Poſidonius tibi autoritatẽ promittet, tam in illo quod præteritū, quàm in hoc quod ſecuturum eſt. Grandinẽ enim fieri ex nube aquoſa etiā in humorẽ uerſa ſic affirmabit, tanquam interſuerit. Quare autẽ rotunda ſit grando, etiam ſine magiſtro ſcire poteris, cum adnotaueris ſillicidū omne cōglomerari. Quod & in ſpeculis apparet, quæ humorem halitū colligunt, & in poculis ſparſis, aliq; omni

leuitate: nam & in herbarum uel arborum folijs, si quæ guttæ adhæserunt, in rotundum iacent.

Quid magis est saxo durum? quid mollius unda?

Dura tamē molli saxa cauatur aqua: aut ut alius Poëta ait, Stillicidij casus lapidem cauat, et hæc ipsa excavatio rotunda fit. Ex quo apparet illud quoq; huic simile quod cauat. Locum enim sibi ad formā & habitum sui exculpat. Præterea potest, etiam si nō fuerit grando talis, cū defertur corrotundari, & toties per spatium aëris densi deuoluta æquabiliter atq; in orbē teri. Quod nix pati nō potest, quia nō est tam solida, immo quia tam fusa est, & nō per magnam altitudinē cadit, sed circa terras initium est. Ita nō longius illi per aëra, sed ex proximo lapsus est. Quære nō et ego idem mihi permittā, quod Anaxagoras, cū inter nullos magis quā inter Philosophos esse debeat æqua libertas? Grando nihil aliud est quā suspensa glacies. Nix & pruina pendens congelatio. Illud enim iam diximus, quod inter aquam & rorem interest, hoc inter pruinam et glaciem, necnon inter niuem & glaciem interesse.

CAP. IIII. Poterā me peracta quæstione dimittere, sed bene emensum dabo, & quoniā cœpi tibi molestus esse, quicquid in hoc loco quæritur, dicam. Quæritur aut, quare hyeme ningat, nō grandinet, et uere iam frigore infracto grando cadat. Nā, ut fallar tibi, uerū mihi quidē persuadetur, qui me usq; ad mēdacia hæc leuiora, in quibus os præcidi, nō oculi erui solent, credulū præsto. Hyeme aër riget, & ideò nondū in aqua uertitur, sed ī niuē, cui aër propior est. Cū uer cœpit maior inclinatio tēporis sequitur, & calidiore cælo maiora fiūt stillicidia. Ideò ut ait Vergilius noster. Cū ruit imbriferū uer, uehementior immutatio est aëris undiq; patefacti et soluētis se, ipso tēpore adiuuāte. Ob hoc nimbi graues magis uastiūq; quā pertinaces deserūtur. Bruma lentas pluuias habet et tenues, quales

sepe

sæpe solēt interuenire, cū pluuia rara & minuta, niuem quoq;
admixtā habet. Dicimus niualē aīē, cū altū frigus, et triste cœlū
est. Præterea aquilone flante & suū cœlū habēte, minutæ plu-
uiæ sunt. Austro imber improbius est, et guttæ pleniores sunt.

CAP. V. Rem à nostris positam nec dicere audeo, quia
infirmā uideatur, nec præterire. Quid enim mali est aliquid &
faciliori iudicio scribere? Imò si oīa argumenta ad * lancē cœ-
perimus exigere, silentium indicetur. Pauca enim admodū sunt
sine aduersario. Cætera etiā si uincunt litigant. Aiunt quicquid
circa Scythiam et Pontū et septentrionalem plagā, glaciatum
& astrictū est, uere relaxari. Tunc flumina gelata discedere,
tunc obrutos montes niues soluere. Credibile est ergo frigidus
spiritus inde fieri, & uerno cœlo immisceri. Illud quoq; adij-
ciunt, quod nec sum expertus, nec experiri cogito. Tu quoq;
censeo, si uolueris uerum exquirere, niuem ita caue experia-
ris. Minus algere aiunt pedes eorum, qui fixam & duram ni-
uem calcant, quā eorum qui teneram & labefactam. Ergo si
non mētiuntur, quicquid ex illis septentrionalibus locis iam di-
sturbata niue et glacie frangente se fertur, id meridianæ partis
tepentem iam humidumq; aëra alligat, & perstringit. Itaq; cū
pluuia futura erit, grando fit, iniuria frigoris.

CAP. VI. Non tēpero mihi quo minus oīm nostrorum
ineptias proferam, quosdam peritos obseruandarū nubium esse
affirmant, & prædicere cum grando uentura sit, & hoc intel-
ligere usu ipso potuisse, cū colorem nubium notassent, quē gran-
do toties insequeretur. Illud incredibile, Cleonæ fuisse publicē
præpositos χαλαζοφύλακας speculatores futuræ grandinis.
Hi cū signum dedissent adesse iam grādinem, quid expectas ut
homines ad penulas discurrerent, aut ad * storeas. Imò pro se
quisq; album agnū immolabat, alius pullum. Protinus autē illæ
nubes aliō declinabant, cum aliquid gustassent sanguinis. Hoc

* obruffam

* scortea.

altiozem montem, quia solem propius excipiat, magis calere debere, idem dicere potest longiorem hominem cuius quàm pusillum debere calefieri, & citius caput eius quàm pedes. At quisquis mundum mensura sua aestimauerit, & terram cogitauerit tenere puncti locum, intelliget nihil in illa posse ita emnere, ut coelestia magis sentiat, uelut in propinquū illis accesserit. Montes isti quos suspicimus, & uertices aeterna niue obfessi, nihilominus in imo sunt, sed propius quidem soli est mons, quā cāpus aut uallis, sed sic, quo modo est pilus pilo crassior, arbor arbore, & mons monte maior esse dicitur. Isto enim modo, & arbores aliæ magis quàm aliæ dicentur uicinæ coelo, quod falsum est, quia inter pusilla non potest esse magnum discrimen, nisi dum inter se comparatur. Vbi ad collationem immensi corporis uetum est, nihil interest quanto alterum altero sit maius, quā etiā si magno discrimine, tamē minima uincuntur.

CAP. XII. Sed ut ad propositum reuertar, propter has quas retuli causas, plerisque placuit, in ea parte aeris niue concipi, quæ uicina terris est, & ideò minus alligari, quia minore rigore coit. Nam uicinus aer plus habet frigoris, quā ut in aqua & imbrē transeat, & minus quàm ut duretur in gradinē. Hoc medio frigore non nimis intento niues fiunt coactis aquis.

CAP. XIII. Quid istas, inquis, ineptias, quibus nec literatior fit quisquā, nec melior, tam operose persequeris? Quomodo fiant niues dicis, cum multo magis ad nos dici à te pertineat, quomodo emendæ non sint niues. Haha iubes me cum luxuria litigare. Quotidianū istud & sine effectu iurgium est. Litigemus tamen, etiam si superior futura est, pugnantēs ac reluctantes uincat. Quid porro? Hæc ipsam inspectionem natura nihil iudicas ad id, quod uis, cōferre? Cum quærimus, quomodo nix fiat, & dicimus illam pruinæ similem habere naturā, plus illi spiritus quàm aquæ inesse, non putas exprobrari illis, cum

emere

emere aquam turpe sit, si nec aquam quidem emunt? Nos uerò
 queramus potius quomodo fiant niues, quàm quomodo seruen-
 tur, quoniã non cõtenti uina diffundere ueterana, & per sa-
 pores & tatesq; disponere, inuenimus quomodo stiparemus niuem,
 ut ea æstatem cuinceret, & cõtrea anni feruorem defenderetur
 loci frigore. Quid hac diligentia consecuti sumus? Nempe ut
 gratuitam merceretur aquã. Nobis dolet, quod spiritũs, quod so-
 lem emere non possumus, quod hic aër etiam delicatis diuiti-
 busq; ex facili nec emptus uenit. O quàm nobis male est, quod
 quicquam à rerum natura in medio relictum est. Hoc quod illa
 fluere & patere omnibus uoluit, cuius haustum uitæ publicum
 fecit, hoc quod tam homini quàm feris auibusq; & inertissimis
 animalibus, in usum largè ac beatè profundit, contra se inge-
 niosa luxuria redegit ad precium. Adcò nihil potest illi place-
 re, nisi charum. Vnũ hoc erat, quod diuites in æquũ turbæ de-
 duceret, quo uno non possent antecedere pauperrimũ. Illi, cui
 diuitiæ molestæ sunt, excogitatum est, quemadmodũ etiã aqua
 caperet luxuriam. Vnde ad hoc peruentum sit, ut nulla nobis
 aqua satis frigida uideretur quæ flueret, dicã. Quamdiu sanus
 & salubris cibi capax stomachus est, impleturq; non premi-
 tur, naturalibus fomentis contentus est. Vbi quotidianis crudi-
 tatibus non tẽporis æstus, sed suos sentit, ubi ebrietas continua
 uisceribus insedit, & præcordia bile in quam uertitur torret,
 aliquid necessario quæritur, quo æstus ille frangatur, qui ipsis
 aquis incalescit, remedijs incitat uitium. Itaq; non æstate tan-
 tum, sed & media hyeme niuem hac causa bibunt. Quæ huius
 rei causa est, nisi intestinum malum, & luxu corrupta præcor-
 dia, quibus nullum interuallum unquam quo interquiescerent
 datum est, sed prandia, coenæ usq; in lucem per ductis, ingesta
 sunt, & distentos copia ferculorum ac uarietate, comessatio
 altius mersu? Deinde nunquam intermissa intemperantia, quic-
 quid

* *uide* quid* ante decoxerat, efferauit, & in desiderium semper noui
 rigoris accendit. Itaq; quamuis cœnationem uelis ac speculari-
 bus muniant, & igne multo doment hyemem, nihilominus sto-
 machus ille solutus & æstu suo languidus, quærit aliquid quo
 erigatur. Nam sicut animo relictos stupentesq; frigida spargi-
 mus, ut ad sensum sui redeant, ita uiscera istorum uitijs torpen-
 tia nihil sentiunt, nisi frigore illa uehementiore* percusseris. In-
 de est, inquam, quod nec niue contenti sunt, sed glaciem, uelut
 certior illi ex solido rigor sit, ac sæpe repetitis aquis diluunt:
 quæ non è summo tollitur, sed ut uim maiorem habeat, & per-
 tinacius frigus ex abdito effoditur. Itaq; ne unum quidem eum
 est precium, sed habet institores aqua, & annonam prob
 * *percusseris* dor uariam. Vnguentarios Lacedæmonij urbe expulere,* &
 * *prope* recedere è si properè cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent.
 * *nibus* Quid illi fecissent, si uidissent reponendæ niuis officinas, & tra-
 iumenta deportandæ aquæ deseruentia, cuius colorem sapo-
 remq; paleis, quibus custodiunt, inquinant? At dij boni, quam si-
 cile est extinguere sitim sanam. Sed quid sentire possunt emor-
 tuæ fauces, & occallatæ cibus ardentibus? Quemadmodū nihil
 illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est. Sed ardentibus bo-
 letos, & raptim condimento suo mersatos, demittunt penè fu-
 mantes, quos deinde restinguunt niuatis potionibus. Videbis
 inquam quosdam graciles, & palliolo focaliq; circumdatos,
 pallentes & ægros, non sorbere solum niuem, sed etiã esse, &
 frustra eius in cyphos suos deijcere, ne inter ipsam bibendi mo-
 ram tepescant. Sitim istam esse putas? Febris est, & quidem eo
 acrior, quod non tactu uenarum, nec in cutem effuso colore de-
 prehēditur. Sed cor ipsum excoquit luxuria, inuictum malum,
 & ex molli fluidoq; durum atq; patiens. Non intelligis omnia
 consuetudine uim suam perdere? Itaq; nix ista, in qua etiam
 natatis, eo peruenit usu, & quotidiana stomachi seruitute, ut
 aqua

aque
quia

I A
niues si
prior æ
libus al
tenus c
queren
sui, cell

L.



leuiter
geris,
succut
piat. I
si quie
sum lo
ferri,

aqua

aque locum obtineat. Aliquid adhuc quærite illa frigidius,
quia pro nihilo est familiaris rigor.

IN LIBRVM QVARTVM
EX CAPITE II.

Æstate proueniunt, & illis altissimæ in septentrionalibus iugis
niues sunt. Phasis quoq; per Indiæ campos oras tenens cresceret. Ita
prior æditio, Fortunatus ita legit, æstate. Sunt & illis in septentri-
onalibus altissimæ iugiter niues. Phasis quoq; per Indiæ tempus, & oris
tenus cresceret, si niues, &c. Cum utraq; lectio sit deprauata ne tor-
querem lectorem, id quod diuinat Fortunatus, in contextum repo-
siui, cessurum, ubi quid reperietur probabilius.

L. ANNAEI SENE-
CAE QVAESTIONVM NA-
TURALIUM LIBER V.

in quo de Ventis & Aëris
motu agitur.



VENTVS est fluens aër. Quidam ita defi-
nierunt, Ventus est aër fluens in unam partē.
Hæc definitio uidetur diligentior, quia nun-
quã aër tam immobilis est, ut non in aliqua sit
agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, cum
leuiter commouetur, nec in unam partem inclinatur. Itaq; si le-
geris, Cum placidū uentis staret mare, scito illud nō stare, sed
succuti leuiter, & dici trāquillū, quia nec huc nec illò impetū ca-
piat. Idē & de aëre iudicandū est, nō esse unquã immobilē, etiã
si quietus sit. Quod ex hoc intelligas licet, cū sol in aliquē clau-
sum locū infusus est, uidemus corpuscula minuta in aduersum
ferri, alia sursum, alia deorsum uarie concursantia. Ergo parū
diligenter

CAP. I.

diligenter comprehendet quod uult, qui dixerit, fluctus est maris agitatio, quia tranquillum quoque agitatur. At ille abunde sibi cauerit, cuius hæc definitio fuerit. Fluctus est maris in unam partem agitatio. Sic in hac quoque re, de qua nunc maxime querimus, non circumscribetur, qui ita se gesserit, ut dicat: Ventus est fluens aer in unam partem. Aut, uentus aer est fluens impetu, aut uis aeris in unam partem euntis, aut cursus aeris aliquo citator. Scio quid responderi pro diffinitione altera possit. Quid necesse est adijcere te, in unam partem fluens aer? Vtique enim quod fluit, in unam partem fluit. Nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se mouetur, sed si aliquo fertur. Potest ergo aliquid moueri, & non fluere, & est contrarium non potest fluere, nisi in unam partem. Sed si hæc breuitas satis à calumnia tuta est, hac utamur. Si uero aliquis circumspectior est, uerbo non parcat, cum adiectio cauillationem omnem poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

CAP. II. Democritus ait, cum in angusto inani multa sunt corpuscula, quæ ille Atomos uocat, sequi uentum. At contra quietum & placidum aeris statum esse, cum in multo inani pauca sunt corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut uico quando pauca sunt, sine tumultu ambulatur, ubi turba in angustum cucurrit, aliorum in alios incidentium rixa fit: sic in hoc quoque circumdati sumus spacio, cum exiguum locum multa corpora impleuerint, necesse est alia alijs incidant & impellantur ac repellantur, implicenturque & comprimantur, ex quibus nascitur uentus, cum illa quæ colluctabantur incubere, & diu fluctuata ac dubia inclinauerunt se. At ubi in magna laxitate corpora pauca uersantur, nec arctare possunt, nec impelli.

CAP. III. Hoc falsum esse uel ex eo colligas licet, quod tunc interim minime uentus est, cum aer nubilo grauis est. Atque tunc plurima corpora se in angustum contulere, & inde spissior

nubium

datas uires esse, quibus nos moueremus, aëra autē inertem, in-
 agitabile relicū esse? cū aqua motū suū habeat, etiā uētis quic-
 scētibus, nec enim aliter animalia edere posset. Muscum quoq;
 innasci aquis, & herbosa quædā uidemus, summo innatantia.

CAP. VI. Est ergo aliquid in aqua uitale. De aqua dicit
 Ignis qui omnia consumit, quædā etiā creat, & quod uideri nō
 potest simile ueri, sed tamen uerum est, animalia igne generan-
 tur. Habet ergo aliquā uim talem aër, & ideò modo spissat se,
 modo expandit se & purgat, & aliàs cōtrahit, diducit, ac dif-
 fert. Hoc ergo interest inter aëra & uentum, quod inter lacū
 & flumen: aliquando per se ipse sol causa uenti est, fundens ri-
 gentem aëra, & ex denso coactōq; explicans.

CAP. VII. In uniuersum de uētis diximus. Nūc uiritim
 incipiemus illos excutere. Fortasse apparebit quæ admodū fiat,
 si apparuerit, quādo & unde procedāt. Primū ergo antelucā-
 nos flatus inspiciamus, qui aut ex fluminibus, aut ex cōuallibus,
 aut ex aliquo sinu ferūtur. Nullus ex his pertinax est, sed cadū
 fortiore iā sole, nec fertur ultra terrarū aspectū. Hoc uentorū
 genus incipit uere, nec ultra æstatē durat. Et inde maximē ue-
 nit, ubi aquarū plurimum & montiū est. Plana licet abundem
 aquis, tamen carent aura, hac dico, quæ pro uento uolet.

CAP. VIII. Quomodo ergo talis flatus cōcipitur, qui
 Græci ἐκκαὸς τῆς ἕρας uocant? Quicquid ex se paludes et flumi-
 na emittunt (id autē & multū est & asiduū) per diem solis
 alimentū est, nocte nō exhauritur, sed mōtibus inclusum, in unā
 regionē colligitur. Cū illā impleuit, et iā se nō capit, sed expri-
 mūtur aliquò & in unā partem procedit, hic uētus est. Itaq; cō-
 incūbit, quò liberior exitus inuitat, & loci laxitas, in quā co-
 ceruata incurrāt. Huius rei argumentū est, quod prima noctis
 parte nō spirat. Incipit enim fieri tunc illa collectio, quæ circa
 lucē iā plena est, & onerata querit, quò defluat, & cō potiss-

minum exit, ubi plurimū uacui est, & magna ac patēs area. Ad-
ijcit autē ei stimulos ortus solis, feriens gelidū aëra. Nā etiam
antequā appareat, lumine ipso ualeat, & nondum quidem aëra
radijs impellit, iam tamen lacepsit & iritat, luce præmissa. Nā
cū ipse processit, alia superius rapiuntur, alia diffunduntur te-
pore. Ideo nō ultra matutinū illis datur flare, omnis illorū uis
conspēctū solis extinguitur: etiam si uolentiores fluere, circa
mediū tamen diem relanguescunt, nec unquā usq; in meridiem
aura producitur. Alia autem imbecillior ac breuior est, prout
ualentioribus minoribus uel collecta causis est.

CAP. IX. Quare tamen tales uenti uere & æstate uali-
diores sunt? Leuissimū enim cætera parte anni, nec qui uela
impleat, surgunt. Quia uer aquosius est, & ex plurimis aquis,
locisq; ob humidā cœli naturā saturis & redundātibz, maior
euaporatio est. At quare æstate æque profunditur? Quia post
occasum solis remanet diurnus calor, & magna noctis parte
perdurat, qui euocat exeuntia, ac uehementius trahit, quicquid
ex his sponte reddi solet, deinde nō tantū habet uiriū, ut quod
euocauit, absumat. Ob hoc diutius corpuscula emanare solita et
efflare, terra ex se atq; humorē emittit. Facit autem uentū sol
ortus, non calore tantū, sed etiā ictu. Lux enim (ut dixi) quæ so-
lem antecedit, nondū aëra calefacit, sed percutit tantū, percus-
sus autē in latas cedit. Quinquā ego ne illud quidē cōcesserim,
lucem ipsam sine calore esse, cū ex calore fiat. Non habet for-
sitan tantū teporis, quantū tactu appareat. Opus tamen suum
facit, & densa diducit ac tenuat. Præterea loca quæ aliqua in-
iuitate naturæ ita clausa sunt, ut solē accipere non possint, illa
quoq; nubila & tristi luce calefiunt, & per diem minus quàm
noctibus rigent. Etiamnum natura calor omnis abigit nebulas,
& à se repellit. Ergo sol quoq; idem facit. Et ideò quibusdam
uidetur, inde flatu esse, unde sol. Hoc falsum esse ex eo appa-

ret, quod aura in omnem partem uehit, & contra ortum ple-
nis uelis nauigatur. Quod non eueniret, si semper uentus fer-
retur à sole.

CAP. X. Etesia quoq; qui in argumentū à quibusdā ad-
uocantur, nō nimis propositū adiuuant. Dicam primū quid il-
lis placeat, Deinde cur displiceat mihi. Etesia, inquit, hye-
me non sunt, quia breuissimis diebus sol desinit, priusquā frigus
*reponitur euincatur. Itaq; niues & *ponuntur & durantur. Aestate inci-
piunt flare, cū & longius extenditur dies, & recti in nos ra-
dij diriguntur. Veri ergo simile est, cōcussas calore magno ni-
ues plus humidi efflare. Itē terras exoneratas niue, retectasq;
*submissiora spirare liberius. Itaq; plura ex septentrionali parte coeli cor-
pora exire, & in hęc loca quę *remissiora ac tepidiora sunt,
*regione ce-
dit, et alterā deferri. Sic impetum Etesias sumere: & ob hoc à solstitio illis
initium est, ultraq; ortū caniculae non ualent, quia iam multum e-
frigida coeli parte in hanc egestū est. Ac sol mutato cursu in
nostram rector tenditur, & alterā partem aeris attrahit, aliā
uerò impellit. Sic ille Etesiarum flatus astatem frangit, & à
mensium feruentissimorum grauitate defendit.

CAP. XI. Nunc quod promisi dicendum est, quare Ete-
sia illos non adiuuent, nec quicquā huic conferant causae. Di-
cimus autē luce auram incitari, tandem subsidere, cum illam sol
attigit. Atqui Etesia ob hoc somniculosi à nautis & delicati
uocantur, quod (ut ait Gallio) mane nesciunt surgere, eo tēpo-
re ferē incipiunt prodire, quo ne pertinax quidē aura est, quod
non accideret, si ut auras, ita illos sol cōmoueret. Adijce nunc,
quod si causa illis flatus est, spatium diei ac longitudo, etiā an-
te solstitium flarent, cum longissimi dies sunt, & cum maxime
niues tabescūt. Iulio enim mense iam dispoliata sunt omnia, aut
certe admodum pauca iacent adhuc sub niue.

CAP. XII. Sunt quedā genera uentorū quę rupta me-
bes

bes & in pronū solutæ præmittunt Hos Græci uētos ἐνεπλάσ
uocant. Qui hoc (ut puto) modo fiunt, cū magna inæqualitas ac
dissimilitudo corporum, quæ uapor terrenus emittit, in sublime
eat, & alia ex his corporibus sicca sint, alia humida. Ex tanta
discordia corporū inter se pugnantū, cū in unum conglobata
sunt, uerisimile est quasdā cauas effici nubes, & interualla in-
ter illas relinqui fistulosa, & in modū tibie * angusta. His in-
teruallis tenuis includitur spiritus, qui maius desiderat spatiū,
cū euerberatus cursu parū libero incaluit, & ob hoc amplior
fit, scinditq; cingentia, & erūpit in uentū, qui ferè procellosus
est, * qui superne demittitur, & in nos cadit uehēmēs & acer,
quia non fusus nec per apertū uenit, sed laborat, & iter sibi ui
ac pugna parat. Hic ferè breuis flatus est. Quia receptacula
nubiū per quæ ferebatur, ac munimēta pererrūpit, ideo tumultu-
uosus uenit aliquādo, nō sine igne ac sono cœli. Hi uenti mul-
to maiores diuturnioresq; sunt, si alios quoq; flatus ex eadem
causa ruētes in se abstulere, & in unū confluxere plures: sicut
torrētes modicæ magnitudinis eunt, quādiu separatis suis cur-
sus est, Cū uerò plures in se aquas conuertere, fluminū iustorū
ac perhenniū magnitudinē excedunt. Idem credibile est fieri et
in procellis, ut sint breues quamdiu singulæ sunt, ubi uerò so-
ciauere uires, & ex pluribus cœli partibus elisus spiritus eodē
se contulit, & impetus illis accedit & mora.

CAP. XIII. Facit ergo uentū resoluta nubes, quæ plu-
rimis modis soluitur. Nonnunquā conglobationē illā, spiritus
rumpit inclusi & in exitū nitentis luētatio. Nonnunquā calor,
quem modo sol fecit, modo ipsa arietatio, ut magnorū inter se
corporū attritus. Hoc loco si tibi uideatur queri potest, cur tur-
bo fiat, qui euenire in fluminibus solet, ut quādiu sine impedi-
mento feruntur, simplex & rectū illis iter sit, ubi incurere in
aliquod saxum ad latus ripæ prominens, retorqueantur, & in

* diducta.

* quia

orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circūlatæ in se sorbeantur, & uorticæ efficiant. Sic uentus quamdiu nihil obstitit, uires suas effundit. Vbi aliquo promontorio repercussus est, aut in locorū coeuntium in canalē * conuexam, tenuemq; collectus, sæpius in se uolutatur, similemq; illis, quas diximus conuerti, aquis facit uorticæ. Hic uentus circūactus & eundē ambiens locum, & se in ipsa uertigine concitans, turbo est. Qui si pugnacior est, ac diutius uolutatur, inflāatur & efficit quem nō ἄνεμος Græci uocant. Hic est igneus turbo. Hi ferè omnia pericula uenti erūpti de nubibus produnt, quibus * armata rapiuntur, & totæ naues in sublime tollantur. Etiamnū quidam uenti diuersos ex se generant, et impulsū aëra in alias quoq; partes, quā in quas ipsi inclinauerunt, dispergunt. Illud quoq; dico, quod mihi occurrit, quemadmodū stillicidia, quāuis iam inclinent se & labantur, nondū tamē effecere lapsum, sed ubi plures coiere, & turba uires dedit, tūc fluere & ire dicuntur: sic quādiu leues sunt aëris motus agitati pluribus locis, nondū uentus est, tunc esse incipit, cum oēs illos miscuit, et in unum impetum contulit. Spiritū à uento modus separat, uehementior enim spiritus uentus est, inuicem spiritus leuiter fluens aër.

CAP. XIII. Repetā nūc qd' primo dixerā, & diē specu uētos, recessuq; interiore terrarum. Nō tota solido cōtexta terra in imū usq; fundatur, sed multis partibus caua, Et cæci suspensa latebris, alicubi habet inania sine humore. Ibi etiam nulla lux discrimen aëris monstrat, dicā tamē nubes nebulasq; in obscuro cōsistere. Nā ne hæc quidē supra terras, quæ uidentur sunt, sed quia sunt, uidentur. Illic quoq; nihilominus ob id sunt, quod nō uidentur. Flumina illic scias licet nostris paria sublabi, alia leuiter ducta, alia in cōfragosos locos præcipitādo sonāta. Quid ergo? nō illud æque dabis, esse aliquos et sub terra lacus, et quasdam aquas sine exitu stagnare? Quæ si ita sunt, necesse

* de uexam,

* armamenta

est &
pulsu
nutri
terra
iter
Illud
ris, &
exiti
neces
erat,
petu
motu
C
piod
tallu
esset
desce
de la
aqua
super
mag
nou
te pr
male
mus
mon
Phil
usq;
mitt
disc
Qu

est & illud, aëra onerari, oneratiūq; incumbere, & uentū profulsu suo concitare. Ex illis ergo subterraneis nubibus sciemus nuriri inter obscura flatus, cū tantum uirū fecerint, quāto aut terræ obstantia auferant, aut aliquod apertum ad hos efflatus iter occupent, et per hanc cauernā in nostras sedes efferantur. Illud uerò manifestum est, magnam esse sub terris uim sulphuris, & aliorū non minus ignem alentium, per hæc loca cum se exitū quærens spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictus necesse est. Deinde flammis latius fufis, etiā siquid ignaui aëris erat, extenuatum moueri, & uiam cum frenitū uasto atq; impetu quærerere. Sed hoc diligentius persequar, cūm quæram de motibus terræ.

CAP. XV. Nunc mihi permitte narrare fabulam. Asclepiodotos autor est, Demissos quā plurimos à Philippo in metallum antiquū olim destitutū, ut exploraret quæ ubertas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset uetus auaritia: descendisse illos cū multo lumine, et multos durasse dies, deinde longa uia fatigatos, uidisse flumina ingentia, & conceptus aquarū inertū uastos, pares nostris, nec cōpressos quidē terra supereminente, sed libera laxitatis, nō sine horrore uisos. Cum magna hæc legi uoluptate, intellexi enim seculum nostrū, non nouis uitijs, sed iā antiquitus traditis laborare, nec nostra ætate primū auaritiā, uenas terrarū lapidumq; rimatā, in tenebris male obstrusa quæfisse. Illi quoq; maiores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles querimur nos esse, spe ducti, montes ceciderunt, & supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum Macedonem reges fuere, qui pecuniam in altissimis usq; latebris sequeretur, & relicto spiritu libero, in illos se demitterent specus, in quos nullum noctium dierumq; perueniret discrimen, et à tergo lucem relinquerent. *Quæ tanta spes fuit? Quæ tanta necessitas hoīem ad sydera erectum incuruauit, &*

defodit, et in fundum telluris intimæ merfit, ut erueret aurtum
 nō minore periculo querendū, quā possidendū? Propter hoc
 cuniculos egit, et circa prædam lutulentā incertamq; reptauit,
 *deorum, oblitus * dierū, oblitus naturæ melioris, à qua se auertit. Nulli
 ergo mortuo terra tam grauis est, quā istis supra quos auaritia
 urgens terrarū pondus iniecit, quibus abstulit cœlū, quos
 in imo, ubi illud malum uirus latitat, infodit. Illō descēdere ausi
 sunt, ubi nouam rerū positionē terrarumq; pendentū habitus,
 uentosq; per cæcum inane experirentur, & aquarum in illis
 fluentū horridos fontes, & altam perpetuamq; noctē. Deinde
 cum ista fecerint, infēros metuunt.

CAP. XVI. Sed ut ad id de quo agitur reuertar, uenti
 quatuor sunt, in ortum, occasum, meridiē, septentrionēq; diuisi.
 Cæteri quos uarijs nominibus appellamus, his applicantur.

Eurus ad auroram Nabatheaq; regna recessit,

Persidaq; & radijs iuga subdita matutinis.

Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt,

Proxima sunt Zephyro, Scythiam septemq; triones

Horriser inuasit boreas, contraria tellus

Nubibus assiduis pluuiōq; madescit ab austro.

Vel si breuius illos complecti mauis tempestatem (quod fieri
 nullo modo potest) congregentur.

Vna eurusq; notusq; ruunt creberq; procellis

Africus. Et qui locum in illa rixa non habuit, Aquilo.

Quidam illos duodecim faciunt. Quatuor enim cœli partes in
 ternas diuidūt, et singulis uentis binos suffectos dant. Hac arte
 Varro uir diligēs illos ordinat, nec sine causa. Nō enim eodem
 semper loco Sol oritur, aut occidit. Sed alius est ortus occasusq;
 æquinoctialis (Bis autē æquinoctiū est) Alius solstitialis, alius
 hybernus. Qui surgit ab Oriēte æquinoctiali, Subsolanus apud
 nos dicitur. Græci illū ἀπὸ ἡλίου uocāt. Ab Oriēte hyberno

eurus exit, quē nostrī uocauēre Vulturū. Et Liuius hoc illum nomine appellat, in illa pugna Romanis parū prospera, in qua Hannibal & contra Solem Orientem exercitū nostrū, & contra uētum constituit, cū uenti adiutorio ac fulgoris praestringentis oculos hostiū uicit. Varro quoq; hoc nomen usurpat. Sed & Euris iam ciuitate donatus est, & nostro sermone non tanquam alienus interuenit. Ab Oriente Solstitiali excitatū Græci *καται* appellant, apud nos sine nomine est. Aequinoctialis Occidens Fauoniū mittit, quem Zephyrū esse dicēt tibi, etiam qui Græcē nesciunt loqui. A Solstitiali Occidēte, Chorus uenit, qui apud quosdā Argestes dicitur. Mihi nō uidetur, quia chori uiolenta uis est, & in unam partē rapax: Argestes serē mollis est, et tam euntibus cōmunis quā redeuntibus. Ab Occidente hyberno Africus furibundus & ruens, apud Græcos *λιδ* dicitur. A Septentrionali latere summus est Aquilo, medius Septentrio, imus Thrascias. Huic deest apud nos uocabulum. A Meridiano axe Euronotus est. Deinde Notus, Latine Austus. Deinde Libonotus, qui apud nos sine nomine est.

CAP. XVII. Placet autē duodecim uentos esse, non quia ubiq; tot sint, quosdā enim inclinatio terrarū excludit, sed quoniam plures nusquā sunt. Sic Casus sex dicimus, nō quia omne nomen sex recipit, sed quia nullum plures quā sex. Qui duodecim uentos esse dixerunt, hoc secuti sunt, totidē uentorū esse, quot caeli discrimina. Coelum enim diuiditur in circulos quinque, qui per mundi cardines eunt. Est Septentrionalis, est Solstitialis, est Aequinoctialis, est Brumalis, est cōtrarius Septentrionali. His sextus accedit, qui superiorē partem mundi ab inferiore secernit, ut scis: dimidia enim pars mundi semper supra, dimidia infra est. Hanc lineam quae inter aperta et occulta est, Græci *ὀρίζων* uocant, nostrī Finitorē dixēre, alij finientem. Adijciendus est adhuc Meridianus circulus, qui horizonta

rectis angulis secat. Ex his quidam circuli in transversa curru
 & alios interuentu suo scindunt. Neesse autem est tot aeris
 discrimina esse, quot partes. Ergo Horizon siue finiens circulus
 quinque illos orbes, quos modo dixi fieri, secat, et efficit decem
 partes, quinque ab ortu, quinque ab occasu. Meridianus circulus,
 qui in Horizonta incurrit, regiones duas adiicit. Si duodecim
 aer discrimina accipit, & totidem facit uentos. Quidam sunt
 quorundam locorum proprii, qui non transmittunt, sed in proxima
 ferunt. Non est illis a latere uniuersi mundi impetus. Atabula
 Apuliam infestat, Calabria lapix, Athenas Sciro, Pamphylia
 Catægis, Galliam Circius, cui ædificia quassanti, tamen incolumitas
 gratias agunt, tanquam salubritatem cœli sui debeant ei. Dicitur
 certè Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, & uocatum
 & fecit. Infinitum est, si singulos uelim persequi: Nulla enim
 propemodum regio est, quæ non habeat aliquem flatum ex
 nascentem, & circa se cadentem.

CAP. XVIII. Inter cætera itaque prouidentia opera, he
 quoque aliquis, ut dignum admiratione suspexerit. Non enim
 una causa uentos aut inuenit, aut per diuersa disposuit: sed
 primum ut aëra non sinerent pigrescere, sed assidua uexatione
 *tracturis. lem redderent, uitalēque terris. Deinde ut imbres terris sub
 nistrarēt, ijdemque nimios cōpescerent. Nam modò adducunt nu
 bes, modò diducunt, ut per totum orbem pluuiæ diuidi possent.
 Italiam auster impellit, aquilo in Africā reijcit, Etesia non pe
 tiuntur apud nos nubes consistere. uidem totam Indiam & A
 thiopiam cōtinuis per id tēpus aquis irrigant, Quid quod fru
 ges percipi non possunt, nisi flatu superuacua & mixta serua
 dis uentilarentur, nisi esset quod segetē excitaret, & latentes
 frugem ruptis uelamentis suis, quæ folliculos agricolæ uocant
 adaperiret? Quid quod omnibus inter se populis commercium
 dedit, & gentes dissipatas locis miscuit? Ingens naturæ benefi
 cium.

etiam,
 quod d
 positu
 fuerit,
 ex illis
 pernic
 ideo nō
 Nimir
 aëra u
 esset sit
 cupatu
 post m
 tuum c
 pericli
 uim ter
 spe sep
 Nunc a
 uadof
 quos p
 nubilo
 binibus
 ctus? q
 & obu
 gna ex
 in arm
 aciem u
 licet ad
 nos tra
 nem. N
 suos ex
 pelagu

etiam, si illud in iniuriam suam non uertat hominū furor. Nunc
 quod de Cesare maiore uulgo dictitatum est, & à Tito Liuiio
 positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci Reipub. pro-
 fuerit, an non nasci, dici etiam de uentis potest, adeo quicquid
 ex illis uile & necessariū est, non potest his repensari, quae in
 perniciem suam generis humani dementia excogitat. Sed non
 ideo nō sunt ista natura sua bona, si uitio male utentiū nocent.
 Nimirum in hoc prouidentia ac dispositor ille mundi Deus,
 aëra uentis exercendum dedit, & illos ab omni parte, ne quid
 esset situ squalidum, effudit, non ut nos classes partem freti oc-
 cupaturas completemus milite armato, & hostem in mari aut
 post mare inquiremus. Quae nos dementia exagitat, & in mu-
 tuum cōpellit exitium? Vela uentis damus bellum paraturi, &
 periclitamur periculi causa. Incertam fortunam experimur,
 uim tempestatum nulla ope humana superabilem, mortem sine
 spe sepulturae. Non erat tanti, si ad pacē per ista ueheremur.
 Nunc autem cum euaserimus tot scopulos latentes, & insidias
 uadrosi maris, cum effugerimus procellosos desuper mōtes, per
 quos praecipit in nauigantes uentus impingit, cum inuolutos
 nubilo dies, et nimbis ac tonitruis horrendas noctes, cum tur-
 binibus diuulsa nauigia, quis erit huius laboris ac metus fru-
 ctus? quis nos fessos tot malis portus excipiet? Bellum scilicet
 & obuius in littore hostis, & trucidandae gētes, tracturae ma-
 gna ex parte uictorem & antiquarum urbium flamma. Quid
 in arma cogimus populos? quid exercitus scribimus directuros
 aciem in medijs fluctibus? Quid maria inquietamus? parū uide-
 licet ad mortes nostras terra latē patet. Nimis delicatē fortuna
 nos tractat. Nimis dura dedit nobis corpora, felicem ualetudi-
 nem. Non depopulatur nos casus incurres. Emetiri cuiq; annos
 suos ex cōmodo licet, et ad senectutē decurrere. Itaq; eamus in
 pelagus, et uocemus in nos fata cessantia. Miseri quid queritis?
 mortem,

mortē, quæ ubiq; superest? Petet illa uos & ex lectulo, sed ubi
 innocentes petat, occupabit uos in uestra domo, sed occupabit
 nullum molientes malum. Hoc uerò quid aliud quis dixerit
 * inuitum quàm insaniam, circū ferre pericula, & ruere in ignotos, * in
 tum sine iniuria occurrentia deuastantem, ac ferarum more
 occidere, quem non oderis? Illis tamen in ultionem, aut ex furore
 morsus est, nos sine ulla parsimonia nostri alieniq; sanguinem
 mouemus maria, & nauigia deducimus, salutem committimus
 fluctibus, secundos optamus uentos quorū felicitas est ad bo-
 la perferri. Quousq; nos malos mala nostra rapuere? Parum
 est intra orbem suum furere. Sic Persarum rex stolidissimus in
 Græciam traiecit, quam exercitus non uincet cum impulerit.
 Sic Alexander ulterior Bactris & Indis uolet querere, quæ
 sit ultra magnum mare, & indignabitur aliquid esse ultimum
 sibi. Sic Parthis auaritia Crassum dabit. Non horrebit reu-
 cantis diras tribuni, non tempestates longissimi maris, non ca-
 ca Euphratem præsaga fulmina, & deos resistentes, per ho-
 minum deorumq; iras ad aurum ibitur. Ergo non immerito
 quis dixerit rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si
 uentos stare uetuisset, & inhibito discursu furentium in su-
 quemq; terra stare iussisset. Si mihi aliud, certe suo quisq; tamen
 ac suorum malo nasceretur. Nunc parum ui domestica, exter-
 nis quoq; laborandum est. Nulla terra tam longe remota est,
 quæ non amittere aliquod suum malum possit. Vnde scio et
 nunc aliquis magnæ gentis in abdito dominus, fortunæ indul-
 gentia tumens, non contineat intra terminos arma, an par-
 classes ignota moliens? Vnde scio hic mihi, an ille uentus bellum
 inuehet? Magna pars erat pacis humanæ, maria præcludi. Sed
 tamen (ut paulò ante dicebam) queri possumus de autore no-
 stri Deo, si beneficia eius corrumpimus, & ut essent contra-
 ria efficimus. Dedit ille uentos ad custodiendā cœli terrarumq;

temp
 sator
 causi
 tor
 set en
 homo
 comm
 equit
 heren
 nihil
 qui? C
 utilite
 quoq;
 cimur
 & ill
 tis ad
 Egre
 dand
 chari
 (in ea
 ueris

1 C
 femp
 ra exc

2
 diffun

temperiem, ad euocandas suppressendasq; aquas, ad alendos satorum atq; arborum fructus, quos ad maturitatem cum alijs causis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat promouens. Dedit uentos ad ulteriora noscenda, fuisse enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli sine. Dedit uentos, ut commoda cuiusq; regionis fierent communia, non ut legiones equitemq; gestarent, nec ut perniciosa gentium arma transfueberent. Si beneficia naturæ utentium prauitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus. Cui uidere expedit? Cui loqui? Cui non uita tormentum est? Nihil inuenies tam manifestæ utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic uentos quoq; natura bonos futuros inuenerat, ipsi illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod nos malum ducunt. Non eadem est his & illis causa soluendi, sed iusta nulli. Diuersis enim irritamentis ad* tētandum iter impellimur. Itaq; alicui uitio nauigatur. Egregie Plato dicit, qui nobis circa exitum iam testium loco dandus est, minima esse quæ homines emant uita. Imò Lucili charissime, si bene furorem illorum æstimaueris, id est nostrū (in eadem enim turba uolutamur) magis ridebis, cum cogitaueris* uita parari ea, in quibus uita consumitur.

* tentandum
mare cōpel-
limur.
* uita parari
in quæ uita
consumitur.

I N L I B R V M V.

EX CAP. IIIII.

1 Quod semper excoquit. Vnum exemplar habebat, quum quod semper concoquit sic emittit, sed mendose. Significat autem crassiora excrementa alui, aut certe uomitum.

EX CAP. VIII.

2 Alia finiuntur tepore. Sic prior æditio. Fortunatus legit, alia diffunduntur. Britannicum exemplar habebat, diftrahuntur tepore.

L V C

LVCII ANNAEI SE

NECAE NATVRALIVM

QVAESTIONVM LIB. VI.

in quo de Terræ motu
agitur.

*consedisse

POMPEIOS celebrem Campaniæ urbem
 in quam ab altera parte Surrentinum Stabiu
 numq; littus, ab altera Herculansense conueniunt, mareq; ex aperto conductum amaran
 sinu cingit, *desedisse terræmotu, uexatis que
 cunq; adiacebant regionibus, Lucili uirorum optime, audiu
 mus, & quidem diebus hybernis, quos uacare à tali periculo
 maiores nostri solebant promittere. Nonis Februarij fuit motus
 hic, Regulo & Verginio consulibus, qui Campaniam magis
 quam securam huius mali, indemnem tamen & toties defuncti
 metu, magna strage uastauit. Nam & Herculansenis oppida
 pars ruit, dubieq; stant etiã quæ relicta sunt. Et Nucerinorum
 colonia, ut sine clade, ita non sine querela est. Neapolis quoque
 priuatim multa, publice nihil amisit, leuiter ingenti malo per
 stricta. Villæ uerò præruptæ passim sine iniuria tremuerunt.
 Adijciunt his sexcentarum ouium gregem exanimatum, & diuersas
 statuas, motæ post hoc mentis aliquos atq; impotes sui errasse.
 Quorum ut causas excutiamus & propositi operis contextum
 exigit, & ipse in hoc tempus congruens casus, quærenda sunt
 trepidis solatia, & demendus ingens timor. Quid enim cuique
 satis tutum uideri potest, si mundus ipse concutitur, & partem
 eius solidissima labant? Si, quod unum immobile est in illo fixum
 ut cuncta in se intecta sustineat, fluctuat? Si, quod proprium habet
 terra, perdidit, stare, ubi tandem residet metus nostri? Quod co
 pora receptaculum inuenient? quò sollicita confugient, si ab im

metu

metus nascitur, & funditus trahitur? Consternatio omnium est, ubi tecta crepuere, & ruina signum dedit, tunc praereps quisque se proripit, & penates suos deserit, ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod auxilium si orbis ipse ruinas agitet? si hoc quod nos tuetur ac sustinet, supra quod urbes sitae sunt quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit ac titubat? Quid tibi esse non dico auxilium, sed solatium potest, ubi timor fugam perdidit? Quid est inquam satis munitum? Quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellam, praeruptae altitudinis castella uel magnos exercitus difficultate aditus morabuntur. A tempestate nos uindicat portus. Nimborum uim effusam, & sine fine cadentes aquas tecta propellunt, fugientes non sequitur incendium, aduersus tonitrua & minas coeli subterraneae domus, & defossi in altum specus remedia sunt, Ignis ille coelestis, non transuerberat terram, sed exiguo eius obiectu retunditur. In pestilentia mutare sedes licet. Nullum malum sine effugio est. Nunquam fulmina populos perusserunt. Pestilens caelum exhausit urbes, non abstulit. Hoc malum latissime patet, ineuitabile, auidum, publice noxium. Non enim domos solum, aut familias, aut urbes singulas haurit, sed gentes totas, regionesque subuertit, & modo ruinis operit, modo in altam uoragine condit, ac ne id quidem relinquit, ex quo appareat, quod non est, saltim fuisse, sed supra nobilissimas urbes, sine ullo uestigio prioris habitus, solum extenditur. Nec desunt, qui hoc genus mortis magis timeant, quo in abruptum cum sedibus suis eunt, & e uiuorum numero uiui auferuntur, tanquam non omne fatum ad eundem terminum ueniat. Hoc habet inter caetera iustitiae suae natura praecipuum, quod cum ad exitum uentum est, omnes in aequo sumus. Nihil itaque interest, utrum me lapis unus elidat, an monte toto premat. Vtrum supra me domus unius onus ueniat, & sub exiguo eius tumulo ac puluere expirem, an totus caput meum terrarum orbis abscondat: in luce hunc & in aperto

spirit

spiritum reddam, an in uasto terrarum debiscentiū sinu: sed in illud profundum, an cum magno comitatu populorum cadentium ferar. Nihil interest mea, quātus circa mortem meum tumultus sit, ipsa ubiq; tantūdem est. Proinde magnū summa animū, aduersus istam cladem, quæ nec euitari, nec prouidē potest. Desinamus audire istos, qui Campaniæ renunciauerunt: quiq; post hunc casum emigrauerunt, negantq; ipsos unquam ipsam regionē accessuros: quis enim illis promittet, melioribus fundamentis hoc aut illud solum stare? Omnia eiusdem sortis sunt, etsi nondum mota, tamen mobilia: hunc fortasse in quo securius consistis locum, hæc nox aut hic ante noctem dies scindet. Vnde scies, an melior eorum locorum conditio sit, in quibus iam uires suas fortuna consumpsit, & quæ in futurū res sua fulta sunt? Erramus enim, si ullam terrarum partem exceptam immunemq; ab hoc periculo credimus. Omnes sub eadem iacent lege. Nihil ita ut immobile esset natura cōcepit, alia temporibus alijs cadunt, Et quemadmodū in urbibus magnis, nunc hæc domus, nunc illa suspenditur, ita in hoc orbe terrarū nunc hæc pars facit uitium, nunc illa. Tyros aliquando infamis ruina fuit. Asia duodecim urbes simul perdidit. Anno priore Achaia & Macedoniam quæcunq; est ista uis mali quæ incurrit, nunc Campaniā lesit. Circuit fatū, et si quid diu præterijt, repetit. Quædam rarius sollicitat, sæpius quædā. Nihil immune esse, & innoxium finit. Non homines tantum qui breuis & caduca res nascimur, urbes oraq; terrarum & littora, & ipsum mare in seruitutem fati uenit. Nos tamen nobis permansura promittimus bona fortunæ, & felicitatem, cuius ex omnibus rebus inanis uelocissima est leuitas, habituram in aliquos pondus & moram credimus. Et perpetua sibi omnia promittentibus mentem non uenit, id ipsum, supra quod stamus, stabile nō esse. Neq; enim Campaniæ istud aut Achaie, sed omnis soli uitium

est, male coherere, & ex causis pluribus resolui, & summa manere, partibus ruere.

CAP. II. Quid ago? Solatium aduersus pericula dare promiserā, ecce undiq; timenda denuntio. Nego quicquam esse quietis aeternae, quod perire possit, & perdere. Ego uerò hoc ipsum solatij loco pono: & quidē ualentissimi: quando quidē sine remedio timor stultus est, ratio terrorē prudētibus excutit, imperitis fit * magna ex desperatione securitas. Hoc itaq; generi humano dictū puta, quod illis subita captiuitate inter ignes & hostē stupentibus dictū est, Vna salus uictis nullam sperare salutem, si uultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda, circumspicite quā leuibus causis discruciamur. Nō cibus nobis, non humor, non uigilia, non somnus, sine mensura quadam salubria sunt. Iam intelligitis nugatoria esse nostra, & imbecilla corpuscula, fluida, non magna molitione perdenda. Sine dubio id unum periculi satis esset, quod tremunt terrae, quod subito dissipantur, ac superposita deducūt. Magni se aestimat, qui fulmina & motus terrarū hiatusq; formidat, uult ille imbecillitatis suae cōsciū timere pituitā: ita uidelicet nati sumus, tam felicia sortiti mēbra, & in hāc magnitudinē creuimus, & ob hoc nisi mundi partibus motis, nisi cœlū intonuerit, nisi terra subsederit, perire non possumus. Unguiculi nos & ne totius quidem dolor, sed aliqua à latere eius scissura, conficit, & ego timeā terras tremētes, quē crassior salina suffocat? Ego extimescam motū sedibus suis mare, et ne aestus, maiore quā soleat cursu, plus aquarū trahens superueniat, cū quosdā strangulauerit potio male lapsa per fauces? Quā stultū est mare horrere, cū scias stillicidio perire te posse? Nullū est maius solatiū mortis quā ipsa mortalitas. Nullū autē omnium istorum quae extrinsecus terrēt, quā quod innumerabilia pericula in ipso sinu sint. Quid enim dementius, quā ad tonitrua succidere, et

*manu

sub terram correpere fulminū metu? Quid stultius quā timere nutationē ut subditos montiū lapsus, & irruptiones mori extra littus eiecti, cū mors ubiq; præsto sit, & undiq; occurrat, nihilq; sit tam exiguū, quod non in perniciē generis humani satis ualeat? Adeo non debēt nos ista confundere, tanquam plus in se mali habeant quā uulgaris mors, ut contra, cū sit necessariū ē uita exire, et aliquando emittere animā, maiore perire ratione iuuat. Neceffe est mori ubicunq; quandoq;. Stetlet ista humus, & se teneat suis finibus, nec ulla iactetur iniuria, supra me quādoq; erit. Interest ergo, illā ego mihi an ipsa se mihi imponat. Diducitur ingenti potentia, nescio cuius maris rumpitur, et me in immensam altitudinē abducit. Quid porro Mors leuior in plano est? Quid habeo quod querar, si rerū natura non me uult iacere in ignobili loco? si mihi iniicit sui partem? Egregie Vagellius meus in illo inclyto carmine. Si cadendum est, inquit, mihi, cœlo cecidisse uelim. Idem licet dicere. Si cadendū est, cadam orbe concusso. Non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solatiū est, terram quandoque uidere mortalem.

CAP. III. Illud quoq; proderit præsumere animo, nihil horū deos facere, nec ira numinū, aut cœlū concuti, aut terram. Suas ista causas habent, nec ex imperio seuiūt, sed ex quibusdam uitijs, ut corpora nostra turbantur, & tunc, cū facerentur uidentur iniuriā accipiūt. Nobis autē ignorātib; uerū, omnia terribilia sunt, utpote quorū metū raritas auget. Leuius accidit familiaria, & ex insolito formido est maior. Quare autē quicquam nobis insolitū est? quia naturā oculis non ratione cōprehendimus, nec cogitamus, quid illa facere possit, sed tantū quod fecerit. Damus itaq; huius negligentie pœnas, tanquam noui territi, cum illa non sint noua, sed insolita. Quid ergo? Non religionem incutit mentibus, & quidem publice, siue deficere

uisus est, siue luna, cuius obscuratio frequentior, aut parte sui, aut tota delituit? Longeque magis illae actae in transversum faeces, & caeli magna pars ardens, & crinita sydera, & plures solis orbis, & stellae per diem uisae, subitique transcursus ignium, multam post se lucem trahentium? nihil horum sine timore miramur, & cum timendi sit causa, nescire, non est tanti scire, ne timeas. Quanto satius est causas inquirere, & quidem toto in hoc intetum animo? Neque enim illo quicquam inueniri dignius potest, cui se non tantum commodet, sed impendat.

CAP. IIII. Queramus ergo, quid sit quod terram ab infimo moueat, quid tanti * molem ponderis impellat, quid sit illa ualentius, quid tantum onus ui sua labefactet, cur modo tremat, modo luxata subsidat, nunc in partes diuisa discedat, & aliam interuallum ruinae suae diu seruet, aliam cito comprimat. Nunc amnes magnitudinis notae conuertat introrsus, nunc nouos exprimat, aperiat aliquando aquarum calentium uenas, aliquando refrigeret, ignesque nonnunquam per aliquod ignotum antea montis aut rupis foramen emittat, aliquando notos & per secula nobiles comprimat. Mille miracula mouet, faciemque mutat locis, & desert montes, subrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo insulas erigit. Haec ex quibus causis accidant, digna res est excuti. Quod, inquis, erit pretium operae? quo nullum maius est, nosse naturam. Neque enim quicquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa habeat futura usui, quam quod hominem magnificentia sui detinet, nec mercede, sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo quid sit, propter quod accidant haec, quorum est adeo mihi dulcis inspectatio, ut quamuis aliquando de motu terrarum uolumen iuuenis ediderim, tamen tentare me uoluerim & experiari, an etas aliquid nobis, aut ad scientiam aut certe ad diligentiam adiecerit.

*mole corporis

CAP. V. *Causam qua terra concutitur, alij in aqua esse, alij in ignibus, alij in ipsa terra, alij in spiritu putauere, alij in pluribus, alij in omnibus his. Quidam liquere ipsis aliquam ex illis causam esse dixerunt, sed non liquere quæ esset. Nunc singula prosequamur. Illud ante omnia mihi dicendum est, opinioniones ueterum parum exactas esse & rudes. Circa uerū adhuc errabatur. Noua omnia erant primo tentantibus, post eadem illa limata sunt, & si quid inuentum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni animi res fuit, rerum nature latebras dimouere, nec contentum exteriori eius conspectu, introspicere & in deorum secreta descendere. Plurimum ad inueniendum contulit, qui sperauit posse reperiri. Cum excussione itaq; ueteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, & incipit. Nec in hac tantum re omnium maxima atq; inuolutissima, in qua etiam cum multum actum erit, *omnis tamen res quod agat inueniet, sed in omnia alio negotio, longe semper a perfecto fuisse principia.*

*omnia tamen
etas qd' inueniat
habet

CAP. VI. *In aqua causam esse, nec ab uno dictum est, nec uno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicio humore portari & innatare, siue illud oceanū uocas, siue mare, siue alterius nature, simplicē adhuc aquā & humidū elementū. Hac inquit unda, sustinetur orbis, uelut aliquod grāte nauigiū, & graue his aquis quas premit. Superuacuum est reddere causas, propter quas existimat grauissimā partem mundi spiritu tam tenui fugaciq; gestari, nō enim nunc de situ terrarum, sed de motu agitur. Illud argumēti loco ponit, aquas esse in causa, quibus hic orbis agitur, quod in omni maiore motu erumpunt ferē noui fontes: sicut in nauigijs quoq; euenit, ut si inclinata sunt, & abiere in latus, aquā sorbeant, quæ in omni onere eorū quæ uehit si immodice depressa sunt, aut superfunditur, aut certē dextra sinistraq; solito magis surgit. Hæc*

opinionem

opinionem falsam esse, non est diu colligendum. Nam si terram aqua sustineret, tota aliquando concuteretur, semper moueretur, nec agitari illā miraremur, sed manere. Tunc tota concuteretur, non ex parte: nunquā enim nauis dimidia iactatur: nūc uerō non terrarū uniuersarū, sed ex parte motus est: quomodo ergo fieri potest, ut quod totū uebitur, totū non agitetur, si eo quo uebitur agitata est? At quare aquae erūpunt? Primū omnī saepe tremuit terra, & nihil humoris noui fluxit. Deinde si ex hac causa unda prorumperet, à lateribus terrae circūfunderetur, sicut in fluminibus ac mari uidemus accidere, ut incrementum aquarum, quoties nauigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Ad ultimū nō tam exigua fieret quā dicit eruptio, nec uelut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingēs inundatio, ut ex infinito liquore & ferente uniuersa.

CAP. VII. Quidā motū terrarū aquae imputauere, sed non ex eadē causa. Per omnē, inquiunt terrā, multa aquarū genera decurrunt. Alicubi perpetui amnes, quorum nauigabilis etiā sine adiutorio imbrīū magnitudo est. Hinc Nilus per aestatem ingētes aquas inuehit. Hinc qui medius inter pacata & hostilia fluit, Danubius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, & Europam Asiamq; disternans, alter Germanos auidam gentem belli repellens. Adijce nunc patētissimos lacus, & stagna populis inter se ignotis circūdata, & ineluctabiles nauigio paludes, nec ipsis quidem inter se peruias, quibus incoluntur. Deinde tot fontes, tot capita fluminum, subitos & ex occulto amnes uomentia. Tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus, quorum uires quā repentinæ, tam breues. Omnis haec aquarum etiam intra terram natura faciesq; est. Illic quoque aliæ uasto cursu deferuntur, & in praecipua uoluntate cadunt, aliæ languidiores in uadis refunduntur & leuiter ac quiete fluunt. Quis autē neget uastis illas receptaculis con-

*Hæc tria uerba uidentur superflua

*crescat
 capi & cessare multis inertes locis? Non est diu probandū
 multas aquas esse, ubi oēs sunt. Neque enim sufficeret tellus ad
 tot flumina edenda, nisi ex reposito multoq; funderet. Si hoc
 uerū est, necesse est aliquando illic amnis excrescat, & relicta
 ripis uolētus in obstātia incurrat. Sic fiet motus alicuius par-
 tis, in quam flumen impetū dedit, & quam donec * decrescat
 uerberabit. Potest fieri ut aliquam regionem riuus affluens ex-
 edat, ac secum trahat aliquam molem, qua lapsa, superposita
 quatiantur. Iam uerò nimis oculis permittit, nec ultra illos scilicet
 producere animū, qui non credit esse in abscondito terræ sinus
 maris uasti. Nec enim uideo quid prohibeat uel obstet, quo mi-
 nus illic habeatur aliquod etiam in abscondito litus, & per
 occultos aditus receptū mare, quod illic quoq; tantundem locum
 tenet, aut fortassis hoc amplius, quo superiora cum tot animabi-
 bus erant diuidenda: abstrusa enim & sine possessore deserta,
 liberius undis uacant. Quas quis uetat illic fluctuare, & uētū,
 quos omne interuallum terrarum, & omnis aēr creat, impellit.
 Potest ergo maior solito extorta tēpestas aliquam partem ter-
 rarum impulsam uehementius cōmouere. Nam apud nos quoque
 multa, quæ procul à mari fuerant, subito eius accessu uapula-
 uere, & uillas in conspectu collocatas, fluctus qui longe audire
 batur inuasit. Illic quoq; potest accedere ac decedere pelagus
 infernum, quorum neutrum fit sine motu superstantium.

CAP. VIII. Non quidem existimo diu te hæsitatū, ut
 credas esse subterraneos amnes et mare absconditū. Vnde enim
 ista prorumpunt, unde ad nos ueniūt, nisi quòd origo humorum
 inclusa est? Age cū uides interruptū Tigrim in medio itinere
 siccare, & nō uniuersum auerti, sed paulatim nō apparentibus
 damnis minui primum, deinde consumi, quò illum putas abire,
 nisi in obscura terrarū, utiq; cū uideas emergere iterū, nō mi-
 norem eo, qui prior fluxerat? Quid cū uides Alphæum cele-

brat

bratum Poëtis in Achaia mergi, & in Sicilia rursus transiecto mari effundere amoenissimū fontem Aretusam? Nescis autē inter opiniones quibus *narratur Nili aestiua inundatio, & hāc *enariatur esse, à terra illum erūpere, & augeri nō supernis aquis, sed ex intimo redditis? Ego quidē centuriones duos, quos Nero Cæsar ut aliarū uirtutum, ita ueritatis imprimis amantissimus, ad inuestigandū caput Nili miserat, audiui narrantes, longū illos iter peregisse, cum à rege Aethiopiæ instructi auxilio, cōmendatīq; proximis regibus, penetrassent: ad ulteriora quidē, aiebant, peruenimus, ad immensas paludes, quarū exitum, nec incolæ nouerāt, nec sperare quisquam potest, ita implicitæ aquis herbae sunt, & aquae nec pediti eluctabiles, nec nauigio, quod nisi paruū & unius capax, limosa & obsita palus non ferat. Ibi, inquit, uidimus duas petras, ex quibus ingens uis fluminis excidebat. Sed siue caput illa, siue accessio est Nili, siue tunc nascitur, siue in terras ex priore recepta cursu redit, non ne tu credis illā quicquid est ex magno terrarū lacu ascendere. Habeant enim oportet pluribus locis sparsum humorē, & in imo coactum, ut eructare tanto impetu possint.

CAP. I X. Ignem causam motus quidam, & quidem non eandem iudicant. Imprimis Anaxagoras, qui existimat simili pene ex causa, & aëra cōcuti & terrā, cum in inferiore parte spiritus crassum aëra, & in nubes coactū, eadem ui qua apud nos quoq; nubila frangi solent, rumpit, & ignis ex hoc collisu nubium, cursuq; elisi aëris emicuit. Hic ipse in obuia incurrit, exitum quaerens, ac diuellit repugnantia, donec per angusta aut nactus est uiam exeundi ad cœlum, aut ui ac iniuria fecit. Alij in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed quia pluribus obrutus locis ardeat, & proxima quaeq; consumat. Quae si quādo exesa ceciderint, tunc sequi motū earū partū, quae subiectis adminiculis destitutæ labāt, donec corrucere,

*nutauerunt

nullo occurrente, quod onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus uasti aperiuntur, aut cum diu *dubitauerere super ea, quæ supersunt stantq; cõponunt. Hoc apud nos quoq; uidemus accidere, quoties incendio pars ciuitatis laborat, cum exusta trabes sunt, aut corrupta, quæ superioribus firmamentum dabant, tunc diu agitata fastigia concidunt, & tam diu differuntur atq; incerta sunt, donec in solido resederunt.

*et in ipsam

CAP. X. Anaximenes ait terram ipsam sibi esse causam motus, nec extrinsecus incurrere, quod illam impellat, sed intra ipsam * & ex ipsa quasdam partes eius decidere, quas aut humor soluerit, aut ignis exederit, aut spiritus uolentia excusserit. Sed his quoq; cessantibus nõ deesse, propter quod aliquid abscedat aut reuellatur. Nam primum oia uetustate labuntur, nec quicquam tutum à senectute est. Hæc solida quoq; & magni roboris carpit. Itaq; quemadmodum in ædificijs ueteribus quædam non percussa tamen decidunt, cū plus ponderis habuere quam uirium: ita in hoc uniuerso terræ corpore euenit, ut partes eius uetustate soluantur, solutæ cadant, & tremorem superioribus afferant, primum dum abscedunt (nihil enim utiq; magnū summo motu eius, cui hæsit, abscinditur) deinde cū deciderunt, solida exceptæ, resiliant, pilæ more, quæ cū cecidit exultat, ac sepe impellitur, toties à solo in *nouum impetum missa. Si uerò insignnantibus aquis delata sunt, hic ipse casus uicina concutit fluctu, quem subitum uastumq; illisum ex alto pondus eiecit.

*nonum

*diffundit,

CAP. XI. Quidam ignibus quidem assignant hunc tremorẽ, sed aliter. Nam cū pluribus locis ferueant, necesse est ut ignem uaporẽ sine exitu uoluant, qui ui sua spiritũ intendit, si acrius institit, opposita *diffundit, si uerò remissior fuit, minus amplius quam mouet. Videmus aquam spumare, igne subiecto. Quod in hac aqua facit inclusa et angusta, multo magis illud facere credamus, cum uiolentus ac uastus ingentes aquas ex-

ciat. Tunc ille uaporatione inundantium aquarum, quicquid pulsauerit agitat.

CAP. XII. Spiritum esse qui moueat, & plurimis & maximis autoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens ait ita. Venti in concava terrarū deferuntur, deinde ubi iam omnia spatia plena sunt, & in quantum aër potuit densatus est, is qui superuenit spiritus, priorem premit & elidit, ac frequentibus plagis primo cogit, deinde perturbat. Tunc ille querens locum oēs angustias dimouet, & claustra sua conatur effringere. Sic euenit, ut terræ spiritu luctante, & fugam querente, moueantur. Itaq; cum terræ motus futurus est, præcedit aëris tranquillitas & quies, uidelicet, quia uis spiritus, quæ concitare uentos solet, in inferna sede detinetur. Nunc quoque cum hic motus in Campania fuit, quamuis hyberno tempore & inquieto, per superiores dies à coelo aër stetit. Quid ergo? Nunquam flante uento terra concussa est? Admodum raro duo flauere simul uenti. Fieri tamē & potest & solet: quod si recipimus, & constat duos uentos rem simul gerere, quid ni accidere possit, ut alter superiorē aëra agitet, alter inferum? In hac sententia licet ponas Aristotelem et discipulum eius Theophrastum, non, ut Græcis uisum est, diuini, tamen & dulcis eloquij uirum, & nitidi sine labone. Quid utriq; placeat exponam. Semper aliqua euaporatio est è terra, quæ modo arida est, modo humido mixta. Hæc ab infimo edita, & in quantum potuit elata, cum ulteriore locum in quem exeat non habet, retro fertur, atq; in se reuoluitur, dumq; rixa spiritus reciprocatis iactat obstantia, & siue interclusus, siue per angustia *enisus est, motum ac tumultum ciet. Straton ex eadem schola est, qui hanc partem philosophiæ maxime coluit, & rerum naturæ inquisitor fuit. Huius tale decretū est, frigidum & calidum semper in contraria abeunt, et unā esse non possunt, eò frigidum confluit, unde

* elisus

uis calida discescit, & inuicem ibi calidum est, unde frigus est
 expulsus est. Hoc quod dico uerum est, sed utrumq; in contra-
 rium agi, ex hoc tibi appareat. Hyberno tēpore cum supra te-
 rā frigus est, calent putei, nec minus specus, atq; omnes subte-
 ra recessus: quia eò se calor contulit, superiora possidēti frige-
 cedens, qui cū in inferiora peruenit, & eò se quantum poterit
 ingessit, quo densior, hoc ualidior est, huic alius superuenit, et
 necessario congregatus ille iam & in angustum pressus, locum
 cedit. Idem e contrario euenit, cū uis maior frigidi illata in
 uernis est. Quicquid illic calidi latet, frigori cedens abit in an-
 gustum, et magno impetu agitur, quia non patitur utriusq; ne-
 tura concordiam, nec in uno morā. Fugiens ergo & omni mo-
 do cupiēs excedere, proxima quæq; remolitur ac iactat. Idem
 antequā terra moueatur, solet mugitus audiri, uentis in abissi-
 tumultuātibus, nec enim aliter posset, ut ait noster Vergilius.
 Sub pedibus mugire solum, & iuga celsa moueri, nisi hoc esse
 uentorum opus. Vices deinde huius pugnae sunt, desinit calidi
 congregatio, ac rursus eruptio. Tunc frigida compescuntur et
 succedunt, mox futura potentiora. Dū ergo alterna uis cursat
 & ultro citroq; spiritus com meat, terra concutitur.

CAP. XIII. Sunt qui existiment spiritu quidē et multa
 alia ratione tremere terram, sed ex alia causa, quā Aristoteles
 placuit. Quid sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum
 sanguine irrigatur & spiritu, qui per sua itinera discurret. Ha-
 bemus autē quaedam angustiora animae receptacula, per quae
 nihil amplius quā meat: quaedā patentiora, in quibus colligitur
 & unde diuiditur in partes. Sic hoc totū terrarum oīm corpus
 & aquis, quae uicem sanguinis tenēt, & uentis quos nihil aliud
 quis quā aīam uocauerit, peruium est. Hæc duo alicubi con-
 currunt, alicubi cōsistunt. Sed quæ admodum in corpore nostrum
 dum bona ualitudo est, uenarum quoq; imperturbata mobilitas

modum ſeruat, ubi aliquid aduerſe eſt, micat crebrius, & ſuſpiria atq; anhelitus, laborantis ac feſſi ſigna ſunt: ita terræ quoq; dum illis poſitio naturalis eſt, inconcuſſæ manent. Cum aliquid peccatur, tunc uelut ægri corporis motus eſt, ſpiritu illo qui modèſtius perfluebat, icto uehementius, & quaſſante uenas ſuas: nec ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet eſſe terram, nam ſi hoc eſt, quemadmodum animal, tota uexationem ſentiet. Neq; enim in nobis febris alias partes moratius impellit, ſed per omnes pari æqualitate diſcurrit. Vide ergo nunquid intret in illam ſpiritus ex circumſuſo aëre, qui quamdiu habet exitum, ſine iniuria labitur, ſi offendit aliquid, & incidit quod uiam claudat, tunc oneratur primo infundente ſe à tergo aëre. Deinde per aliquam rimam maligne fugit, & hoc acrius fertur, quo anguſtius. Id ſine pugna non poteſt fieri, nec pugna ſine motu. At ſi nec rimam quidem per quam effluat inuenit, conglobatus illic furit, & huc atq; illò circumagitur, aliq; deiicit, alia * intercidit, cum tenuiſſimus idemq; fortiſſimus, & irrepit quamuis in obſtructa, & quicquid intrauit ui ſua diducat & diſſipet, tunc terra iactatur. Aut enim datur a uento locum diſcedit, aut cum dedit in ipſam, qua illum emiſit, cauer nam fundamento ſpoliata conſidit.

CAP. XV. Quidam ita exiſtimant. Terra multis locis perforata eſt, nec tantum primos illos aditus habet, quos uelut ſpiramenta ab initio ſui recepit, ſed multos illi caſus impoſuit. Alicubi diduxit, quicquid ſupernè terreni erat aqua, alia torrentes * cecidere, alia æſtibus magnis dirupta patuère. Per hæc interualla intrat ſpiritus, quem ſi incluſit mare & adægit, nec fluctus retro abire permiſit, tunc ille exitu ſimul redituq; præcluſo, uolutatur. Et quia in rectum non poteſt tendere, quod illi naturale eſt, in ſublime ſe intendit, & terram prementem reuerberat.

*intercidit

*excedere,

CAP. XVI. Etiamnum dicendum est, quod plerisque
 ribus placet, & in quo forasse fiet dissensio. Non esse terram
 spiritu palam est. Non tantum illo dico, quo se tenet, ac partem
 sui iungit, qui inest etiam saxi moriisque corporibus, sed
 dico vitali & uegeto & alente omnia: hunc nisi haberet, quo
 modo tot arbutis spiritum infunderet, non aliunde uiuentibus
 & tot satis? Quemadmodum tam diuersas radices aliter
 aliter in se mersas foueret, quasdam summas receptas parte, quas
 dam altius tractas, nisi multum haberet animæ, tam multum
 uaria generantis, & haustu atque alimento suo educantis? Len-
 bus adhuc argumentis ago. Totum hoc cœlum, quod ignis
 æther, mundi summa pars claudit, omnes hæc stellæ, quarum
 ueniri non potest numerus, omnis hic cœlestium coetus, & (et
 alia præteream) hic tam prope à nobis agens cursum sol, omni
 terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno tra-
 hunt, & inter se partiuntur, nec ullo alio scilicet, quam habitu ter-
 rarum sustententur. Hoc illis alimentum, hic passus est. Non
 posset autem tam multa tantaque, & se ipsa maiora, terra nutre-
 re, nisi plena esset animæ, quam per diem ac noctem ab omni-
 bus partibus suis fundit. Fieri enim non potest, ut non multum
 illi supersit, ex qua tantum petitur ac sumitur, & ad tempus
 quidem, quod exeat nascitur. Nec enim esset perennis illi copia
 suffecturi in tot cœlestia spiritus, nisi inuicem ista excurrerent,
 & in aliud alia soluerentur. Sed tamen necesse est abunde
 plena sit, & ex condito proferat. Non est ergo dubium, quin
 multum spiritus lateat intus, & cæca sub terra spacia aër lo-
 tus obtineat. Quod si uerum est, necesse est id sæpe moueatur,
 quod re mobilissima plenum est. Nunquid enim dubium esse po-
 test cuiquam, quin nihil sit tam inquietum quam aër, & tam
 uersabile & uagatione gaudens?

CAP. XVII. Sequitur ergo, ut naturam suam exerceat

& quod semper moueri uult, aliquādo & alia moueat. Ad quā-
 do fit? Cum illi cursus interdictus est. Nam quādiu non impedi-
 tur, placide fluit, cū offenditur & retinetur, insanit, & moras
 suas * arripit, non aliter, quā ille poëta pontem indignatus
 Araxes. Quādiu illi facilis & liber est, alucus primas quasq;
 aquas explicat. Vbi saxa manu uel casu illata pressere uenien-
 tem, tunc impetū morā querit, & quo plura opposita sunt, plus
 inuenit irium. Omnis enim illa unda quæ à tergo superuenit,
 & in se crescit, cū onus suū sustinere non potuit, nimis ruina pa-
 rat, & prona cū his quæ obiacebant fugit. Idem spiritu fit, qui
 quo ualentior agiliorq; est * citius rapitur, & uehementius sepiū
 omne disturbat. Ex quo motus fit scilicet eius partis, sub qua
 pugnatū est. Quod dicitur, uerum esse ex illo probatur: sepe
 enim cū terræ motus fuit, si modo pars eius aliqua dirupta est,
 inde uentus per multos dies fluxit. Ut traditur factū eo ter-
 remotu, quo Chalcis laborauit, quod apud Asclepiodotum in-
 uenies, auditorem Posidonij, in ipsis quæstionum naturalium
 causis. Inuenies & apud alios autores hiasse uno loco terram,
 & inde non exiguo tempore spirasse uentum, qui scilicet illud
 iter ipse sibi fecerat, per quod ferebatur.

* arripit,

* citius erumpit,

CAP. XVIII. Maxima ergo causa est, propter quā ter-
 ra moueatur, spiritus natura citus, & locū ē loco mutans. Hic
 quādiu non impellitur, & in uacanti spacio latet, iacet inno-
 xius, nec circumiectis molestus est. Vbi illū extrinsecus super-
 ueniens causa sollicitat compellitq;, & in arctum agit, scilicet
 adhuc cedit tantum & uagatur. Vbi erepta discedendi facultas
 est, & undiq; obsistitur, tunc Magno cum murmure montis
 Circum claustra fremit, quæ diu pulsata conuellit ac iactat, eo
 acrior quo cū ualentiore morā luctatus est. Deinde cum circa
 perlustrauit omne quo tenebatur, nec potuit euadere, inde quò
 maxime impactus est, resilit, & aut per occulta diuiditur, ipso
 terræ

spiritus, fortasse enim aer extrinsecus alio intrante aere, agitur. Fortasse aliqua parte subito decidente percutitur, & motum capit. Fortasse aliqua pars terrae uelut columnis busda ac pilis sustinetur, quibus uiciatis ac recedentibus, immit pondus impositum. Fortasse calida uis spiritus in igne uersa, & fulmini similis, cum magna strage obstantium fertur. Fortasse palustres & iacentes aquas aliquis flatus impellit, & de aut ictus terram quatit, aut spiritus agitatio, ipso motu effluens & se incitans, ab imo in summa usque perfertur, nullam mentem illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum.

CAP. XXI. Nobis quoque placet hunc spiritum esse, quanta posset conari, quo nihil est in rerum natura potentius, & acrius, sine quo nec illa quaedam quae uehementissima sunt uideantur. Ignem spiritus concitat, aquae si uentum detrahas, inertes sunt. Tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus, qui potest dissipare magna spacia terrarum, & novos motus subreptos tollere, & insulas non ante uisas in medio mari ponere. Therae & Thersian, Thiam nostrae aetatis insulam spectantibus uentis in Aegeo mari enatam quis dubitat quin in lucem spiritus uexerit? Duo genera sunt (ut Posidonio placet) quibus mouetur terra, utriusque nomen est proprium. Altera succussio est, cum terreatur, & quatitur, et sursum ac deorsum mouetur. Altera inclinatio, quae in latera nutat nauigij more. Ego & tertium illud existimo, quod nostro uocabulo signatum est: non enim sine causa terrae motum dixere maiores, qui utriusque dissimilis est: nam nec percipiuntur tunc omnia, nec inclinatur, sed uibratur. Res mirum in huiusmodi casu noxia, sicut longe perniciosior est inclinatio, concussione, nam nisi celeriter ex altera parte properabit motus, qui inclinata restituat, ruina necessario sequitur. Cum diuersi motus inter se sint, cause eorum diuersae sunt.

CAP. XXII. Prius ergo de motu quatiēte dicamus. Si

*moenia,

mag
rota
Asc
set,
test,
pon
quo
omn
cred
missu
aufe
long
attri
ris de
percu
repen
ras ha
C
uacui,
nec en
te retu
etiā C
bile in
crimen
met. N
ponetu
nes que
Quoti
taut no
orienti
Omnia

mag

magna onera per uices uehicularum plurium tracta sunt, & rotæ maiore nisu in salebras inciderunt, terrâ concuti senties. Asclepiodotus tradit, cū petra è latere montis abrupta cecidisset, ædificia uicina tremore collapsa sunt. Idē sub terris fieri potest, ut ex his quæ impendent rupibus aliqua resoluta, magno pondere ac sono in subiacentē cauernā cadat, eo uehementius, quo aut plus pōderis habuit, aut uenit altius. Et sic cōmouetur omne testū cauate uallis. Nec tantū pondere suo abscindi saxa credibile est, sed cū flumina supra ferantur, asidiuus humor cōmissuras lapidis extenuat, & quotidie his ad quæ religatus est aufert, & illā (ut ita dicā) cutē qua continetur abradit. Deinde longa per æuum diminutio usq; eò infirmat illa, quæ quotidie attriuit, ut desinant esse oneri ferendo. Tunc saxa uasti ponderis decidunt, tunc illa præcipitata rupes, quicquid ab imo repperçussit, non passura consistere succutit. Et ruere omnia uisa repente (ut ait Vergilius noster.) Huius motus succutiētis terras hæc erit causa. Ad alteram transeo.

CAP. XXIII. Rara terræ natura est, multumq; habēs uacui, per has raritates spiritus fertur, qui ubi maior influxit nec emittitur, concutit terrā. Hæc placet & alijs (ut paulo antē retuli) causa, siquid apud te profectura testiū turba est. Hæc etiā Callisthenes probat, non contēptus uir. Fuit enim illi nobile ingenū, & furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternū, quod nulla uirtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nā quoties quis dixerit, occidit Persarū multa milia, opponetur, & Callisthenē. Quoties dictū erit, occidit Dariū, penes quem tunc magnū regnū erat, opponetur, & Callisthenē. Quoties dictū erit, omnia oceano tenus uicit, ipsum quoq; tentauit nouis classibus, & imperium ex angulo Thraciæ usq; ad orientis terminos protulit, dicetur, sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumq; exempla trāsierit, ex his

quæ fecit nihil tam magnū erit, quàm scelus Callisthenes. Hæc Callisthenes in libris quibus describit quemadmodum Helles Buriſq; merſæ ſunt, quis illas caſus in mare, uel in illas merſit, dicit id quod in priore parte dictum eſt. Spiritus intra terrā per occulta foramina, quemadmodū ubiq; ita et ſub mari. Deinde cū eſt obſtructus ille trames, per quē descendere reditū autē illi à tergo reſiſtens aqua abſtulit, huc et illuc fertur, & ſibi ipſe occurrens terram labefactat. Ideo frequenſſime mari appoſita uexantur, & inde Neptuno hæc aſſignata eſt mouendi potentia. Quiſquis primas literas Græcas didicit, ſcit illum apud Homerum *ἔννοσέγαιον* uocari.

CAP. XXIII. Spiritū eſſe huius mali cauſam & ipſi conſentio, de illo diſputabo, quomodo intret hic ſpiritus, utrum per tenuia foramina, nec oculis cōprehenſibilia, an per maiora & potentiora, et utrū ab imo, an etiā per ſumma terrarū. Hoc incredibile eſt. Nam in noſtris quoq; corporibus, cutis ſpiritus reſpuit, nec eſt illi introitus, niſi per quē trahitur, nec cōſiſtens quidem à nobis receptus poteſt, niſi in laxiore corporis parte. Non enim inter neruos pulſas ue, ſed in uiſceribus & partibus interioris partis reſeſſu commoratur. Idem de terra ſuſpicari licet, uel ex hoc, quod motus non in ſumma terræ circūue ſumma eſt, ſed ſubter & ab imo. Huius indiciū eſt, quod altitudines profunda maria iactantur, motis ſcilicet his, ſupra quæ ſiſtunt. Ergo uerifiſimile eſt terrā ex alto moueri, & illic ſpiritus in cauernis ingentibus concipi. Imo, inquit, ceu cū frigore horruimus, tremor ſequitur, ſic terras quoq; ſpiritus extrinſecus accidens quaſſat. Quod nullo modo poteſt fieri. Alger enim debet, ut idem illi accidat, quod nobis, quos externa cauſa in horrorem agit. Accidere autem terræ jūmile quiddam noſtræ affectionis, ſed non ex ſimili cauſa conceſſerim. Illā interior & altior iniuria debet impellere, cuius rei argumenta

uel maximum hoc potest esse, quod cum uehementi motu ad-
 apertum ingenti ruina solum est, totas nonnunquā urbes & re-
 cipit hiatus ille & abscondit. Thucydides ait, circa Pelopon-
 nesiaci belli tēpus Atalātem insulā aut totā aut certe maxima
 ex parte ^{*}superfusam. Idem Sidoni accidisse Posidonio crede. ^{*suppressam}
 Nec ad hoc testibus opus est. Meminimus enim terris interno
 motu diuisis, loca disiecta, & campos interisse. Quod iam di-
 cam, quem admodum existimem fieri.

CAP. XXV. Cum spiritus magna ui in uacuū terrarum
 locū penitus applicuit, coepitq; rixari, & de exitu cogitare, la-
 tera ipsa inter quae latet saepius percutit, supra quae urbes in-
 terdum sitae sunt: haec nonnunquā adeo concutiuntur, ut aedifi-
 cia superposita procumbant: nonnunquā in tantum, ut parietes
 quibus fertur omne regimen caui, decidāt in illū subteruacan-
 tem locū, totaeq; urbes in immensam altitudinē mergantur. Si
 uelis credere, aiunt, aliquādo Ossam Olympo cohaesisse, deinde
 terrarū motu recessisse, & scissam unius magnitudinem montis
 in duas partes. Tunc ^{*}effugisse Peneon, qui p̄ludes quibus la-
 borabat Thessalia siccauit, abductis in se quae sine exitu sta- ^{*effluxisse}
 gnauerant aquis. Ladon flumen inter Helim et Megalempo-
 lin medius est, quem terrarū motus effudit. Per hoc quid pro-
 bo? In laxos specus (quid enim aliud appellem loca uacua sub
 terris) spiritum conuenire. Quod nisi esset, magna terrarum
 spatia cōmouerentur, & unā multa titubarent. Nunc exiguae
 partes laborāt, nec unquā per ducenta miliaria motus exten-
 ditur. Ecce hic qui impleuit fabulis orbem, non transcēdit Cā-
 paniam. Quid dicam, cū Chalcis tremuit Thebas stetisse? Cū
 laborauit Aegiū, tam propinquas illi Patras de motu nihil au-
 disse? Illa uasta concussio, quae duas suppressit urbes Helicen,
 & Burim, circa Aegium constitit. Apparet ergo in tantū spa-
 tium motum pertendere, quantum illa sub terris uacantis loci

inanitas pateat.

CAP. XXVI. Poteram ad hoc probandū abuti auctoritate magnorū uirorū, qui Aegyptū nunquā tremuisse tradunt. Rationē autē huius rei hanc reddunt, quod ex limo tota creuerit. Tantū enim (si Homero fides est) aberat à continenti Pharos, quantum nauis diurno cursu metiri plenis lata uel potest, sed continenti admota est, Turbidus enim defluens Nilus, multūq; secū limū trahens, & eū subinde apponens prioribus terris, Aegyptū annuo incremēto semper ultra tulit. Inde pinguis & limosi foli est, nec ulla interualla in se habet, sed creuit in solidū arescente limo, quo pressa erat & sedens structura, cū partes glutinarentur, nec quicquā inane interuenire poterat, cū solido liquidū, ac molle semper accederet. Sed mouetur & Aegyptus & Delos, quā Vergilius stare iussit, In motamq; coli dedit, & contēnere uentos. Hāc philosophi quaedam credula natio dixerunt nō moueri, autore Pindaro. Thucydides ait antea quidem immotā fuisse, sed circa Peloponnesiacū bellū tremuisse. Callisthenes & alio tempore ait hoc accidisse. Inter multa, inquit, prodigia quibus denuntiata est duarū urbium Helices & Buris euersio, fucres maxime notabilia, collis ignis immensi, & Delos agitata. Quā ideo stabilē uideri uolunt quia mari imposita habeat concauas rupes et saxa peruia, quae deprehenso aëri reditū. Ob hoc etiā insulas esse certiores soli, urbesq; eo tutiores, quo propius ad mare accesserūt: falsū hāc esse Pompeij & Herculaneum sensere, Adijce nunc, quae omnis hora maris obnoxia est motibus, sic Paphos non sensim corrui. sic nobilis & huic iam familiaris malo Nicopolis. Ceterum ambit altum mare & agitur. Tyros & ipsa tam mouetur quā diluitur. Hae serē causae redduntur, propter quae tremūt terra.

CAP. XXVII. Quaedam tamen propria in hoc Cap.

pano motu accidisse narrantur, quorum ratio reddenda est. Aiunt enim sexcentarū ouīū gregem exanimatū in Pōpeiana regione. Non est quare hoc putes ouibus illis timore accidisse. Diximus solere post magnos terrarū motus pestilentiam fieri. Nec id mirum est, multa enim mortifera in alto latent. At aēr ipse qui uel terrarū culpa uel pigritia & æterna nocte torpescit, grauis haurientibus est, uel corruptus internorū igniū uitio, cū est longo situ emissus, purū hunc liquidumq; maculat ac polluit, insuetumq; ducētibus spiritū affert noua genera morborū. Quid quoa aqua inutiles pestilentesq; in abdito latent, ut quas nunquā usus exerceat, nunquā aura liberior uerberet? Crassæ itaq; & graui caligine sempiternaq; tectæ, nihil nisi pestiferū in se & corporibus nostris contrarium habent. Aēr quoq; qui mixtus est illis, quiq; inter illas paludes iacet, cum emerfit, late uitū suū spargit, et hauriētes necat. Facilius autē pecora sentiūt, in quæ pestilētia incurrere solet, quo auidiora sunt, aperto coelo plurimū utuntur, & aquis, quarum maxima in pestilentia culpa est. Oues uerò mollioris naturæ quo propiora terris ferunt capita, corruptas esse nō miror, cū afflatū diri aēris circa ipsam humū exceperint. Nocuisset ille & hominibus, si maior exisset, sed illum copia aēris synceri extinxit, antequam ut ab homine posset trahi surgeret.

CAP. XXVIII. Multa autem terras habere mortifera uel ex hoc intellige, quod tot uenena nascūtur, nō manu sparsa, sed spē, solo scilicet habēte, ut boni ita mali semina. Quid qđ pluribus Italiae locis per quædā foramina pestilens exhalatur uapor, quē nō homini ducere, nō feræ tutū est. Aues quoq; si in illum inciderint, antequā coelo meliore lentatur, in ipso uolatu cadunt, liuentq; corpora, & nō aliter quā per uim elise fauces tumēt. Hic spiritus quādiu terris cōtinetur, tenui foramine fluēs, nō plus potētiae habet, quā ut despectantia & ultro sibi

illata conficiat. Vbi per secula cōditis tenebris, ac tristitia loci
creuit in uitium, ipsa ingrauescit mora, hoc peior quo segriter
Cum autē exitum nactus est, eternū illud umbrosi frigoris mu-
lum, et infernā noctem soluit, ac regionis nostræ aëra infusca
Vincuntur enim meliora peioribus. Tunc etiā ille spiritus pa-
rior transit in noxium. Inde subitæ continuæq; mortes et mor-
strosa genera morborū, ut ex nouis orta causis, breuis aut longi-
clades est, prout uitia ualuere. Nec prius pestilētia desinit, quā
spiritū illum grauē exercuit laxitas cœli, uentorūq; iactatio.

CAP. XXIX. Nā quod aliquot insanis attonitisq; simile
discurrere, fecit metus, qui excutit mentes, ubi priuatus ac mo-
dicus est, quid ubi publice terret, ubi cadunt urbes, populi op-
primuntur, terra concutitur, quid mirū est animos inter debi-
rem & metū destitutos aberrasse? Non est facile inter mag-
nā nō desipere. Itaq; lenissima ferē ingenia in tantum uere-
re formidinis, ut sibi exciderent. Nemo quidē sine aliqua iacta-
ra sanitatis expauit, similisq; furenti, quisquis timet, sed de-
cito timor sibi reddit, alios uehementius perturbat, & in detri-
tiam transfert, inde inter bella errauere lymphatici, nec usq;
plura exēpla uaticinātiū inuenies, quā ubi formido mentis
religione mixta percussit. Statuā diuisam nō miror, cū dixero
montes à mōtibus recessisse, et ipsum diruptū esse ab imō sedi-

Hæc loca ui quondam & uasta conuulsa ruina
(Tantum cui longinqua ualet mutare uetustas)
Disiluisse ferunt, cum protinus utraq; tellus
Vna foret, uenit medio ui pontus & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruq; & urbes,
Littore diductas, angusto interluit æstu.

Vides totas regiones à suis sedibus reuelli, et trans mare iac-
re, quod in consinio fuerat, uides & urbium fieri gentium
dissidium, cū pars naturæ concitata est de se, uel aliquod ma-

ingens spiritus impegit, quorū mira, ut ex toto, uis est. Quamuis enim parte seuiat, mundi tamē uiribus seuit. Sic et Hispanias à contextu Africae mare eripuit. Sic hac inundatione quā Poëtarū maximū celebrāt, ab Italia Sicilia reiecta est. Aliquāto autē plus impetus habēt, quæ ex infimo ueniunt. Acriora enim sunt in quibus nisus est per angusta. Quantas res ij terrarum tremores, quamq; mira spectacula ediderint, satis dictum est.

CAP. XXX. Cur ergo aliquis ad hoc stupet, quod æ unius statuæ, ne solidū quidem, sed concauū ac tenue diruptum est, cū fortasse in illud se spiritus, quærens fugam, incluserit? Illud uerò quis nescit? Diductis ædificia angulis uidimus moueri, iterumq; cōponi. Quædam uerò parum aptata positu suo, & à fabris negligētius solutiusq; cōposita, terræ motus sæpius agitata cōpegit. Quod si totos parietes & totas findit domos, & latera magnarū turrium, quæ solida sunt scindit, & pilas operibus subditas dissipat, quid est, quare quisquā dignū annotari putet, sectam esse æqualiter ab imò ad caput in partes duas statuan? Quare tamen per plures dies motus fuit? Non desist enim assidue tremere Campania, clemētius quidem, sed ingenti damno, quia quassata quatiebat, quibus ad cadendū male stantibus, nō erat impelli, sed agitari. Nondum uidelicet spiritus oīs exciderat, sed adhuc emissa parte maiore oberrabat.

CAP. XXXI. Inter argumenta quibus probatur spiritu ista fieri, nō est quod dubites & hoc ponere, cū maximus editus tremor est, quo in urbes terrasq; seuitum est, nō potest par illi subsequi alius, sed post maximū leues motus sunt, quia

+ uehementissimus

dui spiritus nō idem possunt, nec illis pugna est, cū iam uiam inuenerit, sequaturq; eā quæ prima uis ac maxima euasit. Hoc quoq; dignū memoria iudico, ab eruditissimo et grauissimo uiro cognitū, forte enim cū hoc euenit laudatur: uidisse se affir-

k 4 mabat

mabat in balneo tessellas, quibus solum erat stratum, alteram ab altera separari, iterumque committi, et aquam modo recipi commissuras pavimento recedente, modo compresso bullire et elidi. Eundem audiui narrantem uidisse se molles materias, multo crebriusque tremere, quam natura duas.

CAP. XXXII. Hec Lucili uirorum optime quantum ad ipsas causas. Illa nunc, quae ad confirmationem animorum pertinent, quos magis refert uestra fortiores fieri, quam doctiores. Sed alterum sine altero non fit. Non enim aliunde animo uenit robur, quam a bonis artibus, quam a contemplatione naturae. Quem enim non hic ipse casus aduersus omnes firmauerit et erexerit? Quid est cur hominem ego aut feram, quid est cur sagittam aut lanceam tremere maiora me pericula expectant. Fluminibus et terris, et magnam naturae partibus petimur. Ingenti itaque animo mors prouocanda est, siue nos aequo uastoque impetu aggreditur, siue quotidianum et uulgari exitu, nihil refert quam minax ueniat, quantumque sit quod in nos trahat, quod a nobis petit minimum est. Hoc senectus a nobis ablatura est, hoc auriculae dolor, hoc in nobis humorum corrupti abundantia, hoc cibum parum obsequens stomacho, hoc pes leuiter offensus. Pusilla res est hominis anima, sed ingens res est contemptus animae. Hanc qui contempserit, securus uidebit maribus perturbari, etiam si illa omnes excitauerint uenti, etiam si aethera aliqua perturbatione mundi, totum in terras uerterit oceanum. Securus aspiciet fulminantis caeli trucem ac horridam faciem, frangatur licet caelum, et ignes suos in exitum omnium imprimis suum misceat, securus aspiciet ruptis compagibus dehiscens solum. Illa licet inferorum regna retegantur, stabit super illam uoraginem intrepidus, et fortasse quod debet cadere desiliet. Quid ad me, quam sint magna quibus pereor? Ipsum perire non est magnum, proinde si uolumus esse felices, si nec hominum, nec deorum, nec rerum timore uersari, si despicere fortunam superuacua

promittit

promittentē, leuia minitantem, si uolumus tranquille degere,
 & ipsis dijs de felicitate controuersia agere, anima in expedi-
 to est habenda. Sive illam insidiae, sive morbi petent, sive hostiū
 gladij sive insularū cadentium fragor, sive ipsarū ruina terra-
 rum, sive uasta uis ignium, urbes agrosq; pari clade cōplexa,
 * quum libet illi eam accipiat. Quid aliud debeo, quā exeu-
 tem hortari, & cum bonis omnibus emittere? uade fortiter, ua-
 de feliciter. Nihil dubitaueris reddere. Non de re, sed de tem-
 pore est quæstio. Facis quod quādoq; faciendū est. Nec roga-
 ueris, nec timueris, nec te uelut in aliquod malum exiturū tu-
 leris retro. Rerum natura quæ te genuit expectat, & locus
 melior ac tutior. Illic nō tremunt terræ, nec inter se uenti cum
 magno nubium fragore concurrunt, nō incendia regiones ur-
 besq; uastant, non naufragiorū totas classes sorbentium metus
 est, non arma contraria disposita uexillis, & in mutuam per-
 niciem multorū milium par furor, non pestilentia, & arden-
 tes promiscue, cōmunes populis cadētibus, rogi. Istud leue est,
 quid timemus? Graue est, potius semel incidat, quā semper im-
 pendat. Ego autem perire timeam, cum terra ante me pereat,
 cum ista quatiuntur quæ quatiunt, & in iniuriam nostram non
 sine sua ueniunt? Helicem Burimq; totas mare accepit, ego de
 uno corpusculo timeam? Supra oppida duo nauigatur, duo aut
 quæ nouimus, quæ in nostrā notitiam memoria literis seruata
 perduxit. Quā multa alia alijs locis mersa sunt? Quot populos
 aut terra aut in se mare inclusit? Ego recusem mei finē, cū sciā
 me sine fine nō esse? imō cū sciam oīa esse finita? Ego ultimum
 suspirium timeā? Quantū potes itaq; ipse te cohortare Lucili,
 ipsam contra metū mortis. Hic est qui nos humiles facit, hic est
 qui uitam cui parcat inquietat, ac perdit. Hic omnia ista dilatat,
 terrarum motus, & fulmina. Quæ omnia seres constanter,
 si cogitaueris nihil interesse inter exiguum tēpus & longum.

* qui uolet
illam

Horæ sunt quas perdimus. Puta dies esse, puta menses, puta annos, perdidimus illos, nēpe perituros. Quid oro te refert, non perueniā ad illos? fluit tempus & avidissimos sui deserit. Nec quod futurum est, meum est, nec quod fuit. In puncto fugienti tēporis pendeo, & magni est modicū fuisse. Eleganter ille Lælius sapiens dicenti cuiusdam sexaginta annos habeo, hos inquit, dicis sexaginta quos non habes? Ne ex hoc quidem intelligimus incomprehensibilis uitæ conditionem et sortem temporis semper alieni, quod annos annumeramus amissos. Hoc affigimus animo, hoc nobis subinde dicamus. Moriendum est. Quando? Quid tua? Mors naturæ lex est, mors tributū officium, mortaliū malorumq; omniū remedium est. Optabit illam, quisquis timet. Omnibus omīsis hoc unum Lucili meditare, ne mortis nomen reformīdes, effice illam tibi cogitatione multa familiarē, ut si ita tulerit, possis illi uel obuiam exire.

L. ANNAEI SENE.

CAE NATVRALIVM QVAEST.

Liber septimus & ultimus : in quo
agitur de Cometis.

CAP. I.



NEMO usq; eo tardus, & hebes, & demissus in terram est, ut ad diuina non erigatur, ac tota mente consurgat, utiq; ubi nouum aliquod è caelo miraculum fulsit. Nam quæ diu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidiana etiam si admiratione digna sunt, transeant, contra miræmarum quoq; rerum, si insolite prodierunt, spectaculum diuice fiat. Hic itaque cætus astrorum, quibus immensi corporum pulchritudo distinguitur, populum non conuocat. At cum

quid ex more mutatum est, omnium uultus in caelo est. Sol spectatorem nisi cum deficit non habet. Nemo obseruat lunam, nisi laborantem. Tunc urbes conclamant, tunc pro se quisque superstitione uana trepidat. Quanto illa maiora sunt, quod Sol totidem (ut ita dicam) gradus quot dies habet, et annum circuitu suo claudit, quod a Solstitio ad minuendos dies uertitur, quod a Solstitio statum inclinat et dat spatium noctibus, quod sydera abscondit, quod terras cum tanto maior sit illis non irit, sed calorem suum intensiōibus ac remissionibus temperando fouet, quod lunam nunquam implet nisi aduersam sibi, nec obscurat. Haec tamen non annotamus, quamdiu ordo seruetur. Sed siquid turbatum est, aut praeter consuetudinem emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus. Adeo naturale est, magis noua quam magna mirari. Idem in Cometis fit, si rarus et insolite figuræ ignis apparuit, nemo non scire quid sit cupit, et oblitus aliorum de aduentitio quaerit, ignarus, utrum debeat mirari an timere. Non enim desunt qui terreant, qui significationes eius graues praedicent. Sciscitantur itaque et cognoscere uolunt, prodigium sit, an sydus. At mehercules non aliud quis aut magnificentius quaesierit, aut didicerit utilius, quam de stellarum syderumque natura: utrum flamma contracta, quod et uisus noster affirmat, et ipsum ab illis fluens lumen, et calor inde descendens: an non sint flammæ orbes, sed solida quaedam terrenaque corpora, quae per igneos tractus labentia inde splendorē trahant coloremque, non de suo clara. In qua opinione magni fuerunt uiri, qui sydera *crediderunt ex duro concreta, et ignem alienum passentia. Nam per se, inquiunt, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret, et a quo teneretur, cognoscaturque nec stabili indita corpori, *pro certo iam mundus turbine suo dissipasset.

*tradiderunt

*profecto

CAP. II. Ad haec inuestiganda proderit quaerere, num Cometæ eius conditionis sint, cuius superiora. Videntur enim cum

cum

cū illis quædā habere cōmunia, ortus & occasus, Ipsam quoque quamuis spargantur & longius exeant, faciem, æque tamen ignei splendiāq; sunt. Itaq; si omnia terrena sydera sunt, his quoque eadē sors erit. Si uero nihil aliud sunt quam purus ignis, mouenturq; mensibus senis, nec illos conuersio mundi soluit & uelocitas, illa quoque possunt & tenui constare materia, nec ob hoc discuti a siduo cœli circūactu. Illò quoque pertinebit hoc excussisse, ut sciamus utrū mundus terra stante circumeat, an modo stante terra uertatur. Fuerunt enim qui dicerent nos esse, quos rerū natura nescientes ferat, nec cœli motu fieri ortus & occasus, sed ipsos oriri & occidere. Digna res est cōtēplatione ut sciamus in quo rerū statu simus, pigerrimā sortiti an uelocissimā sedem, circa nos deus omnia, an nos agat. Necessariū est autē ueteres ortus Cometarum habere collectos. Deprehensum enim propter raritatē eorū cursus adhuc nō potest, nec explorari, an uices seruēt, & illos ad suū diē certus ordo producat. Noua hæc cœlestiū obseruatio est, et nuper in Græciā inuectā.

CAP. III. Democritus quoque subtilissimus antiquorum omnium suspicari ait se, plures stellas esse quæ currāt, sed nec nomen illarum posuit, nec nomina, nondū cōprehensio quinque siderum cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Græciā transtulit. Hic tamen de Cometis nihil dicit. Ex quo apparet ne apud Aegyptios quidē, quibus maior cœli cura fuerit, hanc partem elaboratam. Conon postea diligens & ipse inquisitor, defectiones quidem solis seruatas ab Aegyptiis collegit, nullam autem mentionem fecit Cometarum, non prætermisissimus, si quid explorati apud illos cōperisset. Duo certe qui apud Chaldæos studuisse se dicunt, Epigenes & Apollonius Myndius, peritissimus inspicendorum naturalium, inter se disceptantes. Hic enim ait, Cometas in numero stellarum errantium potius Chaldæis, teneriq; cursus eorū. Epigenes contra ait, Chaldæis

nihil de Cometis habere comprehensi, sed uideri *illos accendi *illis turbine quodam aëris concitati, & intorti.

CAP. IIII. Primum ergo (si tibi uidetur) opiniones huius ponamus ac refellamus. Huic uidetur plurimum uirium habere, ad omnes sublimiū motus stella Saturni. Hæc cum proxima signa Martis, aut in Lunæ * uicina transit, aut in Solis incidit radios, natura uentosa & frigida contrahit pluribus locis aëra, conglobatq;. Deinde si radios solis assumpsit, tonat fulguratq;. Si Martem quoq; consentientē habet, fulminat. Præterea, inquit, aliam * naturam habent fulmina, aliam fulgurationes, * materiam Aquarum enim & omnis humidi euaporatio splendorēs tantū cœli citra ictum minaces mouet, Illa autem calidior sicciorq; terrarum exhalatio fulmina extundit. Trabes uero & faces quæ nullo alio inter se quàm magnitudine distant, hoc modo fiunt. Cum humida terrenaq; in se globus aliquis aëris clausit, quem turbinem dicimus, quacumq; fertur, præbet speciem ignis extenti. Quæ tamdiu durat, quamdiu mansit aëris illa complexio, humidi intra se terreniq; multum uehens.

CAP. V. Ut à proximis mendacijs incipiam, falsum est faces & trabes exprimi turbine. Turbo enim circa terras concipitur ac fertur. Ideoq; arbuſta radicitus uellit, & quocumq; incumbit, solum nudat, syluas interim & tecta corripiens, inferior serē nubibus, utiq; nunquam altior. At contra trabes editior cœli pars ostentat. Ita nunquam nubibus obstiterunt. Præterea turbo omni nube uelociter rapitur, & in orbē uertitur. Super ista uelociter desinit, & ipse se sua ui rumpit. Trabes autem non transcurrunt, nec præteruolant, ut faces, sed commorantur, & in eadē parte cœli collucēt. Charimander quoq; in eo libro quē de Cometis cōposuit, ait Anaxagoræ uisum grā de insolitumq; cœlo lumen magnitudine amplæ trabis, & id per multos dies fulsisse Callisthenes tradit, antequā Burim & Helicem

Helicem mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam sed Cometē fuisse, cæterū ob nimium ardorē nō apparuisse sparsum ignē, sed procedēte tēpore cū iam minus flagraret, rediit suam Cometæ faciē. In quo igne multa quidē ferunt dignaque notarentur, nihil tamē magis, quā quod ut ille fulsit in celo, statim supra Curim & Helicē mare fuit. Nūquid ergo Aristoteles nō illam tantū, sed omnes trabes Cometæ esse crederet? Hanc habetis differentiā, quod ijs continuus ignis est, cæteris sparsus. Trabes enim flammā æqualem habent, nec ullo loco intermissam aut languidam, in ultimis uerò partibus coactam, qualem fuisse illam, de qua modo retuli, Callisthenes tradit.

CAP. VI. Duo, inquit Epigenes, Cometarū genera sunt. Alij ardorem undiq; effundūt, nec locum mutant, alij in unam partem ignem uagum in modum comæ porrigunt, & stellæ prætermeant, quales duo ætate nostra uisi sunt. Illi priores cerniti undiq; etiā immoti, humiles ferē sunt, & eisdem causis quibus trabes facesq; conflantur, & ex intemperie aëris turbidum multa secum arida humidaq; terris exhalata uersantis. Potest enim spiritus per angusta elisus accēdere supra se positū aëre plenum alimentis idoneis igni. Deinde propellere ex nitiditate ex aliqua causa refluat* cursus ac remittatur, deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere, & eundem locum inflammare. Videmus enim uentos per plures dies ad constitutum redire. Pluuiæ quoq; & alia tempestatum genera ad præscriptum reuertuntur. Vt breuiter autem uoluntatem eius exprimam, eadem ferē ratione hos fieri Cometæ existimat, quæ sunt ignes turbine cæli. Hoc unum interest, quod illi turbines cæli superiori parte in terras deprimuntur, ij de terra in superiora eleuantur.

CAP. VII. Aduersus hæc multa dicuntur. Primū si uentus in causa esset, nunquā Cometæ sine uento appareret. Nunc autem

autem & quietissimo aëre apparet. Deinde si uento fieret, cum uento caderet. Et si uento inciperet, cresceret uento, eoq; esset ardentior, quo ille incitator. His accedit illud quoq; , uentus multas aëris partes impellit, Cometes in uno loco apparet : & uentus in sublime non peruenit. Cometae autem uisuntur supra quā uentis ire licet. Transit deinde ad illos, quos ait certiozem habere stellarū speciē, qui & procedunt & signa prætercunt. Hos ait ex eisdē causis fieri, quibus illos quos dixit humiliores. Hoc tantum interesse, quod terrarum exhalationes multa secū arida ferentes, celsiorem petant partem, & in editiora cœli aquilone pellantur. Deinde si illos aquilo propelleret, ad meridiem semper agerētur, quō uentus hic nititur. Atqui uarie concurrūt, alij in ortū, alij in occasum, omnes in flexum, quod iter nō daret uentus. Deinde si aquilonis illos impetus à terris in altum leuaret, alijs uentis nō orientur Cometae, atqui oriuntur.

CAP. VIII. Illam nunc rationem eius (utraq; enim uitur) resellamus. Quicquid humidi aridiq; terra effluit, cum in unum coit, ipsa discordia corporum, spiritum uersat in turbinem. Tunc illa uis uenti circumeuntis quicquid intra se comprehendit, cursu suo accendit, & leuat in altum, ac tam diu manet splendor ignis expressi, quādiu alimenta sufficiunt, quibus definentibus, & ipse subsidit. Qui hoc dicit, nō notat qualis sit turbinum cursus, & qualis Cometarum. Illorū rapidus ac uiolentus & ipsis uentis citator est, Cometarū lenis, & quod per diem & noctem quantum transierit, abscondat. Deinde turbinum motus uagus est & disiectus, & (ut Salustij utar uerbis) uerticosus, Cometarum autem compositus, & destinatum iter carpens. Num quis nostrum crederet aut* lunā aut quinq; sidera rapi uento, aut turbine rotari? Non ut puto. Quare? qui non est illis perturbatus & impotēs cursus. Ad Cometas idem transferamus. Non confuse nec tumultuosecunt, ut aliquis credat

* lumina

credat illos causis turbulentis & inconstantibus pelli. Denique etiam si uertices isti comprehendere terrena humidaq; & ex humili in altum exprimere possent, non tamen * supra lunam efferrent. Omnis illis usq; in nubilum uis est. Cometas autem immixtos stellis uidemus per superiora labentes. Ergo uerisimile non est in tantum spacium perseuerare turbinem, qui quia maior est, maturius corrumpitur.

CAP. IX. Vtrumlibet itaq; eligat, aut uis inde peruenire non poterit, aut magna & concitata citius ipsa se frangat. Præterea humiliores illi Cometæ ob hoc (ut putant) non excelsius, quia plus terreni habent. Grauitas illos sua in proximo tenet. Atqui necesse est his Cometis diuturnioribus & celsioribus, plenior materia sit. Neq; enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sustinerentur. Dicebam modo, non posse diu uerticem permanere, * nec supra lunam, aut usq; in stellarum locum crescere. Nempe efficit turbinem, plurium uetorum inter ipsos luctatio. Hæc diu non potest esse. Nam cum uagus & incertus spiritus * certi uolatus est, nouissime uni uis omnium cedit. Nulla autem tempestas magna perdurat. Procellæ quæ toto plus habent uirium, tanto minus temporis. Venti cū ad summum uenerunt, remittuntur omni uiolentia. Necesse est ista concitatione in exitium sui tendant. Nemo itaq; turbinem toto diu uidit, ne hora quidē. Mira uelocitas eius, & mira breuitas est. Præterea uiolentius celeriusq; in terra circaq; eam uoluit, quo celsior, eo solutior, laxiorq; est, & ob hoc diffunditur. Adijce nunc, quo etiam si in summum pertenderet, ubi syderibus iter est, utiq; ab eo motu, qui uniuersum trahit, solueretur. Quid enim est illa conuersione mundi citatius? hac omnium uirium in unum coniecta uis dissiparetur, & terræ solida fortisq; compages, nedum particula aëris torti.

CAP. X. Præterea in alto manere non potest ignis turbi-

* supra lunam

* nedū supra lumina in stellarum locū crescere.

* cum ceteris uolutatus

ne illi
incre
tu co
rapi
ut de
quid
Dein
asid
recon
ment
antiu
nec d
bet tu
nus, in
tranq
& hu
ciemq;
ignem
uestig
tur. E
Atqui
c
perseq
mis pr
nec in
quētis
Quau
barbe
mam st
ticē ten
dicūtu

ne illatus, nisi ipse quoq; permaneret turbo. Quod porrò tam incredibile est, quàm in turbine longior mora. Vtiq; motus motu contrario uincitur, habet enim suã locus ille uertiginẽ, quæ rapit cœli, Syderaq; alta trahit, celeriq; uolumine torquet. Et ut des eis aliquã aduocationem, quod fieri nullo modo potest, quid de his Cometis dicetur, quæ senis mensibus apparuerūt? Deinde duo debet esse motus eodẽ loco. Alter ille diutinus & assiduus, suũ sine intermissione peragens opus, Alter nouus et recens, & turbine illatus. Necessè est ergo alter alteri impedimento sit. Atqui lunaris illa orbita cæterorũq; supra lunã meantium motus irreuocabilis est, nec hæsitat usquã nec resistit, nec dat ullam nobis suspicionẽ obiectæ sibi moræ. Fidẽ non habet turbine uolentissimũ & perturbatissimũ tempestatis genus, in medios syderũ ordines peruenire, & inter disposita ac tranquilla uersari. Credamus ignẽ circũacto turbine accendi, & hunc expulsus in sublime, præbere nobis opinionem speciemq; syderis lōgi. *Et puto tale esse debet, quale est id, quod

ignem efficit, Turbinis autẽ rotunda facies est. In eodẽ enim uestigio uersatur, & in columnæ modo circũagentis se uoluitur. Ergo ignem quoq; qui inclusus est, similit̃ esse illi oportet. Atqui longus est & disiectus, minimeq; similis in orbẽ coacto.

CAP. XI. Epigenem relinquamus, & aliorũ opiniones persequamur. Quas ante, quàm exponere incipiã, illud in primis præsumendum est, Cometæ non in una parte cœli aspici, nec in signifero tãtũ orbe, sed tam in ortu quàm in occasu, frequētissime tamen circa septētrionem. *Forma eius non est una.

Quãuis enim Græci discrimina fecerint eorũ, quibus in morẽ barbæ flamma dependet, & eorũ qui undiq; circa se uelut comam spargũt, & eorũ quibus fusus quidẽ est ignis, sed in uerticẽ tendẽs, tamen omnes isti eiusdẽ notæ sunt, Cometæq; recte dicuntur. Quorũ cũ post longũ tempus appareant formæ, inter

* At puto

* forma eis una.

se eos comparare difficile est. Illo ipso tempore quo apparent, inter spectantes de habitu illorū non conuenit, sed prout cuiusque acrior acies aut hebetior, ita dicit aut * lucidiorē esse aut rubicundiorē, & crines aut in interiora deductos, aut in latera diuisos. Sed siue sunt aliquę differentie illorū, siue non sunt, eadē fiant ratione necesse est Cometę. Illud unū cōstare debet, preter solidū aspici nouā syderis faciē, circa se dissipatū ignē trahentis. Quibusdā antiquorū hęc placet ratio, cū ex stellis errantibus, altera se alteri applicuit, cōfuso in unū duarū lumine, faciem longioris syderis reddi. Nec hoc tunc tantum euenit, cum stella stellam attigit, sed etiam cum appropinquauit. Interuallum enim, quod inter duas est, illustratur ab utraq; inflammaturq; & longum ignem efficit.

CAP. XII. His illud respondebimus, certū esse numerū stellarū mobiliū. Solere autē eodē tempore & has apparere & Cometen. Ex quo manifestum fit, non illarū coitu fieri Cometen, sed propriū & sui iuris esse. Etiamnū frequenter stella sub altioris stellę uestigiū uenit. Et Saturnus aliquando supra Iouem est, & Mars Venerē aut Mercuriū recta linea despicit. Nec tamen propter hunc cursum, cū alter alterū subit, Cometes fit, alioquin annis omnibus fieret. Omnibus enim aliquę stellę in eodē signo simul sunt. Si cometam faceret stella stella superueniens, momento esse desineret. Summa enim uelocitas transcuntii est. Ideo omnis syderū defectio breuis est, quia cito illas idē cursus, qui admouerat, abstrahit. Videmus solem et lunam intra exiguū tempus, quā obscurari cœperint, liberari. Quanto celerior debet fieri in stellis congressio, tanto minoribus? Atqui Cometę senis mensibus manent, quod non accideret, si duarum stellarū conuentu gignerentur. Illę enim diu coherere non possunt, & necesse est illas lex celeritatis separaret. Pręterea ista nobis uicina uidentur, ceterū interuallis tragentibus

gentibus dissident. Quomodo ergo potest altera stella usq; ad alteram ignem mittere, ita ut utraq; iuncta uideatur, cum sint ingenti regione diductae? Stellarū, inquit, duarum lumen miscetur, et praebet unius speciē. Nempe sic, quemadmodū rubicunda sit nubes solis incurso, quemadmodū uesperina aut matutina flauescunt, quemadmodū alterne arcus solis uisitur. Haec oīa primum magna ui efficiuntur. Sol enim est, qui ista succendit. Stellarū non est eadē potentia. Deinde nihil horū, nisi infra lunam in terrarum uicinia nascitur. Superiora pura & sincera sunt, & coloris sui semper. Praeterea si quid tale accideret, nō haberet moram, sed extingueretur cito, sicut coronae, quae solē lunam uē cingunt, & intra breuissimū spatiū exolescunt. Nec arcus quidem diu perseverat. Si quid esset tale, à quo mediū inter duas stellas spaciū confunderetur, aequē cito dilaberetur. Vtiq; non in tantum maneret, quātum morari Cometae solent. Stellis intra signiferum cursus est, hunc gyrū premunt, at Cometae ubiq; cernuntur. Non magis certum est illis tempus quo appareant, quā locus ullus, ultra quem non exeant.

CAP. XIII. Aduersus hoc ab Artemidoro illa dicuntur, non has tantū stellas quinq; discurrere, sed has solas obseruatas esse. Ceterū innumerabiles ferri per occultum, aut propter obscuritatē luminis nobis ignotas, aut propter circulorū positionē talē, ut tunc demū, cum ad extrema eorū uenere, uisuntur. Ergo intercurrūt quaedā stellae, ut ait, nobis nouae, quae lumen suū cum stantibus misceant, & maiore quā stellis mos est, porrigant ignem: hoc ex his quae mentitur leuissimum est, tota eius narratio mundi, mendacium impudens est. Nam si illi credimus, summa coeli ora solidissima est, in modū tecti durata, & alti crassiq; corporis, quod atomi congesti coaceruatiq; fecerunt. Huic proxima superficies est ignea ita cōpacta, ut solui uitiariq; nō possit. Habet tamen spiramenta quaedam, & quasi

feneſtras per quas ex parte exteriori mundi influant ignes, non tam magni, ut interiora conturbent, Rurſus ex mundo in exteriora labuntur. Itaq; hæc quæ præter conſuetudinẽ apparent, influxerunt ex illa utraq; mundi iacente materia. Soluere iſta quid aliud eſt, quàm manum exercere & in uentum iactare brachia?

CAP. XIII. Velim tamen mihi dicat iſte, qui mundo tam firma lacunaria impoſuit, quid ſit quare credamus illi tantam eſſe craſſitudinẽ cœli? Quid fuit, quod illò tam ſolida corpora adduceret, & ibi detineret? Deinde quod tantæ craſſitudinis eſt, neceſſe eſt & magni ponderis ſit. Quomodo in ſummo ergo manent grauiæ? Quomodo illa moles non deſcendit, & ſe onere ſuo frangit. Fieri enim non poteſt, ut tanta uis ponderis, quantã ille ſubſtituit, pendeat, & leuibus innixa ſit. Nec illud quidẽ poteſt dici, extrinſecus aliqua eſſe retinacula, quibus cadere prohibeatur, nec rurſus de medio aliquid eſſe oppoſiti, quod imminens corpus excipiat ac fulciat. Illud etiam nemo dicere audebit, mundũ ferri per immenſum, & cadere quidẽ, ſed non apparere an cadat, quia præcipitatio eius æterna eſt, nihil habẽs nouiſſimũ, in quod incurrat. Hoc quidam de terra dixerunt, cũ rationẽ nullã inuenirent, propter quã pondus in aère ſtaret. Fertur, inquiunt, ſemper, ſed non apparet an cadat, quia infinitũ eſt in quod cadit. Quid eſt deinde quo probes, non quinq; tantũ ſtellas moueri, ſed multas eſſe, & in multis mũdi regionibus? Aut ſi hoc ſine ullo probabili argumento licet reſpondere, quid eſt quare non aliquis aut omnes ſtellas moueri, aut nullam dicat? Præterea nihil te adiuvat iſta ſtellarum paſſim euntium turba. Nam quo plures fuerint, ſæpius in alias incident, rari autem Cometæ & ob hoc mirabiles ſunt. Quid quod teſtimonium dicet contra te omnis ætas, quæ tellurium ſtellarum exortus & annotauit, & poſteris tradidit.

CAP. XV. Post mortē Demetrii Syriæ regis, cuius Demetrius & Antiochus liberi fuere, paulò ante Achaicū bellum Cometes effulsit, non minor sole. Primo igneus ac rubicundus orbis fuit, clarumq; lumen emittens, quāto uinceret noctē. Deinde paulatim magnitudo eius districta est, & euauit claritas. Nouissimè autem totus intercidit. Quot ergo coire stellas oportet, ut tantū corpus efficiant? Mille in unū licet cōgreges, nunquā hunc habitum solis æquabunt. Attalo regnante, initio Cometes apparuit modicus. Deinde sustulit se diffuditq;, & usq; in æquinoctialē circulū uenit, ita ut illā plagā cœli cui lactea nomen est, in immensum extētus æquaret. Quot ergo conuenisse debent erraticæ, ut tam longum cœli tractum occuparent igne continuo?

CAP. XVI. Contra argumentū dictum est, cōtra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahenda est autoritas Ephori, Historicus est. Quidā incredibiliū relatu cōmédationē parāt, et lectorē aliud acturū, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidā creduli, quidā negligētes sunt, quibusdā mēdaciū obrepit, quibusdā placet. Illi nō cuitāt, hi appetunt. Et hoc in cōmune de tota natione, quæ approbare opus suū, & fieri postulare nō putat posse, nisi illud mēdacio aspersit. Ephorus uerò non religiosissimæ fidei, sæpe decipitur, sæpe decipit. Sicut hic Cometē, qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia ingentis rei traxit euentus, cum Helicē & Burim ortu suo mersit, ait illum descendisse in duas stellas, quod præter illum nemo tradidit. Quis enim posset obseruare illud momētū, quo Cometes solutus, & in duas partes redactus est? Quomodo autem si est qui uiderit Cometē in duas dirimi, nemo uidit fieri ex duabus? Quare autē non adiecit in quas stellas diuisus sit, cum aliqua ex quinque stellis esse debuerit?

CAP. XVII. Apollonius Myndius in diuersa opinione

1 3 est.

est. Ait enim Cometen non unū ex multis erraticis effici, sed multos Cometas erraticos esse. Nō est, inquit, species falsa, nec duarū stellarū cōfinio ignis extētus, sed & propriū sydus Cometes est, sicut solis aut lunæ. Talis illi forma est, nō in rotundā restricta, sed procerior & in lōgū producta. Ceterū nō est illi palām cursus, altiora mūdi secat, & tūc demū apparet, cū in imū cursus sui uenit. Nec est quod putemus eūdē uisum esse sub Claudio, quē sub Augusto uidimus, Nec hunc qui sub Nerone Cesare apparuit, et Cometis detraxit infamiā, illi similē fuisse, qui post necē diui Iulij Veneris ludis genitricis, circa undecimā horā dici emerfit. Multi uarij q̄; sunt, dispares magnitudine, dispares colore, alijs rubor est sine ullā luce, alijs cādor et purū liquidūq̄; lumē, alijs flāma, et hæc nō syncera, nec tenuis, sed multū circa se uoluēs fumidū ardoris. Cruēti quidā, minaces, qui omen post se futuri sanguinis ferūt, hi minūt argentū, lumē suū, quē admoū alia sydera, quæ clariora cū descendere sunt, maioraq̄; ex loco propiore uisuntur, minora cum recedūt & obscuriora, quia abducunt se longius.

CAP. XVIII. Aduersus hoc protinus respōdetur, non idē accidere in Cometis, qd' in cæteris. Cometa enim quo primū die apparuerint, maximū sunt. Atqui deberēt crescere, quo propius accederēt. Nūc autē manet illis prima facies, donec incipiāt extingui. Deinde qd' aduersus priores, etiā aduersus hūc dicitur. Si erraret Cometes, essetq̄; sydus intra signiferi terminos moueretur, intra qd' omne sydus cursus suos colligit. Nunquā apparet stella per stellā. Acies nostra nō potest per mediū sydus exire, ut per illud superiora prospiciat. Per Cometē autē nō aliter quā per nubē ulteriora cernūtur, ex quo apparet illum non esse sydus, sed leuem ignem ac tumuluarium.

CAP. XIX. Zenon nosler in illa sententia est, cōgruere iudicat stellas & radios inter se cōmittere, hæc societate lumi-

nis existere imaginē stellae longioris. Ergo quidam nullos esse cometas existimant, sed species illorum per repercussionē uicinorum syderum, aut per coniunctionem coherentium reddi. Quidam aiunt esse quidē, sed habere cursus suos, & post certa lustra in conspectum mortalium exire. Quidam esse quidem, sed non quibus syderum nomen imponas, quia dilabuntur, nec diu durant, & exigui temporis mora dissipantur.

CAP. XX. In hac sententia sunt pleriq; nostrorum, nec id putant ueritati repugnare. Videntur enim in sublimi uaria ignium cōcipi genera, & modo caelum ardere, modo longos à tergo flammarū albescere tractus, modo faces cū igne uasto rapi: ipsa etiam fulmina, & si uelocitate mira, simul & perstringunt aciem, & relinquunt ignes suos, aëris attriti, & impetu inter se maiore collisi. Ideo ne resistunt quidem, sed expressi fluunt, et protinus pereunt. Alij uerò ignes diu manent, nec ante discedunt, quàm cōsumptum est omne, quo pascebantur, alimētum. Hoc loco sunt illa à Posidonio scripta miracula, columnae, clypeiq; flagrantēs, aliēq; insigni nouitate flammæ, quæ nō aduerterent animos, si ex consuetudine & lege discurrerent. Ad hæc stupent oēs, & repentinū ignem ex alto efferrunt, siue emicuit aliquid & fugit, siue cōpresso aëre & in ardorem coacto, loco miraculi stetit. Quid ergo? Non aliquando lucina cedentis retro ætheris patuit, & uastum in concauo lumen? Exclamare posses, quid est hoc? Mediū uideo discedere caelum, Pallentesq; polo stellas, quæ aliquando non expectata nocte fulserunt, & per medium eruperunt diem. Sed alia huius rei ratio est, quare alieno tempore apparent, quas esse, etiam cum laterent, constat. Multos Cometas non uidemus, quod obscurantur radijs solis, quo deficiente, quendam Cometē apparuisse, quem Sol uicinus obtexerat, Posidonius tradit. Sæpe autem cum occidit Sol, sparsi ignes non procul ab eo uidentur.

Videlicet ipsa stella Sole perfunditur, & ideò aspici non potest. Cometæ autem radios Solis effugiunt.

CAP. XXI. Placet ergo nostris Cometæ sicut faces, trabesq; & alia ostenta cœli, denso aëre creari. Ideò circa Septentrionem frequentissimè apparent, quia illic plurimum est aëris pigri. Quare ergo nō stat Cometæ, sed procedit? dicā.

*modo *materia alimētum suum sequitur. Quamuis enim illi ad superiora nisus est, tamen deficiente materia retroiens ipse descendit, in aëra quoque si dextram leuamq; premit partem. Nulla enim illi uia est, sed quā illum uena pabuli sui duxit, illò repit, nec ut stella procedit, sed ut ignis pascitur. Quare ergo per longum tēpus apparet, & non cito extinguitur? Sex enim mensibus hic, quē nos Neronis principatu lætissimo uidimus, spectandum se præbuit, in diuersum illi Claudiano circumactus. Ille enim à Septentrione in uerticem surgens, Orientem petijt semper obscurior, hic ab eadem parte cœpit, sed in occidentē tendens, ad meridiem flexit, et ibi se subduxit oculis. Videlicet ille

*humidiora *humiliora habuit & aptiora ignibus, quæ profecutus est, hinc rursus uberior fuit & plenior regio. Huc itaq; descendunt, inuitante materia, non itinere. Quod apparet duobus, quos spectauimus, fuisse diuersum, cū hic in dextrum motus sit, ille in sinistrum. Omnibus autem stellis in eandem partem cursus est, id est, contrarius mundo. Hic enim ab ortu uoluitur in occasum, illæ ab occasu in ortum eunt. Et ob hoc duplex his motus est, ille quo eunt, & hic quo auferuntur.

CAP. XXII. Ego nostris nō assentio. Nō enim existimo Cometem subitanē ignem, sed inter æterna opera naturæ. Primum quæcūq; aër creat, breuia sunt. Nascuntur enim in re fugaci & mutabili. Quomodo potest enim in aëre aliquid idem diu permanere, cū ipse aër nunquā idē maneat? fluit semper, et breuis illi quies est? Intra exiguum momentū in alium, quā in

quo fuerit
utrunq;
ex quib;
quā in
uago se
nunquā e
per desc
nunquā
solo. Et
sum, aut

CA
iter flex
an Com
de omne
ardent,
transuer
aëra. Ne
habet m
aliquid a
Nam alt
collectit
maior,
nihil diu
cio: Mor
& stella
in fuga e
dem, &
tinguitur
esset. Qu
cōpellit
& alios

quo

quo fuerat, statum uertitur. Nūc pluuius, nūc serenus, nūc inter
 utrunq; uariis, nubesq; illi famulariſſimæ ſunt, in quas coit, &
 ex quibus ſoluitur, modo cōgregantur, modo digerūtur, nun-
 quā immotæ iacent. Fieri non poteſt, ut ignis certus in corpore
 uago ſedeat, & ita pertinaciter hæreat, quàm quem natura, ne
 unquā excuteretur, aptauit. Deinde ſi alimēto ſuo hæreret, ſem-
 per descenderet. Eo enim craſſior aër eſt, quo terris propior,
 nunquā Cometes in inum uſq; demittitur, neq; appropinquat
 ſolo. Etiannū ignis aut it quò illum natura ſua ducit, id eſt ſur-
 ſum, aut eò quò trahit materia, cui adheſit, & quā depaſcitur.

CAP. XXIII. Nullis ignibus ordinarijs & cœleſtibus
 iter flexum eſt. Syderis propriū eſt, ducere orbem. Atqui hoc
 an Cometæ alij fecerint, neſcio: duo noſtra ætate fecerūt. Dein-
 de omne quod cauſa tēporalis accendit, cito intercidit. Sic faces
 ardent, dum tranſeunt, ſic fulmina in unū ualent ictum, ſic quæ
 tranſuerſæ dicūtur ſtellæ & cadentes, præteruolant & ſecant
 aëra. Nullis ignibus niſi in ſuo mora eſt. Illis dico diuinis, quos
 habet mūdus æternos, quia partes eius ſunt & opera. Hi autē
 aliquid agunt, & uadunt, et tenorem ſuū ſeruant, paresq; ſunt.
 Nam alternis diebus maiores minores ue fierent, ſi ignis eſſet
 collectitiuus, & ex aliqua cauſa repētinus. Minor enim eſſet ac
 maior, prout plenius aleretur aut malignius. Dicebam modo
 nihil diuturnū eſſe, quod exarſit aëris uitio, nunc amplius adij-
 cio: Morari ac ſtare nullo modo poteſt. Nam & fax & fulmen
 & ſtella tranſcurrēs, et quiſquis alius eſt ignis aëre expreſſus,
 in fuga eſt, nec apparet, niſi dum cadit. Cometes habet ſuā ſe-
 dem, & ideò nō cito expellitur, ſed emetitur ſpatiū ſuū, nec ex-
 tinguitur, ſed excedit. Si erratica, inquit, ſtella eſſet, in ſignifero
 eſſet. Quis unum ſtellis limitē ponit? Quis in anguſtum diuina
 cōpellit? Nempe hæc ipſa ſydera, quæ ſola moueri credis, alios
 & alios circulos habent. Quare ergo non aliqua ſint, quæ in

*par uia
 proprium iter, & ab istis remotum secesserint? Quid est, quod
 re in aliqua parte cœli *peruium non sit? Quod si iudicari
 posse ullam stellam nisi signiferum attingere, Cometes potest
 sic latum habere circulum, ut in hunc parte aliqua sui incideret
 quod fieri non est necessarium, sed potest.

CAP. XXIII. Vide ne hoc magis deceat magnitudinem
 mūdi, ut in multa itinera diuisus sit, nec hanc unā deterat
 tam, cæteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo
 pulcherrimo corpore inter innumerabiles stellas, quæ nos
 decore uario distinguunt, quæ aëra minimè uacuum & inerte
 patiuntur, quinque solas esse, quibus exercere se liceat, cæteris
 stare, fixum & immobilè populū? Si quis hoc loco me interro-
 gauerit, quare ergo non quemadmodum quinque stellarum
 harum obseruatus est cursus? Huic ego respōdebo, Multa sunt
 quæ esse cōcedimus, qualia sunt ignoramus. Habere nos
 cuius imperio & impellimur & reuocamur, oēs fatebitur
 quid tamen sit animus ille rector dominusq; nostris, non magis
 tibi quisquā expediet, quàm ubi sit. Alius illum dicet esse
 tum, alius cōcentum quendam, alius uim diuinam & Deum
 tem, alius tenuissimum aërem, alius incorporalem potentiam.
 Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Ad eò animus
 potest liquere de cæteris rebus, ut adhuc ipse se querat.

CAP. XXV. Quid ergo miramur Cometas tam
 mundi spectaculū nondū teneri legibus certis, nec initia
 finesq; notescere, quorū ex ingentibus interuallis recursum
 Nondū sunt anni mille quingenti, ex quo Græcia stellis
 ros & nomina fecit. Multæq; hodie sunt gentes quæ tantum
 cie nouerūt cœlum, quæ nondū sciant cur Luna deficiat, &
 obumbretur. Hoc apud nos quoq; nuper ratio ad certū per-
 xit. Veniet tēpus, quo ista quæ nūc latent in lucē dies extrahantur
 & longioris æui diligentia. Ad inquisitionē tantorum etiam

non sufficit, ut tota caelo uacet. Quid quod tam paucos annos inter studia ac uitia nō aequa portione diuidimus? Itaq; per successiones ista longas explicabuntur. Veniet tēpus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirētur. Harū quinque stellarū, quae se ingerunt nobis, quae alio atq; alio occurrentes loco, curiosos nos esse cogunt, qui matutini uespertiniq; ortus sint, quae stationes, quādo in rectū ferantur, quare agantur retro, modo accepimus scire. Vtrum emergeret iupiter, an occideret, an retrogradus esset, nā hoc illi nomen imposuere cedenti, ante paucos annos didicimus. Inuenti sunt qui nobis dicerēt, erratis, qui nullam stellam, aut suppressere cursum iudicatis, aut uertere. Non licet stare coelestibus, nec auerti, prodeunt omnia, ut semel missa sunt uadunt. Idem erit illis cursus, qui sui finis. Opus hoc aeternū irreuocabiles habet motus, qui si quādo cōstitērūt, alia ex aduerso incident, quae nunc tenor & aequalitas seruat.

CAP. XXVI. Quid est ergo cur & aliqua redire uideantur? Solis occursum speciem illis tarditatis imponit, & natura uiarū circularumq; sic positorū: ut certo tēpore intuētes fallant. Sic naues quāuis plenis uelis eant, uidentur tamen stare. Erit qui demōstret aliquādo, in quibus Cometæ partibus errēt, cur tā seductū à cæteris eant, quāti qualesq; sint, Cōtenti sumus inuentis, aliquid ueritati et posteri cōferant. Per stellas, inquit, anteriora nō cernimus, per Cometās aciem transfrūttimus. Primum si sit istud, nō in ea parte fit, qua sydus ipsum est spissi ac solidi ignis, sed qua rarus splendor excurrit, et in crines dispergitur. Per interualla ignium, nō per ipsos uides. Stellæ, inquit, omnes rotundæ sunt, Cometæ porrecti, ex quo apparet stellas non esse. Quis enim tibi concedet Cometās longos esse? Quorum natura quidem, ut cæterorū syderum, globus est, cæterum fulgor extenditur. Quēadmodum Sol radios suos longe lateq; dimittit, cæterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit
lumin

luminis: sic Cometarum corpus ipsum corrotundatur, ^{si plerumque}
autem longior quam cæterorum syderum apparet.

CAP. XXVII. Quare inquis? Dic tu mihi prius, quæ
luna dissimillimū soli lumen accipiat, cū accipiat à sole? Quare
modo rubeat, modo palleat? Quare liuidus illi & ater
fit, cū à conspectu solis excluditur? Dic mihi quare omnes
læ inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem, diuersi
soli. Quomodo nihil prohibet, ista sydera esse, quamuis
non sint, ita nihil prohibet Cometas æternos esse et sortis
dem, cuius cætera, etiam si faciē illis non habent similem.
porrò mundus ipse si consideres illū, nonne ex diuersis
situs est? Quid est quare in leone semper sol ardeat, & in
æstibus torreat? in aquario astringat hyemem, flumina
claudat? Et hoc tamē & illud sydus eiusdem conditionis
effectu & natura dissimile sit. Intra breuissimum tempus
extollitur, libra tardissimè emergit, & tamē hoc sydus
eiusdem naturæ est, cum illud exiguo tempore ascēdat, hoc
proferatur. Non uides quàm contraria inter se elementa
grauia & leuia sunt, frigida & calida, humida & sicca.
huius mundi concordia ex discordibus constat. Negas
tem stellam esse, quia forma eius nō respōdeat ad exemplar
sit cæteris similis. Vides quàm simillima est illa, quæ
anno reuertitur ad locum suum, huic quæ intra annum
sedem suam. Non ad unā naturā formā opus suum præstat.
ipsa uarietate se iactat. Alia maiora, alia uelociora alijs
Alia ualidiora, alia tēporatiora, quæ dā autē eduxit à turba
singula & cōspicua procederēt, quæ dā in gregem misit.
rat naturæ potentiā, qui illi nō putat aliquando licere, nisi
sæpius facit. Cometas non frequenter ostendit, attribuit
aliū locū, alia tēpora, dissimiles cæteris motus. Voluit
magnitudinē operis sui colere, quorū formosior facies est

in fortuitā
rem, qui m

in signe qui
sed dimiss

CAP.

pestatem e
go: non iu

si hoc tem
tellare oleu
dicium est

In sicca
Deserit

Sed sic, quæ
anni, quom

bus triste l
Cometes or

sed annum
ex * proxi

reposita
Paterculo e

Thocophras
tunc tempo

rum moti
tam est gra

per eterea cu
CAP.

Quare quæ
Saturni, quæ
Atqui leuita
maiore inqu
longius. Suc

fortuitā putes, siue amplitudinē eorum cōsideres, siue fulgo-
rem, qui maior est ardentiorq; quā cæteris. Facies uerò habet
in igne quiddā & singulare, nō in angustū coniecta & artata,
sed dimissa liberius, & multarū stellarū amplexa regionem.

CAP. XXVIII. Aristoteles ait Cometæ significare tē-
pestatem & uentorum intemperantiā, atq; imbrium. Quid er-
go? non iudicas sydus esse, quod futura denunciat? Non enim
sic hoc tempestatis signum est, quomodo futuræ pluuiæ Scin-
tillare oleum, & putres concreescere fungos, aut quomodo in-
dicium est sæuituri maris, si marinæ

In sicco ludunt fulicæ, notasq; paludes

Deserit, atq; altam supra uolat ardea nubem,

Sed sic, quomodo æquinoctium in calorem frigusq; fluctentis
anni, quomodo illa quæ Chaldæi canunt, quid stella nascenti-
bus triste letumicē constituat. Hæc ut scias ita esse, non statim
Cometæ ortus, uentos & pluuias minatur, ut Aristoteles ait,
sed annum totum suspectum facit. Ex quo apparet illum non
ex * proximo, quæ in proximū daret signa traxisse, sed habere
reposita & compressa legibus mundi. Fecit is Cometæ, qui
Paterculo & Vopisco consulibus apparuit, quæ ab Aristotele
Theophrastoq; sunt prædicta. Fuerunt enim maximæ & con-
tinuæ tempestates ubiq;. At in Achaia, Macedoniaq; urbes ter-
rarum motibus prorutæ sunt. Tarditas, inquit, illorum argumē-
tum est grauiores esse, multumq; in se habere terreni, Ipsi
preterea cursus, serè enim compelluntur in cardines.

CAP. XXIX. Vtrunq; falsum est. De priore dicā prius.
Quare quæ tardius feruntur, grauiora sunt? Quid ergo? Stella
Saturni, quæ ex omnibus iter suum lentissimè efficit, grauis est?
Atq; leuitatis argumētum habet, quod supra cæteras est. Sed
maiore inquam ambitu circuit, nec tardius it quā cæteræ, sed
longius. Succurrat tibi, idem me de Cometis posse dicere, etiam

si segnior illis cursus sit. Sed mendacium est ire eos tardum. intra sextum mēsem dimidiā cœli partem transcurrit hic proximus. Prior intra pauciores menses recepit se. Sed quia ues sunt, inferius deferuntur. Primum non defertur, quod cum fertur. Deinde hic proximus à septentrione motus suum fecit, & per occidentem in meridiana peruenit, erigens suum cursum oblituit. Alter ille Claudianus à septentrionem uisus, non desijt in rectum assidue celsior ferri, donec cessit. Hæc sunt quæ aut alios mouere ad Cometas pertinet aut me. Quæ an uera sint, discutiant quibus est sententia tua. Nobis rimari illa & coniecturare in occulto tantum licet, cum fiducia inueniendi, nec sine spe.

*coniectare

CAP. XXX. Egregie Aristoteles ait, nunquam nos uandiores esse debere, quàm cum de dijs agitur, Si intra templa compositi, si ad sacrificium accessuri uultum subimus, togam adducimus, si in omne argumentum modesti sumus, quanto hoc magis facere debemus, cum de syderibus de stellis, de deorū natura disputamus, ne quid temere, ne impudenter, aut ignorantes affirmemus, aut sciētes mētem. Nec miremur tam tarde erui, quæ tam alte iacent. Panætius his qui uideri uolunt Cometen non esse ordinarium syderis, falsam syderis faciem, diligēter tractandum est, an æque pars anni ædendis Cometis satis apta sit, an omnis cœli idonea in qua creentur, an quacunq; ire, ibi etiam concipiunt, & cætera, quæ uniuersa tolluntur, cum dico illos fortis non esse ignes, sed intextos mundo, quos nō frequenter caesed sed in occulto mouet. Quàm multa præter hos per secretum eunt, nunquam humanis oculis orientia? Neq; enim omnium humanis oculis nota fecit. Quota pars operis tanti nobis committitur. Ipse qui ista tractat, qui condidit, qui totum fundauit, deditq; circa se, maiorq; est pars operis sui, ac

effugit oculos, cogitatione uisendus est.

CAP. XXXI. Multa praeterca cognata nimium numini suo, & uicinam sortita potentiam, obscura sunt. Aut fortasse, quod magis mireris, oculos nostros & implent & effugiunt, siue illis tanta subtilitas est, quātam consequi acies humana nō possit, siue in sanctiore secessu maiestas tanta delituit, & regnū suum, id est se regit, nec ulli aditum dat, nisi animo. Quid sit hoc, sine quo nil est, scire non possumus. Et miramur si quos igniculos parum nouimus, cum maxima pars mundi deus lateat? Quam multa animalia hoc primum cognouimus seculo, quā multa negotia, haec quidem multa. Multa uenientis aui populus ignota nobis sciet, Multa seculis tunc futuris cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quærat omnis mundus habeat. Nō semel quædam sacra traduntur. Eleusina seruat, quod ostendat reuisentibus. Rerum natura sacra sua nō simul tradit. Inuitos nos credimus, in uestibulo eius haeremus. Illa arcana non promiscue nec omnibus patent, reducta & in interiore sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, aspiciet. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tarde magna proueniunt, utiq; si labor cessat. In quod unum toto agimur animo nondum perfecimus, ut pessimi essemus. Adhuc in processu uitia sunt. Inuenit luxuria aliquid noui, in quod insanat. Inuenit impudicitia nouam cōtumeliam sibi. Inuenit deliciarum dissolutio & tabes aliquid tenerius molliusq; quod pereat. Nondum satis robur omne proiecimus. Adhuc quicquid est boni moris extinguimus leuitate & politura corporū. Muliebres mundicias antecessimus, colores meretricios, matronis quidem nō induendos, uiri sumimus. Tenero & molli incessu suspendimus gradū, non ambulamus, sed repimus. Exornamus annualis digitos, in omni articulo gemma disponitur.

Quot

*pereatur.

Quotidie comminiscimur, per quæ uirilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia non potest exui. Alius genitalia excidit alius obscenam partem ludi fugit, & locatus ad mortem * infans armatur. Egenus etiam, in quo morbum suum exerceat, leg

CAP. XXXII. Miraris, si nondum sapiëntia omne opus

suum impleuit. Nondum tota se nequitia protulit. Adhuc nescitur, & huic omnes operam damus, huic oculi nostri, huic manus seruiunt. Ad sapiëntiam quis accedit? Quis dignam iudicem nisi quam in transitu nouerit? Quis philosophiam, aut ullum liberale respicit studium, nisi cū ludi intercalantur, cum aliquo pluuus interuenit dies, quem perdere licet? Itaq; tot famulorum philosophorum sine successore deficiunt. Academici & veterum & minores nullum antistitem reliquerunt. Quis est qui tradit

* al. Pyrrhonis.

præcepta * Platonis? Pythagorica illa inuidiosæ turbæ sectatorum præceptorem non inuenit. Sextiorum noua & Romani roboris secta, inter initia sua, cum magno impetu coepisset, exiit est. At quanta cura laboratur, ne cuiuslibet pantomimi non intercitat? Stat per successores Pyladis & Batilli domus, horum artium multi discipuli sunt, multiq; doctores. Priuatim uero tota sonat pulpitem. In hoc uiri, in hoc fœminæ tripudiant. Mares inter se uxoresq; contendunt, uter det latus illis. Deinde sub persona cum diu trita fons est transitur ad ganeam philosophiæ nullæ cura est. Itaq; adeo nihil inuenitur ex antiqua quæ parum inuestigata antiqui reliquerunt, ut multa quæ uenta erant oblitterentur. At me hercules si hoc totis mentibus premeremus, si in hoc iuuentus sobria incumberent, hoc maiores docerent, hoc minores addiscerent, uix ad fundum uenturum, in quo ueritas posita est, quam nunc in summa terra & in manu quærimus.

Libri septimi & ultimi naturalium
quæstionum finis.

A D L E C T O R E M.

NTER omnes Senecæ lucubrationes, nullum opus extare integrum & inuiolatum magis referebat publicæ studiorum utilitatis, quàm hos declamationum libros, quos eruditus aliquis contraxit in compendium, delectis quæ uel intelligebat, uel minus erant deprauata, ac distinctis partibus, tum ex adiectis, quæ extra controuersiam dicebântur à censoribus. Quod ipsum si paulo copiosius ac dexterius præstitisset, operam sumpsisset haud quaquam aspernamdam. Certè quisquis hoc aggressus est, eo consilio fecisse uidetur, ut opus alioqui diffusum ac uarium, deinde corruptissimum, postremo multis Græcis sententiis interlitum, in scholis prælegi posset. Quod honoris omnibus penè huius uiri monumentis præstitere quondam Christiani. Quin in hanc epitomen extant iusti commentarii, morem scholasticam præ se ferentes. Nec mihi in hoc laborandum arbitrator, ut doceam hos libros nihil aliud esse quàm epitomen, quum aliquoties præfatio sit propemodum libro prolixior, nec præstetur in libris quod pollicentur exordia. Id magis etiam perspicuum fit, ex aliquot controuersis, quas habemus superstitites, in quibus deprehenduntur quæ hic compendiaris decerpit, quanquam interdum sibi permisit quasdam uoces de suo uel addere uel immutare. Opus ipsum Seneca diuiserat in controuersias & suasorias. Sic enim aliquando loquitur in controuersis, de quo plura dicemus, quum ad suasorias uenerimus. Nunc uidemus inuersum ordinem, Priore loco posuerunt paucas suasorias, sed primam ἀνίστασθαι reliquas item truncas ac mutilas, adeoque deprauatas, ut alicubi uix ipse Seneca, si reuiuiscat, diuinaturus sit, quid scripserit: posteriore controuersias aliquantopluces, sed imperfectas æquè ac mendosas, Græcis aut prorsus omisis, aut tam ineptè notatis, ut à nullo deprehendi lectio germana possit. In his tamen multa restitimus ex hac epitoma: non pauca diuinauimus, plura reliquimus. Huius igitur operis si quod exemplar integrum & emendatum inueniatur, nescio quid amplius desiderari posset sapientis eloquentiæ candidatis. Hic enim uelut in speculo licet intueri, quomodo doctissimi uiri, defensionis colorem inuenerint, quomodo causæ summam in propositiones diuiserint, deinde singulas in alias subiectas parti soleant, quibus argumentis unamquamque confirmari, tum quas sententias adhibuerint, quæ schemata, quos affectus mouerint, quàm uarie idem thema à diuersis ingeniis tractari potuerit,

& in his quæ perperam inuenta, aut ineptis schematibus siue uerbis explicata, quæ stulta & causæ officientia, quæ ἀνομάτα secundum pregnantia, quæ ἀπερὸς λόγου & extra causam dicta. Hæ censure hominum in omni doctrinæ genere præcellentium, incredibile dictum, quantum utilitatis attulissent, non solum ad bene dicendum, uerumetiam ad iudicandum, siue in forensibus causis, siue in concionibus popularibus militaribus uel, siue in concessibus, siue in omni uitæ functione, quæ maxima ex parte, linguæ prudentis officio temperatur. Ea inueniendi iudicandiq; facultas, si statim pueris tradatur, mihi uidetur multo plus fructus allatura, quam quæ nunc in scholis traditur dialectica, quam tamen nec improbo, nec submouendam censeo, modo resectis nugalibus argutiis, ad usum potius, quam ad puerilem ostentationem tradatur. Atque utinam felix aliquis casus hos Senecæ libros nobis integros restituat. Et his tamen qualibuscunque fragmentis non parum emolumenti capient, qui sagaci præditi ingenio non grauabuntur huc animam intendere.

L V C I I A N .

NAEI SENECAE DE-

CLAMATIONVM LIBER

Primus, ad Nouatum, Senecam & Melam
filios.



XIGITIS rem magis iucundam mihi, quam facilem. Iubetis enim iudicare, quid de his declamatoribus sentiam, qui in ætatem meam inciderunt, & si qua memorie meæ nondum lapsa sunt, ab illis dicta colligere. Quæuis notitiæ uestræ subducti sumus, tamen non credatis tantum de illis, sed etiam iudicetis. Est factum iucundum mihi redire in antiqua studia, melioresq; ad amorem respicere.

respicere, & uobis quærentibus, quod tantæ opinionis uiros
 audire non potueritis, detrudere iniuriã temporũ. Sed cum
 multa iam mihi ex me desideranda senectus fecerit, oculorũ
 acie retuderit, aurium sensum hebetauerit, neruorũ firmitatẽ
 fatigauerit, inter ea, quæ retuli memoria est, res ex omnibus
 partibus animi, maxime delicata & fragilis, in quã primum
 senectus incurrit. Hæc aliquando in me floruisse, ut nõ tantũ
 ad usum sufficeret, sed in miraculũ usq; procederet, nõ nego.
 Nam ad duo milia nominũ recitata, quo ordine erant dicta,
 *referebã: & ab his qui ad audiendum præceptorẽ meum *reddebam
 conuenerant, singulos uersus à singulis datos, cum plures
 quàm ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad pri-
 mum recitabam. Nec ad complectenda tantum quæ uellem,
 uelox erat mihi memoria, sed etiam ad continenda quæ acce-
 perat*. Nunc autẽ & ætate quassata, & longa desidia, quæ *fida
 iuuenilẽ quoq; animum dissoluit, eò perducta est, ut etiam si
 possit aliquid præstare, tamen promittere non possit, & diu
 ab illa nihil repetiui. Solebat bonæ fidei esse. Nunc quia iube-
 tis, quid possit experiar, & illã omni cura scrutabor. Ex
 parte enim spero bene. Nam quæcumq; apud illam, aut puer,
 aut iuuenis deposui, quasi recentia, & modo audita sine cur-
 ctatione profert. Aut si qua illi intra proximos annos com-
 misi, sic perdidit & amisit, ut etiã si sæpius ingerantur, to-
 ties tamen tanquã noua audiã. Itaq; ex memoria mea quan-
 tum uobis satis sit, superest. Neq; enim me de his interroga-
 tis, quos ipsi audistis, sed de his qui ad uos usq; nõ peruene-
 runt. Fiat quod uultis, mittatur senex in scholas. Illud necesse
 est impetrẽ, ne me quasi certũ aliquẽ ordinẽ uelitis sequi, in
 contrahendis quæ mihi occurrent. Necesse est enim per oĩa
 studia mea errẽ, & passim quicquid obuenerit cõtrouersariũ
 apprehẽdã. Sentẽtias forte ponã pluribus locis in una decla-
 matione

matione dictas. Nō enim dum quæro, aliquid inuenio, sed sepe quod quæretī nō cōparuerat, aliud agēti præsto est. Quædā uerò quæ obseruātia mihi, & iā ex aliqua parte se ostendētia, non possum occupare, eadē securo & reposito animo subito emergūt. Aliquando etiā seriā rem agēti & occupato, sentētia diu frustra quæsitā, intēpestiue molesta est. Necessē est ergo me ad delicias cōponā memoriæ meæ, quæ mihi iam olim precario nō paret. Facitis autē iuuenes mei rē necessariā & utilē, quōd non cōtenti exēplis seculi uestri, priorū quoq; uultis cognoscere. Primū, quia quo plura exēpla in præta sunt, plus eloquētia proficitur. Nō est unus quāuis præcipuus sit imitādus, quia nunquā par fit imitator auctori. Hæc natura est rei, Sēper citra ueritatē & minor est similitudo. Deinde ut possitis æstimare quantū quotidie ingenia decrescant, & nescio qua iniquitate, & ad malū pronitate natura eloquētia se retro tulerit. Quicquid Romana faciētia habet, quod insolēti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronē effloruit. Oīa ingenia quæ lucem nostris studijs attulerunt, tūc nata sunt. In deterius deinde quotidie data res est, siue luxu tēporū. (Nihil est enim tā mortiferū ingenijs quā luxuria) siue cū præmiū pulcherrimæ rei cecidisset, trāslatū est omne certamē ad turpia, multo honore quæstūq; uigētice siue fato quodā, cuius maligna perpetuaq; in oībus rebus letū est, ut ad summū perducta, rursus ad infimū: uelocius quidem quā ascēderāt, relabātur. Torpēt ecce ingenia desidiosa inuētutis, nec in ullius honestæ rei labore uigilatur. Sōnus languorq; ac somno & lāguore turpior, malarū rerū industriā inuasit animos. Cantandi, saltādiq; nūc obscœna studia effeminatos tenent, & capillū frangere, & ad muliebres blanditias uocē extenuare, mollicie corporis certare cum foemina, & immundissimis se excolere munditijs, nostrorū ad-

lesec

lesec
cam f
Emol
alien
permi
mos, i
nisi ill
enim e
ciata,
ntas p
præcip
tor est
istis* f
ris, qu
ingeni
dico m
mis uir
cunt, e
possum
ciam. E
ne ad q
quoq; n
aliquid
Fere en
extant,
aliter q
Omnes
præter
rat, sed
uagaba
potuisse

lescentium specimen est. Quis æqualium uestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, imò quis satis uir est? Emolliti, enervésq; nati sunt, in uitio manent, expugnatores alienæ pudicitie, negligentes suæ. In hos nec Dijs tantū mali permittant, ut cadat eloquentia, quam non mirarer, nisi animos, in quos se conferret, eligeret. Erratis optimi iuuenes, nisi illā uocē non Marci Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculū? Nempe uoluntas diuina, hominis ore enunciata, Et quem tandē antistitem sanctiorē inuenire sibi diuinitas potuit, quā Catonem, per quem humano generi non præciperet, sed conuitiū faceret? Ille ergo uir quid ait? Orator est Marce fili, mir bonus, dicendi peritus. Itē nunc & in istis* fluxis atque expolitis, & nusquam nisi in libidine, ui-

* uulsis

* uiris

* quia

ris, querite oratores. Merito talia habent exempla, qualia ingenia. Quis est qui nunc memoriæ studeat? Quis qui non dico magnis* uiribus, sed suis placeat? Sententias à disertissimis uiris factas, facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt, & sic acerrimam eloquentiam,* quam præstare non possunt, uiolare non desinunt. Eò libentius quod exigitis faciam. Et quæcunq; à celeberrimæ faciendæ uiris dicta tenco, ne ad quæquam priuatim pertineant, populo dedicabo. Iphis quoq; multū præstaturus uideor, quibus obliuio imminet, nisi aliquid tradatur posteris, quo memoria eorum producat. Fere enim aut nulli cōmentarij maximorum declamatorum extant, aut quod peius est, falsi. Itaque ne aut ignoti sint, aut aliter quā debeant noti, summa cum fide suum cuiq; reddā. Omnes autem magni nominis in eloquentia uideor audisse, præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidē ætas mihi eripuerat, sed bellorum ciuiliū furor, qui tunc totum orbem peruegabatur, quo intra coloniam meam me continui. Alioqui potuissem eum audisse in illo atrio, in quo duos grandes

prætextatos ait secum declamare solitos. Potui & illud ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere, & quod uulgo de alio dici solet, sed de illis proprie debet, potui uiuam uocem audire. Declamabat autem Cicero, non quales nunc controuersias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronē dicebantur, quas thesis uocabant. Hoc autē genus materiæ, quo nos exercemur, adeo nouum est, ut nomen quoque eius nouum sit. Controuersias nos dicimus, Cicero causas uocabat. Hoc uerò alterum nomen Græcum quidem est, sed in Latinum ita translatum, ut pro Latino sit. Scholastica controuersia multo recentius est, sic ipsa declamatio, apud nullum autorem antiquum ante ipsam Ciceronem & Caluum inueniri potest, qui declamationem

* diffinit * distinguit. Ait enim declamare est, iam non mediocriter uocere, sed bene. Alterum putat domesticæ exercitationis esse, alterum ueræ actionis. Modo nomen hoc prodijt. Nam & studium ipsum nuper celebrari cœpit. Idcò facile est mihi incunabilis nosse rem post me natam. In alijs autem antea nescium uobis daturus sim nescio, in uno accipio. Latronem enim Porcij charissimi mihi sodalis memoriam sæpius cogitare, & à prima pueritia usque ad ultimum eius ducere

* perductam * productam familiarem amicitiam cum uoluptate maxima persequeremur. Nihil illo uiro grauius, nihil suauius, nihil eloquentius sua dignius. Nemo plus ingenio suo imperauit, Nemo plus intermittere studia sciebat, nec repetere. Cum se ad scribendum concitauerat, iungebantur noctibus dies, & sine interuallo grauis sibi instabat, nec desinebat, nisi defecerat. Postquam se dimiserat, in omnes lusus, & in omnes iocos se reuertebat. Cum uerò se syluis montibusque tradiderat, omnes illos agrestes in syluis ac montibus natos, laboris patientia ac

di sole
cupida
hi. A
duxer
* ut n
fidia u
relaxa
contin
riate
derat.
tiusq;
& tan
bat dis
rij fuit
non po
quam i
tudine
Corpu
duratu
seruit.
gentia
lebatu
deretur
cis exer
consum
rat ita
paulati
summa
dorem
rare. Sa
statim a

di solertia prouocabat, & in tantam sic iuuenti peruenerat
 cupiditatem, ut uix posset ad priorem consuetudinem retra-
 hi. At cum sibi manum iniecerat, & se blandiendo quo ab-
 duxerat, reuocabat: tantis uiribus incumbere in studium,
 * ut non tantum nihil perdidisse, sed multum acquisiuisse de-
 sidia uideretur. Omnibus * quidem prodest subinde animum * enim
 relaxare. Excitatur enim otio uigor, & omnis tristitia que
 continuatione pertinacis studij adducitur, feriarum hila-
 ritate discutitur. Nulli tamen intermissio manifestius pro-
 dederat. Quoties ex interuallo dixerat, multo acrius uiolen-
 tiusq; dicebat. Exultabat enim nouato & integrato robore,
 & tantum a se exprimebat quantum concupierat. Nescie-
 bat dispensare uires suas, sed immoderati aduersum se impe-
 rij fuit. Ideoq; studium eius prohiberi debebat, quia regi
 non poterat. Itaque solebat & ipse, cum se assidua & nun-
 quam intermissa contentione fregerat, sentire ingenij lassit-
 tudinem, que non minor est quam corporis, sed occultior.
 Corpus illi erat, & natura solidum, & multa exercitatione
 duratum. Itaque nunquam eum ardentis impetus animi de-
 seruit. Vox robusta, sed sordida lucubrationibus, & negli-
 gentia non natura infuscata, beneficio tamen laterum extol-
 lebatur: & quamuis inter initia parum attulisse uirium ui-
 deretur, ipsa actione accrescebat. Nulla unquam illi cura uo-
 cis exercende fuit. Illum fortem, agrestem, & * Hispanie * antiquae
 consuetudinis morem non poterat dediscere, utcumq; res tulerat
 ita uiuere, Nil uocis causa facere. Non illam per gradus
 paulatim ab imo usq; ad summum perducere. Non rursus a
 summa contentione paribus interuallis descendere, Non su-
 dorem olei unctione discutere, non latus * ambulatione repa-
 rare. Sape cum per totam lucubrauerat noctem, ab ipso cibo
 statim ad declamandum perueniebat. Iam uero cum rem ini-

*in stomachū

micissimam corpori faceret, uetari nullo modo poterat. Po
coenā ferē lucubrabat, nec patiebatur alimēta* per stomachū
per somnū quietemq; æqualiter digeri, sed perturbata et dis
sipata in caput agebat. Itaq; & oculorū aciem cōfuderat, &
colorem mutauerat. Memoria & natura quidē felix, sed pla
rimum adiuta arte. Nunquā ille quæ dicturus erat, eā discen
causa relegebat. Edicerat illa, cū scripserat: * cū id in illo ma

*cum idem;
aliās, quin id
magis.

gis mirabile uideri possit, quod nec lentē & anxie, sed eorū
penē, quo dicebat, impetu scribebat. Illi quidē qui scripta su
torquent, qui de singulis uerbis in consiliū ueniūt, necesse est,
quæ toties aīo suo admouerint, nouissimē affigant. Ast que
rūcūq; stilus est uelox, tardior memoria est. In illo nō tantū
naturalis memoriæ felicitas erat, sed ars summa et ad cōpre
hēdenda ea quæ tenere debebat, & ad custodienda, adeo u
oēs declamationes suas quascūq; dixerat, teneret. Iā itaq; se
peruacuos sibi fecerat codices. Aiebat se scribere in aīo co
gitata. Dicebat ita, ut in nullo unquā uerbo, cū memoria de
ceperit. Historiarū oīm summa notitia, iubebat aliquē nouū

*in memoriā

ducē, & statim eius actā cursu reddebat. Adeo quæcumq; in
aīum eius semel descenderant, in prōptu erāt. Video uos
uenes mei plus iusto ad hāc eius uirtutē obstupescere. Ali
uos in illo mirari uolo. Hoc quod tantū uobis mirū uidetur,
nō operosa potest tradi arte. Intra exiguū paucissimorū die
rum tēpus, poterit quilibet facere id, quod Cyneas fecit, qui
missus à Pyrrho legatus ad Romanos, postero die nouus ho
mo & senatū, & oēm urbanā circumfusam senatui pleben
nominibus suis persalutauit. Aut quod ille fecit, qui recitatū
Poēta carmē nouū, suū esse dixit, & protinus memoria reci
tauit, cū hoc ille cuius carmē erat, facere nō posset. Aut quod
fecit Hortēsius, qui à Sisenna prouocatus ī auctiōne perfecti
diē totū, & oēs res et pretia, & ēptores ordine suo recep
bat, ut

argē

argēta
statim
nescio
uam.
desider
à memo
Tamē
ria libe
recong
aīs hoī
tiliter
litas su
Anteq
erat, cō
enim a
co subti
dientis
mēbra,
Quid e
nusquā
tatem,
mentun
deerat
subtili
latent.
ret, * h
cōtroue
subtex
uēstrū,
abduxe
bat, ut

argētarijs recognoscētibus, ita ut in nullo falleretur. Cupitis statim discere. Suspendā cupiditatē uestrā, & faciā alteri beneficio locū. Interim hoc uobis i quo iā obligatus sum persoluum. Plura fortasse uideor de Latrone meo uobis, quā audire desideratis, exposuisse. Ipse quoq; hoc praeuiderā futurū, ut à memoria eius, quoties occasio fuisset, difficulter auellerer. Tamē nec his cōtentus ero, sed quoties me inuitauerit memoria libentiſsimē faciā, ut illū totū & uos cognoscatis, & ego recognoscā. Illud unum nō differā, falsam opinionē de illo in aīs hoīm cōaluisse. Putant enim fortiter quidē, sed parū subtiliter eū dixisse, cū in illo si qua alia uirtus fuit, etiam subtilitas fuerit. Iā quod nūc à nullo fieri aiaduerto, semper fecit, Antequā dicere inciperet, sedēs quæstionē eius quā dicturus erat, cōtrouersiæ proponebat, quod summæ fiduciae est. Ipsa enim actio multas latebras habet, nec facile potest, si quo loco subtilitas fuerit, apparere, cū orationis cursus iudiciū audientis impediatur, dicētis abscondat. Ast ubi nuda proponuntur mēbra, si quid aut numero, aut ordine excidit, manifestū est. Quid ergo? Vnde hæc de illo fama? Nihil est iniquius his, qui nusquā putant esse subtilitatē, nisi ubi nihil est præter subtilitatem, & in illo cū oēs oratoriæ uirtutes essent, hoc fundamentum tot et tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo, sed non eminebat. Et nescio an maximū uitium subtilitatis sit, nimis se ostendere. Magis nocēt insidiæ, quæ latent. Vtilissima est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet, * habitu latet. Interponā itaq; aliquibus locis quæstiones cōtrouersiarū, sicut ab illo propositæ sunt. Nec his argumēta subtexā, ne et modum excedā, & propositū tam meū quàm uestrū, cū uos sentētias audire uelitis, & quicquid ab illis abduxerit, molestū futurū sit. Hoc quoq; Latro meus faciebat, ut amaret sentētias, cū condiscipuli essemus apud Ma-

* ambitu latet

*pedes ponere

*cū maximē

*epiphonemata

*de diuitijs

*dies lucere

rullum rhctorē, hominē satis aridū, paucissima belle, sed in
uulgato genere dicentē : cū ille exilitatē orationis suae im-
putaret cōtrouersiaē & diceret, Necessē est me per spinosum
locū ambulatē, suspēnsos *pedes habere: aiebat Latro, Non
me hercules tui pedes spinas calcāt, sed habent. Et statim ipse
dicebat sentētiās quae interponi argumētis, *quāmaximē
declamātis Marullī possent. Solebat autē et hoc genere exor-
tationis uti, ut aliquo die nihil prāter *epichemata scri-
beret, aliquo die nil prāter enthymemata, aliquo die nil prā-
ter has translaticias, quas proprie sentētiās dicimus, quae ni-
hil habēt cū ipsa cōtrouersia implicitū, sed satis apte & ali-
transferūtur, tanquā quae de fortuna, de crudelitate, de seculo,
*de delitijs dicūtur. Hoc genus sentētiarū supellectile uoca-
cabat. Solebat schemata quoq; per se quaecunq; controuersia
reciperet scribere. Et putāt illū hoīes hac uirtute caruisse, cū
ingenium quidē eius hac dote abundauerit, iudiciū autē eius
fuerit strictius. Non placebat illi orationē inflectere, nec uo-
quā rectā uia discedere, nisi cū hoc aut necessitas coēgisse,
aut magna suāisset utilitas. Schemata negabat decoris causa
inuēta, sed subsidiij, ut quod palām aures offensurū esset, si pal-
lām diceretur, id obliquē & furtim surreperet. Sūmā quidē
esse dementiā, detorquere orationē, cui rectā esse liceret. So-
iam nō sustineo uos morari. Scio quā sit odiosa res Circēsiū
pompa. Ab ea autē controuersia incipiam, quā primā decla-
masse Latronem meū memini admodum iuuenem in Maxima
schola, cū iam coepisset *diem ducere.

RODOLPHI AGRICOLAE IN

Prologum praecedentem commentariolum.

Libros hos declamationum quos explicaturi sumus, L. Antonii
Seneca scripsit. Is equestri ordine fuit natus Cordubae, quae
oppidum est partis eius Hispaniae quam Beticam uocant, à Beti-

no qui
nominis
ditus, Ph
certū qu
est in
Claudi
sua Mell
ur erudic
deinde i
fecutus e
dedecor
cantē ini
apud Ne
teriā fun
sua Sene
Nero ue
mittebat
Neronē
de coniu
iuratis fu
rare; erg
lentius fa
Socrates
retur, in
buit Gall
uatum, M
Taciti,
cut uulg
que sola
monumē
porum in
uenit, ser
libri etia
eorum qu
gantur, &
Quia
fuerit in
tur temp
puli Rom
mae eloq

uio qui eam perfluit, in eloquentia temporibus suis clari in primis
 nominis & insignis: Philosophiæ quoq; studiis à primis annis de-
 ditus, Photini Stoici discipulus fuit, Claudii Cæsaris tēporibus: in-
 certū quibus accusantibus aut quibus criminibus in exiliū relegatus
 est in Corsicam insulam. Postea quum Agrippina Neronis mater
 Claudii matrimonium adepta esse (occisa à Claudio priore uxore
 sua Messalina propter adulterium) reuocatus est ab exilio Seneca,
 ut erudiendæ adolescentiæ Neronis adesset: quam obrem, assecuto
 deinde imperiū Nerone, Seneca potentiā opesq; amplissimas con-
 secutus est. Post quū inciperet ad uitia & crudelitātē, reliquaq; uite
 dedecora prolabi Nero, reprehēdentē Senecā, & ad meliora reuo-
 cantē iniquius ferebat: adeo ut quū Seneca certior fieret plerosq; se
 apud Neronē criminari, & opum magnitudinē cultumq; uitæ ma-
 teriā sumere ad infamandū se, & in odiū principis ducendū, sponte
 sua Seneca bona sua omnia obtulit Neroni: quæ recusabat quidem
 Nero uelle se capere, & blandē tecto dissimulatoq; odio illi per-
 mittebat. Postea quum pleriq; insignes uiri Romæ ad occidendum
 Neronem coniurassent, detectaq; foret ea coniuratio, & sumptum
 de coniuratis supplicium, Seneca quoque tanquam & is in con-
 iuratis fuisset, iussus est à Nerone mortem suo arbitrio sibi pa-
 rare: ergo apertis primū uenis brachiorum & crurum, quum
 lentius sanguis ex uenis senio arctatis proflueret, uenenum (quale
 Socrates in carcere bibit) sumpsit: & quum ne sic quidem more-
 retur, in feruens demum balneum illatus mortuus est. Fratrem ha-
 buit Gallionem, itidem dicendi laude clarum. Filios genuit No-
 uatum, Melam & Senecam: quorum Mela, testimonio Cornelii
 Taciti, pater fuit Lucani Poëtæ, ut fuerit Seneca non patruus, si-
 cut uulgò dicitur, sed auus. Seneca filius is fuit qui Tragædias
 quæ solæ extant Latinè scripsit. At pater Seneca inter plurima
 monumenta ingenii sui quæ reliquit, quorum magna pars tem-
 porum iniuria periit, pars ad nos comminuta & fragmentata per-
 uenit, scripsit decem hos libros Declamationum ad filios suos, qui
 libri etiam nunc contracti sunt, & tantum partes quasdam habent
 eorum qui à Seneca scripti sunt: qualescunq; tamen digni qui le-
 gantur, & omni cura explicentur.

Quia autem libri isti Declamationum inscribuntur, optimum
 fuerit in initio dicere paulò apertius, quid sit Declamatio. Igi-
 tur temporibus eis quo primum res Atheniensium deinde po-
 puli Romani magnæ & potentes fuere, fuit & in Græcia & Ro-
 mæ eloquentia in summo pretio & ueneratione: itaque pueri
 protim

protinus in scholis instituebantur ad bene dicendum, ut quum adoleuissent possent in iudiciis & consiliis publicis & priuatis proferre facundiam suam. Ergo quum apud Grammaticos ea petuissent quæ Præexercitamenta uocabantur, quæ apud Græcos Hermogenes, apud nos Priscianus scripta reliquit, tum ad rhetoricam scholam adducebantur, proponebanturq; eis themata qualia in libris descripta sunt, quorum alia ficta erant, alia ex historiis aut Poëtis sumebantur, qualia hodie apud Græcos Sophistas plerumque extant: ad quæ themata in scholis pueri exercebant se stylo, scribendo in utraq; partem pro modo ingenii & eruditionis suæ, quisq; quàm optimè poterat. Deinde qui profectu processerant & commodius iam poterant scribere, hi ea ipsa quæ scripserant ediscebant, & tum dicebant: nonnulli qui summus iam profectus erat, statim proposito themate, sine scriptura dicebant. Hoc ergo erat declamare, in scholis exercitationis causa dicere. Itaq; Declamatio non aliud est, quàm oratio scholastica, ad similitudinem secularis orationis dicta.

Exigitis. Hoc est procemium librorum, quo ex lege procemiorum tria facit, Filios enim suos ad quos scribit beneuolos & attentos & dociles reddit. Beneuolos, quia se paratum ostendit & uolentem facere quod exigunt: dicit enim rem iucundam futurum esse, quia rediturus est in memoriam iuuenilium studiorum, & melior pars uitæ rursus ei est pertractanda, id autem non esse difficile, quia hoc opus sit memoriæ magis quàm ingenii, quum oporteat reminisci eum eorum quæ clari in dicendo uiri quos ipse audiuit dixerunt, quod solum sit memoriæ opus, quam certe Seneca habuit tam præstantem, ut ex omni hominum genere inter paucos esset admirabilis, quod facile ex uerbis illius perspicere potest. Deinde ibi, Facitis autem iuuenes mei, reddit attentos eos & dociles. Attentos, quia ostendit petere eos rem utilem & profecturam studiis multorum. Dociles, quia dicit originem declamandi, hoc est, rem ostendit de qua dicturus. Tum præterea quod uult primo libro ponere declamationes Portii Latronis, magna & arctissima familiaritate secum coniuncti. Ibi, Ipsi quoq; multum præstaturus uideor, hæ partes suis locis uberius dicentur.

Exigitis. Exigere quandoq; petere significat, ut hic: quandoque peragere, Verg. 1. Aeneid. Omnes ut tecum meritis procul libus annos Exigat. Ouidius in fine Metamorph. Iamq; optulisti exegi. Quandoq; spernere uel repellere. Terentius in Andria. Quas posthac faciet de integro comœdias Spectandæ an exigat

de sunt

Iucu

co dicit

iocus bro

rum ste

Iube

Status in

scere. Ou

Anti

tero accip

me lectur

durat. Pri

tius in Oc

Quid si p

Senex

nec de ho

Et uetus i

equo dicit

Melic

tionem ne

annos uin

Opini

gnæ opinio

pro sentent

nionem D

pta opinio

Detra

infamare d

Iniuria

te temporu

Memori

perceptas e

riam potest

principi pi

Floru

Vium qu

Vius opus n

da facultate

cui rerum su

te. Vergil. in

dæ sint uobis prius.

Iucundam, per u scribendum est, non per o, non enim à ioco dicitur, sed à iuuat, quod est delectare, habetq; primam non ut iocus breuem, sed longam syllabam. Iuuenalis, Iucundum & charum sterilis facit uxor amicam.

Iubetis. Aliquando iubere significat imperare, ut hoc loco. Statius in 1. Theb. Vnde iubetis iræ deæ. Aliquando significat posse. Ouid. in 1. de Arte: Verberibus iussas præbuit ille manus.

Antiqua. Antiquum & uetus promiscue ferè unum pro altero accipiuntur. Iuuenalis: Antiquum & uetus est alienū Posthume lectum Concutere. Dicuntur autem utrunq; de eo quo adhuc durat. Priscum uerò quasi peristum, id est, quod iam periit. Horatius in Odis: Ut redeant in aurum tempora priscum. Et alio loco: Quid si prisca redit Venus: id est, quæ ante tempora fuit.

Senex de eis dicitur de quibus iuuenis, hoc est de animantibus, nec de hominibus solum, sed & de reliquis animalibus. Iuuenalis: Et uetus indulget senibus clementia porcis. Verg. in 3. Georg. de equo dicit. Frigidus in Venerem senior.

Meliores annos, per metonymiam dixit, id est, commutationem nominis: non enim anni meliores sunt, sed uita quam intra annos uiuimus.

Opinionis, id est famæ in hoc loco, diciturq; passiuè uir magnæ opinionis, id est, de quo habetur magna opinio. Aliquando pro sententia animi accipitur, sic dicimus opinionem Platonis, opinionem Democriti. Seneca in consolatione ad Martiam: Præsumpta opinio de non timendis terribilis.

Detrahere, auferre uel remouere. Quod autè detrahere pro infamare dicitur, figuratè dicitur, quia detrahit quis alienæ laudi.

Iniuriam temporum, id est obliuionem, nam diuturnitate temporum omnibus rebus euenit obliuio.

Memoria quandoq; ponitur, ut hic, pro ea parte animi, quæ res perceptas continet: quandoq; pro ætate, quæ in uniuscuiusq; memoriam potest uenire. Cicero in 3. de Offi. Cratippo huius memorie principi philosophorum.

Floruisse, per translationem pro uiguisse ponitur.

Viam quãdoq; pro consuetudine accipimus. Ouid. in 1. de Arte: Vius opus mouet hoc, Vati parete perito. Quandoq; pro cõmoda facultate administrandarū rerū. Horatius: Pauper enim non est cui rerum suppetit usus: id est, administratio. Quandoq; pro utilitate. Vergil. in Buc. Quin tu aliquid saltè potius quorū indiget usus.

Milia. Mille quandoq; numerale est cardinale, sic dicit Ouid. Mille modi restât. Estq; pluralis numeri, omnis generis. Quandoq; est collectiuum, tunc est singularis numeri, neutri generis additur ei genitiuus pluralis. Horatius: Mille ouium pascit. Dicimusq; modo, Vnum mille, duo millia, quatuor millia.

Præceptorem dicimus præcipue magistrum artis alicuius opere continetur reliquarum artium, quæ solum cognitione continentur. Instructores uel doctores rectius dixerimus.

Præstare, quandoq; significat antecellere, Sallustius in Catilina. Omnis homines qui præstare sese student cæteris animantibus. Quandoq; significat præbere. Iuuenalis: Præstabat castas humilis fortuna Latinas. Martialis: Ut præstem Pyladen aliquis mihi præstet Orestem. Quandoq; significat facere quod dixeris, ut hic in libro de Clementia: Non præstas fidem.

Deposui. Deponere nonnunquam demittere, deorsum ponere. Vergilius in 12. Aeneid. Ille ut depositi proferret fata parentis. Aliquando alicuius fidei pecuniam aut simile committere, unde & in iure ciuili actio ex deposito dicitur.

Modò, quandoq; significat id quod tantum, uel solum. Vergilius in Aeneid. Tu modò polce deos ueniam. Quandoq; nõ sicut uulgè exponit idem quod iam significat, sed quod paulò antehac. Lucanus in 4. Qui modò in absentem uultu dextraq; furebas.

Commisi. Committere quandoq; significat alteri tradere. hoc loco accipitur. Terentius in And. Nec satis dignã cui committam primo partu mulierem. Quandoq; significat facere. Cicero in Gallo: Non committam ut ipse tibi insanire uidear. Quandoq; significat quasi coniungere, sic Suetonius in uita C. Caligulae, Seneca commissiones meras scribere: id est, ut sic dicatur, solas consilia & quasi collectionem facere rerum male coherentium.

Vsq; præpositione Donatus dixit esse, mihi magis uidetur aduerbiu, nam nunquã iungitur uerbo cū casu, nisi addatur ei prepositio ad, aut alia aliqua. Vergilius in Bucol. Vsq; ad aquã & uetera contracta cacumina fagi. Videtur autẽ mihi sicut à quis quisq; & quisq; sic ab ubi usquam & nusquam & usq; dictum esse, ut & quandoq; pro semper positum inuenitur.

Illud necesse est impetrem. Non dixit ut impetrem, sed paulò post: Necesse est enim per omnia studia mea errem, & addidit, ut errem. Mos est polite loquentium sic dicere, Necesse est faciam, necesse est dicam: non, ut faciam, ut dicam.

Passim, dicitur quasi temerè ex passu in passum obuenit.

Controuersiarum. Controuersia dicitur causa quas Declamatores dicebant declamando. sane de quocunq; per disceptatione queritur, Controuersia dicitur: & Res cotrouersa, uocatur ea de qua ambigitur. Illud autē monendum non esset, penultimam eius nominis corripere, nisi usus indoctorum hoc sicut pleraq; corrumpere: nam philosophia, theologia, geometria, deberent habere accentum in antepenultima ad rationem latine eloquentium, tamē quia graeca sunt, & graeco more penultimam acuunt, ut cunq; excusatius uidentur proferri penultima acuta.

Præsto est. Credo hæc uerba Præsto & Cedo, quemadmodum & Amabo, longo usu loquendi à significatione uerborum ad aliam partem orationis uim esse detorta: ut quum diceretur, Adesto: responderet alter, Præsto adsum, id est, facio quod uis, adsum. Inde tandē usu eò deductum, ut intelligeretur Præsto pro eo quod est promptum aut paratum. Sic & cū diceret quis, Dicā tibi hoc: respōdebat alter, Cedo id est, permitto dicere: & Ibo per fundū tuū: dicebat alter, Cedo ito, id est, permitto ut eas. Quod & Terentius significasse uidetur in Heauton. dicens: Dumq; sermones cedimus. Inde postea consuetudo tenuit ut diceretur, cedo manū, cedo cantarum.

Observantia, id est, circum mentem uelut circumeuntia. Occupare, quandoq; significat opere aliquo negotiosum facere. Horatius in Poëtica: Occupet extremum scabies. Quandoque præuenire, uel quod latine maximē in eam significationem dici uideo, præuerti, sic hic ponitur. & Plinius in epist. In ciuitate in qua omnia ab occupantibus aguntur, id est præuertentibus.

Seriam. Serium dictum puto quasi sine risu: dicimus rem seriam & hominem serium, nam seriosus apud emendate loquentes non inuenitur.

Frustra quasi frustra dicitur, quia quod frustra fit fraudat desiderium eius qui id facit, sic & pro defraudo defrudo inuenitur apud Plautum, sicut pro claudio cludo.

Precario dicitur fieri quod ob preces fit, unde apud Iurisconsultos dicitur quod ui, clam, uel precario.

Facitis autem iuuenes mei. Facit deinde Seneca attentos auditores, quia dicit rem esse necessariā & utilē, ut cognoscantur ingenia priorum, cuius tres reddit causas. Prima causa est, quia multum proficitur ad eloquentiā, respiciendo ingenia, & exempla multorum, quod maximē fiet si multi clari, qui interierūt, rursus per Senecam uelut reuocentur ad uitam, & ea quæ optime ab illis dicta sunt, rursus in lucē proferantur. Post ibi: Deinde ut possitis æstimare,

mare, dicit secundā causam quare utile sit ut mandetur literis eloquentia eorum qui mortui sunt, ut ex illorum cōparatione possit intelligi quantum studia decrescant quotidie, & quantū iuuentus illius seculi declinauerit, & minor sit in dicēdo quā fuerint priores illi: hinc sumpta occasione Seneca acerrime inuehitur in desidiam, & inertiam iuuentutis seculi sui, ut dimissa omni honestorum studiorū cura, ad luxuriam se & turpes uoluptates conuerterit. Deinde tertiā causam ponit ibi. Ipsis quoque multū præstaturus uideatur quoniā multum pertineat ad memoriā eorum extendendam, qui magni in dicendo fuerunt, ne in obliuionem ueniāt, ut egregie dicta ab illis literis mandentur. Nam dicit, aut nihil eos scriptū fieri post se reliquisse, aut falso inscripta sub illorum nomine proferri, additque facile istud sibi esse ut omnes priores in dicēdo claros colligat, quia omnes quicumque fuerunt declamatores egregii nominis audiuerit, præter Ciceronem, simul cum his originem declamandi & prima initia exponit. Sequitur: In aliis autem.

Necessariam. Necessarium dicitur aliquando id sine quo res esse non potest. Aliquando dicimus necessarium nostrum hominem, quem uel cognatio uel usus rerum nobis aliquo maiore uinculo alligauit.

Exemplis, hoc est eloquentia, quam imitemini in exemplis.

Præcipuus dictus est qui præcipit, id est præcedit, uel præstat in aliqua re.

Autori. Autorem uocat eum cuius sunt primæ partes in re aliqua, quem caput rei & indocti principalem uocant.

Quotidie, dicitur sicut quotannis, quod omnibus annis significat, sic quotidie quasi quot diebus dictum, interpositumque est ut fieret mollior pronuntiatio uerbi, hinc est facile uidere per q, & non per c scribendum esse.

Pronitate. Pronus dicitur proprie antrorsum in terram inclinatus. Ouidius in 1. Metamorph. Pronaque; quum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit. Inde figurate dictum est pronum, quod quasi inclinatum in decliue fluit, quod promptum uel paratum est.

Insolenti pro superba posuit hic, sic & uulgò accipitur. Proprie dicitur quod præter solitum est, Terentius in Andria. Quid tu hic insolens.

Circa Ciceronem, id est circa Ciceronis tempora. Fuerunt enim tunc multi in dicendo clari, ut Hortensius, Calvus, cui multi palmam eloquentiæ latinæ dederunt, Pollio, Messala, &

mul
L
pim
perff
ria
rium
S
præc
Quin
quam
simus
Cæsa
tunc
eloqu
cit: Po
ista ar
sta &
Si
cit in
Locat
dixit
est: Bo
La
enim
mient
P
esset a
re eni
instru
qui ue
citus n
Sal
re dici
uulgus
dam et
tare. E
sacris l
ligunt.
homin
xit Cal

multi præterea.

Luxuria non proprie significat id quod nos hodie per eam accipimus, hoc est impudicitiam, sed magis omnem affluentiam & superfluum lasciuiam & delicias uitæ. Sic Ouidius in epistolis: Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus, id est lasciuit, cuius contrarium est frugalitas.

Siue quum præmium honestissimæ &c. Vult innuere præcipuam causam quamobrem perierit eloquentia, quam Fabius Quintilianus ponit in libro de Causis corruptæ eloquentiæ, nam quamdiu populus Romanus in libertate fuit, ut quisq; eloquentissimus erat, ita plurimum potuit in ciuitate. Postquam uero Iulius Cæsar armis oppressit remp. & omnia unius uoluntate gerebantur, tunc potentia & dignitas & honores quæ antea à populo propter eloquentiam dabantur, in solius Cæsaris potestate erant. Ergo dicit: Postquam cecidit præmium honestissimæ rei, hoc est, quando ista amplius pro eloquentia sperari non potuerunt, etiam tunc neglecta & prætermissa est coli eloquentia.

Siue fato quodam, &c. Simile est ei quod Sallustius dicit in Catilina: Omnia orta occidunt, & aucta sic senescunt. Sic & Lucanus in primo: Summisq; negatum stare. Vnde & Hippocrates dixit in Aphorismis, quod apud Græcos in prouerbium uersum est: Bonæ ad summum habitudines sunt fallaces uel periculosæ.

Languor, id est segnities, uel torpor, uel mollities. Languidum enim dicitur quod se demittit, qualia sunt membra, uel collum dormientis hominis uel mortui.

Pfallendi. Pfallo Græcum est, sed à Latinis perinde ac si suum esset acceptum. Hoc autem interest inter cantare & pfallere. Cantare enim proprie uoce modulari significat: Pfallere uero per musica instrumenta. Sic Gellius in 19. Noctium Att. dicit: Pueros habebat qui uel uoce canerent, uel pfallerent lyra. Quanquam Cornelius Tacitus uitans Græcum uerbum, dixit seruum canere per tibias doctum.

Saltandi. Saltare Latinè dicitur, quod hodie barbare corizare dicimus, unde & Exultare uenit, hoc est uehemèter saltare, quod uulgo pro gaudere ponit, quod si fiat per transumptionem dicendum est, quoniam soleant homines nonnunquam præ gaudio saltare. Et obiter aliud uerbum explicemus, quod exultandi uerbo in sacris literis sæpe iungitur, Iubilare, quod quid sit non omnes intelligunt. Est autem Iubilum sonus inconditus pastorum, aut aliorum hominum plaudendum, aut gaudium clamore testantium, unde dixit Calphurnius in Bucolicis: Et læti uenient ad iubilum tauri. Di-

Etum est hoc nomen ab interiectione iu, sic enim solent gaudentes clamare, iu iu triumphe, aut Bacche. Inde dictum est iubilare.

Capillum frangere. Sic ad nostram usque memoriam solitus est crinis calido terro crispari, quod ferrum Latine Calamistrum dicitur.

Specimen, media breui pronunciatur, significat ostensionem aut exhibitionem aspectus, quasi hoc est quod se spectari cupiunt. Vergil. in 12. Solis aui specimen. Dicitur à specio uerbo antiquo.

Aequalium. Aequalis dicitur quem hodie socium uocamus uulgò, quia æqualem habeat ætatem.

Quod nati sunt, inuiti manent. Vult dicere, quia molitiam & delicias & temeritatem mulierum affectant, inuiti manent quod nati sunt, id est uiri, & si fieri posset in fœminas cuperent se uertere.

Magni Catonis. Duo sunt Catones clari apud literatos nominis, quorum alterum maiorem uocant, quoniam alterius procurator fuit. Hic & alio nomine Censor uocatur, quoniam censuram gesserat: Alter Vticensis uocatur, quia in bello ciuili, quod inter Iulium Cæsarem & M. Pompeium gestum est, quum Vticæ, quod oppidum est Africæ, esset, audiens uictas Põpeii partes in Africa esse, seipsum occidit. Nam quem pueri in scholis Catonem uocant, eius libelli quis fuerit autor parum constat. Est enim uerisimile Catonem uocatum esse cum librum, quoniam acrem & seueram morum censuram peragat, ad imitationem Catonis maioris, quem satis certum est rigidum & acerbum fuisse censem. Hic ipse est de quo hoc loco Seneca loquitur.

Oraculum quid sit Seneca apte & explicite definiuit, quod etiam planius intelligatur, sciendum est ueteres Gentiles in templis habuisse loca quæ à *Auisa* Græce, id est inaccessibilia uocabantur: quæ quum homo intrasset, quibusdam quidem locis uir is erat, quibusdam mulier, qui intrauerant protinus non aliter quàm qui apud nos Obsessi dicuntur, apprehendebantur, & urgente dæmone in terrorem uertebantur, & ad omnia quæcunque quærebant hi qui consulendum Deum (ut illi dicebant) uenerant, respondebant. Interrogabant autem de pace, de bello, de remediis pestilentia, famæ morborum, & de aliis rebus, prout cuique publice aut priuatim opus erat: tum responsa ea quæ reddebantur interrogantibus, Oracula uocabantur, quoniam Deus id est dæmon, quem consulebant consultatione, id est uoce hominis qui intrasset adytum, enunciabat quæ esset faciendum consulentibus.

Antistitem. Antistes usitate pro antistite sacrorum, id est sacerdote accipitur, sicut hic etiam Seneca accipit, diciturque ab antestando, id est præstando uel præcellendo, itaque ex proprietate significationis suæ etiam pro quolibet accipi potest qui alicui rei præest. Quintilianus in Mathematico. Sicut constat apud sacræ artis antistites, id est professores uel doctores dixit.

Dedicabo. Nota hic interpretationem huius uerbi dedico contra communem nostrum morem. Vulgò enim dicunt Grammatici indocti, dedicare quasi Deo dicare, quum propriè dicatur dedicare, quasi ab aliis uni dicare.

Commentarii dicuntur libri, in quibus celeriter ea quæ cõmentum sumus, id est quæ excogitamus, congerimus uel colligimus.

Magni nominis. id est insignis famæ.

Bellorum ciuilium. quæ gesta sunt inter Augustum Cæsarem & M. Antonium aduersus interfectores Iulii Cæsaris.

Coloniam. Colonia proprie dicitur oppidum uel bello uictum, uel aliis casibus exhaustum, in quod uel milites uel ciues alterius oppidi ad colendum & habitandum mittuntur: unde & Colonia Agrippinensis dicitur, quam hodie uulgò Coloniam uocamus, ab Agrippina Neronis matre illic nata. Et Colonia Traiana ea quam Santones hodie uocamus, quoniam ibi Traianus accepit nuntium quod factus esset Imperator. Et hic coloniã suam uocat Cordubam, in qua natus fuit.

Atriolo, ab atrio dicitur. Est autem Atrium id quod ante ædes est postquam primum hostiũ intrauimus, quod sub diuo est, & non tectum aut clausum ædificiũ.

Prætextatos. Prætextati dicebantur nobiles adolescentes qui nondum uirilem togam sumpserant. Erat enim prætexta genus tunicæ, qua soli nobiles utebantur, ita dicta quia genere quodã texturæ extrinsecus ornata esset.

De alio dici &c. Hoc de Demosthene Græco oratore dici solet, qui à Luciano dicitur eloquentiam quum ante se uelut mortua & machinis propulsa esset, uiuam & suis uiribus mobilem reddidisse.

Declamabat autẽ Cicero &c. Vult dicere Ciceronem non esse usum ad declamandum tali genere thematum, qualia nunc in scholis funguntur, qualia sunt quæ paulò post Seneca ponet.

Theses. Thesis dicitur apud nos positio, Cicero propositum uel consultationem uocauit, est genus quæstionis communẽ sine circumscriptione personarum, locorum & temporum, ut: An co-

lenda sit amicitia, an ducenda uxor. Alia est quæ uocatur Hypothesis, id est suppositio, quam Cic. in libro Partitionum controuersiam uel caulam uocat, quæ habet in quæstione certas personas, loca, tempora, & reliqua genera attributorum, ut: An Ciceroni iungenda sit amicitia cum Cæsare: an Cato tempore belli ciuiliis redierit Martiam uxorem.

Caluum. C. Caluus insigni facundia fuit ætate Ciceronis, qui nonnullos adeo deditos sibi habuit, ut omnibus eum oratoribus præferrent.

Incunabulis. Cunæ sunt lectuli puerorum in quibus agitantur, unde Incunabula dicitur prima illa ætas quam pueri in cunis peragunt, hinc per translationem pro primis initiis ponitur.

In aliis autem. Hic iam uelut proprium huius primi libri præcæmponit Seneca, & uitam studiaq; & genus dicendi Portii Latronis commemorat, hoc enim satis apparet fecisse Senecam in omnibus horum librorum præfationibus, ut cuius autoris decimationes esset in quoque libro explicaturus, eum autorem insigni aliqua commemoratione illustraret. Sed quoniã hi libri fragmentati & tantum concepti in manus nostras peruenierunt, sicut reliqui librorum & declamationum partes, ita præfationes etiam librorum magna ex parte perierunt. Ergo hic ut dicimus. Portium Latronem qualis in studiis fuerit explicat, & primum quo impetu erga studia fuerit, qualis uox, quæ firmitas corporis, postea quàm insignis memoria, postremo genus dicendi illius & quo modo se exercuerit, exponit.

In aliis: scilicet autoribus declamationum, quos ponam.

Beneficium proprie dicitur quod gratis & nulla accipientis obligatione datur.

Latronis. Latro hic est proprium nomen, quando autem appellatiuum est, significabat apud ueteres eum qui mercede militabat, quem hodie Stipendiarium uulgo uocat, autor est Fest. Pompeius. Deinde apud posteriores eum significat qui uias obsidet, & uiatores spoliat, nam qui occidit homines, grassator dicitur. Immanis: Interdum & ferro grassator agit rem.

Retractare hoc loco Seneca pro eo quod est rursus tractare ponit uel repetere. Aliter Vergilius in x i i. Nihil est quod dicta retractent Ignaui Aeneadæ, id est reuocent, uel inficientur. Sic Augustinus inscripsit librum Retractionum, eum in quo emendanda quæ sibi uisus est minus exacte dixisse.

Indulgit. Indulgere significat non ueniam dare quemadmodum

dum
signi
bere,
suum

L
dicum
ratio,
Pomp
ta ars,
& Sol

Pr
hodie
gnitic
uoco.

omne
Viz
Propæ
tonius
est, pro

Tr
Pe
uult à
pertine
in Cap
eius R

Fer
à publi
fatur: d
sint feri
cuntur,

No
re-quiet
lius in E
dixit Se
ratum &

Dis
Ais
Cor
Cor
quale id

dum nos uulgò dicimus, & Nonius Marcel. inter reliquas eius uerbi significaciones ponit, sed idem est quod obsequi, uel benignum præbere, sic hoc loco dicit: Nemo plus indulfit, id est. Nemo ingenium suum benignius tractauit.

Lusus. Inter lusum & Iocum hoc interest, quod lusus magis dicuntur illi, qui opere aut corporis exercitio fiunt, ut est cursus, saltatio, alea, pila: Locus magis in uerbis est. Solertia à solo (quod teste Pompeio totum uetere lingua significabat) & arte dicitur, quasi tota ars, aut totus artifex, sic & Solennis, quasi totius anni festus dies, & Solicitus, quasi totus citus, id est agitatus.

Prouocabat. Prouocare apud ueteres id significabat quod hodie in iudiciis Appellare uocamus: unde dicebat, cui Senatus cognitio displicebat, Prouoco ad populum, id est populum iudicè inuoco. Quandoque significat ad certamen uocare. Iuuenal. Patritios omnes opibus quum prouocet unus.

Vix dicitur fieri quod fit quidem, sed parum abest ut non fiat: Propè autem dicitur fieri, quod non fit, sed parū abest quin fiat. Suetonius tamè in uita Neronis dixit: Vt uix reductus sit, pro eo quod est, propè reductus sit.

Tristitia, id est asperitas uel molestia.

Pertinacis. Pertinacè Varro in libris de lingua Latina dici uult à pertendendo, quum id Plautus rectius uideatur ostendere à pertinendo, id est iugiter tenendo dictum esse, sic enim apud eum in Captiuis duobus interrogatur: Quid tu ais, tenax'ne pater est eius? Respondeturq; imò ædepol pertinax.

Feriarum. Feriæ dicuntur festi dies, & deinde omnes quibus à publicis actionibus iudiciorum aut aliarum huiusmodi rerum cessatur: dictæ, ut arbitror, à feriendo, quoniam tunc uictimæ solitæ sint feriri, id est cædi. Dies autem quibus laborare licet, Profesti dicuntur, id est, procul à festis.

Nouato. Nouari dicitur ager quando dimissus uno anno requietus, deinde seritur, unde & noualia hi agri uocantur. Vergilius in Bucolicis: Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Hinc dixit Seneca nouatum robur post ocium ac quietem à studiis reparatum & confirmatum.

Dispensare, id est per partes diuidere.

Arsidua. Arsidua ab arsidendo dictus est.

Contentione, impetu, conatu, instantia.

Corpus. Prosequitur de uoce Latronis & firmitate corporis, quale id fuerit.

Solidum à solo dictum est, quia firmum est, ut solum, id est, extra tremam terræ cutis insistimus. Vnde & solea dicta uidetur, quod ea solum attingimus.

Duratum. Durare quandoque actiuum uerbum est, ut hic. Sic Lucanus: Nam certa damna Durata iam mente malis firmaque; tulerunt. Quando neutrale est, significat persistere. Vergilius in 1. Aeneid. Durate, & uosmet rebus seruate secundis.

Lucubrationibus. Lucubrare dicitur ad lumē studere. Quintilianus in x. instit. Quibus fuligo lucubrationum bibenda.

Negligentia. Negligere non dicitur ut uulgo intelligimus pro obliuisci, sed est contrarium eius quod est diligere, significatque uel contemnere uel paruifacere.

Laterum. Latus & latera pro corpore saepe, praesertim pro superiore parte eius accipiuntur, id est, pectore & uentre, quantum proprie significant id quod omnes intelligunt, firmitatemque; praecipue tribuimus eis & debilitatem, propterea quod ea maxime ex lateribus percipiuntur.

Hispanæ consuetudinis morem. Hispanus homo dicitur res Hispaniæ: homo germanus, res germanica: homo teutores teutonica, sic Martialis dixit: Ne hbrum ad urbem non Hispanum, sed Hispaniensem mittamus, id est librū qui sit factus in Hispania, sed non uideatur habere ingenium Hispani. Confunduntur tamen hæc saepe apud autores, praesertim poetas, itaque hic etiam Seneca dixit: Hispani consuetudinis, non Hispaniæ.

Non sudorem olei. Ita erat mos ueterum ungi oleo, aut sole, aut ad ignem.

Ablutione, id est balneo.

Digeri, id est per membra dispergi. Nam quod in stomacho est id proprie non digeri, sed concoqui dicitur.

Et colorē mutauerat, id est, decolor factus est & pallidus.

Memoria & natura. Hic laudat insignem Latronis memoriam, quæ est præcipuum instrumentum oratoris. Est autem memoria aut naturaliter bona, aut si minus bona est, arte adiuuatur. Est autem ars ea à multis tradita, Ciccone, Quintiliano, & à plerisque nostris seculi scriptoribus, & est res sanè maioris exercitii aut laboris ad faciendum, quam ingenii ad percipiendum. Latroni certe in primis egregiam fuisse memoriam facile est uidere ex his quæ de Seneca commemorat.

Felix. Felicem crediderim à foetura dictum, cui plurima fortuna proueniat.

Ediscendi. Ediscere est ex scripto memoriæ mandare.

Lentè hic dixit pro tractim uel paulatim. Lentum autem dicitur proprie quod flexibile. Vergil. in Bucol. Lenta salix quantum pallentii credit oliuæ.

Anxiè, id est solícite, ab angendo dicitur, unde omnis grauior cura anxietas animi dicitur.

Impetu, id est ui, ab impetèdo, inueniturq; apud Poëtâs impete in ablatiuo, ut apud Ouidiû: Impete nunc uasto: sicut & rite pro ritu. Stylus à *στυλος* Græco dicitur, id est columna.

Sed ars summa &c. Duas ponit uirtutes perfectæ memoriæ fuisse in Latrone, quarum prior est, celeriter percipete quod discendum est: altera uerò ea quæ percepta sunt fideliter continere.

Codices. Codex liber à uetere consuetudine dicitur, solebant enim prisca in tabulis scribere, quas caudices uocabânt, deinde mutato sono literarû, codices, sicut & plaudo plodo, & cautes cotes dixerunt.

Aiebat. Aio proprie significat affirmo. Sic Terent. in Eunucho: Ait aio, negat nego.

Historiarum. Historia à Græco historeo, quod est narro uel recenséo dicitur. Ducem, id est aliquè clarum uirum, ut Miltiadem, Themistoclem, Alexandram, Scipionem, Cæsarem, aut quemuis talium præstantium uirorum qui magnas res gessisset.

Acta, id est res gestas.

In promptu erant. Solet dici, hæc res est in promptu, id est, parata est ad manum, ut statim promi, id est proferri possit.

Plus iusto, id est, plus quàm oporteat. Sic Ouid. Cur mihi plus æquo flauii placere capilli.

Virtutem. Virtus à uiro quasi uirilitas dicitur.

Operosa, difficili, laboriosa.

Exiguum ab exigendo dictum est, id est contemnendo, quia modicum sit & uile, & nullius pretii.

Quod Cyneas fecit. Ponit aliqua insignia exempla egregiæ memoriæ. Cyneas iste legatus fuit missus Româ à Pyrrho rege Epirotarû, qui bellum cû Romanis gessit, uictusq; rãdem rediit in Græciam, unde uenerat: & quum argos ciuitatem oppugnaret, iactu fragmenti lapidis molaris à muliere quadam Argiua occisus est.

Legatus uocatur què hodie barbare loquètes ambasiatorè dicunt.

Plebem. Plebs dicitur populi pars altera. Populus enim Romanus in patres, hoc est senatum & plebem diuidebatur. Patres enim dicti centum quos in consilium publicum Romulus initio condidit: Romæ assumpsit, quiq; ab eis progeniti fuere Patritii uocabantur:

at quorum progenitores ex his patribus non fuere, Plebei dicebantur, quanquam in senaru essent.

Aut quod ille fecit. Huius Quintilianus etiã meminit quum de memoria tractat, quis tamen hic fuerit non explicat.

Hortensius. Hic insignis fuit orator Romæ, & diu palmam eloquentiæ tenuit, deinde æqualis est ei factus Cicero, demum proximus habitus est post Ciceronem.

Auictione. Auictio dicta est quidam mos uendendi res, quando expolita re uenali traditur illi quisquis pollicetur plurimum se uelle dare. Dicta autem est auictio quoniam semper ex sequentis pollicitatione augetur.

Argentariis. Argentarius dicitur ille quem hodie uel mensarium, uel bancarium uel trapezitam ut ueteres uocamus, uel quod communius est, campforem.

Suspendam, per metaphoram, id est differam, protraham.

Occasio proprie dicitur commoditas temporis ad rem aliquam gerendam.

Euelleretur, id est auferretur, scilicet mihi Senecæ.

Illud unum non differam. Nunc de genere dicendi Latronis dicit, ostenditq; deceptos in eo plerosq; qui crediderunt eum fortiter dicere, sed parum subtiliter, nam & subtilitatẽ etiam in primis laudibus illius fuisse docet, sed propter robur & impetum orationis non ita apparuisse eam. Argumentum autem subtilitatis hoc facit, quod priusquam inciperet dicere, sedens adhuc proponebat omnes quæstiones controuersæ quam erat dicturus, ut appareret nihil late- re eum de quo ambigi posset in controuersia, & ut ea omnia que proposuerat oratione exequeretur. **Qua** in re sciendum est, unam controuersiam sæpe aut ferẽ semper potius in multas diuidi quæstiones. Exempli gratia: Socrates iniuste ad mortem condemnatus fuit Athenis, positusq; in carcere, permittitur sibi si fugere uelit occulta è carcere fuga. Deliberat ergo Socrates an fugiat. Hæc primum uenit generalis quæstio, an iuste quisquam possit contra sententiam iudicii ciuitatis facere, deinde an erumpere ex carcere, iam etiam si ad mortem condemnatus sit, post hæc an ciui Atheniensis hoc liceat, an iam grandi ætate, an philosopho, an uxorem & filios habenti, & reliquæ quæstiones, quæ omnes ex persona Socratis dicuntur: has omnes quæstiones qui potest in qualibet controuersia peruidere, & in dicendo exequi, certissimum præstat sine dubio subtilitatis documentum. Has ergo quæstiones quum antequam inciperet dicere Latro proponeret, & in dicendo seruaret, ne aberraret

ab eis,
litate
nec ap

Di
re, u
ram fa
cula m
ferre,
straho

Fo
Par
uel acu

Sed
Fid

duciam
malam
re confi

Vergil.
Acti
cem, act

Si q
centus u
qua simi
una dict

si unde,
App
stri mag
diant &

est Appa
Mani
manu fer

eris feret
Orat
tas, orna

Func
in omni
delle, qu

tunc illi f
commod
Supe

ab eis, certum est ei non defuisse subtilitatem. Sed dicit Seneca subtilitatem propter reliquas dicendi uirtutes absconditam in eo fuisse, nec apparuisse tam notabiliter in eò.

Differam. Differre quandoque significat differentiam habere, ut: differt homo ab equo dicimus. Quandoque significat moram facere, ut Vergilius in sexto: Distulit in seram commissa piacula mortem, id est protracta. Aliquando significat in diuersum ferre, ut Terent. Differor misera doloribus, id est, discerpor, distrahor.

Fortiter, id est magnis & grauibus sententiis & uehementibus.

Parum subtiliter, non astute, uel insidiosè, uel circumspectè, uel acute.

Sedens. Quum enim declamarent surgebant.

Fiduciæ. Fiducia in bonam partem dicitur: dicitur enim Fiduciam habere, qui certa spe fretus confidit. Confidentia uerò in malam partem dicitur plerunque apud autores, qua quis contemneret confidit, quanquam Confidere etiam in bonam partem dicitur. Vergil. in 1. Aeneid. Ausus & afflictis melius confidere rebus.

Actio, pronuntiatio dicitur: pronuntiatio autem magis ad uocem, actio uerò ad gestum pertinet.

Si quo, si quis, si quid, & similia, enclitice legenda sunt, ut accensus in si transferatur, quod hinc deprendere licet, quod ueteres si qua similis dictio post si poneretur, cliteram inferebant, ut tanquam una dictio pronunciareretur, itaq; dicebant sicubi, sicunde, pro si ubi si unde, & necubi itidem.

Apparere, dicitur ab ad & parere, id est obedire. Hinc ministri magistratuum Apparitores dicebantur, quoniam semper obediunt & in còspectu sint. Hinc ergo figurate quicquid in còspectu est Apparere dicitur.

Manifestum, certum, exploratum, credo dictum, quasi quod manu feratur: sicut Infestum, qui in alium fertur. Et Festum à saceris ferendis dictum uidetur.

Oratorix uirtutes. Quæ multæ sunt, copia, suauitas, lenitas, ornatus, magnificentia, grauitas & aliæ.

Fundamentum. Bene dixit fundamentum, nam primum est in omni controuersia uidere quid in omnem partem possit prodessè, quid obesse nobis, quod quum diligenter dispexerimus, tunc illi subtilitati & acumini iudicii reliquæ uirtutes oratorix accommodantur.

Superstructis mollibus, id est additis ornatibus & uirtutibus



tibus eloquentiæ.

Obruebatur, id est abscondebatur, sic enim semper fit, ut quamquam fundamentum firmissima totius ædificii pars sit, & cui reliqua omnia innitantur, tamen minime appareat.

Et nescio, &c. Acutæ & uerissimæ sunt hæ sententiæ.

Insidiæ, ab insidendo dictæ sunt: quoniam qui insidias parant, saltus aut loca syluestria aut alioquin occulta insideant.

Effectu apparet, id est persuadet, & punit animos auditorum.

Et habitu, id est specie uel aspectu.

Argumenta, Seneca hoc loco pro argumentationibus ponit. Argumentum enim res est, uel, ut inquit Cicero, probabile inuentum ad faciendam fidem. Argumentatio uero, argumenti est per orationem explicatio.

Sententiâ audire &c. Hoc fuit uitium quod posterior ætas & factores eloquentiæ censores præcipuè obiecerunt Senecæ, nimis scilicet amor sententiarum, quibus & minutis sæpe pondera rerum eleuabat, & crebris & condensatis cursum orationis & impetum confringebat.

Marullum. Proprium nomen rhetoris, quem apparet præceptorem Senecæ fuisse.

Rhetorem. Rhetor dicitur Græcè quod Latine orator, qui causas in foro agit. Qui docet autè, Græcè Sophistes uocatur, quos nos possumus interpretari doctores, apud Latinos uero ferè obtinuit consuetudo, ut rhetor qui docet, orator qui dicit, uocaretur.

Aridum, non copiosum nec cultum, à similitudine locorum aridorum dictum est.

Vulgato genere, id est non usitato more eloquendi, sed uero & peculiari.

Necesse est me. Sententia est, necesse est quum de re exilitate tenui dicam, ut oratio mea exilis sit & arida, rectè, quia respondens Latro exilitatem orationis suæ non ex rei uitio, sed ingenii sua conditione prouenire.

Quam maxime, id est statim & mox in præsentia illius temporis: sicut enim plerique dicunt quum maxime, id est iam admodum.

Solebat autem. Dicit quomodo solitus sit exercitari Latro ut uno die scriberet nihil præter argumentationes, alio nihil præter sententiâs, alio solum figuras. Deinde morem eius fuisse nunquam obliquare orationem schematibus, nisi id exigeret necessitas.

Epicheremata. Epicherema Quintil. interpretatus est a grectionem estque id quod alii tylogium uocant, dictumque

Epich

conan

Et

cogito

minu

fuerit

memo

nulla

re ma

nos ar

inuen

stis Ca

tyllog

aut m

perfer

eo qu

T

de ad

dicunt

auarit

aliqu

tinere

trans

abs te

sed si

iam d

D

re eni

repre

Su

lex er

mini

mei

unde

cti, su

So

bitus,

omn

sue i

sch

Epicherema hoc est aggressio uel conatus, quia eo aggredimur, uel conamur rem demonstrare.

Enthymemata. Enthymema ab ἐνθυμηματὰ græco id est cogito dicitur, quasi cogitatum, uel animo conceptum. Et hoc nomine aliud Aristot. significat, aliud Cic. & Seneca, & qui circa eos fuerunt, aliud nostræ ætatis dialectici. Aristot. enim definit enthymema esse syllogismum ex uerisimilibus & signis constantem, ad eam nulla alia re differt enthymema à syllogismo, nisi quod certo genere materiæ constat. Cicero uoluit nomine enthymematis accipi genus argumentationis ex contrariis ductæ, ut: Quem alienum fidum inuenias, si tuis hostis fueris? Quid satis est, cui Roma parum? Si hostis Catilina, cur tu ciuis? Nostri dialectici uolunt enthymema esse syllogismum imperfectum, cui altera propositionum hoc est maior aut minor deest, ut: Hunc ego si tantum potui sperare dolorem. Et perferre soror potero. Hic autem enthymema accipiendum est pro eo quod secundo loco dixi, hoc est argumentatione ex contrariis ducta.

Translatitias. Dixit hic translatitias sententias, quia comode ad quemuis usum transferri possunt ut quæ non de certa una re dicuntur, sed in commune, de instabilitate fortunæ, de luxuria, de auaritia: & ut paucis dicam, Sententia est, ut uult Aristot. commune aliquod pronunciatum, quod ad partem aliquam morum uitæq; pertinet: quisquis ergo de simili re dicit, potest eas in orationem suam transferre. Itaq; si dicat Hector. Pulchrum est mihi pater laudari abs te laudato uiro, non est proprie id quod uocamus sententiam: sed si dicat detractis personis. Pulchrum est laudari à laudato uiro, iam dicitur sententia.

De seculo. id est quæ ad reprehensionem seculi pertinent. Ferè enim à prima origine rerum priora secula laudata sunt, præsentia reprehensa.

Supellectilem uocabat. Per translationem nempe. Supellex enim est instrumentum omne domesticum, quo ad quotidiana ministeria utimur, ut sunt mensa, lances, canthari, linrei, uideturq; nomen id à super & lecto dictum, quoniam ueteres in lectis cœnabatur, unde omne instrumentum quo cœna explicatur, & instruuntur lecti, supellectilem dictam esse uidetur.

Schemata. Schema græcum est, interpretatur figura uel habitus, oratores figuram dicunt, suntq; nonnunquam dicta schemata omnes figuræ quibus ornatur oratio, siue eæ sint in singulis uerbis, siue in collocatione uerborum, siue in sententiis. Hic autem capit schema pro figura sententiæ, qua uelut obliquatur oratio, ut quod

recte

recte uel non satis decore uel non satis utiliter dici potest, id circen-
tu quodam dicatur. Vnde & controuersias quasdam figuratas dicunt
autores, in quibus euenit sæpe ut quum per unius criminis defensionem
in alterius suspicionem cadendū sit, quod ne fiat uel rem pro re,
uel personam pro persona, uel rem pro persona, uel personam pro
re subiiciunt. Itaq; Cicero pro Ligario quum Tubero obiiceret Li-
gario contra Cæsarem eum fuisse, quum tamen ipsemet Tubero con-
tra Cæsarem arma tulisset, & Cicero hoc ipsum obiiceret Tubero-
ni, quod quidem si tanquam crimen obiiciebat, necesse erat ut pro-
meret eodem crimine Ligarium, quem defendebat: Si tanquam in-
uidiosum, necesse erat offendere aures Cæsaris, qui iam nihil aspe-
rius in Tuberonem dictum æquo animo laturus erat. Substituit ergo
pro persona Tuberonis personam suam, & dicit seipsum etiam
contra Cæsarem fuisse, hocq; in summam laudem clementiæ Cæ-
saris conuertit, apud quem hoc audet tam liberè confiteri.

Abundauerit. Abundare, sine aspiratione scribendum est, di-
citur à præpositione ab & undo, quali propter plenitudinem ef-
fluere.

Schemata obscura ea sunt, per quæ quod aperte dictum aures of-
fenderet, occultius dicitur, quale est apud Curtium, quum interroga-
re uult Darius rex de uxore sua, an intulerit ei uim Alexander, &
propter ingentem amorem fœminæ puderet eum tam obscenis de
ea uerbis uti, dixit: Ausus ne est aliquid & dominus & iuuenis? Si-
gnificans in iuene uoluntatem libidinis, in domino potestatem,
quibus duabus rebus, uoluntate & potestate, omnia fiunt, significans
quidem id ipsum quod apertius dicturus erat, sed ab omni turpitudi-
ne uerborum abstinuit.

Scio quàm odiosa, &c. Hoc uult dicere, quum res expecta-
tur odiosi sunt longi apparatus, quibus differtur id quod expectatur.
Erant enim Circenies ludi equestres Romæ quibus equites decora-
rebant: antequàm committerentur autem ludi, præcedebat pompa,
hoc est præmissio equorum, qui in conspectu populi traducebantur
ociosi, ut uiderentur à spectatoribus, & reliquis apparatus ludorum
fortè ostentabatur populo. Pompa à græco pempo, id est mitto
dicitur, quia præmitti solet ante ludos aut triumphos, aut alia id
genus. Dicere diem, id est polliceri certam diem qua dicturus erit.
Sic Iuuenalis: Lætam fecit quum Staius urbem, Promissis
diem. dicebatur etiam dicere alicui diem ad Prætorem, aut ad
populum, qui ad certam diem aliquem in ius aut ad populi cogna-
tionem uocabat,

DECLAMATIO PRIMA, QVAE
est de patruo abdicante nepotem quem
prius adoptauerat.



LIBERI parentes alant, aut uinciantur. The-
ma. Duo fratres dissidebant inter se, alteri filius
erat. Patruus in egestatem incidit. Patre uetante
te, adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus ta-
cuit. Adoptatus à patruo est. Patruus accepta hereditate, lo-
cuples factus est. Egere coepit pater. Vetante patruo aluit il-
lum adulescens. Abdicatur, contradicitur.

Prima pars pro nepote.

Eò iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum ali-
mentorum in ea sola domo poneret, in qua habebat abdicatum
& inimicum. Ipse, inquit, ali me uetuit. Imitationem alic-
ne culpe, innocentiam uocas. Omnis instabilis & incerta
felicitas est. Quis crederet iacentem super crepidine Ma-
riam, aut fuisse consulem, aut futurum? Quid non timendum
felicitibus putas? Quid desperandum infelicitibus? Ne circum-
plura instabilis fortunæ exempla te mittam, uide quis alimenta
rogetur, & quis roget. Non sum hospes grauis. Vnum se-
nem aduoco. Hoc tibi uitio placui pater. Perierat totus or-
bis, nisi iram finiret misericordia. * Iactatus inter duos pa-
tres, utriusq; filius, semper tamen felicioris abdicatus, illud ta-
men pater Deos testor, diuitem te relinquo. Circumibo tecum
pater limina aliena. Omnibus ostendam, & me qui alimenta
dedi, & te qui negasti. Abdicari non possum ob id quod feci,
lege cogente. Quid si flere me uetes, cum uideo hominem ca-
lamitosum? Nò sunt affectus nostri in nostra potestate. Quæ-
dam iura non scripta, sed scriptis omnibus certiora sunt.

* Iactatur in-
ter. aliàs, Iac-
tatur sui in-
ter.

Pars

Pars altera pro patruo contra nepotem.

Crescere proposuit ex mea inuidia homo, qui se melius i-
 etare potest, quàm defendere. Iustus meus metus est, ne here-
 dem ingratum scribam, inimicum relinquam. Etiam si tu
 non odisti eum, qui fecit mihi iniuriam, tamen ego odi illum
 qui fecit tibi. Desinit esse filius, qui non tantum à patre ab-
 catus, sed ab alio adoptatus est. Audite quàm ualde egerim.
 Fratrem rogavi. Quis es tu, qui de factò patrum seras senten-
 tiam? Ad te arbitrum odia nostra non mittimus. Iudices ho-
 bemus Deos.

Extra controuersiam.

* controuer-
 siam
 * controuer-
 siam

Alfius Flavius prætextatus apud Cestium controuersiam
 declamabat. Semper autem commendabat * eloquentiam et
 aliqua res extra * eloquentiam. In puero declamante leno-
 nium erat ingenij ætas.

RODOLPHI AGRICOLAE
 in primam Senecæ declamationem
 commentariolum.

Liberi parentes alant. Hoc est thema huius primæ de-
 clamationis. Vocantur autem themata in scholis declamationum
 quæ breuiter continebant controuersiam quæ declamabatur, et
 poëtæ Comici & Tragici argumenta uocant operum suorum.
 autem themata aut ficta aut facta. Ficta sunt quæ aut or quibus
 declamator sua uoluntate composuit, quale est hoc, & ferè om-
 nia istius uoluminis. Facta sunt quæ ab historicis, aut ab oratoribus
 à poëtis sumuntur. Ab historicis sumuntur ut est apud Quintilianum
 num thema declamationis quæ Cymon redemptus inscribitur.
 oratoribus, ut Polycrates qui accusationem Socratis scripsit, &
 stius Pius qui orationi Ciceronis pro Milone & aliis nonnullis
 scripsit. A Poëtis sumuntur, ut Aristides Sophista qui facit, sumuntur
 Homero themate, Vlysem suadere Achilli, ut redeat in gratiam.

Agamemnone & pro Græcis pugnet, cui Libanius sophista, is qui præceptor Iuliani Apostatae fuit, respondit. Sciendum præterea est fuisse omnibus declamationibus nomina sua, quæ ferè inscitia librariorum aut corrupta aut deprauata sunt. Itaque hæc uocatur, Patruus abdicans adoptatum. Ponit in hoc themate legem primò, unde propè tota hæc controuersia nascitur, quæ lex est, Liberi, id est filii, parètes alant aut uinciantur, id est alligentur uel mittantur in carcerè. quod hinc uerò sequitur factū est, unde hæc cōtrouersia oritur. Duo fratres dissidebant (hoc est inimici erant) inter se: alteri (fratri scilicet) filius erat: patruus (id est, frater cui non erat filius) in egestatem incidit, (id est, inops aut pauper factus est,) patre huius (fratre qui filium habebat) uetante, (id est prohibente,) ne faceret, adolefens, (scilicet filius,) illum (hoc est patrum,) aluit. Ob hoc (scilicet factum,) abdicatus (scilicet filius, id est domo à patre expulsius,) tacuit, id est non contra dixit. Adoptatus (scilicet hic abdicatus, id est in filium rursus assumptus) à patruo est, (scilicet suo quem aluit.) Patruus accepta hæreditate, (scilicet per mortem alicuius propinquorum aut amicorum,) locuples, (id est diues) factus est. Egere (id est inops esse,) cœpit, (id est incepit,) pater (scilicet abdicati.) Vetante patruo, (scilicet qui adoptauerat,) aluit illum: (hoc est patrem,) filius abdicatur, (scilicet ob hoc) filius contradicit, (id est in iudicio patruo abdicante respondet.

Pendet autem tota hæc controuersia ex lege quæ dicta est, ut liberi parentes alant, cuius legis scriptum hoc est. Verba pro se filius assumit, quibus iubetur patrem alere. Contra patruus non uerbis legis, sed menti & sententiæ eius insistit, mouetq; duplicem controuersiam. Primam definitionis, An nomine parentis sit censendus, qui abdicauit filium eum, qui ab alio iam adoptatus sit: quum enim iam omnia iura parentis per abdicationem recusauerit, & expulerit filium domo, & hæreditate accipienda exclusit, & patriam in eo potestatem, quam apud Romanos pater in filium uitæ & necis habebat, deposuerit, quæ omnia per adoptionem pater etiam adoptiuus acceperit, uideatur lex eum uoluisse nomine patris contineri. Deinde ut contineatur nomine patris, alia tamen nascitur controuersia, Vtrum lex indiscretè se ad omnes patres ac filios extendat. Quid enim si pater sit exul? quid si hostis patriæ? quid etiam si filius sit puer? quid si debilis? quid si militare pro patria cogatur? quid si iubeatur in exilium ire? uidebitur certe lex eum noluisse astringere, quæ iubet ut filii parentes alant, Et potest aliquid interuenire quod filium excuset ut non cogatur alere parentem. Videndum igitur

tur an tantundem rationis habeat filius, qui sit abdicatus à patre & ab alio adoptatus. Hoc itaque genus controuersia uocant Statum legitimum ex scripto & sententia.

Liberi quandoque dicuntur qui serui non sunt, quandoque uocantur liberi, non tamen omnes nec omnium, sed eorum qui ipsi serui non sunt: neque enim qui seruus est rectè filios suos, si præteritum & mater ancilla sit, liberos uocauerit. Vult autem Gell. liberos pro filiis tantum plurali numero dici. Quintilianus tamen in Cato in limine dicit: Liberi & parentis is est affectus.

Fratres. Fratrem dici uolunt quasi ferè alterum.

Alteri. Inter Alterum & Secundum quid intersit quaesitum est. Secundus semper alterum significat, est enim secundus semper alter à primo: sed Alter non utique secundus est, nam & primus alter à secundo est, itaque dicimus primus & secundus: sed unus & alter à secundo non differentiam solùm, sed & ordinem significet. Alter uerò solum differentiam, præterea quum dixit in Bucolicis Vergilius: Alter ab undecimo iam tum me cœperat annus. Intelligit duodecimum annum: quod si dicatur secundus ab undecimo, intelligitur tertius decimus, primus enim ab undecimo, est duodecimus.

Egestatem. Egestas & Paupertas hoc differunt, quòd egestas significat carere eo quo sit opus: pauper dictus est quasi paulum parans, hoc est qui parum habet, potest autem hic esse ut nihil ei quod necessarium sit desit. Itaque Seneca in 7. epist. dixit: Quanta uerborum paupertas, imò egestas sit.

Adolescens. Festus Pomp. nescio qua cauillatione per uerbum scribi, ut adolescens dicatur, & græcam eius originem facit, quum certum sit ex significatione ab adolescere dici, & idcirco per o, scribendum esse.

Abdicatus. Abdicare dicebatur filium pater, quem quia male obediret, aut turpius uiueret, expellebat domo. Est autem alioquàm exhæredare, quia exhæredatio non nisi post patris mortem locum habebat, quum apertis tabulis testamenti filius exhæres locutus inueniebatur.

Tacuit. Inter Tacere & Silere interest quod inter species generis: quisquis enim filet tacet, non quisquis tacet, filet: tacere enim est non loqui, silere etiam ab omni sono aut murmure aut strepitu parcere: unde & uenti filere, & Vergilius noctem filem dixit.

Adoptatus. Adoptare est alienum aliquem in ius & nomen filii sibi assumere, quod in Italia hodie etiam usitatum est, ut

nos

H

eo d

L

omn

C

cut o

Gelli

E

decer

nec e

& un

num,

ergo

nis fu

cuius

fui, qui

truum

patre

mor t

quod i

omnia

ductus

omnes

hoc est

neret: i

& inim

ditio is

Ipse

lius ut d

me aler

Imi

cens, n

culpam,

dubio &

lecta.

Om

coercend

Crep

solent en

nos minus notum habetur.

Hæreditate. Hæres ab hærendo dictus uidetur, quoniam in eo domus & familia defuncti hæreat, hoc est innixa sit.

Locuples dictus est à plenis locis, quod propter copiam rerum omnes angulos domus suæ plenos habeat.

Cœpit: non est præteritum à capio, sed deficiens uerbum, sicut odi, memini, cuius etiam infinitiuum Catonem dixisse cœpere Gellius est autor.

Eò iam perductus erat. Hæc sunt, ut ita dicatur, fragmenta decerpta ex his quæ pro parte filii in hac cõtrouersia dicta fuerunt, nec est ullus ordo aut cõtinuus textus sententiãrum, sed solũ quicquid & undecumq; placuit decerptũ est ab eo, qui hos libros declamationum, ut prædiximus, comminuit ad hunc modum & cõfregit. Hoc ergo quod dicit, Eò iam perductis &c. potest uideri pars narrationis fuisse. Dicit autem istud ideò, ut ostendat iniquitatem patruis, cuius tanta egestas fuit, ut solum speraret alimenta ex domo fratris sui, qui illi inimicus erat, quum abdicasset etiam filium, qui alere patrum consueuerat, tamen filius sit se passus abdicari & adoptari à patre paupere, ut posset illum alere, nunc tamen patruus immemor tanti beneficii abdicet eum qui in tanta necessitate illum aluit, quod iniqui hominis & digni inuidia uidetur esse. Habent autem omnia uerba quandam uim & efficaciam. Eò enim inquit, iam perductus, hoc est quasi à necessitate compulsus, ut non solum spem, sed omnem spem alimentorum, quodq; maius sit, ultimorum etiam, hoc est quæ solum à morte tueantur famem, in domo, & ea sola poneret: in qua habebat abdicatum, à quo scilicet nihil posset sperare, & inimicum à quo nihil sperare deberet: quàm ergo fuit dura conditio istius?

Ipse inquit alii &c. Contradictio est patruis, quam sumit filius ut dissoluat: dicit enim patruus, quia pater tuus prohibuit ne tu me aleres, iure ne & eum alas uideor prohibere.

Imitationem alienæ &c. Dissoluit contradictionem dicens, non posse eum uideri idcirco iure facere, si imitetur alienam culpam, hoc est faciat quod alius facere non debuerit. Efficax sine dubio & acris responsio, & breuiter cum magna significantia collecta.

Omnis instabilis &c. Locus communis fuit dictus ad cõterendam superbiam patruis ex felicitate sua conceptam.

Crepidine. Crepido fragmentum rupis est à crepando dictũ, uolent enim in excauatis aut fractis rupibus circa itinera mendici
o federe.

federe.

Marium. Hic fuit C. Marius qui sexies Consul de Ingurtha prius, deinde de Teutonibus in Italia uictis triumphauit, postea diffensione ciuili fugiens ab urbe, & post uarios casus in Africam ueniens, Carthagini iacens in crepidine mendicauit: rursus collectis seruis & omni genere noxiorum, aut cuiusuis alterius conditionis hominum, rediit Romam, & uictor inimicorum crudelissime uictoriam exercens morbo uitam finiuit.

Nec circum plura &c. Concludit hunc locum praesentium rerum exemplo, quo nullum potuit efficacius. Quum enim is qui poscebat alimenta diues fuisset, & posceret alimenta ab eo quem se abdicatum pauper adoptauerat, satis uidetur nulli fortunae credendum esse.

Non sum hospes grauis. Vult dicere, non multos accipio hospitio aut inuito, quia aduoco unum senem, id est patrem, & placui tibi hoc uitio, id est hac uel benignitate uel liberalitate, quod iam per ironiam uocat uitium, quia id sibi à patruo obiiciebatur, estque argumentum à pari ductum, quia enim gratum fuit tibi ut in egestate tua aluerim, quum inimici tui filius, debes nunc id ipsum in patre meo aequo animo pati.

Periret totus. Locus communis fuit ad comprimendam iram patruum, ex quo haec sententia sumpta est.

Iactatus inter duos. Commiseratio filii est.

Illud tamen deos &c. Conclusio fuit huius loci ad iram patrum dicta, quum enim pauperem aluerit, & quo melius facere posset, passus sit abdicari se ut ab eo adoptaretur, nunc à deo uideat expellatur.

Deos testor. Testari quandoque significat testes inuocare, Verg. in 2. Aeneidos: Vos aeterni ignes & non uiolabile uestrum Testor numen ait. Quandoque testamentum condere, unde & Instans dicitur qui testamentum non condidit. Intestabilis uero est aliam sententiam dicitur, quem testari, id est, testem ciere uel inuocare nemo possit propter improbitatem uitae.

Circumibo tecum pater. Hoc de patre non adoptato, sed de uero dicit.

Limina, id est, domos uel ostia, per synecdochen pars pro toto posita, estque limen quod ad ingressum ostiorum pro foribus lapide uel alia materia eleuatius quam reliquum solum ponitur.

Qui alimenta dedi: scilicet ut sciant homines quam crudeliter à patruo, cui data sunt, expulsus sum, & te qui negasti: ut

demum intelligatur iuste te fuisse tam dura fratri iratum.

Abdicari &c. Hoc pertinet ad id quod prædiximus, Descriptio legis: quia lex iubet parentes ali, ergo quum id fecerit nõ potest abdicari.

Quid si flere me &c. Hoc pertinet ad alteram controuersiam qua mouetur quaestio filio, An nomine parentis is qui abdicauit contineatur. Vult ergo dicere ut non cõtineatur eo nomine, tamen sit ei adhuc erga eũ affectus parentis, cui non possit impedire: & affectus ut non cõtineatur in scripto legis, continetur intra ius naturæ in loco parentis, quod omni scripto potentius est.

Calamitosum à calamitate dictum est. Volunt autem calamitatem dici à calamis, quod sit tempestas quæ calamis incidat, ut est grandio, aut turbines, aut reliqua id genus mala quæ segetem euertunt aut destrouunt.

Potestate. Potestas & potentia differunt. Potentia ad facultatem magnarũ rerum pertinet, ut est regnũ, principatus, ducatus: Potestas ad uires nostras. Inde dicimus, fac mihi potestatem dicendi: & filios dicimus in patria potestate esse, non potentia. Sic Hieronymus in præfatione ueteris test. Cera mollis & ad fingendum facilis, etiam si plastæ manus cessent, potestate tamen totum est &c. Ideo traductores textuum Aristotelis omnes corrupte dixerunt potentiam & actum, quum debuissent dicere, potestatem & consummationem, id est, perfectionem uel completionem.

Crescere proposuit. Hæc est pars abdicantis patru. Quod ita dicit, Crescere proposuit &c. uidetur ad exordiũ pertinuisse, quo uoluerit patruus molliri inuidiã, quam illi filius adoptiuus ex specie crudelitatis parare uoluit, ut sit sententia, quoniam filius beneficus fuerit in patrum, posse illum multa sibi impropere atque iactare, hoc est, grandia loqui potius quàm se defendere, hoc est, dicere quæ ad ius causæ pertinent.

Proposuit. Proponere propriè significat quemadmodũ mercatores solent aliquid pro foribus aut fenestris ad uendendũ exponere, unde in lege Panes propositionis dicuntur. Quandoq; proponere significat aliquid præmittere unde cõclusio inferatur, sic Propositiones dicuntur apud dialecticos id quod hodie uulgò Præmissas uocamus. Nam id quod uerum aut falsum significat, quod Petrus Hispanus & reliqui propositionem uocant, id Boëtius enunciationem interpretatus est, Cicero melius pronuntiatũ uocauit, estq; simile si omne id propositionem uocemus, quale est si omne nomen substantiuum subiectũ dicamus, quemadmodũ ex omni pronuncia-

to propositio fieri potest si in syllogismo ponatur, sic ex omni nomine substantiuo potest fieri subiectū, nō tamen dicitur substantiuū nisi ex relatione ad prædictū, hoc est, quū in pronunciato ponitur. Præterea proponere dicitur quemadmodū hic pro eo quod est in animo instituere. Sic Iuuenalis: Si te propositi nondum pudet.

Inuidia tam dicitur eius, ut ait Cicero, qui inuidet, quā cui inuidetur. Vergilius in quarto Aeneidos passiue dixit: Quæ tandem Ausonia Teucros confidere terra Inuidia est. Actiue dixit Horatius in r. epistola. Inuidia uel amore uigil torquere.

Iustus meus metus &c. Argumentationis pars est pertinet ad causam. Vult enim dicere, iure ab dico hunc, quod si non faciam, metuendum est mihi ne ingratum, hoc est, hunc filium adoptiuum non obsequentem mihi scribam hæredem, & relinquam inimicum scilicet hæredem, hoc est, fratrem meum ad quem manere filii sit hæreditas peruentura.

Inimicum. Inimicus & hostis differunt. Inimicus significat omnem quem odimus qui amicus non est: Hostis hodie significat eum cum quo bellū publice geritur. Veteres autem hostē peregrinum uocabant.

Etiā si tu non odisti eum qui se. &c. Mollis color uel figura est, qua pater uidetur abdicare filiū, non in odium illius, sed in odium fratris qui prius hunc ipsum abdicauerat.

Desinit esse filius &c. Argumentationis collectio uel conclusio uidetur fuisse, contra eam partem filii quam diximus esse positam in definitione nominis patris uel parētis: ostendit enim patrem naturalem non posse amplius ab hoc uocari patrem eum, à quo sit abdicatus, hoc est per quem amiserit ius filii ne possit esse hæres illius, præsertim quem sit iam ab alio adoptatus, hoc est, alium acceperit patrem. Nec enim credibile est legē uoluisse ut filius duobus parentibus alendis astrictus esset.

Audite quā ual. &c. Inuidia est contra fratrem inimicū, & habet duplicem emphasim, id est, significationem uel indicationem inuidiæ, per se enim miserabilis persona est, tam egena ut inimicum rogare cogatur, deinde inuidiosum est fratrem pro tam miserabili rogandum esse.

Quis es tu &c. Patruus hoc dicit ex grauitate personæ suæ, quia iam per adoptionē pater erat. Videtur autem inter omnia humanæ necessitudinis uincula nomen patris esse sanctissimū. Ergo dicit, quis es tu scilicet iudex, qui audebis contradicere abdicatiōi meæ, & inter patrem, filiū, sententiam tuā interponere. Non enim

mittimus

mit
odia
soli
quid
F
proc
ctum
infer
fium
aliqu
ret, p
textur
ærate
supra
Pr
enim
illabo
certo
prætex
Ante r
hercebr
re, & d
Co
quid cu
comm
parare.
pacto h
Ler
leena, L
mulieri
Vnde le
tio prop
latione

Sacer
Surg
es. Ven

mittimus scilicet nos patres, ad te arbitrum, id est, ad tuam cognitionem, odia nostra, scilicet in filios iudices habebimus deos, quoniam illi soli sunt ueneratione supra patris nomen, & soli possunt discernere quid recte aut secus inter patrem & filium geratur.

Extra controuersiam. Id faciebat Seneca non solum in proceniis librorum, sed ubicunque uisum est, ut si quid dictum factum uel esset, quod aliqua parte prodesse ad eloquentiam posset, id infereret, quale est quod hic commemorat. Dicit enim Iunium Alfiuum Flauium prae-textatum solitum declamare, semper erat autem aliquid extra declamationem, propter quod eius eloquentia placeret, praecipuum autem lenocinium, hoc est illectamentum uel praetextum quo puer declamans placeret erat aetas, quoniam in tenera aetate plus admirationis & beneuolentiae mereretur facundia quae supra annos esset.

Prætextatus. Prætextati dicebantur nobiles pueri. Romae enim interior uestis qua utebantur, tunica dicebatur, eam ignobiles illaboratam & incultam habebant: nobiles uero prætextam, id est, certo texturae genere pictam & ornatam, unde prætexta dicta est, & prætextati qui ea utebantur, necdum togam uirilem assumpserant. Ante togam sub paedagogis erant, quorum custodia & imperio cohercebantur. Post sumptam togam ex ephebis dicebantur excedere, & desinebant sub imperio custodum esse.

Commendabat. Commendare aliquando significat aliquid curae alicuius mandare. Vergilius in 2. Aeneid. Seq; suosq; tibi commendat Troia nepotes. Aliquando gratiam aut beneuolentiam parare. Sic Mart. Errat Qui commendandum se putat esse suis. hoc pacto hic accipitur.

Lenocinium. Leno, lena facit foeminino genere, sicut leo leena, Laco lacæna. Dicitur autem leno qui quaestum ex prostitutis mulieribus facit, & conciliator est aut nuntius alienae impudicitiae. Vnde lenocinari dicitur, & lenocinium commendatio uel conciliatio proprie impudicæ consuetudinis: usus tamen obtinuit ut per translationem pro qualibet iucundiore gratia aut fauore accipiatur.

DECLAMATIO SECVNDA,

De Virgine prostituta.

Sacerdos casta è castis, pura è puris sit. Thema. Quædam
Surgit à Piratis capta uenijt. Empta à lenone, & prostituta
est. Venientes ad se exorabat stupem. Militem qui ad se uene-
 rat,

rat, cum exorare non posset, eum luctantem, & uim inferre uolentem occidit. Accusata, absoluta, & * reuersa ad suos est. Petijt sacerdotium, Contradicitur.

Prima pars contra uirginem petentem sacerdotium.

*nostra Sacerdos * uestra adhuc in lupanari uiueret, nisi hominem occidisset. Quid mihi cum sacerdote, cuius precario est castitas? Id enim deerat, ut tēpla eas recipiant, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. Indignā te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. *Fortuna, inquit, pati coēgit, et misereri debent omnes mei, At nos miserādas nō facimus sacerdotes. Nec est apud nos maximus honos ultimorū malorum solatiū. Ita domi custodia est, ut rapi possent. * Ita chara fuit suis, ut rapta nō redimeretur. Ita raptæ pepercere Piratæ ut lenoni uenderent. Sic emittit leno, ut prostituere. Sic uenientes deprecata est, ut ferro opus esset. Mouet me respectus omnium uirginum, si in ciuitate nulla traheri poterit, nec meretrice castior, nec homicida purior. Nulla est satis pudica, de qua queritur. Omnes, inquit, exorauit. Si quis dubitat an meretrix esset, audite quā blanda sit. * Ponamus tres sacerdotium petere. Vnā quæ rapta sit, Alteram quæ prostituerit. Tertiam quæ hominem occiderit. Omnibus negabo.*

Pars altera pro uirgine petente sacerdotium.

Voluerunt Dij esse miraculo, in capriua libertatē, in profututa pudicitiam, in homicida innocētiam. Narrent sanē omnes tanquam ad prostitutam uenisse, dum tanquam à sacerdote discesserint: quā pudica sit miles, ostendit: quā innocens, iudex: quā felix, reditus. Inter tot pericula dij illæsam nō seruassent, nisi eam sibi seruaturi fuissent. Totus populus ad seruandā pudicitiam contulit, quicquid ad uiolandam attulerat. Dicat pudicitiam suam Dij quibus debet.

Extra controuersiam.

Longe recedendum est ab omni obscenitate uerborum

senfo
quar
Sa
posit
lex d
is pro
casta
qui d
quod
homi
cont
go, Sa
factis
casta
enim
Bacel
eum c
tamin
pea u
libidi
bidini
ei gra
posset
cet fec
huius,
triam,
dicere
Pi
quia n
Ca
stinet
alii id
ficat, se
nit. A
sed pro
Ve

sententiam. *Quaedam satius est, uel cum causæ detrimento tacere, quam * inuerecundè dicere.*

* uerecundie
detrimento

RODOLPHI AGRICOLAE IN SECUNDAM
Senecæ declamationem commentariolum.

Sacerdos casta &c. Hæc declamatio controuersiam habet positam in genere causæ legitimo scripti & sententiæ. Quum enim lex dicat, Sacerdotem castis castam, & puris puram esse debere: quam is pro se sumit, qui prostitutam à sacerdotio repellit, uidetur ista neq; casta esse, quia prostituta fuit, neq; pura esse, quia homicida. Contra qui defendit, dicit, non idcirco quia prostituta sit non esse castam, quod quidem in genere coniecturali positum est: neq; ut occiderit hominem uideri homicidam debere uocari tamen, sed ita solum si contra ius occidisset, quod ad statum definitiuum pertinet. Dicit ergo, Sacerdos casta castis sit. Sacerdos communis generis est, dictus à sacris docendis. Sacerdos ergo, id est, forma quæ sacris præest, sit casta castis, scilicet eis religionibus quas caste coli oportet (Multi enim erant quibus nihil erat necesse, cuiusmodi erant Venerea & Bacchanalia) & pura puris religionibus, quas non licebat fieri per eum qui nõ esset purus, id est, homicidio aut alio insigni scelere contaminatus. *Quaedam uirgo à piratis, id est, prædonibus marinis capta uenit, id est, uendita est, empta à lenone & prostituta est, id est libidini hominum pro mercede exposita, uenientes ad se, scilicet libidinis causa, exorabat stipem, id est, impetrabat ut in elemosynam ei gratis pretium darent: militem qui ad se uenerat cum exorare non posset, scilicet quin ut ceperat explere libidinem, eum luctantè, scilicet secum & uim inferre uolentem occidit, accusata scilicet ob eadem huius, absoluta scilicet à iudicibus, reuersa ad suos est, scilicet in patriam, petiit sacerdotium, scilicet quia nemo libens in matrimonium ducere uoluisset. Contradicitur.*

Piratis. Pirata Græcè est, dictus à *πειράζουαι*, id est experior, quia multa pericula maris & certaminum experitur.

Castus. Castus à carendo dictus uidetur, quod caret, id est, abstinet à Venere: Vnde incestus, id est non castus dicitur, quanquam alii id nomen à cestos quod Græcum est, cingulumq; Veneris significat, sed id longius petitum est, & ad significationem parum conuenit. Accipitur autem castitas apud ueteres non modò pro pudicitia, sed pro omni abstinentia scelerum.

Venit. Venio à uenum & eo dicitur.

Exorabat. Differunt orare & exorare. Orare est rogare. Exorare impetrare quod rogatur. Sic Terentius in Adelphis: Orator ad uos datus sum, finite ut exorem.

Stipem. Stips apud ueteres significat quod hodie Græco uerbo Eleemosynam dicimus, id est, miserationem. Vnde & Stipatores dicuntur, & Stipendium.

Militem. Miles quid significet hodie ferè plurimorum errore ignotum est. Vulgus militem uocat eum qui apud ueteres ius habebat aureorum annulorum, quæ erant insignia equestris ordinis, hijs Equites uocabantur. Vnde Horatius dicit in Arte: Romani tollunt equites peditesq; cachinnum. Ergo quibus hodie ius est aureorum ornamentorũ, equites, aut equestris ordinis uiri dici debent. Miles uerò omnis ille qui in bello armatus operam dat, quod hodie indecti stipendiarios uel satellites uel quiduis aliud uocant: Vnde & Militare, in bello operam præbere, & Militia exercitium rei bellicæ apud omnes literatos uocatur.

Accusata. Accuso ab ad & causor causaris dicitur, mutata per synæresim, id est, coniunctionem & u in u, ut claudio cludo.

Sacerdos uestra &c. Hoc ad inuidiam dicitur, quasi dicat non esse dignam honore sacerdoti, quæ ex una turpitudine, scilicet meretricatu, per aliam turpitudinem, scilicet homicidium liberata est.

Lupanari. Lupanar dicitur prostibulum, id est, locus in quo prostitute, id est, meretrices habitabant. Lupam enim ueteres meretricem uocabant.

Quid mihi &c. Est quasi obiectio contra aduersarium, quasi dicat, sacerdotem tam castam esse debere, ut non solum non uiolata, sed etiam tentata uel appellata sit de impudicitia, quod necesse est huic contingere quæ erat casta solum per preces suas, quia aduentus exorabat ne sibi uim inferrent.

Precaria. Precarium dicitur quod precibus impetratur. Sic Seneca paulò antè: Quæ paret mihi olim precario.

Id enim deerat &c. Huc acriter & inuidiose dicitur, Id enim deerat, inquit, scilicet ad contumeliam: uel per ironiam dicitur, quasi non deerat, sed tale est quod omnino fieri non debeat.

Vt templa eas recipiant. Cum magna cura uerba pensauit, opponens templo lupanar aut carcerem, & recipiant contra eieci, quasi quibus in lupanari aut carcere locus non dabatur, illas indignissimum sit in templa recipere.

Templa à templando, id est, conspiciendo dicta sunt, quia

ueteres

ueteres
se aug
pla, id
Car
locu
tur hi
Lucan
dirigæ.
Ind
indign
lupanar
For
tuta, qu
putat id
bitate, s
Mil
tui. Mis
me tui.
lachrym
At r
quit, no
sacerdot
Hon
pro r, in
Vlti
sicut sup
Ita d
indignit
estq; gen
& illis co
da est, erg
Mou
conuenie
rissima, e
la uidetur
prioris al
menda ef
Nulla
matur: qu
lira pudic

ueteres antequam templa conderent templabantur, id est, uidebant quae se augurium praebere, ut templum id feliciter fieret: uel quia contempla, id est, eminentia & conspicua erant.

Carcer quasi coarcer dictus est: significat autem singulari numero locum quo homines uincti asseruantur: plurali uero carceres dicuntur hi loci quo equi aut currus pro praemio cursuri continentur. Sic Lucanus in primo Pharsaliae: Ut quum carceribus sese effudere quadrigae.

Indignam te sacerdotio &c. Argumentum a maiori. Si indigna est quae transit per lupanar, quanto indignior quae uixit in lupanari.

Fortuna, inquit, &c. Contradictio est dicentis pro prostituta, quia enim non suo uitio prostituta fuit, sed eius qui eam cepit, putat id non posse sibi pro crimine obiici, quod sibi non sua improbitate, sed fortunae uolentia contigit.

Misereri. Misereor dicimus cum genituo solum, ut misereor tui. Misereor impersonale accusatiuo & genituo iungitur, ut: misereor me tui. Misereor accusatiuo iungitur, ut Vergil. in. 4. Aeneid. Num lachrymas uinctus dedit, aut misereor amantem est.

At nos miserandas. Dissoluit contradictionem. Nos, inquit, non facimus sacerdotes, quia miserandae sunt, neque felicitatem sacerdotalis nominis damus infelicibus.

Honos. Vetus more Honos, Lepos, Labos, Arbos, habent s, pro r, in fine.

Ultimorum, id est, maximorum, quia post ultimum nihil est, sicut supra maximum nihil.

Ita domi custodita &c. Egregia argumentatio qua docet indignitatem personae, quae omni ratione semper contempta fuit, esse genus inductionis, ut haec uelut forma argumendi illis & illis & illis contempta fuit, ergo omnibus est contemnenda. Contemnenda est, ergo indigna sacerdotio est.

Mouet me &c. Pars argumentationis est ducentis ad inconueniens, quasi dicat, in sacerdotium sumi debet castissima & purissima, ergo si haec tanquam castissima & purissima assumitur, nulla uidetur uirgo esse purior homicida, aut castior prostituta, quod prius absolum est dicere, quare nequaquam in sacerdotium assumenda est.

Nulla est satis pudica &c. scilicet ut in sacerdotem assumatur: quum enim sacerdos debeat esse antistita quaedam & magistra pudicitiae, dignum est ut sit certae & indubitatae pudicitiae.

Omnes, inquit, &c. Contradictio est pro parte prostituta, quasi dicat nō hoc quod prostituta fui in crimen impudicitiae mihi uertendum est, quia exorauī omnes, hoc est, effeci precibus ut in omnibus pudica manerem.

Si quis dubitat &c. Conuertit hanc contradictionem aduersarius in eam ipsam pro qua posita est, sumpto ex coniunctis argumentis, ut: Omnes exorauit, ergo blanda est: blanda est, ergo est meretrix. Est tanē genus hoc argumentandi acerrimum, quando datur aliquid ex his quae aduersarius pro se posuit, conuertere & retorquere in eum, & suo illum gladio iugulare, ita tamen si uelocem & firmum argumētum possit duci, alioquin friuolum uidetur & hominis uerba cauillantia: & hoc quod hic positum est non tam dignum argumētum uidetur ingenio & fama Portii Latronis, cuius haec est declamatio.

Meretrix dicta est à merendo, quia impudicitia corporis meretur, id est quæstum facit.

Ponamus tres &c. Hoc est acre argumentum & pugnantissimum habetq; imaginem inductionis, ut: negabo illi crimen & illi & illi ergo magis simul omnibus negabo. Hic autem & cum criminibus personas diuisit, poterit alioquin argumentum commode in unam personam explicari, ut dixisset, Ponamus hanc quæ sacerdotium petentem tantum fuisse, ponamus eam tantum prostitisse, ponamus hominem occidisse, ex quauis harum causarū sacerdotium ei negare quanto magis ex omnibus negabo.

Omnibus negabo. Deest conclusio, scilicet quum omnibus id est, tribus illis prædictis negem, quanto magis uni, quæ sola fuit id quod omnes illæ fecissent.

Prostitit. Prostare neutrale uerbum est, significatq; in loco publico expositam impudicitiae stare. Prostituere actum est & significat aliquam ad prostandum exponere. Leno ergo prostituit, meretrix prostat.

Negabo. Negare quandoq; significat contrarium eius quod est affirmare. Vergil. in Bucol. Sed reddere posse negabar. Quandoq; significat petentem repellere, ut hic. Sic & Martialis: Si nil cupis, nil tibi. Cinna nego.

Voluerunt dei esse &c. Hæc est pars prostituta, in qua precipue sumit colorem ex iudicio diuino, tanquam maxime deorum ministerio consecrari, quam Dii sibi ex tam multis calumniis saluam esse uoluerunt, qui color per totam orationem uandus ei fuit qui hanc partem dicebat, adiuncto fauore petentis

qui nat
hic loc
enim ac
maiore
rem de
cum cap
ceret sa

Def
est. Id
nō duob
lō latus
i longu
Latine
& heus
dico de
quo que
Italia, e
consoet
accidit
mutabat
dictum
& di pro
est ex no
facere ne
in uim c
constat,
Ergo ser

Pud
citra eni
cundia:

Inno
nomine
uirtutes
nocens e

Narr
fuisse, qu
men om
id est, tan

Qua
que cont

qui naturaliter ex tam multis aduersis illi parabatur. Videtur ergo hic locus in principio positus, ex proœmio acceptus esse, maxime enim ad personæ commendationem pertinet: quid enim est quod maiorem commendationem pararet personæ, quàm tantum fauorem deorum, ut inter tot aduersa seruaient illam, ut liberaretur cum captiua esset, maneret pudica quanquam prostituta esset, & faceret salua innocentia homicidium.

Dei. Dei uel di promiscuè dicitur, usitatus apud communes di est. Id autè uno i scribendum est, quemadmodum ratio postulat, nō duobus quemadmodum uulgus scribit, cuius rei ratio nobis paulo latius aperienda est. Sciendum est ergo uetustissimos solitos esse i longum per e & i diphthongam scribere: erant itaq; diphthongi Latine quatuor, æ, œ, ei, & au, nam eu nisi in interiectionibus, heu & heus in nullis dictionibus Latinis inuenitur. Scribebant ergo pro dico deico, & scribo screibo, & pro mariti mareitei, quod hodie quoque in quibusdam uetustissimis inscriptionibus licet intueri in Italia, quæ priscis temporibus factæ sunt. Postea hæc diphthongus consuetudine abolita est, positumq; est solum i pro e & i. Ergo id accidit seruatumq; est in his non solum in quibus dictionibus nihil mutabatur, sed etiam est quibus e ad declinandi ratione pertinebat dictum est itaq; isdem pro eisdem, & idem pro eidem, & hi pro hei, & di pro dei. Quod autè non possit di per duo i scribi, manifestum est ex hoc, quoniã di una syllaba est, duæ uocales autè unam syllabam facere non possunt, nisi uel fiat diphthongus ex eis, uel altera transeat in uim consonantis. Ex duobus autem i nulla diphthongus Latina constat, transire autè in uim consonantis præcedente muta nō potest, Ergo scribendum est di, & similes dictiones uno i & non duobus.

Pudicitiam. Pudicitia, & pudor, & pudentia differunt. Pudicitia enim in corporis integritate consistit: Pudentia in animi ueracundia: Pudor & pro pudicitia & pro pudentia accipitur.

Innocentiam. Innocentia non significat id quod hodie hoc nomine intelligimus, id est secordia uel torpor animi, sed quasi oēs uirtutes hoc nomen complectitur, qui enim innocens, hoc est, non nocens est, is uidetur prorsus bonus esse.

Narrent sanè. Purgatio est eius quod obiicitur prostitutam fuisse, quid enim refert prostitutam & in turpi loco fuisse eam, si tamen omnes qui ad eam uenerunt discesserunt tanquam à sacerdote, ut est, tam caste quàm uenerunt.

Quàm pudica sit &c. Cõfirat quasi una collectione omnia quæ contradiçi possent, Quum enim iubeat lex castam esse debere &

pudica

puram sacerdotem, ista in milite castitatem suam ostendit, in iudicio puram se esse probauit, deinde ista etiam Deis ita uideri felicitas reditus sui declarauit: non enim Deos tantum illi felicitatis futurum fuisse, nisi eam ministerio suo, id est, sacerdotio eam uoluissent seruare.

Totus populus &c. Argumentum sumptum ex iudicio populi, quum enim ad uiolandam eam populus uenisset, & non tamen tamen dederit stipem, uidetur iudicasse populus eam non solum pudicam esse, sed etiam ut esset facere suis opibus uoluisse.

Dicat pudicitiam suam Diis &c. Hoc est efficax & honestæ frontis, ut ita dicam, argumentum, quum enim uideatur solam munere deorum consecuta esse ut casta permaneret, iustissime consecrat pudicitiam suam Diis, per quos eam seruauit. Dicere propter est aliquid alicui uelut in suam potestatem assignare. Sic Vergilius Coniugio iungam stabili, propriamq; dicabo.

Extra controuersiam. Longe &c. Hoc uult dicere, quum enim hi qui contra prostitutam dicebant sumerent occasionem ad exprobandum ei scditatem lupanaris, & quæ necesse fuerat illi eam audire, quanquam salua pudicitia, & cum qualibus uersari, illi quæ pati, liberius multa & inuerecundius dicebant, à quo monet Seneca omnino abstinendum esse, licet enim nonnulla si dicantur prodesse causæ possint, tamen si sint turpia dictu tacenda potius quam inuerecundi hominis famam subeundam.

Hoc etiam postquam Seneca dixit notandum uidetur parum probabilem uideri totum colorem partis illius quæ contra prostitutam est, & magis conuenire eam orationem aspero illi & libeto ingenio Latronis, quam uero oratoris iudicio, tota enim oratione contra prostitutam inuehitur, & suspensiones impudicitiae & aliorum eam criminum spargit, quod primum minime fauorabile est, & calamitates cuiquam obiciantur, præsertim ei quæ inter omnia aduersa tamen innoxia permanserit: deinde & extra uel potius contra thema hæc ipsa dicuntur, datur enim in themate pudicam eam quum prostituta esset mansisse, in cuius honorem etiam ab homicidio absolutam esse constat, quare necesse est omnium fauorem in parte pro ea stare, neq; æquis accipere auribus hac parte infamari eam unde ei præcipue admiratio accedit.

Detrimeto. Detrimento à detero dicitur, quia deterritur quid rebus nostris, hoc est damnum uel iacturam affert.

DEC

DECLAMATIO TERTIA,

De incesta saxo deiecta.

Incesta saxo deiciatur. Thema. Incesti damnata antequam deiceretur, Vestam inuocauit, deiecta uixit. Repetitur ad poenam, contradicitur.

Rubrica

Prima pars contra incestam.

Id enim deerat ut modestior in saxo esset, quam in sacro fuerat. Dubitari non potest quin tandiu deicienda sit, donec efficiatur, propter quod deiecta est. Patrocinium suum putat * pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecet, nisi ut ne bis quidem deiecta pereas. * Exponam cum quo stuprum uel quando comisit. Quia probaui, ista damnata. Non putas legem cauisse ut perires, quae cauit quemadmodum perires? Male de iis existimas, si sacerdoti suae tam sero succurrunt. Ita Diu maluerunt damnata absolueri, quam sacerdotem

*perennem infelic.

* Et ponam

Pars altera pro incesta.

Damnata deiecta est, absoluta descendit. Putares puellam non deici, sed demitti. Lex sacerdotem non ad saxum usque * deferret, nisi sententiam deorum expectaret. Erat altitudo montis, etiam securè despicientibus horrenda.

* differret

RODOLPHI AGRICOLAE IN TERTIAM Senecae declamationem commentariolum.

Incesta saxo deiecta. Lex est ut incesta, hoc est, sacerdos Vestae in stupro deprehensa deiciatur, id est, praecipit mittatur de saxo, id est, rupe aliqua. Quaedam quum esset damnata incesti antequam deiceretur, deam Vestam inuocauit, hoc est, orauit ut ita sibi auxilio esset quemadmodum sciret esse se pudicam: quum deiecta esset, salua permansit, repetitur rursus ut deiciatur, quia lex uidetur uoluisse ut moreretur, deici debere ergo quandiu mortua non sit legis uoluntati non esse satisfactum. Contradicit, quia deiectam defendit: quum enim dicat lex, damnatam deici debere, haecque damnata deiecta sit, uidetur ius legis nihil reliquum esse in ista. Est itaque genus legitimum scripto & sententia legis nascens, cuius sententiam quidem tuetur accusator, scriptum uero defensor.

Vestam.

Vestam. Vesta dea erat ignis, in cuius templo perpetuus ignis ardebat, erantq; custodiæ eius consecratæ uirgines Vestales quæ per dicitur suam deæ consecrabant, & quibus capitale erat in stupro deprehendi, post sexagesimum annū si qua uoluisset licebat ei nubere, erantq; propemodum similes sanctimonialibus nostri temporis.

Incesti. Incestum ab in id est non & castus dictū est, proprie uocatur impudicitia in personam aliquam, uel affectum sacris inuocans, ut est uel in consecratam deo uel in coniunctam cognatione tam arcta ut per leges uxor esse non possit.

Id enim deerat &c. Hæc est pars accusatoris repositio in poenam eam quæ deiecta fuerat, primumq; hoc inuidiam tribuit quod ausa sit in saxo Vestam inuocare, quasi dicat, Non esse mirum si tam immodesta fuit ut auderet in saxo inuocare Vestam quæ sit ausa in eius sacrario licet impudica esset uersari.

Sacrarium dicitur in templis locus in quo sacra reponuntur quod uulgò sacristiam uocant.

Dubitari non potest &c. Hoc acriter dicitur. Non enim lex frustra deiici uoluit damnatam, nec ob aliud quàm ut moneatur, nam si noluisse mori damnatam, nō utiq; de tam sublimi deiici uisisset, ergo quandiu factum non est quod fuit causa statuenda legis, non est obeditum legi.

Quin, id est, qui non. Quando autem ponitur in medio constructionis iungitq; duos sensus, accipitur pro ut non, sicut quæ quo pro ut accipimus. Sic Verg. in 4. Aeneid. Quo regnum In Libycas aduerteret oras. Quando iungitur imperatiuo, ut quin agendum est disiunctim, ut dicamus quin, id est, qui non, hoc quare non, scilicet agas, deinde age subiiciendum est. Quam iungitur indicatiuo, simpliciter & coniunctim legitur, quin paras, id est, qui non, quare non paras.

Patrocinium suum &c. Vult dicere. Hæc putat se deestram esse per hoc quod sit ad pereundum infelix, id est quod se deiecta non perierit, sed necesse sit eam bis deiici. Patrocinium patrono dictum est. Patronus dicitur qui seruum libertate donauit manumissit; quemadmodum enim ad seruum dominus, sic ad libertum patronus dicitur. Inde qui aliquem capitis reum in iudicio fenderat, apud ueteres dictus est etiam patronus, quoniam quasi usum uitæ reddidisset, sicut seruo dominus manumisso, id est de patrocinium, id est, defensio dicitur.

Tantum scripsit Rodolphus Agricola in has Senecæ declamationes.

DECLAMATIO QUARTA

Quæ de forti sine manibus.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit, liceat adulterium * & in matre filio vindicare. Thema. Vir fortis in bello manus perdidit. Deprehendit adulterum cum uxore, de qua filium adolescentem habebat. Imperavit filio, ut occideret. Non occidit. Adulter effugit, abdicat filium, contradicit.

Rubrica

* & marito
et filio vind.

Prima pars pro forte contra filium.

Solus ego ex omnibus maritis nec adulterum dimisi, nec occidi. Quis non putet, aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus. * Conceptus est iste, a quo sciemus? Cum adulteros deprehendero. Tunc primum sensi me manus in bello perdidisse meas, domi etiam filij manus perdidit. Tam frustra ad filium, quam ad gladium cucurri. In bellum non peruenit, & ante patrie quam patri negavit manus. Usque eo pugnavit pro nobis, ut pro se non posset. Adolescens quos dimisisti sequere. Non potui, inquit, matrem occidere. Quo sis excusator, adice & patrem.

* Deceptus

Pars altera contra fortem hominem pro suo filio.

Alterum putavi parricidium, matrem coram patre occidere. Non semper scelera nostri sunt iuris. Et truces quoque animos misericors natura debilitat. In tam inopinati flagitii spectaculo, toto corpore stupui. Pater tibi manus defuerunt, mihi omnia, priusquam * in memoriam reuerterer, exierant. Maius erat scelus, quod impetrabas, quam quod deprehenderas. Si quid exegeris ultra vires meas, dicam, ignosce, Non possum. Ignoscit pater filio, navigationem recusanti, si non ferat mare. Ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamuis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita. Licet marito, liceat & filio. Quare tam multos nominat, nisi quia aliquos putat esse, qui non possint? Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium stupentem.

* in me re-
uerterer.

DECL

DECLAMATIO QVINTA

De eo qui duas rapuit.

* optet

Rapta, raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias * optat, Vna nocte quidam rapuit duas. Altera mortē optat, altera nuptias.

Prima pars contra raptorem.

Stupro accusatur, stupro defenditur. Cum altera rapta litigat, alteram aduocat. Vindicate patres. Fortior publicæ discipline serueritas surgat. Iam binæ rapiuntur. Coit populus velut publico metu territus, uix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriæ rapuit, alteram patrocinio. Perieras iam raptor, ni bis perire meruisses. Si te ante rapuisset, & nuptias optasset, * deinde hanc uitiaisset antequam nuberes, negare illum iubente rapta, debere mori. Nihil amplius raptori prestare potes, quàm ne lege tua pereat. Contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptori præstas, ut illum ipsa non occidas. Non potes præstare, ne quis occidat.

* deinde aliam uit.

Pars altera pro raptore.

Inter pares sententias mitior uincat. Refer Virginiam, Lucretiam. Plures tamen Sabine sunt. Contumeliosum non erit, te dignam uideri, in cuius honorem homo occidatur, dignam non uideri, in cuius honorem homo seruetur.

DECLAMATIO SEXTA

De filio quodam ducente filiam Archipirate.

Captus à Piratis scripsit de redemptione. Non redimitur. Archipirate filia eum iurare coëgit, ut duceret uxorem, si dimissus esset. Iurauit ei. Relicto patre secum adolescentem. Duxit illam, Orba incidit, Pater imperat, ut Archipirate filiam dimittat, & orbam ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars contra filium.

Bonæ spei uxor, bonæ spei nurus, quæ uel amare captiuam

pote

* Nat

ta est.

il

Vidif

los. A

serico

quam

nemo

uident

runt F

mus, u

D

L

ty

patre n

redēpti

mus, du

ter in eg

cula duc

Si p

annicia

soluerun

nunc un

lo roga

Si manu

Etiamnu

argumen

pote

potest, uel odisse patrem. In carcere, inquit, ac tenebris iacebā.

* Narret, inquit, socero beneficia puella, non misericordia mota est, sed libidine.

* Narro obsecro soceri benefic.

Pars altera pro filio.

Illo me loco non deseruit, in quem uenire & pater timuit. Vidisses mēbra uinculis pressa, macie retractos introrsus oculos. Attritas catenis et inutiles manus, talē quis amare nisi misericors posset? In tot consulatus Marius nihil habet clarius, quā se autorē, Pompeiū, si hēreditariæ extulissent imagines, nemo Magnū dixisset. Seruum regem Roma tulit. Quid tibi uidentur illi, qui rapti ab aratro paupertate sua beatam fecerunt Rempublicam? Non possumus unā felices esse, quod solemus, unā infelices erimus.

DECLAMATIO SEPTIMA.

De tyrannicida à Piratis dimisso.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidā alterū fratrem tyrannum, alterū in adulterio deprehensum, deprecante patre ne faceret, interfecit. A piratis captus scripsit patri de redēptione. Pater piratis epistolā misit, si præcidissent ei manus, duplam pecuniam se daturum. Piratæ illum dimiserunt. Pater in egestatem incidit, petit alimenta. Negantem uult in uincula ducere.

Prima pars pro filio tyrannicida.

Si præcideritis, Si irascaris, scribe potius si occideritis, tyrannicida. Exitū tyranni rogo, non timeo. Manus quas Piratæ soluerunt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Querite nunc unde tyranni fiant. Duplam dabo. Apparet, pro unico filio rogat, duplā dabo, alterā pro filio, alterā pro tyrannicida. Si manus præcideritis. Hoc nec adultero fecimus, nec tyrāno. Etiamnum manus meas petis? Nega tuā esse epistolā, & habes argumentū. * Dic, ego rogare etiā pro adultero soleo. Remise-

* Dic ergo ego etiā pro adultero soluo.

p runt

runt me Republicæ cum manibus, patri cum epistola, Hoc seculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis à Pirata missus, alligatus à patre. Eius crudelitatis emptor, cuius nec Pirata uenditor. Duplam dabo. Quid necesse est? potui uisum solui. Vt præcidatis ei manus. Obstupere prædones, & inquit, Indica patri, non omnia Piratas uendere. Qualè opus patrem, nescio. Diues debilitat, egens alligat. Neutrum manibus meis expedit. Vbi est patrimonium tuum, uel quo tyrannos instruis, uel quo adulteros facis.

Pars altera contra filium tyrannicidam.

Suscepi tria prodigia inter me & se furentia. Vnum, quod posset patrem opprimere. Aliud, qui fratrem uiolare, Alium qui patrem. Lex hæc scripta est pro malis patribus. Nã boni sine lege aluntur. Sciebã piratas non facturos, nisi pecuniã accepissent, & si sperassent, utiq; præcidissent. Non ira illa patris, sed calliditas fuit. Vnde redimerẽ, non habebã. Rogare in tam auara ciuitate neminem poterã, in qua ne filij quidem patres alunt. Vt sus consilio sum, sciens piratas, non crudeles, sed auaros, Feci ut desperarent, quod posses redimi. An prudenter cogitauerim, nescio. Interim feliciter cogitauit. * Exclusa mea est, ex quo uidi unum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio.

*Excussa

Extra controuersiam.

Relictus solus orbis senex, qui color approbandus est in petu. Magna enim uis opus est, ut aliquis accusans, se mirabilem faciat. * Persium memini hominem inter scholasticos insanum inter insanos scholasticum.

*Sparsum

DECLAMATIO OCTAUA.

Que est de forti abdicato,

Qui ter fortiter fecerit, militia uacet, Ter pater fortem facie, quarto uolentem exire retinet. Nolentẽ abdicat.

Primus

Prima pars pro abdicante.

Quod patriæ superest, patri uindico. O me, filio pugnate, lassum. Iam pro te dubito. Nescio quid lex timet. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est. Causa mihi abdicandi est, ne sine filio uiuam. Abdicatio mea in potestate abdicati est. Optimus finis uirtutis est, antequam deficias, desinere. Lex quoque ter uiro forti aut diffidit aut consulit.

Pars altera* pro forti abdicato.

*contra fortē abdicantem.

Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, ter uicti militāt. Senator post sexagesimū quintum annū, in curiam uenire non cogitur, nec uetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utrāque partem licet, Alioquin desinit præmium esse, cui necessitas imponitur. Otium imperas animo non otioso. Tumultus exortus est. In me omnium ciuium diriguntur oculi, & adhuc, uerū dicendum est, nihil mihi patria debet. Nunquam pugnaui nisi coactus. Adhuc militia mea legis munus est, Athenienses abdicato uicerunt duce. Quantum interest? Ille abdicationem uirtute deleuit, ego merui.

Libri primi declamationum finis.

IN LIB. DECLAMATIONVM PRIMVM.

In ultima huius libri declamatione, tituli erāt inuersi. Prior enim erat, pro abdicato, quum esse debuerit, pro abdicatē patre. Alter qui erat, contra fortē abdicatū, esse debebat, pro forti abdicato. Qui castigationi prioris æditionis præerāt, offensi sermone qui est in parte posteriore, otium imperas animo non otioso, quoniam ad abdicantem accommodari non possunt, admonuerunt eam partem à superiori perperam huc translata, sed falsò. Ut autem tituli inuertentur, hæc opinor res errori dedit ansam. Prior pars sic orditur, quod patriæ superest, patri uindico. Hoc existimabat aliquis ab alio de patre dici, quum pater ita de se loquatur, sentiens iam satisfactum patriæ, reliquum esse dandum patri. Similis forma est, quasi dicas. Si nō tribuis hoc benemerito, saltem tribue seni: subaudito pronomine mihi. Hoc ideo uisum est monere, ne quis ratus casu factum reputat pristinos titulos.

Quæ declamationi secundæ adiiuntur, extra controuersiam, decepta constat ex controuersia undecima, ubi tractatur idem thema. Porro uersus qui hic refertur ex Ouidio, corruptus erat in quibusdam exemplaribus, Egelidū boream egelidumq; notū, ut redderent carmen pentametrum. At legendum est, Gelidum boream, egelidumq; notum, ut sit metrum anapesticum, ex Medea, quam Ouidius scripsit. Vnde & Quintilianus citat uersiculum hunc, Seruare potius perdere an possim rogas?

PROLOGVS SECVNDI LIBRI.



VM repeterem quos unquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios Fabianus philosophus, qui adolescens admodū, tantæ opinionis in declamando, quantæ postea in disputando fuit. Exercebatur apud Arellium Fuscū, cuius genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impendit, ut similitudinem eius effugeret, quàm impenderat, ut exprimeret. Erat explicitio Fusci Arelli splendida quidē, sed operosa et implicata, cultus nimis exquisitus, cōpositio uerborū mollior, quàm ut illam tam sanctis fortibusq; præceptis præparans se, animus perposset. Summa inæqualitas oratiōis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia uaga & effusa: principia, argumenta, narrationes aridæ dicebantur. In descriptionibus extra legem omnibus uerbis, dummodo niterent, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidum, nihil horridum. Splendida oratio & magis lasciuia quàm læta. Ab hac cito se Fabianus separauit, & luxuriã quidem cum uoluit, abiecit, obscuritatem euadere non potuit. Hæc illum usq; in philosophiam prosecuta est. Sæpe tamen quàm audienti satis est eloquitur, & in summa eius ac copiosissima facultate dicendi, antiquorum tamen uitiorum retinent uestigia. Quædam tam subito desinunt, ut nō breuia sed abrupta. Dicebat autem Fabianus ferè dulces sententias.

*horrendū.

*felicitate

quæ

quoties incidebat aliqua materia, quæ conuitium seculi recipe-
ret, inspirabat magno magis quã acri animo. Deerat illis ora-
torũ robur, & ille pugnatorius mucro, splendor uerò uelut
*uoluptarius non laboratæ orationi aderat. Vultus dicentis
lenis & pro tranquillitate morũ remissus, uocis nulla conten-
tio, nulla corporis asseueratio cū uerba uelut iniussa fluerent.
Iam uidelicet compositus & pacatus animus, cū * ueros com-
preßisset affectus, & irã doloremq; procul expulisset, parum
bene imitari poterat, quæ * effugerat. Suasorijs aptior erat lo-
corum habitus fluminũq; decursus, & urbium situs, moresq; po-
polorũ nemo descripsit abundantijs. Nunquã inopia uerbi sub-
stitit, sed uelocissimo cursu ac facillimo omnes res beata circũ-
fluebat oratio. Hæc eo libentius ò Mela fili charissime refero,
quia uideo animum tuum à ciuilibus officijs abhorrentem, &
ab omni ambitu auersum, hoc unum concupiscentem nihil con-
cupiscere, ut eloquentiæ tantum studeas, facilis ab hac in oēs
artes decursus est. Instruit etiam quos non sibi exercet. Nec
est quod insidias putes tibi fieri, quasi id agam, ut te bene
* crediti studij labor teneat. Ego uerò non sum bonæ mentis
impedimentum, perge quò inclinat animus, & paterno con-
tentus ordine subduc fortunæ magnam tui partem. Erat qui-
dem tibi maius ingenium quàm fratribus tuis, omnium bona-
rum artium capacissimum, est & hoc ipsum melioris ingenij
pignus, non corrumpi bonitate eius, ut illo male utaris. Sed
quoniam fratribus tuis ambitiosæ curæ sunt, foroq; se & ho-
noribus parant, in quibus ipsa quæ sperantur timenda sunt,
ego quoque aliquando eius processus audis, & hortator lau-
datorq; uel periculose, dum honestæ modo industriæ, duo-
bus filijs nauigantibus, te in portu retineo. Sed proderit ti-
bi illa, quam tota mente agitas declamandi exercitatio, si-
cut Fabiano profuit, qui aliquando cum Cestium audiret,

*uoluptarius

*uerò

*effinxerat

*cedentis

nihilominus declamabat, et tam diligenter, ut putares illum illi studio parari, nō per illud alteri pręparari. Habuit etiā Blaudum rhetorem pręceptorem, qui eques Romanus Romę docuit. Ante illum inter libertinos pręceptores pulcherrimę disciplinę continebantur, & minimę probabili more, turpe erat docere, quod honestum erat discere. Nam primus omnium Latinus rhetor Romę fuit puero Cicerone Plotius. Apud Blaudum diutius quā apud Fuscum Arellium studuit, sed cum iam transfugisset, eo tempore quo eloquentię studebat, nō eloquentię causa. Scio futurum, ut auditis eius sententijs, cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declamationibus uacabat, & ego multo minor natu quā ipse erat, audiebam quoties incideret, non quoties uolueram. In hunc ergo libellum quęcunq; ab illis dicta teneo, conferam.

* Adoptāus post tres abdicatos.

* Abdicatus post tres abdicandos.

Diues tres filios abdicauit. Petijt à paupere unicum in adoptionem. Pauper dare uult. Nolētem ire abdicat. Cōtradictum.

Prima pars pro filio pauperis.

Nunquam futurū putauī, ut aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Dubitauī diu, an ille amicū tentaret, hic filium. Ita uerō nos sumus pauperes, qui habemus quod diuites rogent? Si immerito abdicauit, odi patrem, tot eijscentes innocentes. Si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amicęque paupertatē ac patrem, utriq; assueui. Non tibi permittam

* beato
* Vtrū tamē uelim nescio. Innocentem? Sed abdicor. Nocentē? Sed adoptor.

fulta liberis domus est, quanquam nec sic, debuisi dare. Tunc aduersus fortunam est, cui aliquid post damnū superest. Abdicor, inquit, apparet, tantū ut uincas. Vna inter nos disputatio est. Ego te uolo. O merito abdicandum, si talem patrem relinquit. Quem me uideri uelim nescio, Innocentē, si abdicor, Nocentem, si adoptor. Non ut in cęteris abdicacionibus, in mea p

testate est nō abdicari. Perditurus sum patrē, si abdicor, Perditurus sum si nō abdicor. Quid interest utrum eiiciat an trāsferrat? Et si parendū in omnibus patri, in eo non parēdum, quo efficitur, ne pater sit. Graue est carere unico, grauius eō, quem alius filium cōcupiscit. Non delectant dominos ignoti seruorū greges. Nec sonantia ergastula *laxi ruris. Patrē gratis amo. *lati
Necesse est ut timeam domum liberis infelicem. Non potest inueniri aptius tēpus reconciliationis. Diues filios querit.

Paris altera contra filium pauperis.

Magnum & hoc inter cætera paupertatis incommoda est, quod abdicationē filius non timet. Senatorium ad gradum census ascendere facit. Census Romanum equitem à plebe discernit. Census in castris ordinem promouet. Censu in foro iudex legitur. Nunc facilius est paupertatem laudare, quàm ferre. Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebō hanc cum illis: si perseverauerint, habebō pro illis.

Extra controuersiam.

*Horridi declamatores fidelius tuentur colores quos proposuerūt. Nulla sententiæ dulcedo subrepat, nullum schema sollicitat. Sic quæ malam habent faciem, sæpe pudicæ sunt, non animus illis deest, sed corruptor. Gallus *Nibius tam magnæ *Aridi
fuit olim eloquētiae, quàm postea insanæ. Cui hoc accidisse uisio, ut ad insaniam non casu *caderet, sed iudicio perueniret. *Viuuius
Nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod simulabat ad uerum redegit. Otho Iunius pater edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antipbontis libros uocat, tantū in illis somniorum est. Syriacus contra Maximum Stertiniū, à quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit, Per annos *quindecim in officio tuo fui, dic quid *duodecim
peccauerim? Sed hæc est consuetudo uestra, iniuriam uocatis finem seruitutis.

LIBER SECVNDVS,
DECLAMATIO SECVNDA,
De iureiurando uiri & uxoris.

Vir & uxor iurauerunt, ut si quid alteri accidisset, alter moreretur. Vir peregre profectus est, misit nuntium uxori, qui diceret se decessisse. Uxor se precipitauit. Recreata, iubetur à patre uirum relinquere. Non uult. Abdicatur.

Prima pars pro filia uxore.

** diuidet.*
Dij immortales, qua debetis prudētia humanum genus regitis, effecistis ut illud non periculum amantis esset, sed experimentum. Hos diuidere uult socer, quos nec mors quidem uisit. Moriar, inquit, habeo & causam & exēplum. Quaedam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt. Quaedam amicis suis redemerunt maritorum suorum salutem sollicitudine breui. Inter has puellas ** una* numeratur. Assidue contentiones erant. Sine te uiuere non possum. Imò ego sine te, qui certantium exitus esse solet. Iurauimus. Hic animus sine dubio irantium fuit, ut uiui non diducerentur, cum illud quoque censerent, ne morte diuiderentur.

Pars altera contra filiam uxorem.

Non possum, inquit, relinquere uirum. Quicquam non potest, quæ mori potest? Penè dum falsæ mortis nuntium mihi ueræ recepit. Potes sine uiro pati. Peregrinationem eius talis iureiurando iam liberata es casu proximo.

Extra controuersiam.

Ouidius Naso apud Arellium Fuscum magistrum sustulit hanc controuersiam declamauit. Nam Latronis admirator erat. Latio in præfatione quadam dixit. Non uides ut immota torpescat & ignes exagitata restituat. Mollit uiros otium. In situ rubiginem ducit. Et Naso dixit.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammam,
Et rursus nullo concutiente mori.

Hic autē dixit, quicquid laboris est, in hoc est, ut uxore à uiro, & uirum ab uxore diligi concedas. Neesse est deinde, ut iurare permittas, si amare permiseris. Eiusdem. Pauca nosti pater crimina. Et litigauimus & cecidimus, Et quod fortasse non putas, peierauimus. Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, petiuit inuicem, ut tres exciperet, in quos nihil illis liceret. Conscripserant illi quos tolli uellent secreto. Hic quos tutos esse uellet. In utrisq; codicillis ijdem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit. Semibouemq; uirum, semiuirumq; bouem. Secundum, Et gelidum boream, egelidumq; notum. Ex quo apparet summi ingenij uiro, nō iudicium defuisse ad compescendum licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat interim decentiorem esse faciem, in qua aliquis neuus esset.

DECLAMATIO TERTIA,

De nepote ex meretrice suscepto.

Abdicauit quidam filiū. Abdicatus, se cōtulit ad meretricē, & ex ea sustulit filiū. Aeger ad patrē misit. Cum uenisset, cōmendauit ei filiū, & decessit. Pater post mortem illius in adoptionē recepit nepotē. Accusatur ab altero filio dementiæ.

Prima pars, pro patre.

Dementia in me noui generis arguitur, sanus eram, si non agnoscerem meos. Expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret. Nemo audebat propinquorum, fratre cessante. Deficientis spiritus sustinebatur in aduentum meum. Intraui, iam cadentes oculos ad nomen meum erexit. Fugientem animam retinuit. In sinu meo, & filium, & animam deposuit. Nuntiatum est mihi in ultimis esse filium. Nec hoc à fratre.

Pars altera contra patrem.

Pater istius incertus est. Bene cum isto ageretur, si & mater. Incidit in meretricem, inter cetera mala & fecundam.

Mulier, nescio aduersus patrem iniuriosior sis, quod ab illis illi hæredem, an quod dedisti. Adoptauit enim filium eius, propter quam eiecerat suum.

DECLAMATIO QVARTA,

De raptore patrem non exorante.

Raptor nisi intra tricesimum diem & suum & raptæ patrem exorauerit, pereat: Raptæ patrem exorauit, suum non exorat. Reum facit dementiae.

Pars prima contra raptorem.

*obstupuis
stis*Hei intra
triginta*Ita aliquis
aut tam te-
mere

Quid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obtorpuistis oculi? Nondum tricesimus aetas est. Nec tristis quidem uultu expugnatam filiae pudicitiam tulit. Nihil exoratus est. Ne omnia uita eius ab adolescētia repetam, uirginē rapuit, Patrem accusat. * Hoc intra triginta dies, Patrem accusatori permissurum, quod pater filio negauit? Mirum dubitare patrem? lex ipsa inter mortē & nuptias dubia est. Imper enim sibi omnia licere credit: nihil me unquam rogare ignorat inquit, ita? * Alius ante me rogatus est. Demens sum, des, Nimirum turpiter uiuo. Legem ignoro, dies tuos non timero. Demens, inquit, es. Potest aliquis ignoscere, sic rogare. Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, me miserum, quā penē pernaſi. O me miserum, qui tantum triginta diebus irasci ꝑ ossum. Quid mirum, si citius illum exorasti? Facilius est donare iniuriam, quā crimen. Procede in medium senex, cuius misericordia crudelis sum. Iam, inquit, angustius tempus est. Et tibi uacat accusare. Sic aliquis exorat? Sic deprecatur? Apparet te nunc primum rogare. Quid enim tantum demens egi? Non sum exoratus. Nondum transiit tempus. Etiamnum exorari possum. Quā iniquum est, nondum me nocentem, & iam esse reum.

Pars altera pro raptore.

Me miserum pater, iræ tuæ detractum est nihil, tempori autem multum. Infelicior sum, quàm si neutrum exorasset. Si seruaturus es filium, iam tempus fuit. Si occisurus iam tempus est. Prior rogatus est qui magis timebatur.

DECLAMATIO QUINTA,

De torta à tyranno pro marito.

Torta à tyranno uxor, nunquid de uiri tyrannicidio sciret, perseuerauit negare. Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquennium non parientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.

Prima pars pro uxore.

Has nuptias tyrannidii diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebantur matronæ. Rapiebantur uirgines. Nullæ tunc uidebantur feliciores, quàm quæ *filios nō habebant. Suspici-
 tus est tyrannus de tyrannicidio hunc cogitare, siue isti aliquid excidit, siue non bene tegit uultus magna consilia, tamen de uxoris garrulitate queri non potest, cum sciat quemadmodum taceat. Imposita in eculeū, sæpius ad absentem uirum respexit, quàm ad presentem tyrannū. Explicatur totus aduersus infelicem feminā tyrannicæ crudelitatis apparatus, & illa instrumenta uirorū quoq; animos ipso uisu frangentia, ad excutendum muliebris pectoris *sententiā proponuntur. Verberibus
 corpus abrūpitur. Nescio Respublica, an tibi liberos ista mulier datura sit, tyrannidā dedit. Miraris, si transit quinquennium inter uxorem tortam, *et uirum occupatū? Scissum cor
 pus flagellis, igne adustum, tormentis conuulsum. Ignosces puero mulieri, si dixero, *fessa est. Quid tyrannicidio gloriaris?
 Facilius est tyrannum occidere, quàm sustinere uerbera, lamas, eculeos. Quicquid antiqua seuitia inuenerat, quicquid addecerat noua. Quid amplius dicam? Et tyrannus torquebatur,
 uen de tyrannicidio quæreret. Num premit censum onerosa
 sump

*liberos

*constātiā

*et uterum
 obduratum?

*fassa

* *seculi sumptibus? Et (ut sceleri mos est) in deterius luxu fluente muliebri ambitio certamine mutuo, usq; in publica damna partim insanit. Nunquid gemmas, & ex alieno littore petitos lapillos? Expecta, potest parere. Non respōdet ad certam sceleritudo diem. Sui iuris rerum natura est. * Vtrum ne magis putas munerandum esse?*

randum esse: tuum tyrannicidium, an huius silentium?

Pars altera contra uxorem.

Ego torta sum, merito obijceres, nisi te uindicasset; et scisti de tyrannicidio uiri nec indicasti, non est beneficium, sed lucus non facere. Deniq; neq; scisti. Non enim tibi indicavi. Non tam magnum consilium, uirilibus quoq; graue animis, communi muliebri garrulitati, quæ id solum potest tacere quod melius. Quo tēpore uxor torta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabā, postea cogitavi. Et hæc ipsa mihi cogitandi causa fuit, uiri ultio. Si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed filii.

Extra controuersiam.

** alij* Lucius Vinicius quo nemo ciuis Romanus in agendis causis presentius habuit ingenium. Quicquid longa cogitatio illi presentis statuta erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore cogitare agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustinus: Vinicius ingenium in numero habet.

DECLAMATIO SEXTA,

De patre & filio luxuriosis.

Quidam luxuriante filio luxuriari cœpit, accusatur a patre pro dementiæ. Contradicit.

Prima pars pro patre contra filium.

Accusator meus intra se contrarios habet affectus. Cuius reum damnari, crimen absolui, sed tu senex, inquit, hoc dico luxuria tua serius cœpit, citius desinet. Quidam summorum hominum dixerunt uoluptatem. Nihil est mihi opus præcipiente.

Habeo exemplum. Ostendi tibi luxuriam, quam in te non uidebas. Ebrietatem patri obijcit ebrius.

Pars altera pro filio contra patrem.

Adolescens luxuriosus peccat. Senex luxuriosus insanit. Nemo uitia quæ odit, imitatur. Quis imperator ob hoc de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? Non coërcet uitia, qui promoucat. Meam quoque luxuriam patri imputabo. Non sub seuera sui disciplina, non sub bene institutæ domus lege, quæ posset adolescentis formare mores, & à uitijs ætatis abducere. Quodammodo ad luxuriam à patre præmissus sum. Madent cani sanguento, & comessator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus uidetur.

DECLAMATIO SEPTIMA

De peregrino negociatore & formosa.

Quidam cum haberet formosam uxorem peregre profectus est. In uiciniam mulieris peregrinus mercator migravit, ter illam appellauit de stupro, adiectis precijs. Negavit illa, decessit negociator, testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam heredem, & adiecit elogium, quia pudicam comperi. Adijt hereditatem. Redijt maritus. Accusat adulterij uxorem ex suspitione.

Prima pars contra formosam.

Seram querelam detuli. Non accuso adulteram, nisi diuitem factam, post tantos impudiciæ quæstus, tacere iam nõ possum, confitendum hoc habeo, hac me causa absuisse. Tempus est de uxore & marito credi. Ferat matrona oculos iacentes in terram, & aduersus officiosum salutatorem, inhumana potius quam inuerecunda sit, longe ante suam impudicitiam neget ore, quam uerbo. Nemo fortiter negantem iterum rogauit. Omnium bonorum hæres sola esto, quia corrumpi non potuisti, quia tam feliciter pudicitiam custodisti. Tace paulisper nomen au-

* al. fideliter
toris.

toris. Nunquid nō testamēto uiri creditur? Adeo ne iam omnia pudicitia seculi nostri abiit, ut aduersus querimoniam uiri, sine no teste defendatur uxor? Muliebrium uitiorum fundamentum auaritia est. Quae potest non timere opinionem adulteri, potest non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo uestis cruentetur. Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui ueste perspicua sit, & nihil in corpore uxoris suae plus maritus, quàm quilibet alienus peregrinus agnouerit. *Futura aestimabo iudicia. Interim qui rogat, contemnit perit pudicam. Omnes te impudicam loquuntur, pudicam tuum & unus, & peregrinus, cui plus laudator quàm acculator nocet. Vxorem meam nusquam audiui pudicam, nisi in adulteri elogio. Deijce in terram oculos, & aures tuas externorum uerbis claude. Sibi quisq; pro te neget. Pudicam ille dixit, qui impudicam. Puto plus creditis ciui, quàm peregrino: maritum quàm adultero. Ipsum elogium corruptoris animo scripsit, qui pudicam, inquit, comperi, quod nulli praeter me contigit.

Pars altera pro uxore formosa.

Formosa est. Hoc natura peccauit. Sine uiro fuit, Hoc maritus peccauit. Appellata est. Hoc alius peccauit. Negauit, hoc dice. Haeres relicta est. Hoc feliciter. Haereditatem adiit. Haec consulto fecit.

LVCII ANNAEI SENECAE
DECLAMATIONVM
LIBER III.



QVOSDAM disertissimos agnouit uiros respondentes famae suae cum declamarent, in maxima omnium admiratione dicentes, simul has domesticas exercitationes secesserāt deservisse ab ingenio suo. Quod accidere plerisque aequè mihi mirum, quod certum est. Memini itaque me à Seuero Cassio quaerere quomodo

set, cur in declamationibus illi sua nō responderet eloquentia. In nullo enim hoc fiebat notabilius. Oratio eius erat ualēs cultu, ingētibus plena sentētis. Nemo minus passus est aliquid in actione sua ociosum esse. Nulla pars erat, quæ non sua uirtute sciret. Nihil, in quo auditor sine damno aliud ageret. Omnia nitētia & intēta aliquo, aliquid petētia. Nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. Verum est quod de illo dicit Gallio noster, cū diceret, rerū potiebatur, adeo omnes imperata faciebāt. Cū ille uoluerat, irascebātur. Nemo nō illo dicente timebat ne desineret. Nō est quod illū ex his quæ edidit æstimate. Sunt quidē & hic quedā grata. Verū eloquentia eius longe maior erat quàm lectio. Nō hoc ea portione illi accidit quæ omnibus ferē, quibus maiori cōmendationi est, audiri quàm legi, sed in illo longe maius discriminē est. Primū tantundē erat in homine, quantum in ingenio, corporis magnitudo cōspiciat, suauitas ualentissimæ uocis. Quāuis hæc inter se raro cōeant, ut eadem uox & dulcis sit & solida. Pronūtiatio quæ histrio nō posset producere, tamen quæ histrionis posset uideri. Nec tamen illo quicquā magis mirareris, quā quod grauitas quæ deerat uite, actioni supererat, quādiu citra iocos se cōtinebat, censoria oratio erat. Deinde ipsa quæ dicebat, meliora erāt quàm quæ sciebat. Vir enim presentis animi & maioris ingenij quàm studij, magis placebat in his quæ inueniebat, quàm in his quæ attulerat. Iam uerō iratus cūmodius dicebat. Ideo diligentissime caneabant homines, ne dicentem interpellarent. Vni illi proderat excuti, melius semper fortuna, quàm cura, de illo merebatur. Nunquam tamen hæc felicitas illi per suasit negligentiam. Vno die priuatas plures agebat, & ita ut alteram ante meridiem ageret, alteram post meridiem, publicam uerō nunquam amplius quàm unam uno die. Nec tamen scio quem reum illi defendere, nisi se contigerit. Adeo nunquam reorum ullam

mate

*hæc quibusdam grata.

materiam dicendi, nisi in periculis suis, habuit. Sine cōmentario
 nunquam dixit, nec hoc cōmentario contentus erat, in quo
 de res ponuntur. Ex maxima parte perscribatur actio. Illi
 quoq; quæ falso dici poterant annotabantur, sed cum proce-
 re nollet nisi instructus, libenter ab instrumentis recedebat.
 Ex tēpore coactus dicere, infinito se antecebat. Nunquā
 utilius erat illi deprehendi quā preparari, sed magis illi
 suspiceres, quod diligentiam non relinquebat, cum illi tam bene
 temeritas cederet. Omnia ergo habebat, quæ illum ut bene
 clamaret instruerent. Phrasin nec vulgarem nec sordidam, sed
 lectam. Genus dicendi non remissum aut languidum, sed
 *lentas, & concitatum: nec *lectas, nec uacuas explicationes, sed
 sensuum quā uerborum habentes: diligentia, maximū etiā
 diocris ingenij subsidium. Tamen non tantum infra se cum
 clamaret, sed etiam infra multos erat. Itaq; raro declamabat,
 & nō nisi ab amicis coactus. Sed quærenti mihi quare in de-
 mationibus impar esset sibi, hoc aiebat, quod in me mirari
 nē omnibus euenit. Magna quoq; ingenia, à quibus multū
 esse me scio, quando plus quā in uno emunuerunt operē
 giliū illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit. Ciceroni
 eloquentia sua in carminibus destituit. Orationes Salustii
 honorem historiarum *leguntur. Eloquentissimi uiri Platonis
 oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo dicitur
 est. Hoc non ingenijs tantum, sed corporibus uidemus accidere.
 quorū uires non ad omnia, quæ uiribus efficiuntur, aptæ sunt.
 Illi nemo luctando par est, ille ad tollendam magni ponderis
 sarcinā præualeat, ille quicquid apprehendit non remittit, sed
 procliue nitentibus uehiculis, moraturas manus iniicit. Ad
 mala ueni, alij ad aprum, alij ad ceruum canes faciūt. Equo-
 rum non omnium, quamuis celerrimū sint, idonea curricula
 locitas est. Quidā melius equitem patiūtur, quidā iugum.

* non leguntur.

ad morbum te meum uocem, Pylades in comœdia, Bathyllus in
 tragœdia, multū à se aberant. Numenio cū uelocitas pedū non
 concedatur tantū, sed obijciatur, lentiores manus sunt. Quidā
 cum hoplomachis, quidam cum Threcibus optime pugnat. Et
 quidā sic cū scena componi cupiunt, quomodo alteri est. In ipsa
 oratione quamuis una materia sit, tamen ille qui optime argu-
 mentatur, negligentius narrat. Ille non tam bene implet, quā
 preparat. Passienus noster cū cœpit dicere, secundū principiū
 statim fuga fit, ad epilogū omnes reuertuntur. Media tantum
 quibus necesse est audiunt. Miraris eundē nō æque bene decla-
 mare quā causas agere. Aiunt eundē non tam bene suasorias,
 quā iudiciales controuersias dicere. Silo Pompeius sedens cū
 fuscus & literatus, & disertus haberetur, * si à proclamāte
 dimitteret declamabat tam malè, ut uidear bellè optasse cū di-
 xi, nunquā surgas. Magna & uaria res est eloquentia, nec ad-
 huc ulli sic se indulsit, ut tota contingeret, satis felix est, qui in
 aliquā eius partē est receptus. Ego tamen & propriā causam
 uideor posse reddere: assueui non auditorem spectare, sed iu-
 dicem: assueui nō mihi respondere, sed aduersario. Non minus
 deuito superuacua dicere, quā contraria. In * scholastica quid
 non superuacū est, cū ipsa superuacua sit. Indicabo tibi affe-
 ctum meū: eum in foro dico, aliquid ago: cū declamo, id quod
 bellissime Censorinus aiebat, de his qui honores in municipijs
 ambitiose peterēt, uideor mihi in somnis laborare. Deinde res
 ipsa diuersa est tota. Aliud est pugnare, aliud uētilare. Hoc ita
 semper arbitratū est, scholam quasi ludū esse, forū harenam. Et
 uideo ille in foro primū dicturus, tyro dictus est. Agedum istos
 declamatores produc à senatu in forū, cum loco mutabuntur,
 uelut in assueta classe, & dilecta umbra corpora sub dio stare
 non possunt. * Non imbrem ferre, non solē sciunt, uix se inue-
 niunt. Assueuerunt enim suo arbitrio disertis esse. Non est quod

* si à prolo-
 cutione de-
 mum staret

* schola ista

* Non hyc-
 mem

oratorē in hac puerili exercitatione spectes. Quid si uelis gubernatorem in piscina aestimare? Diligentissime tibi me excusarem, tanquā huic rei non essem natus, nisi scirem & Pollionem Afiniū, & Messalam Coruinū, & Passienum, qui nunc primo loco stat, minus bene uideri quā Cestiuū, aut Latronē. Vtrum ergo putas hoc dicentiū uitiū esse, an audientiū? Non illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant. Pueri serē, aut iuuenes scholas frequentant. Hi non tantū disertissimis uiris, quos paulo ante retuli, sed etiā Ciceroni Cestiuū suū praeferrent, nisi lapides timerent. Quo tamen uno modo possunt, praeferūt. Huius enim declamationes ediscunt. Illius orationes nō legunt, nisi eas quibus Cestius rescripsit. Memini me intrare scholas, cū recitaturus esset in Milonem Cestius: ex consuetudine sua miratus dicebat, Si Thrax essem, Fusius essem: si Pantonimus essem, Partillus essem: si equus Melison. Non continui bilem, exclamans & si cloaca esses, magna esses. Risus omnium ingens, scholasticus intueri me, quis essem qui tam crassas ceruices haberē. Cestius Ciceroni responsurus, mihi quid responderet, non inuenit, sed negauit* se executurū, nisi exirem de domo. Ego negavi me in balneo publico exiturū, nisi lotus essem. Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere, subinde nactus eum in ius praetorē uoco, & cum, quantū uolebam, iocorū conuitorum effudissem, postulauit ut praetor nomen eius reciperet lege scripti maleficij. Tantā illi perturbatio fuit, ut aduocatione peteret. Deinde* ad alterum P. R. edixi, & ingrati postulauit. Iocorū apud praetorem urbanū curatorē ei petebam, interuenientibus amicis, qui ad hoc spectaculum concurrerant, & rogatus dixi molestum me amplius non futurum, si iurasset disertior esse Ciceronem quā se: uerū nec ut hoc faceret, uel iocorū serio effici potuit. Hanc, inquit, tibi fabellam retuli, ut serena declamationibus in tantum aliud genus hominū esse. Si comp

*Partilius

*se mansurum,

*ad alterum
Pr. eduxi,

riri
nore.
non p
ita fr
emi n
fesse
tenti
tim su
tenco.

C
scentes
isset, e
fors cu

H
dā, si e
nisi qu
ris, non
ptis pa
cum re
ts, sed p
alam, q
iorem p
superna

illis
eos a q
ab illis
cogenti
Vnus m

rari illis uolo, non ingenio mihi maiore opus est, sed sensu minore. Ita que uix iam obtineri solet, ut declamem, illud obtineri non potest, ut uelim. alijs quàm familiarissimis audientibus: & ita faciebat. Eius declamationes inæquales erant, sed ea que eminebant, in quacunq; declamatione posuisses, inæqualem eam fecissent. Compositio aspera, & que uitaret compositionē, sententię uiuę. Iniquum tamen erit ex his eum æstimari, que statim subtexam, non enim hæc ille optime dixit, sed hæc optime teneo.

Luxurius à sodalibus cæcatus.

Cæcus de publico mille denarios accipiat. Decem adolescentes cū bona sua comedissent, sortiti sunt, ut cuius nomē exisset, ex pacto excæcetur, & acciperet mille denarios. Exiit fors cuiusdā. Excæcatus est, petijt mille denarios: negantur.

Pars prima contra luxuriosum excæcatum.

Hi sunt oculi quos extimuidistis mariti. O legem abrogandā, si excæcat homines. Nulli Respublica dat mille denarios, nisi qui inuitus accipit. Dic nunc, miser homo, cū excæcaris, non dixisti. Resp. debilitatē consolatur, non emittit. Consumptis patrimonijs membra conferunt. Vtilius est Reip. unū cæcum repelli, quàm nouem fieri. Non solus à nobis petit alimenta, sed primus. Alam eum, qui propter debilitatem alitur. Non alam, qui propter alimenta debilitatur. Sic fit ubi homines maiorem partem uitę in tenebris ita agūt, ut nouissime solē quasi supernacuum fastidiant.

Pars altera pro excæcato.

Illis nouem nihil daturus est, nulli non fauorabilis erit, si eos à quibus excæcatus est deceperit. Circuuentus adolescens ab illis nouem ueteranis consumptoribus, solus, inquit, nouem cogentibus resistere non potui. Omnia ex cōposito facta sunt. Vnus mentionē intulit, omnes approbauerunt. Electus est, qui

q 2 sortiretur.

sortiretur. Sors huius quæ exiret prima, subiecta est. Cum repugnaret, excæcatus est. Si circumuentus est, inquit, iniuriam persequatur, de vi agat, talionem petat. Videbimus, primum est, ut habeat unde uiuat.

DECLAMATIO SECUNDA,

De parricida absoluto.

Quidam filium accusauit parricidij. Aquis sententijs absolutum abdicat.

Prima pars contra parricidam.

*fugio, Minus est iam quod rogo, non peto ut me à parricida iudicetis, sed ut separetis. Parricidã non accuso sed⁺ fugo. An iste accusatori parcat, qui patri non pepercit. Igitur nihil medium est inter testamentũ, & culeũ. Non est absolutus parricida, sed dubijs sententijs. Vt absoluaris, multis tibi sententijs opus est. Vt damneris, una. Non absoluerũt reũ, sed seculo pepercerũt. Miraris in hac ciuitate misericordiã, in qua lex absolutiõem dat à paribus tabulis? Queris quã multo nō placeas: si non adiecero, parricida es. Absolutiõne legi, non innocẽtiã debes. Absolutus, inquit, sum. Non abdicō te propter parricidũ, sed propter alia uitia, quæ te fecerunt tam credibilem parricidam.

Pars altera pro parricida.

Manifestus est adolescentis color, ut dicat se autoritate patris oppressum.

DECLAMATIO TERTIA,

De abdicato qui fratrem abdicatũ adoptauit.

Cum filio tricenario pater patrimonium diuidat. Quidã habuit filium fugi, & luxuriosum. Abdicat luxuriosum. Frugi, peregre profectus est. Captus est à piratis, scriptis de redemptione patri. Patre cessante, luxuriosus præuenit, & redemit. Redijt frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

Prima pars pro fratre adoptante.

Non est quod quisquam me laudet. Prior frater fecit inter

nos pietatis exemplū. Vnā nauigauit, unā periclitatus est, unā omnes emensus est terras. Non reliquit me, tandē ad paternam domum redūxit. Non est quod excusatione ætatis utaris. Potes nauigare. Vtriq; gratias agere debes. Frater me isti redūxit. Ego isti fratrem. Si tanquā inertem abdicasti, nauigauit, si tanquā impiū, suos redemit. Non potest eripi filio, quod lege accipit. Quomodo enim pater potest eripere, quod nō potest dare? Pars altera contra filium adoptantem.

Mihi necesse est abdicare, quē nolo. Hoc uno hoc alteri placeat, quo uterq; patri displicet. Vtatur medicina qua cogimur, quod in uulneribus periculosus fieri solet, ut malū cū ipso corpore excetur. Adoptare adolescenti permittitis, quē lex in diuidendo patrimonio experitur. Lex te ad ministeriū patrimonij admittit, non in dominium. Est aliqua ætas, à qua filius esse desinat? Nec tricenario quidem filio adoptare licet. Neq; enim quisquā potest alium in manū suam recipere, qui ipse in aliena manu est. Quomodo fieri potest, ut tibi potestas uitæ necisq; aut in fratrem sit, aut in filiū non sit? Si bene de te meruerat, patrem pro illo rogasses. Nam quod ego nō redemi, paupertatis fuit. Nihil in medio comparebat. Quicquid tricenarius reliquerat, abdicatus abstulerat. Quid facerem solus, senex, inops, cuius patrimoniū alter diuiserat, alter absumpserat?

pro filio

DECLAMATIO QUARTA,
De seruato filio.

Seruatus cōtra seruatorem nequaquam habeat actionē. Seruatus à filio eum abdicat. Ille prescribit.

Prima pars contra filium seruantem.

Licūisset perire, cui nō licet loqui. Seruatum me putas? Captus sum. Redde me hosti. Captiuus loqui licet. Quoniā tantopere beneficia uitæ iactatis audite quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, seruatorē uocabo. An uos abdicationem

putatis actionē, etiam si actio est lex quæ de seruato loquitur, ad personas tantū extraneas pertinet. Ad filiū, & ad patrem non magis, quàm ad seruū, et dominū, libertum et patronū. Vt à patria potestate discedas, & ad æstimationem beneficij uenias, qui dat uitam, si prior accepit, nō obligat, sed reddit. Proceſſi in acie in exemplū filio meo. Vicit me non hostis, sed etas. Seruauit me, quē sepe seruauerā. Rediuuium me senē meretricis uocat. Parasitorū iocantium materia sum. Omnibus istis tantquam seruatoribus tacere iubeor. Fili si uiuere mihi non licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te protexi. Ita tu adoleſcenti in acie non ante patrem stetit? Audite filij mei gloriam, Parricidium non fecit, cū posset seruare, seruauit.

Pars altera pro filio seruante.

Hic me genuit. Hic mihi spiritum, hic mihi has manus, quibus seruaretur, dedit.

DECLAMATIO QUINTA,
Quæ est de rapta incontinente.

*optet.

Rapta, raptoris aut mortem aut indotatas nuptias *prelo
Raptor postulat, ut rapta ducatur, pater non uult.
Prima pars contra raptorem.

*educor.

Iste raptor est. Ego in ius *adducor. Nō est enim tam facile
homini probo occidere, quàm per dito mori. Cōmunis, inquit, hoc
est, dii faciāt, ne cogas me experiri, an tota mea ista sit. Quādo
ergo, inquit, optabis? Hoc tēpore nō possum, Curo uulnera. E
nuliā reficio. Expugnatā domū lugeo, erectā uirginitatē con
solor. Minantē sibi ipsi custodio. Quando optabis? Cū rapta
luerit, non cū raptor. Quādo optabis? Cū tu non uoles. Quo
do, inquit, optabis? paro me optioni. Confirmo animū. Non
facile hōiē occidere, premo interim gematus meos, & inter
sus *herentes lachrymas ago. Scio quid futurum sit. Vultus
meus decipit. Stulte quinquam morari putas nuptias filie

*labentes:
aliās, crum
pentes

In securim incurris, & carnificem ultro uocas. Cū rogare de-
beas, conuiuium facis. Nemo uindicare se cogitur.

Pars altera pro raptore.

Nihil est miserius quā incertū inter uitam mortemq; desti-
tū. Tam beneficiū erit etiam si mortē optauerit. In amorem fi-
lie istius incidi. Appellare de nuptijs debui patrem, Feci, Sed
uidete quā etiam in lege lentus sit. Raptor uitam alicui arbitrij
habet, libertatem sui. Lex cōmunis est. Habet hic raptor quod
timeat. Habet & quod sperare possit. In lege, inquit, nō est scri-
ptum quando, imō statim. Quoties tēpus nō adiicitur, præsens
intelligitur. Tam longum tibi ius in caput ciuis *permittitur.
Cruelius est quā mori, semper timere mortem.

* non permit-
titur.

DECLAMATIO SEXTA,

De domo cum tyranno incensa.

Damni illati sit actio. Quidam tyrannum ex arce fugien-
tem cum persequeretur, in priuatam domum compulit.
Incendit domum. Tyrannus cum domo conflagrauit, premio
accepto, agit cum illo dominus damni.

Pars prima pro tyrannicida.

Cur non exclusisti? Quare recepisti? quare nullam aliam
domū tyrannus petijt? Nemo nō uenienti domū clausit. Aditū
in domū non *habui. Non gaudes te aliquid impendisse publi-
ce libertati? Hic est in cuius domo tyrannus occisus est. Tan-
quam tyrannicida, monstraris. Redde, inquit, domum. Ita uiuo
tyranno non perdideras, tyrāni amicus, tyranni satelles, certe,
quod *negari non potest, hostes. Diu expectaui, an eijceretur
tyrannus. Facilius potes accusare aut te, qui tam familiaris ty-
ranno fuisti, ut illi maxime tua placeret domus, qua illum re-
cepisti: aut tyrānum, qui tibi damnum dedit, quod in tuam do-
mum confugit. Aut ut culpa te liberem, facilius potes accusare
fortunam, quæ tyrannum potissimum ad te detulit.

* habuit, qui
in arcem ha-
buit.

* negare non
potes,

Pars altera contra tyrannicidam.

Eius debet esse dānum cuius est prēmium. Nō est iniquum eius rei tibi iniuriam imputari, cuius fructū percepisti. Nō elegit domum tyrannus, nec enim hoc illi uacabat, sed in eam quam potuit irruerat. Cum ego in ea non essem, nactus hic occasionem nocendi, intrare noluit, sed tyrannicidium elegit, dubium, lentum, periculosum urbi: accepit prēmium, maus sine dubio, *quām si damnum sarciret.

*quām sit
damnū. Sarcire debet.

DECLAMATIO SEPTIMA,

De ueneno dato filio furenti.

Filio furenti, & sua membra lanianti pater uenenum dedit. Accusatur ab uxore male tractationis.

Pars prima contra maritum.

Non mirum est quare uiuat, quæ filium perdidit. Viuit qui occidit.

Pars altera contra uxorem.

Quem quotidie perdebam, aliquando extuli. Falleris misera mulier, in orbitatis tuæ tempore, nō perdidisti filium nunc, sed extulisti.

Extra controuersiam.

Alfius Flauus hanc sententiam dixit. Ipse sui & alimentum erat & damnum. Hunc Cestius quasi corrupte dixisset oburgans, Apparet, inquit, te Poëtas studiose legere. Iste sensus est eius, qui hoc seculum amatorijs non artibus tantum, sed sententijs impleuit, Ouidius enim in libris Metamorphoseon dicit,

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

DECLAMATIO OCTAUA,

De patre qui accusatur concursum fecisse.

Qui coetum & cōcursum fecerit, capitale sit. Victa Olyntho, cum filio adolescente Olynthius senex Athenas uenit.

nit. Athenienses omnibus ciuitatem Olynthijs decreuerunt. Inuitatus ad coenam ab adolescente luxurioso, cum filio uenit. Ibi cum de stupro filij mentio esset, pater profugit. Filius retentus est. Pater flere ante domũ cœpit, incēsa est domus. Decem adolefcentes perierunt, & filius Olynthij. Accusatur pater, quod cœtum concursusq; fecerit.

Prima pars pro reo concursus.

Mifero si flere nō licet, magis flendum est. Imperari dolori silentiū non potest. Fuerunt ex populo qui dicerent, hic meum filium, hic meā corruptit uxorē. Suum quisq; illō & ignem attulit & dolorem. Timeo fili ne dum te quæro, in ossa alicuius raptoris incidā. Vbi Athenarum fides? Vbi hospitales inuicem dextræ? Capti inquā fili sumus. Dum licet fugiamus, sed tanquam à Philippo. Pariter apud Philippum certe uiri fuimus. Lachrymæ meæ uocantur in crimen, quasi ex quo Olynthus capta est, flere desierim, Tantus scilicet sum, ut ea ciuitate populam concitare potuerim, in qua filiū seruare non potui. Non quoties cōuenerunt in aliquem locū plures, cœtus & concursus est, sed quoties cōuocati, quoties parati, quasi ad ducē suum concurrerunt. Non si una uicinia coit, aut si transeuntiū paucorum numerus affluxit, sed ubi totus, aut ex parte magna populus, Vbi diuisa est in partes ciuitas Cœtus multitudinis magnæ nomen est, cœuantis ex consensu quodam. At illic initio pauci fuerunt. Deinde reliqui nō ad me conuenerunt, sed ad incendium, quod tamen populus maluit spectare, quàm extinguere. Lex non eum punit, propter quem cœtus factus est, sed eum à quo cœtus factus est. Non mihi tanti ultio fuit, ut amittere filium uellem, & tentauim populum rogare, nec potui.

Pars altera contra reum concursus.

Quid cœtu opus est? Sunt scriptæ ad uindictam iniuriarum omnium leges. Mota semel multitudo modum non seruat

Ardere illo incendio ciuitas potuit.

DECLAMATIO NONA,

De cruce serui uenenum suo domino negantis.

AEger dominus petijt à seruo ut sibi uenenum daret. Non dedit. Cauit testamento ut ab hæredibus crucifigeretur. Appellat seruus tribunus.

Prima pars pro seruo.

Lex Cornelia te appello. Ecce hæres iubet, quod tu uetas. Ne quis illū domino displicuisse putet, tūc huic parari crucem iussit, cum sibi ueneni. Plura serui crimina confitemur, intemptiuas potiones, inutiles cibos desiderari negauit. Quid enim non uoluit qui ueneni petijt? Maluit crucē pati, quam mereri. Si uincitur, periturus est. Si uincit, seruiturus est ei, à quo in crucē petitur. Ex altera parte lex est, ex altera testamentū. Crucem utriusque. Furiosus seruum sine causa occidere uoluit. Quæritur insaniæ argumentum? Et seipse uoluit occidere. Seruo, inquit, tribuni num possunt succurrere. Seruum natum, regem habuimus. Seruo indice, patefacta est Bruti liberorū cum Tarquinio cōiuratio. Ergo nihil interest, uenenum domino aliquis dederit an negauerit? Etiam ubi remediū est mori, scelus est occidere. Tam cito uos de uita domini seruū desperare uultis quam heredem? Mortem si supplicium putas, quid rogas? Si beneficium, quid minaris? Venenum quisquam obicit, nisi datum? Finitum ullum facies tribunitiæ potestati? quam P. R. ut ipse plurimum posset, ualere plus quam se uoluit. Venenum habere scelus est, tam magnum quam dominum occidere.

Pars altera contra seruum.

Mori uolens elegit huic ministerio nequissimū seruum, prodacem, infestū sibi. Ille non saluti consuluit domini, quæ uidebat insanabili morbo tabescere, sed tormēta extendit. Seruus heredis imperij non censor est, sed minister. Agitur de iure testame-

mentorū, quorū interijt omnis potestas, si uiui neglexerint im-
peria mortuorū. Tribuni ne ferent, ut sur præferatur domino?
Non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuos?

LVCII ANNAEI SENECAE DE-
CLAMATIONVM LIBER IIII.

QUOD munerarij solent facere ad expectatio-
nem populi detinendam, noua paria per oēs dies
dispensant, ut sit quod populum & delectet &
reuocet: hoc ego facio, nō semel oēs produco, ali-
quid noui semper habeat libellus, ut nō tantum sententiarū uos,
sed autorum nouitate sollicitet, Acrior est cupiditas ignota co-
gnoscendi, quā nota repetendi. Hoc in histrionibus, in gladi-
atoribus, de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus de-
nique rebus uidemus accidere. Ad noua *omnes cōcurrunt, ad *homines
noua cōueniunt. Non tamen expectationē uestram macerabo
singulos producendo, liberaliter hodie & plena manu faciam.
Pollio Asinius nunquam admissa multitudine declamauit, nec
illi ambitio in studio defuit. Primus enim omnium Romanorum
aduocatis hominibus scripta sua recitauit. Et inde est quod La-
bienus homo mentis quā linguæ amarioris dicit, ille trium-
phalis senex τῶν ἀγῶν, id est, declamationes suas nunquā po-
pulo cōmisit. Siue quia parū in illis habuerit fiduciæ, siue, quod
magis crediderim, tantus orator inferius id opus ingenio suo
daxerit, exerceri quidem illo uolebat, gloriari fastidiebat. Au-
diui autem illum & uiridem & postea iam senem cum Mar-
cello Esernino nepote suo, quasi præciperet. Audiebat illum
dicentem, & primum quidem disputabat de illa parte quam
Marcellus dixerat, prætermissa ostendebat, tacita leuiter im-
plebat, uitiosa coarguebat. Deinde dicebat partem cōtrariam.
Floridior erat aliquādo in declamando, quā in agendo. Illud
strictum

strictum eius & asperum & nimis ratum incendio suo iudicium, adeò cessabat, ut in multis illi uenia opus esset, quæ ab ipso uix impetrabatur. Marcellus quãuis puer iam tantæ indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successione eloquentiæ succederet, cū filiū Asiniū Gallum relinqueret magnū oratorem, nisi illū (quod semper euenit) magnitudo patris nō produceret, sed obrueret. Memini intra quartū diem quam Aterium filium amiserat declamare eum nobis, sed tanto uehementius quam unquam, ut appareret hominū naturā cōtumacē cum fortuna sua rixari. Nec quicquā ex ordine remisit uitæ solito. Itaq; mortuo* in Syria Casare per codicillos questus esset diuina gustus, ut erat mos illi clementissimo uiro, nō ciuilitate tantum, sed etiā familiariter, quod in tam magno & recenti luctu homo charissimus sibi, pleno conuiuio cœnasset, rescriptis Pollio, eo die cœnaui, quo Aterium filium amisi. Quis exegerit maiore ab amico dolorem, quàm à patre? O magnos uiros quæ fortunæ succumbere nesciūt, & aduersas res suæ uirtutis experimenta faciunt. Declamauit Pollio Asinius intra quartū diem, quàm filiū amiserat. Præconium illud ingentis animi fuit in suis insultantis. At contra Ateriū scio tam imbecillo animo motes sex filiorū tulisse, ut non tantum recenti dolori cederet, sed ueteris quoq; & obliterati memoriā sustinere non posset. Memini cum diceret controuersiam de illo, qui à sepulchris fratrum filiorum abstractus iniuriarum agit, mediā dictionē fletu cōinterrumpi, deinde tanto maiore impetu dixit, tanto miserabilius, ut appareret, quàm magna interim pars esset ingenij, & dolor. Declamabat Aterius admissio populo ex tempore, sed omnium Romanorū, quos meo tempore cognoui, in Latinam linguam transtulit græcam facilitatē. Tanta illi erat uelocitas dictionis, ut uitium fieret. Itaq; diuus Augustus optime dixit, Aterius noster* sufflamandus est. Adeò non currere, sed decurrere

*in Lycia

*sufflamandus. al's suffulandus

videbatur, nec uerborū tantū illi copia, sed etiam rerum erat, quoties uelles eandem rem, & quamdiu uelles diceret. Alijs tones figuris, alijs tractationibus. Ita ut nec regi posset, nec consumi. Regi autem ab ipso nō poterat, * aliquando libertū habebat, cui & parebat, & sic ibat, quomodo ille aut concitauerat eum, aut refrenauerat. Iubebat illum transire cum aliquandiu locū dixerat, transibat, insistere iubebat, eodē loco permanebat. Iubebat epilogum dicere, dicebat. Habebat in sua potestate ingenium, in aliena modum. Diuidere cōtrouersiam putabat ad rem pertinere, si illum interrogares, non putabat, si audires. Is illi erat ordo, quem impetus dederat. Ac non dirigebat se ad declamatoriam legem nec uerba custodiebat. Quaedam enim scholae iam quasi * obsoleta refugiunt, nec si qua sordidiora sunt, aut ex quotidiano usu repetita, possunt pati. Ille in hoc scholasticis morē gerebat, ne uerbis calcatis & obsoletis uteretur. Sed quaedam antiqua & à Cicerone dicta, cæteris deinde deserta dicebat, quæ nec ille quidē orationis citatissimæ cursus poterat abscondere. Adeò quicquid insolitū est, etiam in turba notabile est. Hoc exempto, nemo erat scholasticis nec aptior nec sublimior, sed dum nihil uult, nisi culte, nisi splendide dicere, sæpe incidebat in ea, quæ derisum effugere non possent. Memini illum (cum libertinum reum defenderet, cui obijciebatur, quod patroni concubinus fuisset) dixisse. Impudicitia in ingenio crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Res in locos abijt, non facis mihi officium, & multum ille hic in officijs uersatur: ex eo impudici & obsceni, aliquandiu officiosi uocati sunt. Memini & illam contradictionem sic ab illo positam, magnā materiam Pollionis Asinij, & tunc Cassij Scueri locis præbuisse. At, inquit, inter pueriles cōdiscipulorum sinus lasciuia manu obscæna * inijsi, & pleraq; huius generis illi obijciebatur. Multa erant quæ reprehēderes, multa quæ suspi-

* aliquando

* aliquem

* obscæna

* iusisti,

ceres,

ceres, cum torrētis more magnus quidem sed turbidus fueret. Redimebat tamen uitia uirtutibus, & plus habebat quod laudaret, quā cui ignosceres, sicuti in ea, in qua fleuit declamatio.

DECLAMATIO PRIMA

De patre raptō à sepulchris trium filiorum ab adolescente luxurioso.

Quidam amissis tribus liberis, cum a sideret sepulchris luxurioso adolescente in uicinos hortos deductus est, & de tonsus. Coactus conuiuio interesse, mutata ueste, dimissis iniuriarum agit.

Prima pars pro raptō à sepulchris trium filiorum.

Nunquā lachrymæ opprimuntur imperio, sed etiā iritantur. Nulla flendi maior est causa, quām flere non posse. Raptus me qualem in cōuiuio puderet uenire, dimisit, qualē ad sepulchrum redire puderet. Credo mirari aliquē, quod in forum amissis meo liberis, ueniā. At ego iam in cōuiuio fui. Quousq; inquit, amissis? Est quēdā in ipsis malis miserorū uoluptas, & omnis uersa fortuna habet in querelis leuamentū. Ibi me flere probes, ubi crudeliter ipse non fletes. Cum miserrimum sit flere, quā infelix sum, cui ne hoc quidem licet, Vidi ebriorū sitim, & uomentū famem. Quis est iste, qui supra lugentē patrem celsuram lugendi postulat? proiectus in omnia gule libidinis & gigitia, omnibus denotandus censoribus, seculo præcepta commisit. Scit quantum super amissis tribus filiis patri flendum. * cui si uiueret pater, fleret. Senex, orbis, infelix, hoc tantū ter miseras solatium capio, quod miserior esse non possum. neres meorum in sepulchro uideo. Magnum solatiū est appellare sæpius nomina filiorum non responsura. Hic mihi uicidum est, nec de nuptijs, nec de liberis cogitandum. Dirū occurrit, cogit flere, qui non sinit. In illo conuiuio morari, & felicis patris esset iniuria.

* amissos tres filios

* quē si uiuerent patrem flerent.

Pars altera contra raptum.

Quæstus fui prius de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contingerent. Nemo amicus, nemo, inquam, propinquus est. Sed melius, ut uideo, illius rabiem nouerant. Festos dies sodales, amiciq; ineunt: Quorum unus, quid hunc miserum sic perire patimur? Nemo sibi ipsi finem flendi fecit. Pudet illos desinere, Cogi uolunt. Consolarer cum diutius, nisi iam & accusare posses.

DECLAMATIO SECUNDA

De Metello coacto ne fungatur sacerdotio pristino.

Sacerdos integer sit. Metellus pontifex cum arderet Vesta: Stemplum, dum Palladiū rapit, oculos perdit. Sacerdotium illi negatur.

Prima pars pro Metello.

Vesta mater fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli. Plus eorū interest, ne Metellum sacerdotē, quàm Metelli, ne sacerdotium perdat. Non erat tantus Metellus, cum illi sacerdotiū dedimus. Ciuitas sollicita pendebat. Duo periclitabantur, quibus nihil populus habebat pretiosius, sacra & Metellus. O faciendum sacerdotem, nisi esset. Lex integrum ad animum refert non ad corpus. Lex æstimari hoc uoluit, tunc cum quis peteret, non cum haberet sacerdotium. Habes Vesta duplex pontificis tui meritum, seruauit sacra, nec uidit.

Extra controuersiam.

Pollio, Ante hoc si cæcus factus esset, non abstulisset. Si postea cæcus factus est, uidit.

Pars altera contra Metellum.

Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res uitanda est. Hoc in uictimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? Post sacerdotiū magis obseruanda est debilitas. Non enim sine

ira

ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitios deos sacerdoti, quem ne seruari quidem seruant.

Extra controuersiam.

Hunc colorem Gallio non probauit, summo cum honore Metelli. Afferens contra Metellum agendum ita, ut cogatur cum iudicibus officio pontificum & ipse consulere.

DECLAMATIO TERTIA

De patre exule & filia raptā.

Imprudētis cædis dānatus quinquēnio exulet. Raptā raptoris mortē aut indotatas nuptias optet. Cū quidā haberet filiū & filiū, imprudentis cædis dānatus, in exilium abiit. Filia eius raptā est. Raptor ad patrē puellæ se cōtulit. Impetrauit ab illō, ut iuberet filiam nuptias optare, & epistolam daret ad filiū. Fratre autore, mortē optauit puella. Pater rediit, abdicat filiū.

Prima pars cōtra filiū.

Quomodo me excusabo Reipub. cui duos abstuli? Neutrū mea culpa. In altero me fortuna decepit, in altero filius. Filius etiā fratri paruit. Filius nec patri. * Per humanos, inquit, errores agnoui preces meas. Potes, inquit, omnibus hominē ostēdere, quē non possis occidere. Scis me ciuem debere Reipublicæ. Hoc intererit tamen, quod imprudētes occidimus, prudētes seruauimus. Aliquem in * exilio intra fortunam meam uidi.

Pars altera pro filio.

Irrupit contumeliose tanquā in exulis domū. Peruenit ad patrem, nō pepercit eius * dolori. At ego querebar, quod absens fecit iniuriam. Nō possum ob hoc abdicari, quod lege factū est. Non potuisti pater de iniuria iudicare, quam non nouerat. Multa nobis extorquentur, quæ nolumus scribere, & tu in cōfortuna eras, in qua posses iniuriam accipere, & ille is erat, qui etiā in patria posset iniuriam facere. Quia sciebat malam causam suam, egit * apud illum, qui eam non nouerat. Redit

* Pater humanū, inquit errare est. At nosti preces meas.

* exemplo

* pudori.

* apud eum qui illum nō nouerat.

superbus, iubebat, & nos optare nuptias cogebat. Videbatur sic & illic coëgisse. Aliquid tamen epistolis consecutus est. Nemo unquam tardius periit. Collegit ingentem numerum perditorum. Expugnauit domū, Vexauit puellam. Hoc tibi raptor non narrauerat.

Extra controuersiam.

Latro aiebat semper inuisum esse, qui reum alium pro se subijceret. Non oportet hoc deriuari factū, in sororis uoluntatem. Qui defendit, inquit, crimen, auditur tanquā reus: qui transfert, tanquā accusator. Malo autē loco est, qui habet rei fortunam, accusatoris inuidiā. Asinius Pollio dicebat colorē in narratione ostendendū, in argumentis exequendum. Imprudenter eos facere, qui in narratione omnia instrumenta coloris consumerent. Nam & plus eos ponere, quā narratio desiderasset, & minus quā probatio.

DECLAMATIO QUARTA,

De eo qui armis sepulchri factus est uictor.

Sepulchri uiolati fit actio, Bellum cum esset in quadam ciuitate, uir fortis in acie amissis armis, de sepulchro uiri fortis arma sustulit, Fortiter pugnauit, et reposuit. Premio accepto, accusatur sepulchri uiolati.

Prima pars pro uiro forti.

Arma uix cōtigeram, secuta sunt. Hæc si sumo, arma sunt. Si relinquo, spolia. Vidisses iam uerē uiolari sepulchrum, si illō uemisset hostis. Vterq; quod alteri deerat commodauimus. Ille uiro arma, ego armis uirū. Resp. multū consecuta est. Vir fortis nihil perdidit. Neccitas est, quæ nauigia iactu exonerat. Neccitas est, quæ ruinis incendia opprimit. Neccitas est lex temporis. Quicquid fit nō legitime pro legibus, melius est. Pro ipso sepulchro actum est, in quo notiora sunt arma iterum uictoria. Pro Republica plerunq; templa nudantur, & in usum stipendij

stipendij dona conſtamus.

Pars altera contra uirum fortem.

Reum habemus, in praelio inertē, in fuga audacē, in utroque turpē, non minus patrociniō, quā crimine. Arma sua perdidit. Hoc excusari nō poterat nisi rapuiſſet aliena. Rapuit aliena. Hoc excusari non poterat, nisi et sua perdidisset. Arma uirtutia, arma consecrata dijs manibus, arma quae te quoque fecerunt uirum fortē. Reposui, inquit, arma. Gloriat, quod nō et illa perdidit. Nō teneor lege, quia reposui. Tam teneris hercule, quā qui uulnerauit aliquē, licet uulnus sanauerit, quā qui surripuit aliquid, licet deprehensus reddiderit. Non est hoc illi crimen propter uirtutem donandum. Iam gratiā uirtuti retribuimus, praeemium consecuta est. Aequos nos esse conuenit. Vnum uirum fortem honorauimus, alterum uindicemus.

DECLAMATIO QVINTA,

De priuigno medico & nouerca moriente.

Abdicauit quidā filiū. Abdicatus medicinae studuit. Cū pater aegrotaret, & medici negarent posse sanari, sanauit. Reductus est patri, aegrotare nouerca coepit. Desperauerunt medici, Rogat pater filiū ut curet nouercā. Nolētem abdicat.

Prima pars pro filio medico.

*abdicatione
me pater aegrotaret, reducto nouerca?

Quo pacto istud euenit, ut *abdicatione mea pater aegrotaret, reducto nouerca? Pietati cessere morbi, medicinā relinquit. Multū laboris, multū uigiliarū. Adijce huc quod qui sanauit ingrati sunt, & medicus possum decipi, & non possum priuignus excusari. Eundem, inquit, medici morbum esse dicunt. Nempe illi, qui negauerunt te posse sanari. Ego uero cecidi domo, si fateris illam sic posse sanari. Timeo fortunam. Impetabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me nō posse non credit. Omnes medici negant, & nunc diligentiores fuerunt, quia

te decepti sunt. Non sum tantæ scientiæ, quantæ uideor. Magis præceptoribus opus est. Ego abdicatus studii. Quæris quomodo te sanauerim? Nō tibi medicus, sed filius profuit. Desiderio laborabas. Gratū tibi erat, quicquid meis manibus acceperas. Ut primū intraui, recreatus es. Quid in te curandum esset, aduerti. Hæc nō eodem morbo laborat. Multa sunt dissimilia: sexus, ætas, animus. Nihil magis ægris prodest, quàm ab eo curari à quo uolunt. Temerarijs remedijs graues morbi curantur, quibus uti non audeo in nouerca.

Extra controuersiam.

Non oportet adolescentem quicquam noueræ succensere, alioquin odit & gaudet. Ferendus est adolescens, si se excusat. Non est, si ulciscitur.

Pars altera contra filium medicum.

Lugendum est, flendum est, in hoc me conseruasti. Hostis aliquando uulnus sanauit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit, nemo enim uult filio curationem præripere.

Extra controuersiam.

Pollio dicebat, inter patres & filios, id solum iudex putat licere, quod oportet.

DECLAMATIO SEXTA,

De indistinctione filij & priuigni.

Quidam mortua uxore quæ in partu perierat, duxit aliam, puerū rus misit. Ex illa subinde sustulit filiū. Virūq; puerū ruri educauit. Post lōgū tēpus redierūt similes. Quæretī matris uerū esset, nō indicauit. Accusatur ab ea malæ tractatiōis.

Prima pars pro marito,

Quid fletis pueri? securi estote. Nō minime iā lites sunt, & nondū indicauit. Quilibet erit nouerca, * quæ sic fieri cupit? * quæ fieri cupis? Alter tuus est. Alter tui frater est, & si per te licuerit, neuter priuignus erit. Dū alterius uis esse mater, utriusq; es nouerca.

Si coëgeris, mentiar. Non mater, sed nouerca decipieris. Hoc ipsa noluit natura distingui. Indicarē, nisi tā pertinaciter quærereris. Hic tuus est. Quid alterū nouerca libus oculis intueris? Ille tuus est. Vni tibi contigit, ut habeas priuignum, & non su nouerca.

Pars altera contra maritum.

Male tractationis agit, Filius eius rus ablegatus à patre, et educatus est, sic, ut ignotus esse posset & matri. Tibi redijt uterq; filius, huic uterque priuignus. Eo crudelius filio caret, quò propius accessit. Times huius iniquitatem, cum iniquius magis ipse ames eum cui alterius uis donare matrem, quam cui non uis reddere suam.

Extra controuersiam.

Quod ad colorem pertinet uiri, Hispano Romanus, & Silio Pōpeius hoc usi sunt. Nescio, & ideò non indico tibi. Quid em miscuerūt etiā, & utroq; usi, dixerūt, Nescio, & si scirē, non indicarē tibi. Quod Latro & Cestius, sed & Asinius Pollio neutrum colorem probabat. Si dicit, inquit, nescio, nulli fidē facit. Vxor ipsa nō quæreret ab eo, nisi ille scire posset. Dicit contra uirū potest, quære à nutrice & pædagogo. Verisimile non est, neminē domi esse qui sciat. Ille autē mixtus color utrumq; corrūpit, & ignorātis fidē, & non indicātis fiducia. Nā cū dicit, etiā si scirem, nō indicarē, efficit ut illū iudex scire putet, cum dicit nescio, efficit, ut uideatur indicare debere, si sciat. Hoc autem ipse colore usus est, quē aiebat * simplicissimum, scio, sed non indico, quia pueris hoc utile est, & tuo filio. Magis amaturus sum eum, qui matrem uidebitur non habere.

DECLAMATIO SEPTIMA,

De tyrannicida, & adulterio tyranni.

Tyrannicidæ præmium detur. In adulterio deprehensus à tyranno, gladium extorsit à tyranno, et occidit eū. Petiit præmium

* simplicissimum,

præmium, Contradicitur.

Prima pars contra tyrannicidam.

Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrannus armasset. Cuius adulter non fuit qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis, quod deprehensus in adulterio mori noluit. Tyrannicida nos-
ter iure occidi potuit à tyranno. Certamen in pari conditione contractum publica fortuna distraxit. Non innocentior uicit, sed fortior. Tulit secū tyrannus gladium. Sic enim occisuri ueniunt. Cur solus ad præmium uenis? tyrannum certe occidisti cum adultera. Non lorica, clypeum uel sumpsit, sed tenuē ac perlucidam uestem, perfusus unguento intrauit cubiculum, in quo non esse tyrannum diligenter agnouerat. Tyrannicida nos-
ter ne tyrannū inueniret, optauit. Ducat tyrannicidā in arcem tyrannus, non uxor, odiū, non amor, ascensurus ferat animum, ferat ferrum, eat illō ubi inueniat tyrannum. Omnia honesta opera uoluntas inchoat, occasio perficit. Sæpe honorata uirtus est, etiam ubi eam sefellit exitus. Scelera quoque; quamuis citra exitum subsederunt, puniuntur. Nec infelix uirtus amittit glorie titulū, nec gloriā uirtutis intercipit fortuita felicitas. Nunquam maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret, si etiam id libido* permitteret. Nouo inauditoque more pugnabant. Tyrannicida pro adulterio, tyrannus pro pudicitia. Occidisti tu maritū, fortuna tyrannū, tyrannum cadere reipublicæ uolo. Occidat illū ciuis iratus, misceat maledicta uulneribus, qualia in adulterum maritus contulerat. Ab adulteræ osculis ad præmium curris. Nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat tyrannū. Pop. Romanus ueneno uinci hostem noluit, proditione noluit. Honorabo subitum tyrannicidium, non honorabo fortuitum, non coactum.

* promittet.

Pars altera pro tyrannicida.

Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranno profuit
quod

qui inermis quod habuit? In eo quod inermis ad tyrannū uenit, non minor uirtus est, sed periculū maius. Nō querās quid in arcē tulerim, tyranniciū detuli. Non est gladius meus, sed manus mea est, sed animus meus est, sed consiliū, sed periculum, sed tyranniciū meum. Adulterium uocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium? Diligenter arce munita occasionem querens, tentauī seruos, tentauī amicos. Per uxorem solam fuit occasio. Non putauī adulterium uxorem tyranni polluere, sicut nec homicidium, tyrannū occidere. Ferrum in arcem ferre periculosum erat, inuenire facile. Si tyrannum inquam inuenero obuium, qualibet res telum erit. Certe semper solet secum tyrannus habere ferrum. Gladius inter duos fortioris est. Quis sollicitus fuit aduicem ne non deprehenderet.

DECLAMATIO OCTAUA,
De patrono operas dimissas repetente à liberto.

PER uim metumq; gesta irrita sunt. Bello ciuili patronus etus & proscriptus, ad libertū confugit. Receptus est a eo, & rogatus, ut operas* dimitteret. Remisit, Consignatus facta restitutus* exigit operas. Contradicit.

Prima pars pro patrono.

*remitteret. Patronus à liberto restitutionē peto. Si pacisci tūc à me noluiſſes operas, spopōdiſſem. Bona bello perdidī, ad restitutionē nudus ueni. Nunc libertorum operas desidero. Profer *tabulas crudeliores tabulae Syllanae pscriptiois. Perſequatur illa quae uicerat. Haec psecutae sunt, quos receperat. In illa ultio fuit perfidia. Deniq; illa iam desijt, haec pſeuerat. Nō mea, inquit, sed aliena uis fuit. Aequè dignus est poena, qui ipse uim adhibet, ut quod alio admota, ad lucrū suū utitur. In hūc primū incidi. Et cum meo ne* offēderem, secutus sum hoc exigentem. Non recedam.

me, sed inclusit. Nihil est uenali misericordia turpius.

Pars altera pro liberto.

Nihil tibi opus est potestas. Scisti illum *parere, etiam cum *parem,
cogi non potest, quaslibet indicas operas. Nunquam tamen in-
diceas ita periculosas, quam indixisti. Habeo iudicia tua. Bene
de seruo iudicasti, manumifisti. Bene de liberto. Poscriptus po-
tissimum ei te comifisti. Si uoluiffem, patronum non habere po-
tui. Vnus ex proscriptionis fuisti, qui tunc posses etiam rogari.
Restitutio tibi proscriptionem remisit, non quicquid in pro-
scriptione gestisti rescidit.

Extra controuersiam.

Omnes inuerti sunt in libertum. Varius Geminus, & Otto
Iunius egerunt leuius, ut patronus remissurus uideretur ope-
ras, si obtinuiffet. Nam Otto dixit, Sine me iudicio meo *uide-
ris redemisse. Fac, iam remittam. Quid me sic times, tanquam
inuertus promiserim? Contra Cestius ait. Tunc huiusmodi uten-
dum esse coloribus, ubi uerendum est, ne uideamur rem duram
postulare. Vbi contra honestam personam, promisso iudex mol-
liore fallendus est. Quid in hac persona ueremur & causa: nisi
hoc unum, quod ex hoc colore metuendum est, ne si nolimus hanc
remittere, etiam noluisse uideamur.

L. ANNAEI SENECAE DECLAMA-
TIO PRIMA QVINTI LIBRI.

De eo qui incidit alteri laqueum, quo
se ipse suspenderat.



NSCRIPTI maleficij sit actio. Quidam
naufragio facto, amisit tribus liberis, & uxore,
incendio domus, suspendit se. Praecidit illi quidam
ex praetercuntibus laqueum. A liberato reus fit
maleficij.

Prima pars pro eo qui præcidit laqueum.

Tres, inquit, liberos perdidit. Vtinã & illos seruare potuissem. Viue. Mutantur uices felicitatis humane. Proscriptus aliquando proscriptis. Victi fugiunt, proscripti latent, natant naufragi. Amisi, inquit, uxorem, liberos, patrimonium. Tu putabas ea te conditione accepisse ne perderes? Ludit * te suis fortuna muneribus. Et quæ dedit, aufert, & quæ abstulit, reddit. Nec unquam tutius est eam experiri, quam cum locum iniuriæ non habet. Cn. Pöpeius * in Pharsalia uictus acie uixit. Mortem tuorum, tuam putas naufragium, Crassus uixit, & non priuatas perdidit, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. Tolle spem hominibus, nemo uictus retentabit arma. Nemo infeliciter expertus negotiationem alios appetet quæstus. Nemo naufragus uiuet. Spes est ultimum aduersarum rerum solatium. Vt uiueres nasti, misertus sum. Nec in te amplius quam periculum cogitavi. Non attendi incendium, non orbitatẽ. Aut si attendi, memineram te post illa uixisse. Non uisus es mihi animum moriendi habere. Legeras locum, in quo interpellari posses.

Pars altera contra præcidentem laqueum.

Tot ille fundorum dominus, aliena arbore suspensio laqueum. De fortuna nihil queror. Mori permittit. Nunc inquit, morere. Iniuria est, ut qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi uxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil præter laqueum reliquit. Iste nec laqueum. Sumpsi instrumenta mortis, solitudinem & laqueum. Alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis interueneris si amicus es, de fle: si inimicus, spectat. Cum à me iste accusetur, grauiorem de me quam de reo ferat sententiam. Ego ut moriar, iste ne prohibeat. Ne enatarem mori uolui. Præcidit remedium, si qua fides est. Non enatarem, sed eiectus sum. Nihil iam timebam, nisi uiuere. Domus mea facta claudio, nullo miserior quam quod ultimus morior. Cui me

*de suis

*in Thesalia

*uita reseruas? Ut ædificem? Aspice incendium. Ut nauigem? *uita
 Aspice naufragiū. Ut educem? Aspice sepulcrū. In tam calamito-
 sa domo feliciores fuistis, uxor & liberi. Vobis mori cōtigit.

DECLAMATIO SECVNDA,
 de filio pauperis, qui factus est gener diuitis inimici.

PAUPER cum haberet filium, et diuitem inimicum filiam ha-
 bentem, peregre profectus est. Rumor fuit de morte eius.
 Filius cum diuite in gratiam redijt, & eius filiam duxit. Re-
 uersus pater cogit illum uxorem repudiare. Nolentē abdicat,
 Prima pars pro patre paupere.

Nemo quicquam facile credit, quo credito, dolendū sit. Ego
 diu non credidi de nuptijs tuis, desertor patris, inimici cliens,
 uxoris mancipiū. Nō fleuisti patrē, non quæsiuisti, sic inimico
 placuisti. Rumor, inquit, fuerat decessisse te. Mirabar, si tale
 uxorem *iubente patre habere potuisses. Num quæris, ubi pe-
 ricium? Mors mea tibi debet esse suspecta. Inimicū habeo. Quis
 alius hanc famam potuit immittere, nisi qui me uiuo, filiā col-
 locare non poterat? non times ne inter ipsas nuptias patris ossa
 referantur? Tot serui sequuntur, tot liberi, tot clientes, ut quic-
 quid dixerit, rumor sit. Fabricius aurū à Pyrrho accipere no-
 luit, beator iste fuit aīo, quā ille regno. Plures insidias in iti-
 nere fugi, & factū diues, quod faciendū mandauerat credidit.

Pars altera pro filio pauperis genero diuitis.

Vanū gloriæ genus, odiū diuitiarū. Mortales esse inimiciæ
 debēt. Scipio Gracchi inimicus, et postea socer. Cuius uitio ini-
 micitiæ contractæ sint apparet. Ille amat filiū tuū, tu nec tuum.

Extra controuersiam.

Seuianus rem stultissimam dixit. Diues me semper contēpsit,
 tanquam nisi pro mortuo habuit. Ut aliquid & ipse simile de
 Seuiano dicam, post hanc sententiam Seuianum semper pro
 mortuo habui.

erimen facere, te exorabilem præsta. Crudelis in fratrem, miraris, si in te creditum parricidium est? Ergo ego duos filios habere non possum? Adolefcens iam potes & parricidium facere. Alligatus est alter filius, quia non reuertebat. Alter, quia iam rediit. Nunquam solues fratrem. Si talis es, nihil testis mentitus est. Parricida es. Non impio in te, sed in patrem pio animo dixit. Suspectum habuit, quod reliqueras patrem. Inter catenas filij iaceo, eodem clausus ergastulo. Ingrate, testem tuum simul alligasti.

Pars altera pro filio.

Meo periculo solutus sum, meo alligatus. Vix solui poterat, si testimonium falsum pro fratre dixisset. Parricidium de patre finxit, de fratre commisit. Venisse patrem mihi carnifex nuntiauit. Parricida sum, sicut obijcitur. Hoc leuius irascor. Miraris, si cum fratre alligare possum, qui me potuit occidere? Ingrata pene erat ipsa poenæ meæ dilatio. Expectare grauius uidebatur quam pati. Imaginabar mihi culcum, serpentem, profundum.

DECLAMATIO QUINTA,

De domo pauperis per diuitem cum arbore,
que dicitur Platanus, combusta.

Qui sciens damnum dederit, reddat quadruplum: qui incensit, simplum. Diues pauperem uicinum rogauit, ut sibi uenderet arborem, quam sibi dicebat obstare. Pauper negauit, Diues incendit platanum, cum qua & domus arsit. Pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo simplum.

Prima pars pro paupere contra diuitem.

Excitatus flammarum sono, uicinorum primo fide implorauit. Arbor ramis discurrentibus totam domum texerat. Non potest exorari. Incendatur. Est hoc impotentia, sine fine concupiscere, sine modo irasci. Non potest expugnari precibus, expugnetur ignibus. Nihil inter me & pauperem interest, si iure agamus.

Licet

Liceat & pauperē gaudere prospectu. Vos possidetis agras, urbium fines, urbesq; domibus impletis. Intra ædificia vestra undas, & nemora comprehenditis. Nihil lætius oculis tuis occurrit, quā ruinae meae. Domum perdidisti, qui carere nec arbuscula quidem poteram. Delitijs tuis diues ardebimus. Oculis in luptas incendio quæritur, & prospectus ignibus relaxatur. Prospectui obstabat. Quid? in ambulantijs nobis non obstantia seruatorū cateruæ? & in immensam erecti altitudinem parietum lucem non impediunt? In finitjs porrectæ spacijs ambulationes, & urbium solo ædificatæ domus, non nos propè à publico excludunt? Sub hac arbuscula imaginabar diuitum sylvas. Quantum perdidisti, quem fatetur iratus inimicus plus perdidisse qui uoluit? Non iniquum postulo. Eius damno desinat incendium, cuius consilio coepit.* Sic licet ut domus ad cœlum omne conuerse, brumales æstus habeant, æstiuæ frigora, & non suis uicibus intra istorum penates agatur annus. Alunt in summis culminibus mentita nemora, & nauigabiliū piscinarum freta. Arata quondam populis rura, singulorum nunc ergastulorum sunt. Lætiusq; nunc uillicis quā reges imperant. Maria submouetur proiectis molibus. Nesciebas quanta sit potentia ignium, quā irreuocabilis, quemadmodum totas * consumat urbes, quā leuibus initijs orientur incendia, etiam si partem damni dare uoluisti, partem noluisti, in totum quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur.* Si fateretur iste scienter ianuam incendiisse, puto tota domus intelligeretur, ex parte, si unum tignum. Nec enim quisquam omnia incēdit, sed unam aliquam rem, ex qua surgit in omnia se sparsurus ignis. Atqui pars domus est, arbor, quæ in domo est.

Pars altera pro diuite.

Pestilentē mihi domū faciebat arbor. Cœlū omne per quæ

* Scilicet ut domus ad cœlum omnes emineant.

* absumat

* Si fateris te scienter

in arboribus

salub
& d
Quia
parte
* mihi

IMP
Istior
cessit.
ui, &
facit n

F
Ma
posuit,
Non cr
hoc de
nari. D
nestis s
Et toti
imitatu
Nunqu
rie tu e
renfia s
togam e
necur

Consi
Constat
dum. Sed
ta erat m

salub

salubris spiritus uenire posset, obduxerat. Rogauit pauperem
 & dixi, nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurimum nō recisa.
 Quid ad te illi rami pertinent qui extra domū sunt? Quasdam
 partes domus meae rami premebant. Iam etiā quosdam parietes
 *mouerant.

DECLAMATIO SEXTA,

De rapto adolescente in ueste muliebri.

Impudicus concione prohibeatur. Adolescens speciosus spon-
 sionem fecit, muliebri ueste se exiturum in publicum. Pro-
 cessit. Raptus est ab adolescentibus decem, accusauit illos *de
 ui, & damnati sunt. Concione prohibitus à magistratu, reum
 facit magistratum iniurie.

Prima pars pro magistratu contra adolescentulum raptum.

Muliebrem uestē sumpsit, capillos in feminae habitū com-
 posuit, oculos puellari lenocinio circumdedit, colorauit genas.
 Non creditis? & qui nō crediderant, uicti sunt sponsione. Et
 hoc de sponsione forsitan uenerat, ut auderet impudicus concio-
 nari. Date illi uestem *puellarē, date noctē, rapietur. Sic illum
 *puella est,
 uestis sumpta decuit, ut uideretur non tūc primū sumpsisse. Fa-
 cta totius adolescentie remitto. Vna nocte contentus sum, sic
 imitatus est puellam, ut raptorem inuenerit. Nunquid *cecidit.
 Nunquid carmen famosum cōposui, aut (ut propriū genus iniu-
 rie tue dicam) nunquid te rapui? Apud patres nostros, qui fo-
 rensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachiū extra
 togam exerere. Quā longē ab his moribus aberant, qui tam
 uerecunde etiam uirtute utebantur?

Pars altera pro adolescentulo.

Constat hunc stupratū, *cum damnati essent qui rapuerunt.
 Constat semper grauem, semper seuerum fuisse, semper rigi-
 dum. Sed hoc iocis adolescentium factum est. Ceterum tam no-
 ta erat uerecundia eius, ut nemo sine sponsione crediderit.

DECL

DECLAMATIO SEPTIMA,

De trecentis non receptis ab imperatore.

Nocte portas aperire in bello non liceat. Imperator in bello summā potestatem habeat. Trecenti ab hoste capti ad portas nocte uenerunt. Imperator nō aperuit. Ante portas occisi sunt. Imperator post uictoriam reus est læsæ reipublicæ.

Prima pars pro imperatore.

**interdium nō recepissim,*
 Nō putauī meos. Nouerant legē. Cur, inquit, trecenti perierunt: imō cur ne perirent, capti sunt? Hos ego **in die non recepissim, nisi uictores.* Noctu ne uictores quidē. Procedens post stridie in præliū pugnaturis ostendit trecentos, in quibus laudari nihil potest nisi fuga. Nihil desiderari, nisi numerus. Pergiūt, ut leges relinquāt, redeūt, ut tollāt. Populus Romanus

**Cannensi*
 Carthaginēsi prælio in summas redactus angustias, cū seruerū desideraret auxilia, captiuorū contempsit, & credidit libertatē magis tueri posse, qui nunquam habuissent, quā quæperdidissent. Nocte quomodo hostem ciuemq; distinguā? Quam mihi dabis notam, ut arma cognoscam? Credo in insidijs hostis fuisse, ut exclusos occiderent, sequerentur admissos.

Pars altera contra imperatorem.

**agi*
 Infestus trecentis fuit: iniquo collocauit loco: hoc ne **argui possim* nō recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Hoc postremo rogātū uox erat. Mittite arma. Certe lex non recusat.

DECLAMATIO OCTAUA, DE

tyranno post abolitionem petente magistratū.

**abolitione*
Competitori liceat in cōpetitorē dicere. Tyrānus sub cōpetitione dominationē deposuit, ut si quis obiecisset tyrannum, capite puniretur. Petijt magistratum, cōpetitor cōtradi-

Prima pars contra tyrannum.

Candidatus anno meo spondeo, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. Cur honores tamdiu non petam?

serit, narret, per communem deprecor libertatē. Moriar, obij-
cietur tibi quod occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua
potestate distingui, homo magnæ nobilitatis, magnæ gratiæ,
ingentis pecuniæ. Siciliæ dicitur fuisse dominus, qui inclusos
aeneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut mugitum ede-
rent, verba non possent. O hominem in sua crudelitate fastidio-
sum, qui cum uellet torquere, tamen, nolebat audire.

Pars altera pro tyranno abdicato competitore.

Quicquid egi, quicquid gessi, causa reipublicæ feci. Peto ne
mibi lex pro me lata noceat, ne ue quid noceat, quia nō obijci-
tur, quod non noceret obiectum.

LVCII ANNAEI SENECAE

DECLAMATIO PRI-

MA LIBRI VI.

De fratre, dante fratri abdicato chirographum de
parte hereditatis.



ABDICATO fratri, frater chirographum
dedit, dimidiam se partem hereditatis daturum
si non respondisset irato patri. Ille tacuit. Abdica-
tur alter à patre.

Prima pars pro patre contra filium, dantem, chiro-
graphum fratri abdicato.

Tantum æris alieni habet, quantum uiuo patre non posset
soluere. Vis scire cuius fidei sis? nec frater quidē tibi sine chiro-
grapho credidit. Alterius spe morior, alterius fide. Me uiuo etiā
patrimonium meū diuisum est. Nisi succurritis, uincit me, & ille
qui tacuit, non dissimulo me hodie duos abdicare. Chirographū
prode parricidarū fœdus, & nefariæ spei pactum. Chirogra-
phum danti impium, accipienti turpe, patri periculosum.

Pars altera pro filio contra patrem.

In omnem me fortunam, frater, tibi iungam comitem. Si
milit

militandum, unà militabimus. Si peregrinandum, unà à urbem peragrabimus. Si quotidianā rogauero stipem, & illi in teccam diuidam. Nolui recentem iram exigitari patris. Malui, ut tacendo patrem iuñceres. Me a partis heres ero, tu a custos. Et quia de re maxima melius sibi quisq; credit, do chirographum, tu da operam, ut istud magis à patre accipere, quàm à fratre uidearis. Hoc quod honeste, & quod pie gerebamus, tam pallo regimus, ut pater sciret. Quid enim timebā, ne si rescisset pater, molestē ferret filium suum, hominem aurum non esse, fratrum piū esse. Ita mihi contingat patrem utriq; nostrum placere.

DECLAMATIO SECUNDA

De patre exule, prohibito à fundo filij.

EXulem tecto, & cibo iuuare nō liceat. Imprudentis cædis damnatus quinquennio exulet. Quidam cum filiū & filiam haberet, imprudentis cædis damnatus, in exilium profectus est. Solebat uenire in possessionē uicinam finibus. Resciuit hoc filius. Cecidit uillicum. Villicus exclusit patrem, Cœpit ire ad filiam. Accusata illa quod exulem recepisset, aduocato fratre absolutā est. Post quinquennium pater abdicat filium.

Prima pars pro patre contra filium.

* finium

Accusator * ciuium me fecit exulem, filius etiā meorū. Filium honestiorē inueni, quod accusata est. Seruum frugaliorē quod cæsus est. Male meruisti de patre, quē exclusisti, de sorore præiudicio nocuisti, de iudicibus, quos in tā bona timuisti cæsa. Aut tu peccasti, aut soror. Filius me docuit, quod illum non recipio. Absoluta est, inquit, me aduocato, soror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses, cum absoluta est quæ receperat, damnatus est qui expulerat. Filium me patrem iudicauit. Seruus dominum. Vni filio exul sui. Ignosce fidelissime seruulorum, & tibi imprudens nocui. Quam bonam eius causam putas fuisse, quæ ne te quidem aduocato

dam

damnata est. Si te hærede possum mori, dignus sum, qui etiam tibi hunc seruũ relinqũ. Illi pater est, tibi exul. Nulla lex scelus imperat. Certe quæ fecit, absoluta est, Lex cũ tenet, qui iuuat exulẽ, non qui patiatur iuuari. Ignora, disimula, lex te innocentẽ, non curiosum esse iubet. Si mea causa faciebas, me admonuisses, seruum prohibuisses, non cecidisses.

Pars altera pro filio contra patrem.

Facere lege prohibente nõ potui. Accusata et absoluta est, quia muliercula nõ uidebatur nosse leges. Non pro me timui, sed pro te. Res in notitiam hominum uenerat. Captabaris. Timui, ne occidereris. Vis scire notum fuisse? Soror accusata est. M. sui seruum cedere frugalissimum, quàm patrem optimum amittere.

DECLAMATIO TERTIA,

De matre nothi, lecta pro parte hæreditatis uel patrimonij mortui.

MAior frater diuidat patrimonium, minor eligat, liceat filium ex ancilla tollere. Quidã cũ haberet legitimũ filium, aliũ ex ancilla sustulit, & decepsit. Maior frater sic diuisit, ut totũ patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothi matrẽ. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circumscriptiois.

Prima pars pro parte nothi contra filium legitimum suum fratrem.

Vnus omnium exheredatus sum diuidendo, Elegisset inquit, alteram partem. Tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater eras. Lex te diuidere, me eligere iussit. Aperte ne minor circumscribatur, timet. Sic diuisit, ut si uellem non esse mendicus, relinquerem fratrem in egestate, matrem in seruitute? Non est diuidere, ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi cohæredem pater ex ancilla tolleret. Elige aut patrimonio careas, aut scelere. Circumscriptores dici so-

* *abstulerūt.* lent, qui aliquid * *sustulerunt.* Iste nihil reliquit. Tu, inquit, *Moluiſti pauper eſſe.* Cur igitur queror ſi egeſtate delector? *Obijci,* inquit, non poteſt, quod lege factum eſt, imò nihil niſi quod lege factum eſt. Nam ſi quid aliter factum eſt, per ſe irritū eſt. Circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis inuoluit. Quod apparet in illa, legitimū eſt, quod latet inſidioſum. Semper circumſcriptio per ius ad iniuriam uenit. Lex iubet maiorem diuidere, minorem eligere. Nec tu diuiſiſti, nec ille elegit. Sic à te alligatus eſt, ut neceſſe haberet, quod nō expediebat. Male nota fuit mea in matrem pietas. Non timuit, ne eligere poſſem alteram partem.

Pars altera pro filio legitimo contra nothum.

* *quā quidā* Ego nihil aliud egi, quā diuiſi. Circumſcriptio non in diuiſione eſt, ſed in electione. Habes matrē, quā quidā totis uiderunt bonis. Habes gloriā, * *quam multi per ignes petierūt.* Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius domine ancilla. Imprudentia timebas, ne in illā ſeuirē. Non expediebat mihi, cū in illa totum patrimoniū habiturus eſſem. Nunc tantundem habes. Habes enim * *partem quam uoluſti: & ut tantundē haberes, nec pater uoluerat.* Ideo matrem tuam ancillā reliquit.

* *matrē quā*

DECLAMATIO QVARTA,

De potionē mortifera ex parte data uxori.

Veneficij ſit actio. Proſcriptum uxor ſecuta eſt. Quod an tempore ſecreto poculum tenentem interrogauit quid eſſet. Ille dixit uenenū, & mori ſe uelle. Rogauit illa ut partem ſibi daret, & dixit ſe nolle ſine illo uiuere. Partem bibit ipſe, & partem uxori dedit: Perijt illa ſola. Teſtamento inuentus eſt maritus hères, reſtitutus arguitur ueneficij.

Pars prima contra maritum.

Sic egit ut deprehenderetur ſic deprehenuſ eſt, ut exortetur: ſic bibit, ut uiueret. Quod eſt hoc uenenum, quod tantū

habet

heredi non nocet? Nemo unquam tam palam uxori dedi uenenum. Fugit ne occideretur, qui dixit se mori cupere. Vnus pro-
 scriptione locupletior factus est, ut uiuere uellet, uxor illi per-
 suadere non potuit. Persuasit res blandior, uxoris hereditas,
 sciuit quam partem potionis hauriret, contrarias partes gla-
 dio persecutus est, suas ueneno: occidendi finem prius uictores
 fecerunt, quam uicti. Quidnam putabatis futurum, cum in exiliu
 uxor testamentum tulisset, maritus uenenum? Vbi est uxor?
 Ecquid te pudet? Iam etiam proscripti redeunt. Statim cōsum-
 pta potione collapsa est. Nolite mirari, si tam efficax uenenum
 est. Heres est, qui dedit. Summis ferè partibus leuis & inno-
 xius humor suspenditur. Grauis illa & pestifera pars suo pon-
 dere subsidit. Apparet te diu preparatum uenenum habuisse.
 Scisti diuidere, etiam si potest defendi qui uolenti dedit. Tu nō
 potes, qui fecisti, ut uellet. Id genus ueneni fuit, quod pondere
 subsideret in inum. Potionem bibit iste, uxor uenenum.

Pars altera pro marito.

Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio ultimo
 non reliquit. O, inquit, dignam, quam innocens sequitur. Bello
 ciuili lege proscriptus sum, Exulaui. Quid his malis adijci po-
 test, nisi ut uenenum bibam, et uiuam? Venenum inquam est. Hoc
 qui daturi sunt, dissimulant. Venenum Cato uendidit, Querite
 an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni uendere.

DECLAMATIO QUINTA.

De Iphicrate reo.

Qui uim in iudicio fecerit, capite puniatur. Missus Iphi-
 crates aduersus Thracum regem, *bis in acie uictus, fœ-
 dus cum eo percussit, & filiam eius duxit uxorem. Cū Athen-
 as redisset, & causam diceret, uisi sunt * contra iudiciū quidā
 Thracum cultris armati, & ipse reus gladium strinxit. Cum
 iudices citarentur ad iudicandum, palam absolutorias tulerūt

*bis acie
 uictus,
 *circa iu-
 diciū

sententias. Accusatur, quod uim in iudicio fecerit.

Prima pars contra Iphicratem reum.

Nemo iudicum tuorum non timuit, sic, tanquam tu de illis iudicaturus esses. Cum toto tibi regno socer uenit aduocatus. Non maioribus copijs bellū instruxit, quā iudiciū Iphicrate conde gladium, iudicium est. Quid tibi cum gladio? Certe bis uictis arma ponenda sunt. Quæ est ista contra rerum naturā permutatio? In bello nuptiæ, in iudicio bellum.

Pars altera pro Iphicrate reo.

Ego uim non feci. Omnia enim legitime peracta sunt. Accusator suo loco dixit, Reus suo respondit. Perfectum per oēs numeros suos iudicium est. Cum iudices sententias suas ferrent strinxi gladium, ut occiderem me, si damnatus essem. Iudices tulerunt palam absolutorias, ut gratiam duci suo referret. Nuptiarū causa, utilitas reipublicæ fuit. Miles sæpius pulsus erat infelici prælio, Barbaros circa iudicium fuisse, non propter iudicium armatos, sed propter morem suum. Quid potestis queri. Quid inquam? Obsides uobis adduxi.

DECLAMATIO SEXTA,

De adultera uenefica.

Veneficij sit actio. Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filiam nubilem, indicauit uxori, cui eam collocaturus esset. Illa dixit, celerius morietur, quā illi nubat. Decepsit puella ante diem nuptiarum, dubijs signis crudelitatis & ueneni. Torsit ancillā pater, dixit illa se nihil scire de ueneno, sed de adulterio dominæ, & eius cui collocaturus erat filiam. Accusauit uxorem ueneficij & adulterij.

Prima pars contra uxorem pro marito.

*teneo Morietur, *tineo ueneficam, celerius quā nubat, teneo adulteram. Morietur, factum est, celerius quā nubat, factum est. Adulterium serius deprehendi quā factum est, ueneficij

antequam fieret. Duo crimina ad uos detuli, & duas indices. Altera dicit, quod factum est. Altera, quod futurum est. Generi adultera, Filiae pellex. Quam infelix est domus, in qua* adulterium argumentum est. Dixi, honestus est, Dixi, pulcher est dum laudo generum, commendauit adulterum. O me tardissimum in malis meis. Veneficium nec denuntiatum quidem credidi, demum in ueneficio adulterium deprehendi. Versæ sunt in exequias nuptiæ, genialisq; lectus mutatus: est in funebrem. Subiectæ sunt rogo infelices fæces, profertur putre corpus, & uenenis tumens. Quid ultra quæritis? Verbis signa, signis tormenta conueniunt. Ad uocem tuam facta conueniunt. Morietur antequam nubat, factum est. Vidimus fluens corpus, & in cadauere illius materna uerba credidimus. Generum adulterio perdidit, Vxorem parricidio, Filiam ueneno.

*adulterij

Pars altera pro uxore contra maritum.

Duo grauissima crimina obiecit, Adulterium & ueneficium. Adulterium ancilla teste: ueneficium, nec ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogatam, exciderunt illi uerba, quæ non minus quam filiam luget. At quare dixisti, celerius morietur, quam illi nubat? Verba dolor parum considerat. Exciderunt. Et est sepe fortuita diuinitio.

DECLAMATIO SEPTIMA,

De dementia patris, qui filio cecidit uxorem.

Dementia sit actio. Quidam habebat duos filios, duxit uxorem. Alter ex adolescentibus cum ægrotaret, & in ultimis esset, medici dixerunt animi uitium esse. Intrauit ad filium stricto gladio pater, & rogauit ut indicaret causam sibi. Ait amare se noueram. Cecidit illi uxore pater. Ab altero accusatur dementia.

Prima pars pro patre contra filium.

Audite rem nouam, Fratrem crudelem, Nouercam misericordem. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est. Tradidi uxorem illi, sed eripueram. Testor, inquit, præsides pietatis deos, prius amare cœpi, quàm duxeras. Ita tu iniuriam uocas, quod fratrem habes, non habes nouercam? Transij præter istius oculos cum ferro. Gladium mihi nemo, nisi æger extorsit. Patri, qui periculum filij morientis sustinere non potuit, ignoscendum in qualicumq; facto est.

Pars altera pro filio contra patrem.

Alter lenocinio curauit, alter parricidio conualuit. Quid hoc adulterium non putas, quod marito conciliante committitur? Nescio furiosius uxore duxerit, an habuerit, an dimiserit, an collocauerit? Quàm demens est, cui adulterium pro ueneficio imputandum est? Strinxit gladium maritus, non ut adulterium uindicaret, sed ut faceret. Mori potius debuit frater, quàm sanari turpiter. Quid enim si matrem, si sororem cœcupisceret? Quaedam remedia grauiora ipsis periculis sunt. Omnia inter nouercam & priuignum composita sunt. Simulatum morbum, & derisum animo turpissimo patrem.

DECLAMATIO OCTAUA,

De uirgine uestali incesti accusata.

Virgo uestalis scripsit hunc uersum:

Felices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est.

Rea est incesti.

Pars prima contra uirginem.

Felices nuptæ, cupientis est. Moriar nisi, affirmantis est.

* Aut experta uirum, aut inexperta per tebas. Nubere dulce est. * Aut experta iuras, aut inexperta per tebas. Neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces mittunt. Tibi consules prætoresq; uia cedunt. Nunquid ex mercede uirgo es? Sacerdos raro iuret, nec unquam nisi pro sua Vestam. Moriar. Nunquid perpetuus ignis extinguitur?

Mor-

Moriar. Nunquid de nuptijs appellata est? Ad ultimum Vestam inuoco, ut tã infesta sit sacerdoti, quã inuisa est. Recita carmẽ, dum quæro quale carmẽ sit. Tu carmen scribas, tu uerba pedibus tuis emollias, & seueritatem templo debitam modulatione frangas? Quod si utiq; laudare uis nuptias, narra Lucretiã. De illius morte scribe, antequã iurabis de tua. O te supplicio omni dignam, cui quicquam sacerdotio felicius est. Dulce est, quã expressa uox, quã ex imis uisceribus emissa, nõ experte tantũ, sed delectat.e. Incesta est etiam sine stupro, quæ cupit stuprum.

Pars altera pro uirgine Vestali.

Vnus illi uersus obijcitur, & hic quidẽ nõ totus. Non oportet, inquit, scribere carmẽ. Multũ interest obiurges, an punias. Incesti damnari non potest, nisi cuius corpus uolatũ est. Quid tu putas Poetas, quæ sentiunt, scribere? Vixit modeste, castigate. Non illi cultus luxuriosior. Non cõuersatio cum uiris licentiosior. Vanum crimen uobis confiteor. Ingeniũ habet. Quid ni inuideat Corneliae matri Gracchorum? Quid ni illi, quæ Catonem peperit? Quid ni inuiderint sacerdotes parientibus?

Extra controuersiam.

Varius Geminus apud Cæsare dixit. Cæsar qui apud te audent dicere, magnitudinẽ tuã ignorãt, q nõ audet, humanitatẽ.

L. ANNAEI SENECAE DECLAMATIONVM LIB. SEPTIMVS.



INSTATIS mihi quotidie de Albutio, nõ ultra uos differã, quamuis nõ audierim frequenter, cũ per totũ annũ quinquies, sexies ue populo diceret, ad secretas exercitationes nõ multi irruerent, quos tamen gratiæ suæ pœnitebat. Alius erat, cũ turbæ se cõmittebat, alius, cũ paucitate cõtentus erat. Incipiebat enim s. dens, et si quãdo illum produxerat calor, exurgere audebat.

Hæc præfatio habetur & in controuersiis.

Illa intēpestiua in declamationibus eius Philosophia, sine modo tunc & sine fine euagabatur. Raro totā controuersiam implebat. Non posses dicere diuisionem esse, nō posses declamationem, tanquā declamationi multū deerat, tanquam diuisioni multū supererat, cū populo diceret, oēs uires suas aduocabat, & ideo nō desinebat. Sæpe declamante illo ter buccinauit, dum cupit in omni controuersia dicere, non quicquid debet dici, sed quicquid potest. Argumentabatur moleste, magis quā subtiliter. Argumenta enim argumentis colligabat, quasi nihil esset firmum satis. Oēs probationes * probationibus alijs confirmabat. Erat & illud in argumentatione uitium, quod quæstionem non tanquā partem controuersie, sed tanquā controuersia implebat. Omnis quæstio suam * propositionē habebat, * suā excusationē, suos excessus, suas indignationes, epilogū quoq; suū. Ita in unā controuersia exponebat, plures dicebat. Quid ergo nunquid omnis quæstio per numeros implenda est? Quid nō sed tanquā accessio, nō tanquā summa. Nullum habile est membrū si corpori par est. Splendor orationis, quantus nescio an in ullo alio fuerit, non thesis magna, sed phrasis. Dicebat enim citato cursu & effuso, sed præparato. Extēporalis illi facultas, ut affirmabāt qui propius nouerant, nō deerat, sed putabatur ipse sibi deesse. Sētentiæ, quas optime Pollio Asinius albas uocabat, simplices, apertæ nihil occultum, nihil inspiratum afferentes, sed uocales, & splēdidæ Affectus efficaciter mouit, figurabat egregie, præparabat suspiciose. Nihil est * tam inimicum quā manifesta præparatio. Apparet enim subesse, nescio quid mali. Itaq; adhibenda moderatio est, ut sit illa præparatio, non confessio. Loca beatē implebat. Nō posses de inopia sermonis Latini queri, cū illum audires, tantū orationis cultæ fluebat, tanquā se torsit, quomodo diceret, sed quid diceret, sufficiebat illi inquantū uoluerat explicandi uis. Itaq; ipse dicere solebat, cum

*propositionibus

*propositionē
*suam excusationem,

*tam inimicum: aliàs, iniquum

uellet ostendere, non hæsitare se in electione uerborũ, cum res
 animum occupauit, uerba ambiunt. In æqualitatẽ in illo mirari
 libebat, splendidissimus erat. Idem res dicebat omnium sordidissi-
 mas acetum, & puleium, & Damam & Phileroten, laternas
 & spongias. Nihil putabat esse quod in declamatione dici non
 posset. Erat autẽ illa causa, timebat, ne scholasticus uideretur.
 Dum aliud uitium deuitat, incidit in aliud, nec uidebat nimum ora-
 tionis suæ splendorem, his admixtum sordibus, nõ defendi, sed
 inquinari, et hoc æquẽ omnium est, ut uitia sua excusare malint,
 quam effugere. Albutius enim non quomodo non esset schola-
 sticus querebat, sed quomodo non uideretur. Nihil detrahebat
 ex superuacuo strepitu. Hæc sordida uerba ad patrociniũ affe-
 rebat aliorum. Hoc illi accidebat, inconstantia iudicij. Quem
 proxime dicentem commode audierat, imitari uolebat. Memini
 illum omnibus omiſſis rebus apud Fabianũ Philosophum, tan-
 to iuniorem quàm ipse erat, cum codicibus sedere. Memini eum
 admiratione Hermagoræ stupentẽ, ad imitationẽ eius ardesce-
 re. Nulla erat fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Itaq;
 dum genera dicendi transfert, modo exilis esse uult, nudisq;
 rebus herere, modo horridus & ualens plusquàm cultus, mo-
 do breuis & cõcinnus, modo nimis se attollit, modo nimis de-
 primit, ingenio suo illudit, & longe deterius senex dixit, quàm
 iuuenis dixerat. Nihil enim ætas ei proderat ad profectũ, cum
 semper studium eius esset nouum. Idiotismus est inter oratorias
 uirtutes, res quæ raro procedit. Magno enim tẽperamẽto opus
 est, & occasione quadam. Hac uirtute uarie usus est. Sæpe illi
 bene cessit, sæpe decidit, nec mirum tamen si difficulter appre-
 henditur, uitio tam uicina uirtus. Hoc nemo præstitit unquam
 Gallione nostro decentius. Iam adolescens, dum declamaret
 apte et conuenienter, utebatur hoc genere, quod eo magis mi-
 rabar, quia tenera ætas refugit omne, non tantum quod sordi-

* effugare.

*audere.

*que illius
crimina de-
tegeret.

*properabāt

dum, sed quod sordido simile est. Raro Albutio respondebat fortuna, semper opinio, quamuis poenitisset, libebat *audere. Tristis, sollicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Vsq; eo nullum tēpus securum illi erat. Ita illum sollicitudo fugauit à foro, & tantum unius figure crudelis euentus. Nam in quodam iudicio cētumuirali cū diceretur iurisiurandi conditio aliqua facta ab aduersario, induxit eum modi figuram, *qua illi omnia crimina retegeret. Placet, inquit, tibi rem iurciurando transigi. Iura, sed ego iurisiurandum dabo. Iura per patris cineres, qui incōditi sunt. Iura per patris memoriā, & executus est locū quo perfecto surrexit. L. Aruntius ex diuerso: accepit conditionē: iurauit. Clamabat Albutius non detuli conditionē, schema dixi. Aruntius instabat, centumuirum rebus iam ultimis *preparabant. Albutius clamabat, iuramentum ratione schemata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat, tollantur, poterimus sine illis uiuere. Summa rei hæc fuit. Centumuiri dixerunt, dare ipsos secundum aduersariū Albutius iurasset. Ille iurauit, Albutius non tulit hanc contumeliam, & iratus sibi calumniam imposuit, nunquam amplius in foro dixit. Erat enim homo summe probitatis, qui nec facere iniuriam, nec pati sciret, & solebat dicere, quid habeo, quod in foro dicam, cum plures me domi audiant, quam quę in foro? Cū uolo dico: absum uti uolo: dico quam diu uiuam. Et quamuis nō fateretur, hoc delectabat illum in declamationibus, quod schemata sine periculo dicebat: nec in scholasticis tamen effugere contumelias poterat. Cestij mordacissimi bene. Cum in quadam controuersia dixisset Albutius, quare si ceciderit, frangitur, si spongia ceciderit, non frangitur, ait Cestius. Ite ad illum, cras declamabit nobis, quare turdi uolucucurbit: non uolebant. Cū dixisset Albutius, in illo qui frangitur parricidij damnatū in exarmata naue dimisit. Imposuit

in cul
troie
ca ac
lig
omni
enim
Nemo
nescio
tis, ser
bac ip

D
cum
tas, ar
misit.

Ta
miner.
Minsi
parric
an non
tus est
Admi
inquit,
per fr
Non c
in qua

in culleum ligneum. Cestius eandem dicturus, sic exposuit controuersiam. Quidam fratrem domi à patre damnatum, nouerca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culleum ligneum, ut perueniret, nescio quò terrarum. Ingens risus omnium secutus est, sed nec ipsi bene cessit declamatio. Paucas enim * res bene dixit, & cum à scholasticis non laudaretur: * res bonas dixit, nemo, inquit, unponit hos in culleum ligneum, ut perueniant, nescio quò terrarum, ubi calices franguntur. Video quid uelit, sententias potius audire quàm iocos, fiat, audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

DECLAMATIO PRIMA

SEPTIMI LIBRI,

De eo qui fratrem parricidii damnatum in nauim exarmata imposuit.

Dvobis filijs quidam superduxit nouercam. Alterum domni parricidij damnatum tradidit fratri puniendum, ille cum exarmato nauigio imposuit. Delatus adolescens ad Piratas, archipirata factus est. Peregrinantem patrem cepit, & remisit. Reuersus pater, abdicat filium.

Hæc respōdet illi quæ est in 4. controuersiarum 17.

Prima pars pro filio contra patrem.

Tanta tēpestate confusus dispicere nihil potui, nec satis meminera, si tale ministerium mihi pater an nouerca mandasset. Ministerium an pœnam esse uoluisset, uindictam parricidij, an parricidium. Insui fratrem culeo iubes. Nō possum. Non ignoscis, an non credis? Ego contendo ne te quidē posse. Nemo repperus est naufragij comes. Omnia instrumenta circumcisa sunt. Adminiculū spei nullum, patri excusandus sum, an fratri? Hoc, inquit, impietatis tuæ munus ad inferos deferam, Licuisse mihi per fratrem aliter quàm parricide mori. Viuit, inquit, frater. Non credo. Seruauit, inquit, me. Fecisti, ut crederem, in domo, in qua tam facile parricidium creditum est: Ego fratrem occidere

dere non potui, frater patrem. Emicabant densis undiq; nubibus fulmina, tēpestates horridæ absconderant diem, intumescerat mare, iustis quoq; nauigijs horrendum. Habes, inquam, frater, si innocens es nauigium, si nocens culleum. Non putam scire parricidium. Quam facile erramus omnes, & factum patui. Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies. Iabat in littore nauigium, quod etiā integrū infeliciter uexerat. Credo parricidā, si tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subito mihi cū animo pariter excidit ferrū, & nescio qua perturbatione tenebræ stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quàm difficile esset parricidium facere, etiā quod imperasse pater. Itā mihi, quæ sola miseros in domo nostra respicit, fortuna succurrat. Profectus est pater tranquillo mari, auspiciato uenere, integra nauī. Quid est hoc? Felicius nauigauit damnatus, quàm qui damnauerat? Vtrum uidetur uobis innocētiam apud Piratas didicisse, an perdidisse? Perieras pater, nisi in parricidam incidisses. Scissa quidem uela fecerant sinus, & instructæ classes naufraga præcesserat nauis. Scires nauigare, qui seraturus esset patrem. Erat nauigium, imò fuerat, ò crudelis & pertinax nouerca, nihilominus sæuis. Iam maria quiescūt, prædones miserentur, irati parcunt. Veni ad uos, ut probem parricidam. Multas rerum natura mortis uias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. O maria iustiora iudicijs. O matiores procellæ patre. Num putatis misericordem, qui quædam damnauit, fratri puniendum dedit? Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere. Mithridatem dii boni, quàm non dubium parricidam. Gaude pater, neuter ex filijs tuis parricidium fecit. Narra pater, quomodo te dimiserit sic dimissus. Nesciens est iste, sed mihi frater est. Naturæ iura sacra sunt, etiā apud Piratas. Dixisses, inquit, te non posse, ita tu nesciebas. Non licuit, non potui, non debui.

Neg
Dimisi
retur
parricidam

Mag
ut aliqu
dem pa
sienus n
infamari
potesta
tius aut
nius diu
supplicii
habebat

D E

D E
dit
occidit, e

Occidit
sum patr
Antonius
credidit
mentum. F
iam dii b
feliciter, q
Cicero pr
uos hoc pa

Pars altera contra filium.

Nega hunc parricidam fuisse, quem uerè scis esse Piratam. Dimisit me in patrocinium suum, ut quia non occiderat, uideretur nec ante uoluisse. Quis porro me uno miserior? Vitam parricidæ debeo.

Extra controuerfiam,

Magna rhetorum bonorum manus in hanc partem transijt, ut aliquid dici debuerit in nouercã. Fuerunt & illi, qui nõ quidem palàm dicerent, sed per suspicionem & figurâs, quod Passienus non probabat, asserens minus tolerabile & uerecũdum infamare nouercam, quàm accusare. Quidam principia in sua potestate tantum habuerunt. Post ablati sunt impetu. Excusatiũs autè est in malum colorem incidere, quàm transire. Vipsanius diũro colore usus est, Hic se tanquam grauius elegisse dixit supplicij genus, qui color prudentibus displicuit. Quam enim habebat absolutionis spem, si nec paruĩt, nec pepercit?

DECLAMATIO SECUNDA,

De Popilio, qui Ciceronem interfecit.

DE moribus sit actio. Popiliũ parricidij reũ Cicero defendit. Absolutus est. Proscriptũ Ciceronẽ ab Antonio missus occidit, caput ad Antonium retulit. Accusatur de moribus.

Prima pars contra Popilium pro accusatore,

Occidit Ciceronem Popilius. Iam ne creditis ab isto occisum patrem? Occisurus Ciceronem debuit incipere à patre. Antonius, inquit, iussit. Non te pudet Popili. Imperator tuus te credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum. Minus in illo crimẽ est, quod Ciceronem occidit. Proham dij boni, occisum Ciceronem malos mores uoco, hoc unũ feliciter, quod ante occidisti patrem, quàm Ciceronem. Facilius Cicero pro parricida iudicem mouit, quàm pro se clientem. Ad hoc patroni spectat exemplum. Nullos magis odit Popilius quam

Hæc respondet illi quæ est in 4.18.

quàm quibus plurimum debet. Abscidit ceruices. Parce iam Popili. Nihil tibi, nisi occidendum mandauit Antonius. Pudeat te Popili. Accusator tuus uiuit. Non credidisset facturum Antonius Popilium, nisi parricidium fecisse meminisset. Dij mater Popilij senis occisi, & inultæ patris umbræ, te Cicero persequuntur, ut quem negasti, sentias parricidam. Non hausit Minuturnensis palus exulem Marium. Cimber etiam in capto imperatorem. Cn. Pompeius terrarum marisq; domitor. Libenter se Hortensij clientem professus est. Et Hortensius bene Pompeij, non Pompeium defenderat. Ita tu Popili si Antonius iussisset, & patrem occidisses.

Pars altera pro defensione Popilii.

Si illa tempora in crimen uocas, dicis non de hominis, sed de reipublicæ moribus. Miraris, si eo tempore necesse fuit Popilium occidere, quo Ciceronem mori? Ciceronis proscriptione occidi, mea occidere. Iussit imperator, iussit uictor. Ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat respublica.

Extra controuersiam.

Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis, & hi quoq; non parricidij reum, * & à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio.

DECLAMATIO TERTIA,

De ter abdicato uenenum terente.

Hæc respōdet
lib. 4. cōtr. 19.

TER abdicatus, ter absolutus, comprehensus est in secretæ domus parte à patre, medicamentum terens. Interrogatus à patre quid esset. Venenum, inquit, & se uelle mori, & confitetur. Accusatur parricidij.

Prima pars pro filio ne abdicetur.

Dic quid commiserim, certè nec secreta te fallunt. Ut internit pater, in has cogitationes abij. Quisquam ne tam infelix fuit, quisquã ne me magis odit quàm ego. Misereri mei

Ter causam dixi, Accessi ad hæc supplicia mea. Venenum bibi-
 tum. Sed non hoc tibi satis est. Venenum habuit Mithridates,
 habuit Demosthenes.

Pars altera pro patre contra filium.

Cum se uelle mori dicat, tamen uitam rogat. Teneo parrici-
 dum, & in mortem suam paratum. Quantum est quod negas,
 cum tantum sit quod fateris. Venenum quæstisti, uenenum emi-
 sti, uenenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum
 patrem. Indica quis uendiderit, dicetur illi. Tu uendebas cui-
 quam uenenum, cuius sciebas abdicationem? Cui daturus erat,
 ueneris? Cui uenenum parauit, non bibit. Quod negat, parrici-
 dum est, quod confitetur, ueneficium. Mihi, inquit, parauit.
 Non bibit, ne quis dubitet, an alium possit occidere. Tam inui-
 sum tibi fuisse patrem dico, ut occidere uolueris, tam inuisum
 tibi esse confiteris, ut mori uolueris.

Extra controuersiam.

Coniectura duplex à persona, una an paraucrit sibi, an pa-
 tri. Laberium mimum Diuus Iulius ludis suis produxit. Dein-
 de equestri ordini reddidit, quem cū iussisset ire sessum, omnes
 equites ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Mul-
 tos tum in senatum legerat Cæsar, & ut expleret exhaustum
 ciuili bello ordinem, & ut his qui de partibus bene meruerant,
 gratiam referret. Cicero in utrunq; iocatus, mandauit Laberio
 transcunt, Recepissim te nisi anguste sederem. Laberius ad Ci-
 ceronem remisit, Atqui soles duabus sellis sedere. Quod Cice-
 ro male audiebat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec
 Cæsari, sed utriusq; adulator.

DECLAMATIO QUARTA,

De matre cæca filium retinente.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam habens
 uxorem & filium peregre profectus, in Piratas incidit,
 scripsit

Hæc respōdet
 li. 4. uigintiæ

scripsit utriq; de redemptione. Vxor flendo cæca facta est. Filium euntem ad redemptionem, alimenta poscit. Non remanentem, alligare uult.

Prima pars pro matre contra filium.

Nauigaturus uxori filium reliquit, nec dum cæca erat. Non est quod mulieris affectū lege æstimetis, quia minatur, omnia facit, ne filius alligetur. Quoties est communis potestas duobus, eius sit tota, qui præsens est.

Pars altera pro filio contra matrem.

Vnū uinculum duos alligat. Vincita mater catenas denūciat uictori. Ad Piratas eundum est. Filius familie nulli seruire possum, nisi patri. Petis alimenta ab eo, quæ pater peregre mittit. Primæ partes sunt patris, secundæ matris. Ille peregre est. Tu domi. Ille captiuus. Tu libera. Ille inter Piratas. Tu inter ciues. Ille alligatus. Tu soluta. At tu cæca es. Infelicioꝛ ille, qui uicis catenas suas, & cædes, & uulnera, & cruces eorū qui non redimuntur. At periculosum est, inquit. Quam multi pro patribus nihil periculosum putauerūt. Non, inquit, uindictā, sed misericordiam querit. Ita quisquam exigit pietatem, ut impediatur?

Extra controuersiam.

Caluus qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiæ principatu habuit, usq; eo concitatus actor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus. Rogo uos iudices, num, si iste disertus est, ego damnandus sum.

DECLAMATIO QUINTA

De procuratore & priuigno.

Quidā mortua uxore* ex qua priuignum habebat, duxit aliā. Sustulit ex ea filiū, habebat procuratorē speciosissimū. Cū sepe iurgaret nouerca & priuignus iussit eum a se migrare. Ille trans parietē habitationē conduxit. Rumor erat de adulterio matris & procuratoris. procuratoris & uxoris.

Quodam

Hæc respōdet
ei quæ est lib.
4. Epist. 21.
*ex qua filiū
habebat,

Quo
uxor
queri
agnos
proci

Vt
credi
popul
quis o
pulus?

O
patre
non u
timuit
nec pa

Nil
ut inte
fuit in

T
ru
liam: cu
seruauit
nos sus
lio dem

Hab
ter. Sar

Quodam tempore in cubiculo suo pater occisus est inuentus, uxor uulnerata, cōmunis paries perfossus. Placuit propinquis quēri à filio quinquēni, qui unā dormierat, quem percussorem agnosceret. Ille procuratorem digito monstrauit. Et filius procuratorem accusat cædis: ille eum parricidij.

Contra procuratorem prima pars pro filio.

Vt audiui clamorē, si qua fides est, deprehensos adulteros credidi. Dabo puerū. Aliquis nō est uno teste cōtentus. Dabo populū, obijcite priuigno parricidiū, filio mēdaciū. Dic puer quis occiderit patrē, dic audacter. Eundem nominas quem populus? Nox placet sceleri, adulterij tempus.

Pars altera pro procuratore.

O magna in contrarium peruersitas seculi. Inuētus est qui patrem possit occidere, non possit nouercam. Ostende tu istud non uulnus, sed argumentum. Ostende uulnus. Percussor quam timuit ne occideret, tam leuiter uulnerauit. illa dextera, cui nec paries* obstabat nec pater.

Extra controuersiam.

Nihil est puero teste certius. Nam ad annos eos peruenit, ut intelligat, et non ad eos, quibus fingat. Vinicius uir exactissimi ingenij, nec dicere res ineptas, nec* ferre poterat.

DECLAMATIO SEXTA,

De eo qui seruo filiam matrimonio coniunxit.

Tyrannus permisit seruis dominas suas rapere. Profugerunt principes ciuitatis, & simul qui habebat filiū & filiam: cum omnes serui dominas uitassent, seruus eius uirginem seruauit: Occiso tyranno, reuersi sunt principes. In cruces seruos sustulerunt. Ille manumisso filiam collocauit. Reus est à filio dementiae.

Pars prima pro filio contra patrem.

Haberemus solatium si has nuptias fecisset tyrannus nō pater. Sanum putatis esse, qui imitari maluit tyrannum, quàm ser-

*substitit

*facere

Hec respondet 22.

t uum?



*contigit ui-
tari nuptis.

uum? Similem se fecit tyranno, filiam raptis, libertum crucia-
rijs: plus permisit seruo dominus, quàm tyrānus. Quisquis has
nuptias fecit, uel tyrannus, uel insanus est. Egregius gener, cui
nihil est gloriosius, quàm quod inter cruciarios non est. Virgi-
nitatē sub patre perdidit, quam sub tyranno seruauit. Itane di-
gnus nuptijs filiae, qui indignus est cruce? Melior est conditio
uitiatarū, quàm uirginis. Illis * contigit mutare nuptias. Pro-
pitius pater ita collocauit filiā suā, ut tyrannus iratus alienat:
cū sanus esset pater, ne uideret has nuptias fugit. Miserrima so-
ror, sub tyranno patrē desiderabas, sub patre tyrannū deside-
ras. Num est illi prēmīū spectare omnīū cruces? Dominam nō
stuprauit. Auge beneficia. Nec dominū occidit, nec uenēnū de-
dit. Non est beneficiū scelere abstinere. Aliæ quod in tyranni-
de passæ sunt, hæc in libertate. Cæteræ absentibus suis, hæc
præsentibus. In alijs uocatur stuprū, in hac matrimonīū. Timuit
ille suppliciū. Sciuit rēpublicā liberandā. Duros esse poenas,
qui cōtaminassent, & aduētare tēpus tyrānidi ultimum uidiū.
Conuenite seruuli, conuenite libertini inempta cognatio.

Pars altera pro patre contra filium.

Si quis tyranno indicasset solus in cruce pependisset, licet
cui uolo filiā collocare. Marcus Cato coloni sui filiā duxit uxore.
Filia nō mariti petulantīā, non uerborū contumeliā timet,
non pellicem, non repudiū. Neminem natura fecit liberum, ne-
minem seruum. Imposuit fortuna nomina hæc singulis. Nuper
& nos serui fuimus. Seruus rex fuit.

DECLAMATIO SEPTIMA,

Quæ est de Imperatore crucifixo.

Hæc respon-
det 23.

Pater & filius imperium petebant. Prælati sunt filius. Cō-
misso prælio captus est. Missi sunt quadraginta legati ad
imperatorem redimendum. Occurrit euntibus pater, dixit sero
attulisse aurum ad redemptionem, filium crucifixum esse. Illi
peruen

peruenerunt, quibus imperator ex cruce dixit. *Cauete* proditor-
tionem. Reus fit pater proditoris.* *proditor-
rem.

Prima pars pro imperatore contra patrem.

Imperator supplicium tulit, proditor pretium. Tristior est istum
uidimus, cum filius imperator pronuntiatus est, quam cum captus.
Quemadmodum redisti tutus senex solus cum auro, cum etiam im-
peratores capiuntur? Plus accepit auri, quam quod posset ab-
scondi. Nolite mirari, et imperatorem et filium uendiderat. Ca-
uete proditorum. Iam comitijs cauimus. Abstulissent tibi aurum
hostes, si non dedissent. Cauete proditorum. Indicium fuit filij mo-
rientis breue et uerecundum. Cur dimissus es? Si nihil aliud, et
ducem genuisti, et dux esse uoluisti. Candidatus processit contra
patrem. Iam tunc nobis uerecunde indicauit filius, cum rempu-
blicam tibi credere noluit. Legati nostri aurum ferebant, pater af-
ferebat. Num immobilis diriguisti? Num et illic quasi et ipse
affixus haesisti? Quid tam cito* redis? Adhuc et uiuit, et lo-
quitur. Voce proditionem indicauit, silentio proditorum. Expecta-
dum mittantur legati. Optimus imperator curare rempublicam,
nec in cruce quidem desijt, ubi dixit: Cauete proditionem. Nec im-
perator potuit tacere proditionem, nec filius loqui proditorem.
Expecta dum mittantur legati. Dicis, affectus non sustinet mo-
ram. Ergo si redimere non potes uiuum, redime mortuum saltem.
Nunquam tam durus hostis fuit, ut paternis lachrymis non fle-
teretur. Cauete proditionem, id est cauete, ne quis inscijs custo-
dibus exeat de ciuitate, ne quis ignorante republica ad hostes
perueniat, ne quis ex hostilibus castris grauis auro reuertatur.
Indicio nihil deest. De proditione nobis indicat imperator, de
proditore legati. Sublata est questio. Queritis* quid dixerit. *quem dixit.
Videte cui nihil dixerit.

Pars altera pro parte contra filium.

In comitijs filio meo cessi, decretum non expectaui. Sed ames

Et attonitus protinus cucurri. Ad summā se stinaui, nec occu-
ri. Sciebam hostes, paternis lachrymis sæpe flecti.

Extra controuersiam.

Latro non curauit dicere nullam esse factam proditionem,
sed se proditorem nõ esse. Suspectus est, inquit, iudici, qui plas-
quam se defendit. Cestius posita suasoria, in qua deliberat Ale-
xander an Oceanum nauiget, cū exaudita uox esset, quousque
inuiecte, describenti discipulo late Alexandri uictorias, gētesque
perdomitas & addenti, quousque post ista, exclamauit, & tu
quousque?

DECLAMATIO OCTAUA,

De mutatione optionis raptore conuicto.

Rapta raptoris mortē, aut indotatas nuptias optet. Rapto
producta nuptias optauit. Iuuenis raptorem se negauit.
Conuictus est. Illa optionem petijt: raptor contradicit.

Prima pars contra raptam.

Optare tibi non amplius quā semel licuit. Proponite suppli-
cij faciē, carnificē, securim. Hoc semel licere nimium est, In hac
perturbationē per ductus sum, ut ignorarē quid fecissem. gra-
uius punior, cum me peccasse pudet, quā cum peccaui. Optauit
nuptias. Nec adhuc sciebat, quā uerecundū maritū esset habi-
tura. Raptorē dimisisti. Virū occides? Minus est quod uitiaui,
quā quod negaui. Ergo nos iniuriam periculosius negauimus,
quā fecimus. Quadam nocte, quid dicam? Nō negare iam pu-
det. Nox, uinum, error, quid irasceris puella? Iam non negat.
Iudex dat tabellam. Reuocare sententiam quam tulit non po-
test. Quæstor non mutat pronuntiationem. Nihil tam ciuile,
tam utile, quā breuem potestatem esse, quæ magna est. Si mor-
tem optaueris, hodie facies quod nunquā factum est, ut utrumque
optaueris.

Pars altera pro rapta contra raptorem.

Id e-
deret.
metu,
innocen-
quoties
ijcit, ne
L.

M

dixit m-
de conf-

Fac-
Quomo-
rebat,
filijs, sa-
ueni, sed
Nullum
confessio-
Fertur
agit mat-
bes non
gis deos
lier, non
fecit qu-

Id egit priori iudicio, ne quam omnino poenam stupri penderet. Hoc id egit, ut ipse optet. Vtinam non liberaret illum metu, quod mouit iudices clementia sui. Est quaedam proxima innocentiae uerecundia, praeberere se legibus, Lex non adiicit quoties optet, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud non adiicit, ne amplius quam semel.

L. ANNAEI SENECAE DECLAMATIONVM LIB. VIII.

DECLAMATIO PRIMA,

De orbata, quae sibi praeciso laqueo sacrilegium confessa est.



MAGISTRATVS de confessa sumat supplicium. Amisso quaedam uiro cum duobus liberis, laqueo se suspēdit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum sacrilegio facto, quaereretur sacrilegus, illa dixit magistratui se fecisse sacrilegium. Vult magistratus tanquam de confessa sumere supplicium. Filius contradicit.

Prima pars pro filio contra magistratum.

Faciā iudices in foro quā domi feci, matrē mori prohibeo. Quomodo, inquā, fecisti? quo loco quae sustuleras cōdidisti? Hærebatur, nec quæquā sacrilegij nisi poenā nouerat. Amisissis duobus filiis, sacrilega sibi uidebatur, quod uiuebat. Non * obfuturus * affuturus ueni, sed seruatorus. Alij pro reis rogant, ego rogabo ream. Nullum accusator nisi in subsellijs meis habet testem. Non est confessio, nisi cum accusator eruit, negat rea, tortor expressit? Fertur quaedam uiso citra spem filio expirasse, Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater habes non mediocre solatiū. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miseri, quam beati colunt. Non fecit sacrilegium mulier, non fecit anus, nō fecit * orbata, nō fecit quae custoditur, nō fecit quae cōfitetur. Iratis, inquit, dijs sacrilegium potuit cōmittere.

tere. Frangitur calamitosis animus, et ipsa se infelicitas dānat, & hoc conditio humana uel pessimū habet, quod fortuna quos miseros fecit, & superstitiosos facit. Diligentius dii coluntur irati. Quis ergo fecit? Vnde scire possum qui matrem custodiat? Ago causam legum, nec carnificem, quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant. Deos ita coluit, ut quae tam pro multis timeret. Confessio conscientiae uox est. Confessio coacti, & quae fecit agnoscentis, est uerbum.

Pars altera pro magistratu contra filium.

Omnium uox erat, sacrilegiū latere non poterit. Quisquis est, non ipse bonū exitum faciet, nō quisquam suorū. Et si nemo fuerit accusator, ipse narrabit. Concitata processit, uelut diis ipsis persequentibus. Feci, inquit. Supplicium de ea, uel tunc exigamus homines, de qua olim dii exigere coeperunt. Violatorum numinum maiestate compulsus est, ut mori etiam uellet & deberet, & non posset. Incisus est ei laqueus. Tu putabas sacrilegā secreto mori posse. Omnia fecit, ut taceret, quae ne confiteretur, etiam mori uoluit. Si crimen queritis, sacrilegium factum est. Si sacrilegium fatetur, facti causam queritis, si priusquam amitteret liberos, auara, si postquam amiserat, irata.

DECLAMATIO SECVNDA,

De Phidia truncato manibus.

Sacrilego manus praecidantur. Elij ab Atheniensibus Phidiam acceperunt, ut is Iouem Olympium faceret, pacto interposito, ut aut Phidiam, aut centum talenta redderent. Ioue perfecto Elij Phidiam aurum rapuisse dixerūt, & manus tantquam sacrilego praeciderūt, truncatum Atheniensibus reddunt. Petunt Athenienses centum talenta. Contradicitur.

Prima pars pro Atheniensibus.

Iam Phidiam commodare non possumus. Tunc demum illi maiestas exprimi potest, cum animus opera prospexit, Manu

duxit

duxit
praecidit
nidit
in m
nus f
uos a
recep
deber
bis P
cere,
Iouem
moda
tor, E
quos
diam

H
teria
quoc
erat

D
sus
M r
alter

D
frate

duxit ante sibi, quàm operi. Iouem fecit. Sacrilegi uos estis, qui præcidistis consecratas manus. Primum sanguinem sui artificis uidit deus. Testor Iouem, iam propriū Phidiæ decum. Ars alios in miseria sustinet, te fecit miserum. Paciscendum Phidiam manus fecerant. Sine eo Phidiam nos recepturos speratis, sine quo nos accepturi nō fuistis? Commodauimus qui posset facere deos, recepimus qui ne adorare quidem possit. Non pudet uos Iouem debere sacrilego? Superest homo, sed artifex periit. Pœnam nobis Phidiæ, nō Phidiam redditis. Manus quæ deos solebant facere, nunc nec homines quidem rogare possunt. Talem fecit Iouem, ut hoc eius opus Elij ultimum esse uellent. Manus commodauimus. Manus reposcimus. Elius testis est Elius accusator, Elius iudex. Athenienses tantum reus. Inuoco deos, et illos quos fecit Phidias & illos quos facere potuit. Recepimus Phidiam. Confiteor si possumus commodare.

Pars altera pro Eliis.

Habuimus aurum olim sacrum. Habuimus ebur. Sacræ materiæ artificem quæsiuimus. Disposueramus quidem, ut alijs quoque templis simulacra Phidias faceret. Sed non tam necesse erat ornare deos, quàm uindicare.

DECLAMATIO TERTIA,

De iuvene retinente diuitem uxorem fratris, suspitione adulterij.

DVorum iuuenum pater uni uxorem dedit, quo peregrè profecto, infamari cœpit socer in nurum. Maritus reuersus *duxit ancillam uxoris, & torsit. Illa in tormentis periit. Maritus incertus quid quæsierit, laqueo se suspendit. Imperat alteri filio pater, ut eandem ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio contra patrem.

Duc, inquit, fratris uxore. Sic hoc fieri potest. Adulterium frater inuenit. Hæc est mihi causa abdicationis, quæ fratri

* abduxit

mortis fuit. Duc, inquit, fratris uxorem. Tentari me si qua est fides credidi. Mulier si nubere lugenti potes, facis ut omnia de te credantur. Cogor eam ducere, quæ mihi causa abdicationis est, populo rumoris, uiro mortis. Legi iam uxorẽ, quæ, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari uelit, quæ si uiro aliquid acciderit, alteri nubere nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid suspicatum de me.

Pars altera pro patre contra filium.

Obiecisti mihi ultimũ nefas, & quod qui tantum est suspicatus, noluit uiuere. Impulsu tuo frater torsit ancillam, & quia nihil reperit, falsas suspensiones morte piavit.

DECLAMATIO QVARTA,

De homicida insepulto.

Homicida insepultus abijciatur, Quidam se occidit. Petitur ut insepultus abijciatur. Contradicitur.

Prima pars pro homicida sepeliendo.

Afferre sibi coactus est manus asiduis malis. Summam infelicitatum suarũ in hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adolescens, cũ te & sepultura prohiberi uideo, desino mirari quod perijsti. Tales inimicos habes, ut etiam mortuum persequatur. Facilius miserum quàm sceleratum fortuna uincit. Sumpsisti hoc ferrum Cato, & quidem inuidiosum, quod Catonẽ occideris. Curti perdidit sepulturã, nisi in morte reperisses. Quid est miserius in uita, quàm uelle mori? Quid in morte, quàm sepeliri non posse? Quis miretur eum mori uoluisse, quem fugientem quoq; fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturã dedit. Naufragos idem fluctus qui expulit, sepelit. Suffixorũ corpora crucibus, in sepulturã suam defluunt. Eos qui uiui uruntur poena funerat. Irascere interfectori, sed misereri interfecti. Homicida, inquit, est qui se occidit. Huic irasceris? Pro quo irasceris? Non aliud Scæuolæ Mutio

cogno

cognom
ustione.
ceteris
perator
dux, qua
gloriosu
uolentes
tius deije
Celebret
spiritu su
tantur in
quidem l

Facim
quem occi
los. In qu
consciis c
quod dam
post morte
rus fuit, qu

D E

De

Bdica
Apram
postea forti

Ego for
uimus. Re
litæ manus
miam, patri
eadem lege

cognomē dedit, quā quod à Porfenna libertatem, manus suae
 ustione, defendit, nec aliud quā uilitas sui. Non aliud Codrus
 cæteris imperatoribus dedit exēplum, quā quod positus im-
 peratorijs insignibus, ad mortem cucurrit. Nec ullo maior fuit
 dux, quā quod se ducem nō esse mentitus est. Non postulo, ut
 gloriosum sit, sed tutum sit mori. Non magis crudeles sunt, qui
 uolentes uiuere occidūt, quā qui mori uolētes nō sinunt. Cur-
 tius deiciendo se in præcipitē lacum, fatum sepulturae miscuit.
 Celebretur Cato, huic miserrimo, quod aliquid non ignaue de
 spiritu suo statuit, tantū impune sit. Etiam uulnera infelicis scri-
 untur in crimen, Aestimare an uiuere licuerit, cui nec mori
 quidem licuit.

Pars altera contra homicidam sepeliendum.

Facinus indignum, si inuentantur manus quæ sepeliāt eum,
 quem occiderunt suæ. Sumpsit gladium. Video ardentis ocu-
 los. In quem nescio. Scelus cogitat. Nescio cuius criminis sibi
 conscius confugit ad mortem. Cuius inter scelera etiam hoc est,
 quod damnari non potest. Contra hos inuentum est, ut aliquid
 post mortem timerent, qui nec mortem timent. Nihil non ausu-
 rus fuit, qui se potuit occidere.

DECLAMATIO QUINTA,

De patre repetente filiū quem prius expulerat.

Abdicauit filiū quidam. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro
 præmio ad patrem reditum. Pater contradicit. Pater
 postea fortiter fecit. Petit ad se filij reditum, Filius contradicit.

Prima pars contra filium.

Ego fortior sum, post tuam pugna pugnauimus, post meam
 uicimus. Reuertere, dignam domum te feci. Isti oculi mei sunt.
 Iste manus meæ sunt. Ista cōtumacia mea est. Si mereor præ-
 mium, patri date. Si non mereor, isti suum reddite, Ego inquit,
 eadem lege præmiū nō accepi, Hoc est unde abdicatus es. Cum

putas nihil inter te & patrem interesse, post similia opera, si tantum cōmilito esses, me patrem adoptare debueras. Admoneo te iuuenis. Hoc præmiū qui recusauerat, petit. Timeo, inquit, ne me iterum abdicēs. Cōmissurum me putas, ut iterum rogem? Bello grauiore pugnaui, quo necesse fuit etiam semibellum militare, quo fortes esse, non potuerunt etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit. Ego uici meos. * Tu fecisti bellum. Ego sustuli. Quanta exhortatio iuuenum fui senex fratris. Vtrique nostrum præmiū reddite. Militaui senex, Militaui exanguis, Militaui qui iam uicariū dederam. Vterque nostrum cum rogatur, fastidit, cum relinquitur, rogat. Quid nos subiacari cogis, quod non uis in paternam domum uenire sine tuo præmio. Turpe erat uirū fortem, nisi à patre coacto, nō recipere.

*Tu fregisti

Pars altera pro filio contra patrem.

Quid me captiuū ex libero cupis? Quid ignominie subiacis uirū fortem? Quid efficis, ut possim abdicari? Meus, inquit, es filius. Quid opus est præmio, si tuus sum?

DECLAMATIO SEXTA,

De filia pauperis post passum naufragium à diuite uitiata.

Vitiata uitiatoris aut mortē, aut indotatas nuptias optat. Diues pauperē de nuptijs filie interpellauit tertio. Pauper negauit. Profectus cum filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptijs filie. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in urbem. Pauper educere puellam ad magistratus. Diues contradidit.

Prima pars pro paupere contra diuitem.

Adducatur ad magistratus puella, quid times? Certe uita tua est. Queri nec de morte poteris, si hanc puella maluerit. Sed nemo unquam raptor serius periit. Ut littus agnoui naufragum altum nataui. Quid times, si exorasti? Accessit ad me prima

filiam t
gare. N
plus de
una q
sinat. F
cōmita
& in nu
es, cur t
queram
Subito f
stram fl
bus dies
mus. Ad
restat in
tis. Illic
infelix, e
nuptijs f
debi, &
gau. De
matrimo
cit nupti
inoptate
tis animi
chrym.e
eruptio. S
cendum.
menarun
partes pa
babes, qu
Naufr

filiam tuam ducere uolo, inquit. Non fleui, Tūc enim licuit negare. Nuptias filiae, tāquam naufragium meū fleui. Naufragus plus de littore queror. Inter naufragiū quidem & nuptias, nec una quidē nox interfuit. Differat nuptias, dum flere focer desinat. Putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic nec dum se cōmittat uxori. Lachrymis inter uerba manantibus uenio, talis & in nuptijs filiae fui. Si rapta es, cur optionē recusas? Si uxor es, cur times? Loquor ubi primū licet, procul à conspectu reliqueram patriā, nondum tamē possessionē diuitis praeterieram. Subito fluctibus inhorruit mare, ac discordes in perniciem nostram flauere uenti. Demissa est nox caelo, & tantum fulminibus dies redditur. * Inter terram & caelum dubij pependimus. Adhuc tamen bene iudices nauigauimus. Naufragiū maius restat in littore. Erat in summis montium specula ardua diuitis. Illic iste naufragiorum reliquias computabat, illic uectigal infelix, & quantum sibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptijs filiae, cum adhuc pulsaret aures meas fluctus. Ecce quod debui, & captus et naufragus. Inimico stuprum lachrymis negauit. Delicatus diues, qui etiam inter naufragia amare potest, matrimonij celebritatem remoti angulo ruris abscondit. Ibi fecit nuptias, quò nemo nisi naufragus uenit: lachryma est indicium inoptatae rei. Lachrymae pignora sunt nolentium, & repugnantis animi uultus index. Nemo unquam quod cupit deflet. Lachrymae coacti doloris inter praecordia et intolerabilis silentij eruptio. Sicut ille qui super cinerem deflet patrimoniū odit, incendiū, Sic qui naufragiū deflet, maria detestatur. Fletus humanarum necessitatum uerecunda execratio est. Tuae nūc sunt partes puella. Discedo. Et quod prius feci, taceo. Si nupta es, habes, quod optes: si uitiata, quod imperes.

Pars altera pro diuite contra pauperem.

Naufragium duo sacratissima inter homines * acceperunt, * exceperunt, hospite

* Inter mare
terramq; du-
bij pepend.

hospitium & affinitas. Alterum præstiti, Alterum & rogavi.
 Oblatas cōciliante fortuna nuptias, quod erat amātis sæpius ro-
 gavi, quod festinātis, nō distuli. Quid hic raptoris est, nisi quod
 indotatam duxi? Errat socer, qui putat mihi chariorē futuram
 puellam, si me potuerit occidere. Quid enim superest? preces
 meæ quas toties adhibui, an istius lachrymæ quas moui? Nihil
 mihi inimicus obijcere potest præter matrimonium. Magnus est
 amor qui ex misericordia uenit. Fundebamus lachrymas, ex
 pœnitentia disidij prioris. Nec plura, aut me proloqui, aut in-
 stum respondere passæ sunt mentes gaudijs occupatæ. Nulla in-
 tegrilas tantū, sibi etiā explorata, confidit, ut causam uelit dice-
 re. Si interrogaueris filiam, partē legis imputaturus es, si non
 interrogaueris, legē. Si genero uitam daturus esset, etiam inno-
 centiam reliquisset. *Quæritis* quid dum fleret, faceret? Non
 negauit, & solebat negare. Si nollet mortem, optaturus est: Non
 enim potest eas partes legis desiderare, quas habet.

LVCII ANNAEI SENECAE
 DECLAMATIONVM
 LIBER IX.

DECLAMATIO PRIM A
 De Cimone à Callia redempto.

Hæc respon-
 det 25.



ADULTERVM cum adultera, qui depre-
 henderit, dū utrunq; corpus interficiat, sine fra-
 de sit. Ingrati sit actio. Milciades peculatus dam-
 natus, in carcere alligatus, decessit. Cimon filius
 eius, ut eum sepeliret, uicarium se pro patris corpore dedit. Cal-
 lias diues sordide natus, redemit eum à republica, & pecunia
 soluit, eiq; filiam collocauit. Ille deprehensam in adulterio, de-
 precante patre, occidit uxorem. Ingrati reus est.

Prima pars pro Cimone.

Ad

Adulteriū mihi carcer est. Ferrū mihi à lege traditum, ad vindictā pudicitie projiciam. Perdidisti pecuniā Callia, si soluisi tales manus. Nō potest generosus animus cōtumeliā pati. Hoc interest, inter fortunā patris & filij, quòd illius calamitātū exitus fuit carcer, mearū initiū. Vnius Milciadis census inuētus est Cimon filius. Redēptus. Cimon redēptoris infelicitas est. Reddā beneficiū, cū tam honestū desideraueris, quā dediisti. Ego adulteros dimittā? Quid aliud facerē, si adhuc alligatas manus haberē. Quid tu poenam putas pro Milciade alligari? Magnū uterq; beneficiū dū damus, recipimus. Ego, quod Milciadem redemi, tu quod Cimonē. Turpissimū duxi ab eodē dimitti, & adulteros & Cimonē. Ego sum qui referre gratiā ne mortuis quidē desino, Ita mihi ueros habere liberos cōtingat, quod quantū sit Milciades expertus est. Dignū erit Callias talem genuisse, qualē redemit. Dic nūc exemi te ego carcere, cui respondeā, Ego me carceri tradidi. Nunquā fiet, ut melius actū putē, quod à Gallia redemptus sum, quā quod pro Milciade alligatus. Ego me à te redemptū putabā. Emisti me filiae tuæ, Callie filiā duxi. Hanc tibi pater, dum ingratus esse nolo, iniuriam feci. Non possum ob id damnari, quod lege factū est. Beneficium est, quod * totum eius causa præstatur, in quē conferatur, * Vbi aliquis ex eo quid sperat, aut impetrat, nō beneficiū sed consilium est. Summo te decore liberaui inuitus. Redemisti me, & tu non rogantem. Habes Virginios, & quicumq; uitiatas filias uel clausurunt, uel occiderunt.

Pars altera pro Callia.

Duo beneficia dedi, & redemi, & egenti filiam collocaui. Obicio tibi, quod uxorē passus es adulterā fieri, quod nō custodisti, quod moratus es, dū superueniret pater, spectator suæ calamitatis. Ego nō expectauerā, donec rogares. Molestē ferrebas socerū dici Calliam. Mores puellæ nō tantū passus es in uitiā

* tantum
* Vbi aliud
ex eo quis
sperat aut
preparat,

tia labi, sed ipse impulisti, nactus occasionem non obnuisti.

Extra controuersiam.

* Multas ora
tiones

* castris occi
dit.

Hic color, & Gallioni, & Latroni, & Mōtano placuit, nihil in Calliā diceretur contumeliose, in redemptorē, in foerū infelicem. * Multas questiones rhetorici & poetæ Romani Græcis dictas surripuūt, sed & prouocauerūt. Thucydidis sententia est, Res secundæ mire sunt uitij obtentui. Cū sit præcipua in Thucydide uirtus breuitas, hac eum Salustius uicit, & suis eum* claustris cecidit. Nam in sententiā græca, quæ saluo sensu detrahas deme, constabit etiam si non æque tamen integra. At ex Salustij sententiā, nil demū sine detrimento seruari potest. Titus autē Liuius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsius sententiā tanquam translata & corruptam dum transferretur obijceret Salustio: nec amore Thucydidis facit, ut illū præferat, sed laudat, quem non timet, & facilius putat à se posse Salustium uinci, si ante à Thucydide uincatur.

DECLAMATIO SECUNDA

De Flaminiō prætorē qui occidit damnatum ad rogatum meretricis.

Hæc respon
det 26.

* Proconsul
Romanus

Maiestatis læsæ sit actio. Flaminius * prætor Romanus inter cœnandum à meretrice rogatus, quæ aiebat nequam se uidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. Accusatur læsæ maiestatis.

Prima pars contra Flaminiū.

* occidis.

Obijcio luxuriā histrionicā, iocos mimicos, in conuiuio nihil aliud quàm* occiditis. Vni fortasse osculo donauit homicidium. Cœnaturi carnifices manus abluunt. Nō inquirō in totū annum una nocte cōtentus sum. Facilius est ut quæ multa meretrici de homicidiū neget, quàm ut quæ homicidiū dederit quicquā negare. Seruū si uerberari uoluisses, extra cōuiuū abduxisses. Cōtū sanguine humano mēsam, strictas in triclinio secures, quis cre-

dat ista cōcupisse meretricē, uel fecisse populi Romani prætorē virgæ promūtur, & ante mēsam deosq; * crudelitatis uictima trucidatur. Me miserū terrore Romani iperij lufisti. Legi potius, quā scorto cadat. Exurgite Bruti, Oratij, Decij, & cætera iperij decora. Vestris fascibus, securibus uestris, iā puellæ iocantur obscœnæ. In eo quod sub prætextu publicæ maiestatis agitur, quicquid peccatur, magistratus actione, uindicādū est, Percussurus lictor ad prætorem respicit. Prætor ad meretricē.

Pars altera pro Flaminio.

Si legatus mandata affert falsa, sic audiuntur tanquā illa populus Romanus dederit. Imperator foedus percussit, uidetur populus percussisse Romanus, & foedere continetur. Nunc nec uiribus quicquā populi detractū est, nec opinioni. At ex te æstimant cæteros. Et ante hunc alij fuerūt, ex quibus æstimari possunt. Nemo ascribit urbibus uitia singulorum. Obijciunt, quod damnatus perierit meretrici, & postulant prætorem perire damnato. Libido omnis intra meretricē est, crudelitas intra carcerem. Multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit. In Manlio impotentiam, à quo & filius & uictor occisus est. In Sylla crudelitātē. In Lucullo luxuriā. In multis auariciam. Nō putauī ad rem pertinere, ubi aut quādo periret, qui perire deberet. Occisus est. Quis? damnatus. Vbi? in prætorio. quo tempore? Est enim tempus quo noxius perire non debeat.

Extra controuersiam.

Quædam controuersie sunt in quibus factū defendi potest, excusari non potest. Non speramus ut Flaminium iudex probet, sed ut dimittat. Itaq; sic agere debemus, tanquam pro facto nō emendato, sed potius non scelerato. * Titus Liuius de oratoribus, qui uerba antiqua sordida cōsectantur, & oratoris obscuritātē, * securitatem putant tamen in his etiam si minus est insania, minus * spei est, illi qui tument, & abūdantia laborāt, plus habent

* (crudelitas)

* Rufus Vibius

* seueritatem

* al. speciei.

* Mirridius:
als, Murbe-
dius

habēt furoris, sed plus & corporis. Semper ad sanitatem pro-
cliuis est, qui potest detractione curari, illi succurri non potest,
qui simul & insanit & deficit. * Mindius dixit tetracolo, se-
niebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, die
nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut expleretur circus
tus. Quem enim sensum habet, seruiebat dies nocti. Hanc idem
sententiam retuli, quia & in tricolis & in omnibus huius ge-
neris sententijs, curamus ut numerus constet, non curamus
sensus, Omnium autem corruptarum sententiarum exempla
industria pono, quia facilius & quid imitandum, & quid
tandum sit, docemur exemplo.

DECLAMATIO TERTIA,

De patre repetente duos expositos.

Hæc respon-
det 26.

PER uim metumq; gesta, non sint rata, Pacta conuenta legi-
bus, facta, rata sint. Expositos qui agnouerit solutis alieni-
tis recipiat. Quidam duos expositos sustulit & educauit, que-
renti patri naturali, pollicitus est se indicaturum ubi essent,
sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est, reddidit
illi duos, repetit unum.

Prima pars pro patre repetente duos expositos.

Cum alienis diuidimus liberos, quos nō diuidimus cū matre-
bus: Vtrunq; genui: Vtrūq; desiderauī, pro utroq; pactus sum.
Vnā nati, unā expositi, unā educati, redditi distrahuntur. Dis-
straxit illos fortuna aliquādo à parētibus, nūquā ab ipsis. Duo
exposui, quia alterū eligere nō poterā. In auctiōne fratres pro-
ductos hostilis hasta non diuidit. Plus quidem est geminos esse
se quā fratres. Perdit uterq; gratiam suam, nisi cum alieno
est. Ignoscam retinenti meos, cum ipse non concupiscam alienos.
nos. Agnitio diuidet, quos iunxit etiam expositio. Omnia
pro filio paciscor, præter filium. Pactus sum flens, tremens,
tanquam exponerem. Mihi tunc uis & necessitas erat. No-

enim poteram inuenire filios, nisi alterum promissem.

Pars altera pro petente alterum expositorum.

Vtrumq; potestis ex hoc iudicio patrem dimittere, liberis hic carere consuevit. Ego & cum unum accepero, necesse est torquear. Duobus assueui. Vim uocas, quæ te patrē fecit? Ego sustuli. Ego educaui. Ego reddidi. Iste electurus est, In ista ui duos filios perdidit. Lex, arma, & uincula, & ultimum periculum complectitur.

Extra controuersiam.

In Sabinum Clodiu, una die et Græce & Latine declamātem, multa urbane dicta sunt. Dixit *Catherius quibusdā querentibus, quod pusillas mercedes acciperet, cū duas res doceret, Nunquā mercedes magnas accipere eos qui breuia pneumata docēt. Meccenas dixit. Cassius Seuerus ab auditione eius rediēs, interrogatus quomodo dixisset, respondit, male uicit.

*Q. Aterius

*Herme-
neumata

DECLAMATIO QVARTA,

De patre caso à filio.

Qui patrem pulsauerit, manus ei præcidentur. Tyrannus patrem cum duobus filijs in arcem accersijt. Imperauit adolescentibus, ut patrem cæderent. Ex his alter præcipitauit se, alter cecidit patrem. Post in amicitiam tyranni receptus est, Occiso tyranno præmium accepit. At reus sit cæsi patris. Pentantur eius manus, pater defendit.

Hæc respon-
det 27

Prima pars patris filium defendentis.

Feliciores essem si plures reos defenderem. Præcidetis tyrannicide manus. Quid est hoc? integer tyrannus iacet. Tam necesse fuit patrē cædere, quā tēpla spoliare, uirgines rapere. Quātum debemus istis manibus, per quas iā nihil necesse est. Tales fuerunt, ut ex his posset tyrannū alter continere, alter occidere. Præcipitasti te fili. Hoc nō est patri parcere, sed tibi. Dura fili, in tyrannū tibi per patrē eundū est, utrum ex filijs

u

meis

*cecidisset.

meis probatis? Alter se occidit, alter tyrannū. Suspēsas leuiter admouebat manus. Filius simulabat ictus, pater gemitus. Necessitas magnū humanæ imbecillitatis patrociniū. Hæc excusat Sagūtinus, quāuis non ceciderint patres, sed occiderint. Sed nec iste* occidisset. Ille me fratri reliquerat, hic tyranno. In lege, inquit, nihil excipitur. Sed licet multa nō excipiantur, intelliguntur. Et scriptū legis angustū est, interpretatio diffusa est. Quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrē pulsauerit, cū illi nō supplicio, sed remedio opus sit, ne puniatur infans, si pulsauerit patrē. Hic qui cogēte tyranno fecit, ipso fuit miserior uapulante. Non est impudica, quæ accersita est à tyranno. Non est sacrilegus sacerdos, qui deorū immortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannū. Patre iubente fecit, nec cecidit ipse, sed paruit. Vltio cæsi patris, nullius est, nisi patris. Si à quolibet alieno cæsus essem, & iniuriarum agere nollem, nemo nomine meo ageret. Nunc nihil interest. Poena maior est eius qui cecidit, ius idem eius qui cæsus est.

Pars altera contra filium qui patrem ceciderat.

Tandiu cecidit patrem, donec placeret tyranno. Satelles inquit, pro Repub. feci. Idem imputas & Reipub. & tyranno. Habuisti quod iactares tyranno. Frater maluit mori. Perijit, ne parricidium faceret, aut uideret. Cæsus inquit, poenā remittit. Mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset, qui mori uellet. Pater, inquit, uoluit, sed frater noluit. Ita tu non tantum tyrannum, sed etiam patri dignus uisus es parricidio. Cecidisti patrē cum & legem nosses, & fratrem.

Extra controuersiam.

Ab Oppio proconsule, cum quo in Cretā Sabinus ierat, in theatro Græci postulare cœperāt, ut Sabinus maximū magistratum gereret. Mos autē est barbā & capillos magistratus Cretensiu submittere. Surrexit Sabinus, & silētio manu facta

hunc magistratū inquit, ego Romæ bis gessi. Bis enim reus causam dixerat. Græci non intellexerunt, sed * bene interpretati petebant, ut illū honorē Sabinus tertio gereret. Idem etiā cū reus rogaret, ut in Lautunias transferretur. Ne nunc, inquit, quinquā uestrum decipiat nomen, lautuniae illæ minime lauta res est. Iocabatur in miserijs, ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit? potuisse quis credit?

*bene precati
ti Cæsari pe-
tebant,

DECLAMATIO QVINTA,

De nepote rapto ab auo.

DE ui fit actio. Quidā duos filios sub nouerca amisit, dubijs signis cruditatis & ueneni. Tertiū filium auus maternus rapuit, qui ad uisendos nepotes ægros non fuerat admissus. Querētī patri, p̄ præconē dixit apud se esse. Accusatur de ui.

Respōdet 28.

Prima pars pro auo qui rapuit nepotem.

Habui filiā, quāuis unus filius supersit focundam, apud me nutriatur, sine. Quid times? ne nō admittare cū ueneris? Non queris filios, quos perdidisti, quē nō perdidisti queris. Pater à me unū repetit, ego duos à patre. Plus habeo quod auo, quàm quod reo, timendum sit. Veni ad ægrotātes nepotes. Admissus non sum: hæc uera uis fuit, nulla uis est, quæ arma, pugnā uulnera nō habet. Describe istius comitatū tumultus. Unus puer & unus senex est. Rapuisti, inquit, filiū meū, imò nepotē. Sustulisti imò uenientē nō potui excludere, si quis obsessam latronibus armata manu coniugem, liberosq; rapuisset. Quod uiuit puer, beneficiū erit meū. Et medici alligant, & corporibus nostris ui medentur. Nō potest agere mecum tanquam cum alieno. Habet sua iura natura. Et hoc inter patrem et auum interest, quod auo seruare suos licet, patri & occidere. Quæ est ista tam sera pietas? tam præpostera? Querere tuos à tertio incipis. Quisquis puero fauet, ne inueniatur optet.

Pars altera pro patre contra auum.

Non

Non ut nepotem seruaret fecit, sed ut infamaret uxore ueneficij, me ueneficæ mancipatū. Quid mihi cū socero iudices, cū quo ne uiua quidem uxore priore cōueniebat, mortua uerō, inimicū professus est. Lāguēte puero cū uociferatiōe & cōuittio, auspiciās quid accidit, uenit, q̄ ad sanos nepotes nūquā antea uenisset. Non admisi & tunc enim uidi uenire rapturum.

Extra controuersiam.

Habet & hoc Montanus uitū. Sententias suas repetendo corrūpit. Dū non est cōtentus unā rē semel benedicere, efficit, ne benedixerit. Propter hoc solebat Mōtanum Scaurus inter oratores Ouidiū uocare. Nā & Ouidius nescit, qd' bene celsit, reliquere. Cū Polyxena esset adducta tumulo Achillis immolāda, Hecuba dixit: Cinis ipse sepulti. In genus hoc pugnat. Poterat esse cōtentus. Adiecit, tumulo quoq; senserat hostē. Neq; hoc cōtentus adiecit Aeacidæ fœcūda sui. Aiebat Scaurus non minus magnā uirtutem esse, scire desinere, quā scire dicere.

DECLAMATIO SEXTA,

De matre uenefica filiam accusante.

Hæc respondet 29

Venefica torqueatur, donec conscios indicet. Quidā mortua uxore, ex qua habebat filiū, duxit aliā, & ex ea filiū sustulit. Ueneficij damnata, dum torqueretur dixit cōsciam filiam. Petitur ad supplicium puella. Pater defendit eam.

Prima pars pro filia ne sit rea ueneficij.

Non prodesset tibi puella, quōd amauit te pater, nisi mater odisset. Nefānda mulier, etiā filie nouerca. Ne mori quidē potuit, nisi & occideret. In gladiatoribus quoq; conditio dura uictoris est, cū moriente pugnātis. Nullū magis aduersarium timeas, quā qui uiuere non potest, occidere potest. Concitatissima est rabies in desperatiōe. Sorte ultima in furorē animus impelitur. Quādā seræ + ipsa tela inuadunt, & in mortis autorem per uulnera ruunt. Gladiator quē armatus fugerat, nudus insequitur,

* ipsa tela cōmordent

quitur, et præcipitati non quod impulit tantū trahūt, sed quod occurrit. Quodā naturali deploratæ mentis affectu, morientibus gratissimū est cōmori. O mendaciū simile ueneficio, dum nouerca meminit, matris oblita est. Peto ne quia filiū uindicaui, filiā perdā, quod nisi succurritis, nouerca uincit. Ego uictus sum. Ne inter supplicia quidem desinit occidere. Profit apud uos puellæ, quod pater eam laudat, profit quod mater accusat. Conscia inquit, est filia. Ego torqueri cæpi, nouerca torquere. Habui filiū talem, ut illū amare posset nouerca, nisi in eā incidisset, quæ odisse etiam filiā posset. Seruus furti tortus. Catonē consciū dixit. Vtrū plus tormētis creditis, an Catoni? Quod nouerca tam sero, puella tam cito. In hoc ueneficij pœnas dabat, ut accusatoris exigeret.

Pars altera contra filiam quæ sit rea ueneficii.

Quarundā ferarū catuli cū rabie nascuntur. Venena à radicibus statim pestifera sunt. Quid illa quæ fratrem in morā sequentis patris sparsit: habemus exemplū quod & sorori conueniat, & uirgini. Nouerca in hoc priuigno dedit uenenum, ut filia sola hæres esset. Ideo adhibuit, & consciam.

L. ANNAEI SENECAE DE-
CLAMATIONVM LIB. X.



QVOD ultra mihi molesti sitis, non est. Interrogate, si qua uultis. Sinite me ab istis iuuenilibus studijs ad senectutē meā reuerti. Fateor uobis, iā res est tedio. Primo libenter asilui, uelut optimā uite meæ partē mihi reducturus. Deinde iā pudet me quādiu nō seriā rem agā. Scholastica studia leuiter tacta delectāt, contrectata et propius admota, fastidio sunt. Sinite ergo me semel exhaurire memoriā meā, & *dimitte uel adactū iureiurādo, quod sermē dixisse memini me quæ sciui, quæq; audiui, quæq; ad hanc rem pertinere iudicaui, Pertinere autē ad rem nō pu-

Hæc præfatio
præponitur
lib. 6.

*admittite

to, quomodo Lucius Magius gener T. Liuij declamauerit, quomodo aliquo tēpore suum populū habuit, cū illum homines non in ipsius honorē laudarent, sed in soceri ferrent, quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamauerit, trāseo istos quorū fama cū ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis, cum illū mecū audieritis, iniqui estis. Non noui quenquam, cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. Dicebat negligenter causam in ipsis subsellijs, saepe * domi dicebat: deinde litiganti similior quā agenti, cupiebat euocare aliquā uocem aduersariorum, & in altercationē peruenire. Vires suas nouerat: nihil erat illo uenustius, nihil paratius, genus dicendi antiquum, uerborū quoq; non uulgariū grauitas, ipse uultus habitusq; corporis, mirē ad autoritatē oratoriā aptatus. Sed ex ijs omnibus scire posses non quantū oratorē praeſtaret Scaurus, sed quantum desereret. Pleraq; actiones malae, in omnibus tamē aliquod magni neglectiq; ingenij uestigium extabat, raro aliqua actio bona, sed quam fortunae imputares. Sed illum longa imò perpetua desidia cō perduxerat, ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem edidit, quae deinde senatus consulto combuſtae sunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed extāt libelli, qui cum fama eius* lucēt, multoq; solutiores ipsis actionibus. Illas enim cum destituerit calor, labor adiuuabat. Hi caloris minus habēt, negligentiae non minus. Declamantem audiuius, nouissimē quidem lepidē ita, ut quod difficillimum erat sibi displiceret. De Labieno interrogatis. Declamauit non quidem populo, sed egregie. Non admittebat populum, & quia nondum haec consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac friuolae iactationis affectare. Faciebat ei censorium supercilium, cum alio animo esset, magnus orator, qui per multa impedimenta cōſtatū ad famam ingenij, confitentibus magis hominibus peruenerat, quā uolentibus. Summa egestas erat, summa infamia.

* dum amicitur

* pugnant,

infamia, summū odium. Magna autē debet esse eloquentia, quæ inuitis placeat, cū ingenia fauor hoīm ostēdat, fauor alat, quātam uim esse oportet, quæ inter obstātia erumpat? Nemo erat qui non cum homīni oīa obiecerat, ingenio multum tribuerit. Color orationis antiquæ, uigor nouæ. Cultus inter nostrum ac prius seculum medius, ut illum posset utraq; pars sibi uendicare. Libertas tanta, ut libertatis nomen excedere, ut quia passim ordines honoresq; laniabat, Rabienus uocaretur: animus per uitia ingens, & ad similitudinem sui ingenij uiolentus, & qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuisset. In hunc primum excogitata est noua pœna. Effectum est enim per inimicos, ut omnes eius libri incenderentur. Res noua & insueta, supplicium de studijs sumi. Bono hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronē inuenta est. Quid enim futurum fuit, si triumuiros libros, si ingenium Ciceronis proscriberent? Sunt dii immortales lenti quidem, sed certi uindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientium regesserunt, ut iustissima patiendi uice, quod quisq; alieno excogitauit supplicio, sepe excipiat suo. Quæ uos dementissimi hoīes tanta uecordia agitāt? parum uidelicet in pœnas notæ crudelitatis est? Conquiritis in uosmetipsos noua, quibus pereatis. Et si quid ab omni patientia rerū natura subduxit, sicut ingenium memoriamq; nominis, inuenitis quæ admodum perducatis ad eandem rem corporis mala, faciem studijs subdere, & in monumenta disciplinarum animaduertere, quanta & quā non contenta certa materia seuitia est? Diu melius, quod eo seculo ista ingeniorum supplicia cœperunt, quo & ingenia defierunt. Eius qui hanc in scripta Labeni sententiam dixerat, postea uiuentis adhuc scripta combusta sunt. Iam non malo exemplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec supestes esse ingenio suo uoluit, sed in monumenta se maiorum suorum ferri

* atq; inibi
uri, ueritus
scilicet ne
ignis
* illius libri

* nostro

* perduxif-
setis.

iusit, * atq; ita includi, ueritus ne ignis qui nomine suo subie-
ctus erat, corpori negaretur, non finiuit tantū se ipse, sed etiam
sepeliuit. Memini aliquando cum recitaret historiam, magnam
partem * illorū librorū cōuoluisse, & dixisse, hæc quæ transeo
post mortē meam legentur. Quanta illis libertas fuit, quā etiam
Labienus extimuit? Casij Seueri hominis Labieno iunctissimū
belle dicta res ferebatur. illo in tēpore quo libri Labieni ex S.
C. urebantur, nunc me inquit, uiuū uri oportet, qui illos edidici.
Monstrabo uobis bellum libellum, quē à Gallione * uestro pe-
tatis. Recitabit rescriptum Labieni pro Batillo Mecenate, in
quo supplet adulescentis animum, illos dentes ad mordendam
prouocantis. Puto iam nihil, quod interrogetis, restat. Maf-
rhetor quē interdum soletis audire, licet Mela meus contrabat
frontem, multum habuit ingenij, minus cordis. Omnia usq; ad
ultimū tumorem perducta, ut non extra sanitatē, sed extra na-
turam esset. Quis enim ferret hoīem de sifonibus dicentē, colo-
repluerunt, de sparsionibus, odoratos hymbres, & in cultum
uiridium, cælatas syluas, & in pictura, nemora surgentia. Aut
illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cū uos me
illō * perduxeritis. Quicquid auium uolitat, quicquid piscium
natat, quicquid ferarum discurrit, nostris sepelitur uentribus.
Quære nunc, cur subito moriamur. Mortibus uiuimus. Non
ergo & si iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis sa-
tis fieri, Non sum ex iudicibus seuerissimis, nec ad exactam re-
gulam redigam, multa donanda ingenijs puto, sed donāda uir-
tia non portenta sunt. Si qua tamē tolerabiliter dicta sunt, non
subtrahantur, non plura uideantur, uos subijciatis. Osciū non
incōmodē dixit, sed sibi nocuit: cū nihil sine schemate dicere
cupit, oratio eius non figurata erat, sed praua. Itaq; non inter-
bane Pacatus rhetor, cum illi Masiliæ mane occurrisset, sche-
mate illum salutauit. Poteram, inquit, dicere aue Osci. Ipse ab
eloq;

eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingenijs inurendas. Nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. Ille Passieno prima eius syllaba in Græcum mutata ob-scœnum nomen imposuit, declamatori subtili sed arido: ille Sparso dixit scholam cōmunem cum rhetore quodam habenti, tu potes controuersiam intelligere, qui non intelligis te laterem lauare. Sparsus autem dicebat ualenter, sed durè. Ad imitationem Latronis se addixerat, non tamen unquam similis illi erat, nisi cū eadem diceret. Vtebatur suis uerbis, Latronis sententijs. Cum Basso certamen illi fuit, quem uos quoq; audistis, homine diserto, cui demptam uelim quam consecrabatur amaritudinem, et simulationem actionis oratoriæ. Nihil indecentius, quam ubi scholasticus quod nō nouit imitatur. Amabam itaq; Capitonem, cuius declamatio est de Popilio, hæc quæ meo Latroni subijcitur. Bona fide scholasticus erat, in his declamationibus quæ illi bene cesserunt, nulli non post primum* Tetracolum præferendus. Primum* Tetracolum quorum faciam quæritis, Latronis, Fusci, Cæstij, Albutij, Gallionis. Hi quoties conflixissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionem palma, reliquos ut uobis uidetur componite. Ego uobis omnium feci potestatem, hos minus nobiles sinite in partem abire, Paternum, Moderatum, Fabium, et si quis est nec clari nominis, nec ignoti. Quum uobis ad satietatem uestram me præstiterim, permitte mihi & aliquos ex sinu proferre, quibus quo minus ad famam peruenerint, non ingenium desuit, sed locus. Bene declamauit Caius Silo, cui Cæsar Augustus, cum frequenter causas agentem in* Trachinensi Colonia uidisset, plenum testimonium reddidit, dixit enim, nunquam audiui patremfamilias disertiorrem. Erat qui patremfamilias præferret, oratorem subduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere. Solebat declamare studiose Turrinus Clodius, cuius filius fra-

*tetradeum

*tetradeum

*Terracinen-si

terno uobis amore coniunctus est, adolescens summæ eloquentiæ futurus, nisi mallet exercere quantum habet, quàm consequi quantum potest. Sed Turrinus Clodius multum de uiribus remisera, dum Apollodorum sequitur, & summam legem dicendi cum putat. Tantum tamen illi superfuit uirium, quantum ualeret, etiam si ars abesset. Sententias dicebat excitatas, *insidiosas, *insidiose aliquid petentes. Nunquã non de colore Latroni controuersiam fecit. Latro nunquam solebat disputare in conuiuio, aut alio quã quo declamare poterat tẽpore. Dicebat quosdam esse colores, prima facie duros & asperos, eos non posse actione approbari. Negabat *itaq; ulli placere posse, nisi totum, nosse se suas uires, & illarum fiducia alijs metuenda & prærupta adire, multa se non persuadere iudici, sed auferre. Turrinus contra nihil probare, nisi tutum, non quia imbecillus erat, sed quia circumspẽctus esset. Nemo diligentius *proposuit, nemo respondit paratius, & pecuniam itaq; & dignitatem, quam primum in prouincia Hispania habuit, eloquentiæ debuit. Natus quidem erat patre splendidissimo, auo dicitur Iulij hospite. Sed ciuili bello tenuitate domus nobilis uires excitauit, & ita ad summam perduxit dignitatem, ut si quid illi defuit, sciatis loco defuisse. Inde filius quoq; eius, idem meus, nunquam enim illum à uobis distinxi, habet in dicendo *perternam diligentiam, qua uires ingenij sui ex industria retulit: hoc & in ipso uite genere sequitur, ad summa euasurum iuuenis nisi modicis contentus esset, & ideo dignus est, cuius tam modestis cupiditatibus fortuna præstet fidem. Horum nomina non me à nimio fauore, sed à certo posuisse iudicio scietis, cum sententias eorũ retulero, aut pares notissimorum auctororum sententijs, aut præferendas.

De filio pauperis occisi, & diuite inimico.

Iniuriarum fit actio. Quidam cum haberet filium, & di-

uitem

*insidiosas,
aliquid potentes.

*utiq;

*exposuit,

*controuersiam diligentiam,

nitentem inimicum, occisus in spoliatus inuentus est. Adolescens sordidatus sequi diuitem coepit. Diues eduxit eum in ius & postulauit, ut si quid suspicaretur, argueret. Adolescens ait: Accusabo, cum potero. Diues petens honores repulsus est. Accusat iniuriarum pauperis filium. Contradicit.

Prima pars pro filio pauperis.

Gratias diuiti, quod quos odit, iam reos facere contentus est. Non ambulabis, inquit, eadem uia, non calcabis uestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidam uestem, non flebis, me inuito, non tacebis. Perieramus, si hic magistratus esset.

Hæc respon-
det 30.

Quod sordidatus fui, *lugentis est: quod fleui, pietatis: quod non accusaui, timoris: quod repulsus est, uestrum est.

*luctus est:

Honores patre meo uiuo nunquam petiuit. Vitium me meum sequitur. Taceo. Utinam hoc uitium habuisset & pater. Quando uobis non sordidati sumus? Accusa, inquit, pauper diuitem.

*loquentem

Ambulare mihi arbitrio meo non licet. Accusa, inquit, reum perage, perora. Quis accusare sic *locupletem potest? Cur,

inquit, me sequeris? Aliud ergo pauperes iter, aliud diuites habent. Quisquis percussor fuit, quasi diues spolia contempsit

mortuo patre meo. Metuo, ne quis se lædi putet, si dixero occisum. Sordidatus, inquit, fles. Quid aliud facere possum

occulsi pauperis filius? Quid accusanti fecisset, qui persequitur tacentem. Quare, inquit, sequeris me? Ut aliquando mi-

sereris mei, ut desinas afflictam domum persequi. Eum accusatorem habeo, qui se non esse reum miratur. Cur, inquit, non

agis? Quia adeo non metuis, ut cogas. Sordidatus sum. Quod reo licet, lugenti non licet? An ne lugebo quidem quem uin-

dicare non possum? Non erat in illo præda, quam grassator appeteret. Erat summa uirtus, contumax aduersus diuitiarum fastidium innocentia. Hæc ab inimico petita sunt spolia.

Quis eadem machinatus est? Scire non possum, quod dissi-

mutari

mulari non potest, scio, quis optauerit: & tu diues inimicus es, & ille in spoliatus inuentus est. Non est cur accusem, sed est cui suspicer.

Pars altera pro diuite inimico.

Vt scias te inuidiam mihi facere, cum dixissem, accusa me non negasti, sed respondisti, accusabo cum potero.

DECLAMATIO SECVNDA

De patre uicto à filio uictore.

Viro forti præmium sit. Plures fuerint, iudicio contendere. Pater & filius fortiter fecerunt. Pater petit à filio, ut succederet, ille noluit. Iudicio contenderunt. Vicit patrem, præmio statuas patri. Abdicatur, contradicit.

Prima pars pro filio uictore.

Quem optè nescio iudicij huius euentum, cum crimen meum sit uicisse. Patriæ iudiciū habeo, patris perdidit, patrem in acie uidi, pugnaui cū exemplo. Iudicium uocatur, quo pater & filius spolia contulimus. Vici non filius patrem, sed iuuenis senem. Ego uici, sed oēs gratulati sunt patri. Cogitauit Horatium Hetrusci acies corpore suo submouentem. Cogitauit Decium, qui necesse patri cessit. Pugnaui non tantum imperatori, sed etiam patri. Auidus sum gloriæ. Hoc si uitium est, paternum est. Pudeat pater, si te uicit filius abdicandus. Ego præmium habeo, tu præmium, & uirum fortem. Virtutes nostræ silentio prætermissæ, illustratæ sunt, dum conferuntur. Iudicauerunt non quærat, sed quod te malle credebant. Honor ad utrumque peruenit. Alter præmium habet, alter percipit.

Pars altera pro patre uicto.

Nolo habitare cum aduersario meo. Non capit idem contubernium, uictum & uirum fortem. Statuam, inquit, tibi postquam imò ne possem unquam me uictum obliuisci, ignominiam meam in æs incidisti.

*neq; ipse

DECLAMATIO TERTIA,
De filia, quæ se suspendit, ut patri satisfaceret.

Respōdet 32.

Dementiæ sit actio. Bello ciuili uirum quædam secuta est, cū in diuersa parte haberet patrē, et fratrem. Victis partibus suis, & occiso marito, uenit ad patrē, à quo recepta, ait patri. Quemadmodū uis tibi satisfaciā? Ille respondit. Morere. Suspēdit se ante ianuam eius. Accusatur pater à filio demētiae.

Prima pars protinus patrem accusans.

Sic tibi satisfieri uelle nec debuisti. Nā sic sibi satisfieri, nec uictor quidē uoluit. Nullum fuit in proscriptione mulieris caput. Inquinasti filie sanguine penates, quanquā quid loquor penates, tanquā in domo perierit? Allatū ad se Pōpeij caput Cæsar fleuit, * nec hoc ille propter filiā fleuit. Quemadmodū uis satisfaciā tibi? Hoc ipso satisfecisse puella debuerat, adeo & in maritum, & in patrē pia. Ut alterū usq; ad mortem secuta sit, & alteri morte satisfecerit. Periculose offendo patrem, qui nescit ignoscere. Morere, quid aliud meruerat, si satisfacere noluisse? Defendisti Ligariū Cicero. Quā leue iudicasti crimen, de quo confessus es. Ante ipsum domus limen extincta est, ne dubitari posset marito perisset, an patri. Meruerat, inquit. Accusas etiam nū? Et certe iam tibi satisfactum est. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. Optima ciuilis belli defensio, obliuio est. Morere, inquit. Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt occide. Non morere, sed age lege. Crudelitatem imperij, uerbo mitiore subducunt.

Pars altera patrem defendens.

Mores tuos patri debes approbare, nō patris * regere. Mul-
ta potes iam dementiæ signa colligere, nō potes patrē propter
uerba damnare. Animaduertit Mālius in filiū, & uictorē qui-
dem. Animaduertit Brutus in liberos, non factos hostes, sed su-
aros. Vide an sub istis exēplis patri forti liceat tantum loqui.

*exigere.

Con

Contumaciter rogauit, quemadmodum & perijt. Nihil agnouit filia, nihil uicta. Non misit ad patrem fratrem. An etiam irascitur fratri? Cur me solum rogat? cum duobus satisfacere debeat. Victor, inquit, cito exoratus est. Facilius est ignoscere bello, quam parricidio. Etiam morte patri quaesuit inuicem. Perisse propter patrem dicitur mulier, quae uirum habuit, propter quem mori posset.

DECLAMATIO QVARTA,

De eo qui debilitabat expositos, & eos pariter educabat.

Respōdet 33.

Reipub. laese sit actio. Quidam expositos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, ut sibi mercedem referrent. Accusatur laese Reipub.

Prima pars contra debilitantem expositos.

Factum est, ne liberos patres aut agnoscant, aut recipiant. Vestigialis ista crudelitas, eo magis, quod praeter ceteris omnes praeter istum misericordes sumus. Effectum est, ut nihil esset miseriis expositis, quam tolli, parentibus, quam agnoscere. Alterius cominutas scapulas in desorme tuber extundit. Prode familia tua. Volo nosse illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuique calamitas tanquam ars assignatur. Intuemini tunc erutos oculos, illi effractos pedes. Quid horrescitis? sic iste miseretur. Nouum monstrum, integer alitur, & debiles alunt. Perissent, inquit, *ita non infelicius sic sunt? Perissent, inquit. Interroga *pueros, utrum maluerint. Quanti ex his uiri fuerunt, quanti tyrannicide, quanti futuri sacerdotes? Num in crebilia loquor? Ex hac fortuna origo Romanae gentis apparuit. Plus acceptum crudelitati, quam expensum misericordiae referunt. Expositos aluerunt, etiam ferre, satis futurae mites, si praeterissent. quorum cum ubique audiatur preces, in sua tantum causa cessant. Abscisa est illis lingua, & est rogandi genus, rogare non possunt. Misere mini omnium iudices, quorum singulorum misereri solent.

*ita ne? Infelicius super sunt.

*patres,

Istis nos uindictā negaturos putas? Quibus ne id quidē nega-
 nimus, quod tibi daturi erant. Res indignissima, cum tam crude-
 lis sit, * misericordiā publicauit. Exurgite miseri, & hodie uo-
 bis prinū rogare. Tibi, inquit, quotidiana captura nō constat.
 Apparet te nondū satis miserū uideri. Occurrunt nuptijs dira
 omina. Fatis publicis auspicia feralia. Et diebus in hilaritatem
 dicatis, isti semianimes greges oberrant. Alunt istū, qui se ale-
 re nō possunt. Non est qui rogare nesciat. * Solet autē dicere:
 Non habes tot membra, quot debes. Ergo tu cū de publica mi-
 sericordiā cogitares, tam crudelis esse potuisti? Miseros qui sic
 rogant, miseriorez qui sic rogātur. Omnes omnibus stipē con-
 ferunt, aū quisq; timet ne filio neget. Efficiasti ut maius esset ma-
 lum educari, quā exponi. Timebātur feræ atq; serpentes, &
 inimicus teneris artubus rigor, inopia quoq; Inter expositorū
 pericula non numerabamus educatorem.

Pars altera pro debilitante expositos.

Debilitasti, inquit. Plus illis patres nocuerūt. Quid uidetur
 lamisus qui iuuenes cogit ad gladiū, & tamē non accusatur læ-
 se Reipub. Quid leno, qui stuprū pati cogit inuitas? nec Rem-
 pub. læsit. Ego reum non laudari desidero, sed absolui. Noceat
 hoc illi, cū petet honores. Potest enim aliquis & non esse homo
 honestus, & esse innocens reus. Ut illis multum ablatum sit, ui-
 ta reddita est. Reipub. læse non potest agi eorum nomine, qui
 extra Reipub. sunt. Egens homo, & qui ne me quidem alere,
 nedum alios possum, sustuli relictos, quibus non iniuria fieret,
 si aliquid detraheretur, sed beneficio cederet, si uita seruaretur.
 Faciant inuidiam, dicant illos per me misere uiuere, dum
 fateantur per me uiuere. Vnius misericordia uiuunt, omnium
 aluntur. Mirum est uacare homines huic cogitationi, ut curent
 quid homo mendicus inter mendicos agat. Ciuitatis istius
 principes diuitias suas exercent contra naturam, excisorum
 greges

* misericordiā publicauit.

* Solent etiā docere:

greges habent, exoletos suos ut ad longiorem patientiam impudicitiae idonei sint, amputant, & quia ipsos pudet uiros esse, id agunt, ut quam pauci uiri sint. His nemo succurrit, delicatis & formosis debilibus. Curatis quis ex solitudine infantes auferat, perituros nisi auferantur, non curatis quod solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt, & miserrimorum iuuenum simplicitatem circumueniunt, speciosissimum quemque, ac maxime idoneum castris* illidunt, & detrudunt.

* illidunt & detrahunt.

DECLAMATIO QUINTA,

De Parrhasio pictore torquente Olynthium.

Respōdet 34.

Religionis laesa fit actio. Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios uenderet, emit unum senem. Duxit Athenas, deinde torsit. * Ad exemplum torquentis Prometheum pinxit, Olynthius in tormentis perijt, ille in templo Mineruae tabulam posuit. Accusatur laesa Reipub.

* & ad eius exemplum Promethea pinxit,

Prima pars contra Parrhasium.

Senex si absque liberis super exustae patriae cinerem stetit ad figurandum Prometheum, satis tristis esset. Nemo ut naufragium pingeret, mersit hominem. Ultima precatio Olynthij fuit. Redde me Philippo. Seruus, inquit, meus fuit. Putes Philippum loqui. * Ideo tepla Mineruae fugimus tanquam castra Macedonum. Parum, inquit, tristis est. Vis Parrhasi triste uidere? Duc illum ad Olynthum iacentem. Scies certe quam triste emeris. Olynthijs uerbum aperuimus, tepla praecclusimus. Nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emissent. Torqueatur. Hoc nec sub Philippo. Moritur. Hoc nec sub Ioue. Sic iste hospitium Olynthio fuit, Hoc est Promethea facere, non pingere. Emit, inquit, imo si Atheniensis es, redemisti. In isto templo pro Olynthijs uota suscepimus. Ille carnifex Graeciae istum tamen non amplius quam uendidit. Producitur nobilis senex longa miseriarum tabe confectus, & tam tristis quam si iam tortus esset. Quemcumque pre-

* Adeo templum

est a
pos
suis
quid
dote
sunt.
morb

IN
dit
perfo
sunt
a mag

id

co uiderat flentem, agnoscebat emptorem. Vereor ne quis cū audierit Olynthij uerbera, tormēta, ignes, me queri de Philippo putet. Si isti creditis, iratū Iouē imitatus est. Si nobis, uicit iratū Philippū. Tam patiendū est pingentē Parrhasiū, quā iratū Iouem. Miserrime senex aliquis forte ex seruis tuis feliciter seruit. Si ad succurrendū profectus es, queror, quod unū ex his emisti. Si ad torquendū queror, quod illū statuit reū ex altera parte Parrhasius cū coloribus, ex altera tortor cū ignibus. Dubiū est inter ista, Parrhasius studiosius pingat, an ille seuiat. Producitur respiciens patriam senex. Placuit Parrhasio uultus infelix. Habuit autē aliquid Olynthius Promethei simile, & ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum: officina hæc pictoris, an Philippi est?

Pars altera pro Parrhasio.

Nunquam unius malo publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Atheniensium quā ut labefactari tormentis capti possit. Læsiisti, inquit, Rempub. qui hanc picturā in templo posuisti. Ledunt Rempubicā, qui aliquid illi auferūt, non qui aliquid adiiciunt. Peccauerunt ergo recipiēdo tabulam, & sacerdotes. Cur autē non reciperēt? deorum crimina in tēplis picta sunt. Multum semper artibus licuit, Medici ut uim in egroto morbi cognoscerent, uiscera hominum resciderunt.

DECLAMATIO SEXTA,

De fure, qui fodit parietem diuitis.

INIURIARUM SIT ACTIO. Fur concione prohibeatur. Quidā cum diuitem accusasset prodicionis, noctu parietem domus eius perfodit, & scrinium in quo missæ erant ab hostibus literæ, sustulit. Damnatus est diues. Cum concionari uellet accusator, a magistratu prohibitus est. Agit iniuriarum.

Prima pars pro fure.

Id solū sustulit quod fur reliquisset. Nil magis fur timuit,

x

quā

Respōdet 35.

quàm ne dominus furtū agnoscere nollet. Ruentis ciuitatis statum, unius parietis ruina suspendit. Profitcor iudiciū furis mei. Nunc ciuitas conscia est? Furtū est quod timet dominus agnoscere, quod qui perdidit, supplicium tulit, præmium qui surripuit. Cui magis permisisses loqui, si eodē tēpore & fur uenisset, & dominus? Mille nauū duces furto Troiam cepistis. Si bene furto euertuntur urbes, quanto melius liberantur? In forum ueni, narraui nocturnam expeditionē meā. Conuenerant omnes tantquam ad concionem. Cur me submoues * ante actionē, cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in concione narrandum, proditoris uigilantissimum pectus, & in exitia nostra semper sollicitum, publica fata sopierant. Ita etiam ministros eius alligauerat somnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi uidebar hostium muros. Furtum uocas, quo nihil melius tuo anno factum est. Nemo fur Rempub. cogitat. Nihil non licet pro Rempub. facere.

Pars altera pro magistratu.

Quale id spectaculum fuit? composuerat inter se fortuna Rempub. furem, & proditorem, ut uidit inutile, furtum suum prodidit, ut nobis uenderet, quod nulli poterat. Tam callidus fur, ut etiam proditori posset imponere. Consilium uideri uult * infelicitatem furti sui. Lex quæ nocturnum furem occidi iubet, quoquo modo iubet, non de damnato tantum, sed de fure loquitur. Odit hoc uitium, nec immerito non multum abest a proditore. Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publica felicitatis obiecit. Vno tempore & proditorem nobis ostendit, & furem, qui diuitem compilare mallet, quàm damnare. Effregit domum manu suspensa. Eluxit illum tunc non primum percussisse. Sustulit, non quod uoluit, sed quod potuit. Bono exemplo damnatus proditor, malo inuentus.

Libri decimi & ultimi declamationum finis.

LVC

* ante accusationem,

* felicitatem

L. ANNAEI SENE-

CAE ORATORIS ET RHE-

toris Sententiæ, Diuisiones, Colores,

Suasoriarum liber 1.



IN ut cuiusq; rei magnitudinem natura de-
 derat, dedisset & modum nihil infinitum nisi
 Oceanus. AVITVS. Fertiles in Oceano ia-
 cere terras, ultraq; Oceanum rursus alia lit-
 tora, alium nasci orbem, nec usquam naturam
 rerum desinere, sed semper inde, ubi desisse uideatur, nouam
 exurgere. Facile ista finguntur, quia Oceanus nauigari non po-
 test. Satis sit haectenus uicisse Alexãdro, qua mundo lugere sa-
 tis est. Intra has terras coelũ Hercules meruit. Stat immotũ ma-
 re, & quasi deficientis suo fine naturæ pigra moles, nouæ ac
 terribiles figuræ, magna etiã Oceano portenta, quæ profunda
 ista uastitas nutrit, confusa lux alta caligine et interceptus te-
 nebris dies, ipsum uerò graue & defixum mare, & aut nullã
 aut ignota sydera. Ita est Alexander rerum natura, post omnia
 Oceanus, post Oceanum nihil. ARGENTARIVS. Resi-
 ste, orbis te tuus reuocat, uicimus quã licet, nihil tantũ est quod
 ego Alexãdri periculo petam. POMPEIVS SYLO. Ve-
 nit ille dies Alexander exoptatus, quo tibi operæ est adesse,
 ijdem sunt termini & regni tui & mundi. OSCVS. Tem-
 pus est Alexandrũ cũ orbe & cũ sole desinere, quod noueram
 uici, nunc concupisco quod nescio. Quæ tam feræ gentes fue-
 rint, quæ non Alexandrũ posito genu adorarint? Qui tam hor-
 ridi montes, quorũ non iuga uictor miles calcauerit? Ultra Li-
 beri patris trophæa constitimus, nõ querimus orbẽ, sed amit-
 timus. Immensum & humanæ intentatũ experientiæ pelagus,
 totius orbis uinculum terrarumq; custodiã, inagitata remissio,

Hæc decla-
 matio est
 ἀνεπαρῶ

x 2 uastitas,

uitatis st.
 furti mi.
 nus agno-
 i surripit
 enisset, &
 i bene fir-
 rum ueni,
 omnes tar-
 e, cum ne-
 e narrat-
 tia nostra
 ministrus
 tollerem.
 as, quo ni-
 cogitat. Ni
 se fortuna
 rtum suum
 em callidus
 uideri uide-
 occidi in-
 sed de fac-
 um abest
 um publica
 is ostendit
 mare. Effr-
 rimum fo-
 no exem-
 LVCI

uastitas, littora modo seuiente fluctu inquieta, modo fugiente
 deserta, terra caligo remittet fluctus. Nescio quid humanus na-
 tura subduxit oculis, & terram nox obruit. **M V S A.** Forde
 beluarum magnitudo, & immobile profundū testantur Ale-
 xāder, nihil ultra esse quod uincas, reuertere. **ALBVTIVS**
S Y L V S. Terræ quoq; suum finem habent, & ipsius mundi
 aliquis occasus est, nihil infinitū est, modū magnitudini facere
 debes, cū fortuna nō facit, magni pectoris est inter secunda mo-
 deratio. Eundē fortuna uictoriæ tuæ, quem natura finem facit.
 Imperiū tuum claudit Oceanus. O' quantū magnitudo tua re-
 rum quoq; naturam supergressa est, Alexander orbi magnus
 est, Alexandro orbis angustus est, aliquis etiā magnitudini mo-
 dus est. Nō procedit ultra spatia sua cœlū. Maria intra termi-
 nos suos agitantur. Quicquid ad summū peruenit, incrementa
 non reliquit locū. Non magis quicquam ultra Alexandrū ro-
 uimus, quā ultra Oceanum. **MARILLIVS.** Maria se-
 quimur, terras cui tradimus? orbem quem nō noui quero, quæ
 tibi relinquo. **FABIANVS.** Quæ ista toto pelago insula
 caligo? Nauigantem tibi uidetur admittere, quæ prospicietem
 quoq; excludit? Non hæc India, nec terribilis ferarū ille con-
 uentus, immanes propone beluas, aspice quibus procellis flu-
 ctibusq; seuiat, quas ad littora undas agat, tantus uentorū cō-
 cursus, tanta conuulsi funditus maris insania est: nulla præsentis
 nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum, rudis & im-
 perfecta natura penitus recessit. Ista maria ne illi quidem pe-
 tierunt, qui fugiebant Alexandrū. Sacrum quidē terris natura
 circumfudit Oceanū. Illi qui iam syderum collegerūt metas, &
 annuas hyemis atq; æstatis uices, ad certam legem redegerūt,
 quibus nulla pars ignota mundi est, de Oceano tamen dubitāt:
 utrum ne terras uelut uinculum circumfluat, an in suum colli-
 gatus orbem, & in hos, per quos nauigatur sinus, quasi spiram

men
 augm
 tones
 eò d
 xand
 DIV
 clam
 uitate
 profu
 ipsos
 re. Ve
 & fut
 dimit
 orbis
 ma ue
 Callist
 sales. N
 sangui
 ille se e
 Casij
 tum io
 spania
 Deinde
 dio æv
 mesene
 esse sen
 retur.
 deret t
 ce cor
 gate su
 et, & h
 ment

menta quaedam magnitudinis exæstuct, ignem post se, cuius
 augmentum ipse sit, habeat, an spiritum. Quid agitis commilito-
 nes? regem domitoremq; generis humani magnū Alexandriā
 eò demittitis, quod adhuc quid sit disputatur? Memento Ale-
 xander, matrē in orbe uictō adhuc magis quā capto relinquis.
 DIVISIO. Aiebat Cæstius hoc genus suasoriarū aliter de-
 clamandum esse quā suadendū. Non eodē modo in libera ci-
 uitate dicendā esse sententiam, quo apud reges quibus etiā quæ
 profunt, ita tamen ut delectent, suadenda sunt. Et inter reges
 ipsos esse discrimen, quosdā magis aut minus rerū usum habe-
 re. Veritatem facti Alexandriū exisse. Quosdam superbissimos,
 & supra mortalis animi uim elatos cernimus. Denique ut alia
 dimittantur argumenta, ipsa suasoria insolentiā eius coarguit,
 orbis illū suus non capit: itaq; nihil dicendū aiebat, nisi cū sum-
 ma ueneratione regis, ne accideret idem quod præceptori eius
 Callistheni accidit, quem occidit propter intempestiue liberos
 sales. Nam cum se deum uellet uideri, & uulneratus esset, uiso
 sanguine philosophus mirari se dixerat, quod non esset.
 Ille se ab hac urbanitate lancea uindicauit. Eleganter in C.
 Cæsij epistola quadam ad M. Cicronem missa positum, mul-
 tum iocabatur de stultitia Cn. Pompeij adolescentis, qui in Hi-
 spania contraxit exercitum, & ad Mundam acie uictus est.
 Deinde ait, nos quidem illum deridemus, sed timeo ne illo gla-
 dio ἀντιμυκτηγλῶν. In omnibus regibus hæc urbanitas exti-
 mescenda est. Aiebat itaque, apud Alexandrum dicendam
 esse sententiam, ut multa adulatione animus eius permulce-
 retur. Seruandum tamen aliquem modum, ne nobis acci-
 deret tale aliquid, quale accidit Atheniensibus, cum publi-
 cæ eorum blanditiæ non tantum deprehensæ, sed ut casti-
 gæ sunt. Nam cum Antonius uellet se Liberum patrem di-
 ci, & hoc nomen statuis subscribi, habitu quoque & comitatu

Liberum imitaretur, occurrerunt uenienti ei Athenienses cum coniugibus & liberis, & Διόνυσος salutauerunt. Bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset, dixerūt despondere ipsos in matrimonium Mineruam Musam, suam, & rogauerunt adduceret: et Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait, huic quidem impune fuit, sed Atheniensium sponsalia mille talentis æstinata sunt, quæ cū exigenterentur cōplures cōtumeliosos libelli proponēbantur, quidam etiā ipsi Antonio tradebantur, sicut ille qui subscriptus statuæ eius fuit, cum et eodem tempore Octauiam uxorem haberet, & Cleopatram, hoc tu cui restituas, tibi habe. Bellissimā tamen rem Deillius dixit, quem Messala Coruinus desertorē bellorum civilium uocat, quia ab Dolobella ad Cassium transituro salutē ei pactus est, si Dolobellā occidisset, et à Cassio deinde trāsijt ad Antonium. Nouissime ab Antonio transfugit ad Cæsarem: hic est Deillius, cuius epistolæ lasciuae ad Cleopatram ferūtur. Cū Athenienses tempus peterent ad pecuniam conferendam nec exorarent, Deillius ait, & tamen dicito illos tibi annū biennij, triennij debere. Longius me fabellarū dulcedo produxit. Itaq; ad propositum reuertar. Aiebas Cæstius magnis cum laudibus Alexandri hanc suasoriam esse dicendam, quā sic diuisit, ut primū diceret, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandū non esse, satis gloriæ quæsitū, regenda esse & disponēda, quæ in transitu uicisset. Consulendū militi totius orbis uictorijs lasso, de morte illi cogitandum, & alias causas cōplureis subiecit. Deinde illam quæstionem subiecit, ne nauigari quidem Oceanū possit.

FABIANVS Philosophus primam fecit quæstionem eandem, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse.

At rationem aliam primam fecit, modū imponendū esse rebus secundis, hic dixit sententiam. Illa demum magna est felicitas

que arbitrio suo consistit. Dixit deinde locū de uarietate fortunæ, & cum descripsisset nihil stabile esse, omnia fluitare, & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, absorberi terras, & maria siccare, montes subsidere, deinde exēpla rerū è fastigio suo deuolutarū adiecit: Sine potius rerū naturam quàm fortunam tuā deficere. Secundam quoq; quæstionē aliter tractauit. Diuisit enim illam sic, ut primum negaret ulla in Oceano, aut trans Oceanū esse terras habitabiles, deinde si essent, perueniri tamen ad illas non posse. Hic difficultatem ignoti maris, naturam non patientem nauigationis, nouissime ut possit perueniri, tanti tamen non esse. Hic dixit incerta peti, certa descri, descituras gentes, si Alexandrum naturæ terminos supergressum notuisset. Hic matrem memorauit, de qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum transiturus esset. LYCONIS celebris sentētia est. Hoc omnes inuitari uoluerunt. PLVTION dixit,

ARTEMON dixit,

APATVRIVS dixit,

Sic Cæsius

descripsit, fremit Oceanus quasi indignetur, quod terras relinquat. Corruptissimā rem omniū, quæ unquā dictæ sunt, ex quo homines diserti insanire coeperunt, putabant. DORIONIS. Esse in Metaphrasi dictum Homeri, Tum excæcatus Cyclops saxum in mare reiecit. Hæc quō ex corruptis eō perueniant, ut & magna, nec tamē sana sint, dicebat MECOENAS, apud Vergil. intelligi posse. Tumidū est Vergilius quidē ait, Raptū haud partē exiguā mōtis, ita magnitudini se dat. Sed ut nō impudēter discedat à fide, est inflatū. Vergilius ait, quod de nauibus credas innare reuulsas Cycladas, quod nō dicit hoc fieri, sed uideri, propicijs auribus uidetur, quamuis incredibile est quod excusatur antequā dicitur. Multo corruptiorē sentētiā Ministrari cuiusdā declamatoris, nō abiecti suis tēporibus natus sum in hac ipsa suasoria, cū describeret beluarū in Oceano

nascentium magnitudinē. Efficit hæc sentētia ut ignoscamus ei,
 qui dixit ipsi Charybdi & Scyllæ maius portentū, Charybdis
 ipsius maris naufragium uideri, et ne in mare semel insaniret,
 quid ibi potest esse saluum, ubi ipsum mare perit? DAMA-
 SETICVS induxit matrē loquentē, cum describeret astitisse
 prioribus periculis noua superuenisse. BARBARVS dixit,
 cum introduxisset excusantē se exercitū Macedonū hunc sen-
 sum. FVSCVS ARELLIVS dixit, Testor ante orbem
 tibi tuū deesse, quā militē. LATRO sedens hanc dixit, nō ex-
 cusauit militē, sed dixit, Dum sequor, quis mihi promittit ho-
 stem, quis terrā, quis diem? quis mare? Da ubi castra ponam,
 ubi signa ponam. Reliqui parentes, reliqui liberos, cōmeatum
 peto, nunquid immature ab Oceano? LATINI declamato-
 res in Oceani descriptione non minus uiguerunt, nam aut ni-
 mis descripserunt, aut curiose. Nemo illorum potuit tanto spi-
 ritu dicere, quanto Pædo, qui nauigante Germanico dixit,

Iam pridem post terga diem solemq; relictum,
 Iam pridem notis extorres finibus orbis,
 Per non concessas audaces ire tenebras,
 Hesperij metas, extremaq; littora mundi.
 Nunc illum pigris inmanita monstra sub undis:
 Qui ferat Oceanum, qui se uas undiq; Pistris
 Acquoreosq; canes ratibus consurgere pansis.
 Accumulat fragor ipse metus, iam sydere limo
 Nauigia & rapido desertam flamine classem,
 Seq; feris credunt per inertia fata marinis
 Tam non felici laniandos sorte relinqui.
 Atq; aliquis prora se dat sublimis ab alta,
 Aera pugnaci luctatus rumpere nisu.
 Ut nihil erepto ualuit dinoscere mundo,
 Obstructo taleis effundit pectore uoces.

Quò ferimur? ruit ipse dies, orbemq; relictum
 Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
 Anne alio positas ultra sub cãrdine gentes,
 Atq; alium libris intactum quærimus orbem?
 Dij reuocant, rerumq; uctant cognoscere finem
 Mortaleis oculos, aliena quid æquora remis
 Et sacras uiolamus aquas, diuûmq; quietas
 Turbamus sedes?

Ex Græcis declamatoribus nulli melius hæc suaforia processit,
 quam Glyconi. Sed non minus multa magnifice dixit quã cor-
 rupte. Vtriusq; uobis faciã potestatem. Et uolebam uos experi-
 ri non adijciendo iudicium meum, nec separando à corruptis
 sana: potuisset etenim fieri, ut uos illa magis laudaretis, quæ
 insaniunt, et nihilominus potest fieri, quamuis distinxerim. Illa
 belle dixit, sed fecit quod solebat, ut sententiam adiectione su-
 peruacua quoad tumide perderet. Adiecit enim illud, quosdam
 iudices dubios sui habet, ego nõ dubito contra sententiã ferre.

Finis primæ suaforiæ.

INITIVM II. SVASORIAE.

Recenti Lacones contra Xerxen missi, cum Træzeni
 Tex omni Græcia missi fugissent, deliberãt an ipsi fugiant.
 ARELLII FVSCI PATRIS. At puto rudis lectu-
 etas & animus, qui frangeretur metu insueto, armaq; nõ pas-
 sare manus, hebetataq; senio, aut uulneribus corpora, quid di-
 cam potissimos Græciæ? An Lacedæmonios, an Eleos, an re-
 petam tot acies patrum, tot excidia urbium, tot uictarum gen-
 tium spolia? Et nunc proh dolor cõcidunt, si remeabimus, tem-
 pla. Pudet consilij nostri, pudet etiã si non fugimus deliberasse
 talia. At cũ tot milibus Xerxes uenit, ò Lacedæmonij aduer-
 sus Barbaros, non reueremini opera uestra, non auos, non pa-
 tres, quorũ nos exemplũ moueat? Ab infantia surgit ingeniu,

x 5 pudet

pudet Lacedæmonios sic adhortari: scilicet tuti sumus, licet totum classe Orientē trahat, licet metuentibus explicet inutilem numerum. Hoc mare quod tantū ex uasto patet, urgetur in minimum, insidiosis excipitur angustijs, uixq; minimo aditus nauigio est, & huius quoq; remigiū arcet inquietatione quod circumfluit mare, fallacia cursus, uada altioribus stagnis internata, aspera scopulis et cæca, quæ nauigantiū uota decipiunt. Pudet inquam Lacedæmonios & armatos querere, quemadmodum tuti sint. Nō referam Persarum spolia, certe super spolia nudus cadam. Sciet & alios nos habere Trœzenos, qui sic nō fugiant, & sic cadant. Hunc sumite animū, Nescio an uincere possimus, uinci non possumus. Hæc non utiq; perituris refero, sed si cadendum est, erratis, si metuendam creditis mortem. Nulli natura in æternum spiritum dedit, statutaq; nascentibus in finē uitæ dies est. Imbecilla enim nos materia deus orsus est, quippe minimis succidunt corpora, indenunciata sorte rapimur, sub eodem pueritia fato est, eadem iuuentus causa cadit, optamus quoq; plerique mortem, adeo in securam quietem recessus est. At gloriæ nullus finis est, proximiq; deo. Sic ages satagunt: foeminis quoq; frequens hinc in mortem pro gloria iter est, quid Lycurgum? quid interbitos somni poculo, quæ memoria sacravit referam? uel unum Otroyaden Mesiata annumerare trecentis exemplo possum. TRIARI. Nō pudet Laonas nec pugna quidem hostium, sed fabula tantum. Magnum & alumnium uirtutis nasci Laonem, ad certam uictoriam oēs remansissent, ad certam mortem tantum Laonem non est sic Sparta lapidibus circumdata. Ibi muros habet, in muros nō habet. Melius reuocabimus Trœzenos quam sequimur. Sed montes perforat, maria cōtegit. Nunquam solido pretio superba felicitas, & ingentiam imperiorum magna falsitate obliuione fragilitatis humanæ collapsa sunt. Scias licet ad perit

peruenisse, quæ ad inuidiã perducta sunt. Maria terrasq; rerũ
 natura statione mutauit sua, moriamur treceti, ut hic primũ in-
 uenerit, qd̄ mutare nõ possit. Tandẽ amens placiturũ consiliũ
 erat, cur nõ potius in turba fugimus? **PORTII LATRO-**
NIS. In hoc scilicet morati sumus, ut agmẽ fugiectiũ cogere-
 mus, forori terga uertitis. Sciamus saltẽ quis sit iste, quẽ fugimus, ui-
 cit. At uictoria dedecus elui potest. Ut omnia fortiter fiant, se-
 liciter cadãt, multũ tamen nomini nostro detractũ est iam La-
 cones, quod, an fugeremus, deliberauimus. Ut enim nõ moria-
 mur, quantũ ad me quidẽ pertinet, post hanc deliberationem
 nihil aliud timeo, quã ne reuertamur. Arma nobis fabulæ
 excutiũt? Nunc nunc pugnemus. Latuisset uirtus inter Trœze-
 nos, ceteri quidẽ fugerunt. Si me quidẽ interrogatis quid sen-
 tiam, ego in nostrũ & in Græciæ patrociniũ loquar, electi
 sumus, non relisti. **HALI SABINI.** Turpe est cuilibet uiro
 fugisse, Laconi etiã deliberaſse. **MARILLI.** In hoc restiti-
 mus, ne in turba fugientũ lateremus, habent quemadmodum se
 excusent Trœzeni Græciæ, munitas Thermopylas satis puta-
 uimus, cum relinqueremus illic Lacones. **CAESTII PII.**
 Quã turpe fugere iudicatis Laconas, tandiũ nõ fugiendo,
 Omnibus sua decora sunt, Athenæ eloquẽtia in clytæ sunt, The-
 be sacris, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas amnis circumfluit,
 qui pueritiã indurat ad futuræ militiæ patientiã, ideo Taygeti
 montis difficilia misu Laconibus iuga, ideo Herculẽ gloriamur
 operibus cœlũ meritum, ideò muri nostri arma sunt. O graue
 maiorũ uirtutis dedecus, Lacones se numerãt, nõ æstimãt. Vi-
 deamus quanta turba sit, ut habeat certe Sparta etiã si non for-
 tes milites, at nuncios ueros, ita nõ bello quidẽ, sed nuncio uin-
 cimur. Merito Hercules omnia contempsit, quẽ Lacones audi-
 re nõ sustinẽt. Si uincere Xerxem non licet, uidere liceat. Volo
 scire quem fugiam. Adhuc non sum ex ulla parte Atheniensũ
 simi

*similis, nō muris, nec educatione, nihil prius illorum imitabor
 quā fugam? POMPEI SYLONIS Xerxes multos secum
 adducit, Thermopylæ paucos recipiunt, erimus inter hostes fu-
 gacissimi, inter fugaces tardissimi: nihil refert, quantas gentes
 in nostrum orbem oriens effuderit, quantumq; nationū secum
 Xerxes trahat, tot ad nos pertinēt, quot locus ceperit. COR-
 NELII HIPPANI, Pro Sparta uenimus, pro Græcia ste-
 mus, uincamus hostes, socios iam uicimus: sciat iste insolens Bar-
 barus, nihil esse difficilius, quā Laconis armati latus fodere.
 Ego uerò quod Træzeni discesserunt gaudeo, liberat nobis
 reliquere Thermopylas. Nil erit quod uirtuti nostræ se oppo-
 nat, quod inserat, non latebit in turba Laco, quocunq; Xerxes
 aspexerit, Spartanū uidebit. BLANDI Referam præcepta
 matrū, aut in his, aut cū his? Minus turpe est à bello inermē re-
 uerti, quā armatū fugere. Referā captiuorum uerba: captus
 Laco, occidit, inquit, nō seruiro, non potui capi, si fugere uolu-
 sem. Describe terrores Persicos, omnia ista cū mitteremur,
 audiuimus. Videat trecetos Xerxes, & sciat, quanti bellū esse
 mandū sit, quanto aptus numero locus. Reuertamur, ne nūc
 quidē nisi nouissimi. Quis fugerit nescio. Vos mihi Sparta cō-
 militones dedit. DESCRIPTIO THERMOPYLÆ
 RV M. Nunc me delectat, quod fugerunt Træzenij, angustia
 mihi Thermopylas fecerant. CONTRA CORNELII
 SPARTINII. At ego maximū dedecus futurū Reipub-
 licæ arbitror, si Xerxes nihil prius in Græcia uicerit quā
 Laconas, ne testem quidē uirtutis nostræ habere possimus, si
 de nobis credetur, quod hostes narrauerint. Habetis consilium
 meū, id est autem meū quod totius Græciæ, si quis aliud suadet
 non fortes uos esse, sed gaudet perditos. CLAUDII NAT-
 CELLI. Non uincet nos, sed obruent. Satis fecimus nomina
 multum rei gessimus, ante nos rerū natura uicta est. DIVI
 SIO*

810. Huius suasoriæ feci mentionē, non quia in ea subtilitatis erat aliquid, quod uos excitare posset, sed ut sciretis quā nitide Fuscus dixisset, uel quā licenter ipse sententiā feram. Vestri arbitrij erit, utrum explicationes eius luxuriosas putetis, an ut poëta Pollio Asinius aiebat, hoc non esse suadere, sed inuidere, ne uolo nihil fuisse* & iuuenis te amo, tāquam has explicationes Fusci, quas nemo nostrū non alius alia inclinatione uocis, uelut sua quisq; modulatione cantabat. At quia semel in mentionē incidi Fusci, ex omnibus suasorijis celebres descriptiūculas subtexam, etiam si nihil occurrerit, quod quisquam alius nisi suasor dixerit. Diuisione autē hac suasoria Fuscus usus est illa uulgari, ut diceret non esse honestum fugere, etiam si tutum esset: deinde æque periculosum esse fugere, & pugnare: nouissime periculosum esse fugere, pugnantibus hostes timendos, fugientibus & hostes & suos. Cæstius primā partem sic transiegit, quasi nemo dubitaret, an turpe esset fugere, deinde illo transiit, an non esset necesse. Hæc sunt, inquit, quæ uos confundunt, hostes, sociorum paucitas. Non quidem hæc suasoriæ. Sed in hac materia, disertissima illa fertur sententia Dorionis, cum posuisset hoc dixisse trecentis Leonidam, quod puto etiam apud Herodotū esse. Sabinus Asydus uenustissimus inter rhetores scurræ, cum hanc sententiā Leonidæ retulisset ait, ego illi ad prandium promississem, ad cœnam renunciaissem. Attalus Stoicus, qui solum uertit à Sciano circūscriptus, magnæ uir eloquentiæ, ex philosophis, quos nostra ætas uidit longe & subtilissimus & facundissimus, cū tam magna & nobili sententia certauit, ut mihi dixisse uideatur animosius quā prior. Occurrit mihi sensus in huiusmodi materia, à Cornelio Seuero dictus, nunquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna epulantis milites inducit, & ait, stratiq; per herbam Hic meus est dixere dies. Elegantissimè quidem

asse

* & iuuenetamio,

Diuisio

affectum animorū incerta sorte pendentium expressit, sed parā
 Romani animi seruata est magnitudo. Cœnant enim tanquam
 crastinū desperent. Quantus illis Laconibus animus erat, hi
 qui nō poterant dicere hic dies est meus. Illud Porcellus gram-
 maticus arguebat in hoc uersu quasi Solœcisimū, quod cū cōpla-
 res induxisset, diceret, hic meus est dies, nō dies hic est noster.
 & in sententia optima accusabat id quod erat optimum: manus
 enim ut noster sit, peribit omnis uersus elegātia, in quo hoc est
 decentissimū, quod ex causa sermo trahitur: nam quasi pronun-
 bij loco ait, hic dies meus est, & cū ad sensum retuleris, ne Gra-
 maticorū quidē calumnia ab omnibus magnis ingenijs subma-
 uēda, habebit locū. Dixerunt enim nō omnes simul tanquam
 chorū manu ducente Grammatico, sed singuli ex his, hic meus est
 dies. Sed ut reuertar ad Leonidā & trecentos, pulcherrima illi
 fertur Glyconis sentētia. In hac ipsa suasoria nō sane refero me-
 moria ullā sententiā Græci cuiusquam, nisi Damae, De po-
 sitione loci eleganter dixit Aterius, cū angustias loci faciens
 simē descripsisset, natus trecentis locus. Cæstius cū descripsisset
 honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent: adiecit
 Per sepulchra nostra iurabitur. Nicetas longe disertius hanc
 phantasiā mouit, & adiecit, nisi antiquior fuisset Xerxes
 Demosthenes Ciptoy, cui dicere hanc suā dixit sententiam,
 certe non deprehensam, cū descripsisset oportunitatē loci, tu-
 tuta undiq; pugnantiū latera, & angustias à tergo positas
 aduersas hostibus. Potamo magnus fuit Mitylenis, qui eodem
 tempore uiguit, quos Lesbocles magni nominis & nominis
 spondentis ingenij, in quibus quanta fuerit animorum diuersi-
 tas in simili fortuna, puto uobis indicandū, multo magis, quod
 ad uitam pertinet, quàm si ad eloquentiam pertineret. Vnde
 filius ipsē diebus decebit. Lesbocles scholam soluit, nemo
 quā ampliore animo se gessit. Potamon à funere filij contulit

in scholā, & declamavit. Vtriusq; tamen affectū temperādum
 puto, hic durius tulit fortunā quam patrē decebat, ille mollius.
 Verū Potamon cum suasoriam de trecentis diceret, tractabat
 quā turpiter fecissent Lacones, hoc ipsum quod deliberassent
 de fuga, & sic nouissimē clausit. Insanierūt in hac suasoria mul-
 ti circa Otroyadē. Murrhedius qui dixit, fugerūt Atheniēses,
 nō enim Otroyadē nostri literas didicerant. SARCONIVS
 dixit, Otroyades perijt ut falleret, reuixit ut uinceret. LICI-
 NIVS NEPOS. Cū exemplo uobis etiā mortuis uincendū
 fuit. ANTONIVS ATTICVS inter plures sententias ui-
 detur palmā meruisse, dixit enim: Otroyades, penē à sepulchro
 uictor digitis uulnera gessit, ut trophæa Laconū inscriberet,
 & deo dignū in spartano sacramento uirū, cuius ne literæ qui-
 dem suere sine sanguine. CATIVS CRISPVS. Municipa-
 lis Gatozeos dixit post relatum exemplum Otroyade dicebat
 municipalis aliud cæteros, aliud Laconos decet, nos sine deli-
 tijs educamur, sine muris uiuimus, sine uita uincimus. SE-
 NETIO fuit, cuius nōmen ad uos potuit peruenisse, ingenij
 confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut no-
 uissimē huius rei morbo & teneretur & videretur, nam &
 seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea uasa non nisi
 grandia. Credatis mihi uelim non iocanti, eò peruenit insania
 eius, ut calceos quoq; maiores sumeret, ficus non esset nisi ma-
 riscalas. Concubinam ingentis staturæ habebat, omnia grandia
 probabat, ei impositum est uelut Messala ait cognomētum, &
 uocari coepit Senetio Grandio. Is in hac suasoria cum posuisset
 contradictionem, ait, omnes qui nisi erant à Græcia, fugerūt,
 sublatis manibus, insistens summis digitis (sic enim solebat quo
 grandior fieret) exclamat, gaudeo, gaudeo: mirantibus nobis
 quid tantum boni illi contigisset, adiecit. Totus Xerxes meus
 erit. Idē dixit, iste qui clāssibus suis maria surripuit, qui terras

circum

circumscripsit, dilatauit profundum, nouam rerum naturæ
 ciem importat. Ponat sanè contra cœlum astra, cõmiliones
 beo deos. SENIANVS multo potentius dixit, Terras
 mis possidet, cœlum sagittis, maria unguis, Lacones nisi succu-
 ritis, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententi-
 referam VICTORIS STATORII municipis mei, cu-
 ius fabulis memoria dignissimis aliquis suasoria occasione con-
 tradictione sumpsit. At, inquit, trecenti sumus, & ita respõdet,
 trecenti, sed uiri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas.
 Nunquã uidi plures trecetos. LATRO in hac suasoria cau-
 tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & uincere,
 posse certe uictos reuerti & beneficio loci, tum illã sententiã,
 si nihil aliud, erimus certe belli mora. Postea memini auditori
 Latronis ABRONVM SYLONEM patrẽ huius Syloni-
 qui Pantomimis fabulas scripsit, & ingeniu grande nõ tantum
 deseruit, sed posuit recitare carmen, in quo agnouimus sensum
 Latronis in his uersibus. Ite agite Danaï magnũ Pæana canen-
 tes. Ite triumphantes belli mora concidit hora. Tam diligenter
 tũ auditores erãt, ne dicam tam maligni, ut unius uerba surripere
 nõ possent. At nunc cuilibet orationes inuertere tuto licet pro-
 suis. Sed ut sciatis sensum bene dictũ dici tamen posse melius,
 tare præ cæteris quanto decentius Vergilius dixerit hoc quod
 ualde erat celebre, belli mora cõcidit Hector. Item. Quicquid
 apud duræ cessatũ est moenia Troiæ Hectoris Aeneas; mens
 uictoria Graium Hæsit. MESSALA aiebat hic Vergilius
 debuisse desinere, quod sequitur, & in decimũ uestigia retulit
 in annũ explementũ esse. MECOENAS hoc etiã prior
 parabat. Sed ut ad Thermopylas reuertar, DIOCLESCARIS
 RISTIVS dixit. APATRIVS dixit. CORVO testis mor-
 stuporis reddendum est qui dixit, Quid si iam Xerxes ad
 suo mari nauigat, fugiamus antequã nobis terra surripiat.

hic est Coruius, qui cum tēaret scholam Romæ summo illi, qui Iudæos subegerat, declamauit controuersiam, de eaq; apud matronas differebat, liberos non esse tollendos, et ob hoc accusatur, Reipub. l. e. s. e. In hac controuersia sententia eius hæc ridebatur, inter pyxides & redolentis animæ medicamina cōstitit myrata concio. Sed si uultis historicū quoq; uobis fatuū dabo. THVSCVS ille qui Scaurum Mamerçū, in quo Scaurorum familia extincta est, maiestatis reum fecerat, homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenij, cū hanc suasoriam declamaret, dixit, expectemus si nihil aliud effecturi, scilicet ne insolens barbarus dicat, ueni, uidi, uici, cum hoc post multos annos diuus Iulius uicto Pharnace dixerit. DVRION dixit. ANDREAS aiebat, Nicocratis Lacedæmonis insignē hanc sententiam fuisse futuram, si media inciderentur. Sed ne uos diuinius infatuem, qui prædixeram me Fusci Arellij explanationes subiecturum, finem suasoriæ faciam, quod iterum nimius cultus & fracta compositio poterit uos offendere, cum ad meam ætatem ueneritis. Nā nunc uos ipsa, quæ offensura sunt, uitia delectant.

INITIVM III. SVASORIAE.

Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chalcæte aliter nauigari potuisse. ARELLII FVSCI. Non in aliam conditionem Deus fudit æquora, quàm ne omnis ex uoto iret dies, nec ea sors mari tantū est, cæterū ipsa nō sub eadem conditione sydera sunt: alia negatis imbribus exurunt solū, & miseri cremata agricolæ legunt semina, & hæc interdū anno lex est: alijs serena clauduntur, & omne cœlū nubilo graue, subsidit solū, & creditū sibi terra non retinet: alius incertis syderibus cursus est, et uariatur tēpora, neq; soles nimis urgent, neq; ultra debitū imbres cadunt, quicquid asperatum est, quicquid nimio defluxit imbre, inuicē nimio tempera-

tur altero: siue ita natura disposuit, siue ut ferunt luna cursum gerit: quæ siue plena lucis suæ est, splendensq; pariter assurgit in cornua, imbres prohibet, siue occupata nubilo, sordidiorè offēdit orbē suū, nō ante finit quàm in lucē redit: siue ne lunæ quidem ipsa potentia est, sed flatus qui occupauere annum tenent, quicquid horū est, extra iussum dei tutum fuit adultero mare. An non potero uindicare adulterā? prior est salus pudicæ. Ne quid uirginitati huius timerem, persequerbar adulterum. Victa Troia uirginibus hostiū parcendū, nihil adhuc uirgo Priami timet. CAESTII PII. Vos ergo ad hanc diē immortales inuoco, sic reclusuri estis maria? Obstate potius. Ne Priamū quidē liberos immolaturus es. Describe nunc tempestatē, Cui ista patimur, nec parriciū fecimus, Quod hoc sacrū est, uirginis deæ tēplo uirginē occidere? libentius hanc sacerdotē habebit quā uictimā. CORNELII HISPANI. Infeſta, inquit, sunt tēpeſtates, & ſeuiunt maria, neq; adhuc parriciū feci. Iſta maria ſi numine ſuo Deus regeret, adulteris clauderentur. MARYLLI. Si non datur nobis ad bellum iter, reuertamur ad liberos. ARGENTARI. Iterū in malum familiæ noſtræ fatale reuoluimur, propter adulterā fratris liberi pereunt, iſta mercede nollem reuerti. At Priamus bellum pro adultero filio gerat. DIVISIO. Hanc ſuaſoriā ſic diuiſit Fuſcus, ut diceret, etiā ſi aliter nauigare non poſſent, non eſſe faciendū, quia homicidiū eſſet, quia parriciū, quia plus impenderetur, quā peteretur. Petitur impēdi Iphigeniā, uindicare adulteriū, cōmitti parriciū. Deinde dixit etiā ſi nō immolaret, nauigaturū. Illā enim morā naturæ maris & uentorū effe deorū uoluntatē ab hominibus non intelligi, Hæc Ceſtius diuſer genter diuiſit. Dixit enim deos rebus humanis non interponere arbitriū ſuū, ſi interponat, uoluntatē eorū ab homine nō intelligi, ut intelligatur, nō poſſe fata rauocari, ſi nō ſint fata.

era profutura, si sunt, non posse mutari. Sylo Pompeius etiam si quod esset diuinandi genus certū, auguri negauit credendum: quare ergo si nescit Chalcas affirmat primū, & scire se putat. Hic cōmunē locū dixit in omnes, qui hanc affectarent scientiā: deinde irascitur tibi, imitatus militat, quærit sibi tam magno testimonio apud omnes gentes fidē in ea descriptione. Primū in hac suasoria Fuscus Arellius Vergilij uersus uoluit imitari. Valde autē longe petit, & penē repugnat materiæ, certē non desideranti inseruit. Ait enim de luna, quæ siue plena lucis suæ est, splēdēsq; pariter assurgit in cornua, imbres prohibet: siue occupata nubilo sordidiorē ostēdit orbē suū, nō ante finit q̄ in lucē redit. At Vergilius hæc quāto simplicius & beatius dixit,

Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
 Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu,
 Maxim⁹ agricolis pelagoq; parabitur imber. Et rursus,
 Sin ortu in quarto (nanq; is certissimus autor)
 Plena neq; obscuris per coelum cornibus ibit.

Solebat autē ex Vergilio Fuscus multa trahere, ut Mecœnati imputaret. Toties enim pro beneficio narrabat, non in aliqua se Vergiliana descriptione placuisse: sicuti in hac ipsa suasoria dixit, cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os Deus elegit? cur hoc potissimū sortitur poësis? quod tantū non impie dicebat se imitatū Vergiliū, plena deo? Solet autē Gallio noster hæc aptissime ponere. Memini una nos ab auditiōe Nicetis ad Messalam uenisse. Nicetes suo impetu ualde Grecis placuit. Querebat à Gallione Messala, quid illi uisus esset Nicetes. Gallio ait, plena deo, quoties audierat aliquē ex his declamatoribus, quos scholastici caldos uocant, statim dicebat, plena deo. Ipse Messala nunquā aliter eū agnouit, ab hominis auditiōe uenientē interrogat nihil aliud quā ut diceret, nūquid plena deo? Itaq; hoc ipsi iā tā familiare erat, ut inuito quoq; excideret.

deret. Apud Cæsare cū mentio esset de ingenio Haterij, consuetudine prolapsus, dixit, & ille erit plena deo. Querēti deinde quid hoc esse uellet, uersum Vergilij retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalā excidisset, & nūquam postea potuisset excidere. Tyberius ipse Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio, atq; delectatus est fabula Gallionis: hoc autē dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse, itaque fecisse quod in multis alijs uersibus Vergilius fecerat, nō surripiendi causa, sed palām imitandi, hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragœdia eius, feror huc illuc, ut plena deo. Iam uultis ad Fuscum reuertar, & descriptionibus eius uos satiabo. Hæc potissimum ex his quas in similitudinis tractatiōe posuit, cū diceret, omnino non concessam futurorum scientiam.

INITIUM IIII. SVASORIAE.

Deliberat Alexander Magnus, an Babyloniam intret, cū denūtiatū esset illi respōso auguris periculū. **A RELLI FVSCI.** Quis est qui futurorū sciētiam sibi uendicit? nonne oportet sortis sit, qui iubēte deo canat, nō eodē cōtētus sit uero, quo imprudētes nascimur, quādā imaginē Dei præferat qui iussa exhibeat dei, sic est. Tantū enim regē tātiq; rectorē orbis esse in metu cogit, magnus iste est, supra humanæ sortis habitū oportet sit, cui liceat terrere Alexandrū: ponat iste suos in sydera patres et originē cœlo trahat, agnoscat suū uatē Deus, non eodē claudatur uitæ fine, etate magna, extra omnē futurorū necessitatē caput sit, quod gētibus futura præcipiat. Si uera sunt ista, quid ita, nō huic studio seruit omnis ætas? Cur non ab infantia, rerū naturā deosq; qua licet, uisimus? cū pateat nobis sydera et interesse nūminibus liceat, quid tam inutili desidemus faciēdia? aut periculosis atteritur armis manus? an melius alio pignore quàm futuri sciētia ingenia surrexerint? Quæ uerò in media se ut prædicāt fatorum misere pignora, natura

inquirunt.

inquirunt, & prima omnium meliorum annorum habent initia, quo ierint motu sidera, in quas discurrerint parteis, contra ne Deus steterit, an placidus affulserit sol an plenam lucem, an initia surgentis acceperint, an abdiderit in nocte obscurum caput luna, Saturnus nascentem, an ad bella Mars militem, an negotiosum in questus Mercurius exceperit, an blanda annuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime Iupiter tulerit. Existimant tot circa unum caput tumultuatis deos? Futura nuntiant, Pleurosque dixere uicturos, & nihil metuentes oppressit dies, alijs dedere finem propinquum, at illi superfuere. Egentes inutilis animæ, felices nascentibus annos proponderunt, at fortuna in omnem properauit iniuriam: incertæ enim sortis uiuimus, unicuique ista pro ingenio finguntur non ex scientiæ ui. Decriit aliquis toto orbe locus qui te uictorem non uiderit? Babylone clauditur, cui patuit oceanus. **DIVISIO.** In hac suasoria nihil aliud tractasse Fuscum scio quam easdem quas supra retuli, quaestiones, ad scientiam futuri pertinentes. Illud quod nos delectauit præterire non possum. Declamabat Fuscus Arellius controuersiam, de illa, quæ posteaquam ter mortuos pepererat, somniasse se dixit, ut in luco pareret. Valde in uos cõtumeliosus fuero, si totam controuersiam, quam ego intelligo me dicere, Fuscus declamaret, & aperte, aut non agnoscentis puerum, tractaret locum contra somnia & deorum prouidentiam, & male de magnitudine deorum dixisset mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret, summis clamoribus dixit illum Vergilij uersum. Scilicet is superis labor est ea cura quætos sollicitat. Auditor Fusci quædam, cuius pudori parco, cum hæc suasoriã de Alexandro ante Fuscum diceret, putauit æque belle poni uersum eundem, dixit, Scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat. Fuscus illi ait, si hoc dixisses ualidè Alexandro, scires apud Vergilium eundem uersum esse, & alium caputotenus abdidit enssem. Et quæ soletis mihi molesti esse de

Fusco, quid fuerit, quasi nemo uideretur dixisse cultius, ingeri uobis Fuscianas explicatiões. Dicebat aut̃ suasorias libētissime et frequētius Græcas, q̃ Latinas. Hebræas ī hac suasoria dixit.

INITIVM V. SVASORIAE.

Deliberāt Athenienses, an trophæa Persica tollant, Xerxe minante rediturum se, nisi tollerentur. ARELLI FVSCI. Pudet me uictoriæ nostræ, sic fugatū creditis Xerxem, ut reuerti possit? tot cæsa milia, nihil ex hac acie relicta minanti, nisi quod uix sequi fugientem possit, toties mersæ clas- sis. Quid Marathona? quid Salamina referam? Pudet dicere, dubitamus adhuc, an uicerimus. Xerxes ueniet? At nescio quomodo languet circa memoriā iacturæ animus, & disturbata arma non repetit. Prior enim metus fuluri regni is esset, amissa ne audeat, amissurū monent. Vt in gaudia interdum surgit animus, & spem ex præsentī metitur, ita aduersis frangitur: ubi ignominia spem premit, ubi nullam meminit aciē, nisi que fugerit, errat circa damna sua, & quæ male expertus est, uia deponit. Si uenturus esset, non minaretur. Suis ira ardet ignibus, & impacta soluitur. Non denuntiaret si uenturus esset, neq; armaret nos nuntio, nec insligaret uictricem Græciam, nec sollicitaret arma felicia, magis superueniret improuidis, & arma indenuntiata monent. Quantuncunq; Oriens uictus primo in Græciam impetu effusum est, hoc ille numero ferociter & in deos arma tulerat. Extincta tot ante Xerxem milia sub ipso iacent, & nulli nisi qui fugerunt supersunt. Quid Salamina? quid Cynagyron referam? & te Polyteles? hoc agitur an uiceris? Hæc ego trophæa deposui, hæc in tota Græciæ conspectu statui, ne quis timeret Xerxem minantem. Me miserū, pugnante Xerxe trophæa posui, fugiente tollere. Nunc Athenæ uincimur, non tantum credetur rediisse, sed uicisse Xerxes. Nō potest Xerxes, nisi per nos trophæa tollere.

Credite mihi, difficile est attritas opes recolligere & spes
 nouare fractas, & poenitenda acie in melioris euentus fi-
 duciam surrigere, CAESTII PII. Inferam, inquit, bel-
 lum, alia mihi trophæa promittit, potest maior uenire quàm
 uictus est. ARGENTARII. Non pudet uos, pluris tro-
 phæa uestra Xerxes aestimat quàm uos. DIVISIO. Fuscus
 sic diuisit, etiamsi uenturus est Xerxes, non tollimus, non sunt
 trophæa tollenda. Confessio scrututis est iussa facere, si ue-
 nerit, uincemus, hoc non est diu colligendum, de eo dico, uin-
 cemus quem uicimus. Sed nec ueniet quidem, si uenturus esset,
 non denuntiaret. Fractus est & uiribus & aïo. CAESTIUS
 & illud dicit, quod in prima parte tractauit, non licere Athe-
 niensibus trophæa tollere, commune in illis ius totius Græciæ
 esse, cõmunem uictoriam, cõmune bellum fuisse: deinde ne fas
 quidem esse, nunquam factum, ut quisquam consecratis uirtutis
 sue operibus manus adferret: ista trophæa nõ sunt Athenien-
 sium, deorum sunt, illorum bellum fuit, illos Xerxes uinculis,
 illos sagittis persequabatur, hæc omnia ad impiã & superbam
 Xerxis militiam pertinent. Et quid? ergo bellum habebimus?
 habebimus, etsi Xerxem remouebis, alius hostis inuenietur.
 Nunquam magna imperia otiosa. Omnium bellorum prospere
 ab Atheniensibus gestorum. Deinde non erit bellum, Xerxes
 enim non ueniet, * multo timidiore esse qui superbissimi fue-
 rint. Nouissime ut ueniat, cum quibus ueniet? reliquias uictoriæ
 nostræ colliget, illos adducet quos priore bello quasi inutiles
 reliquias nouit, si qui ex fuga cõsecuti sunt. Nullum habet mi-
 litem nisi aut fastiditũ aut uictum. ARGENTARIUS his
 duobus contentus fuit, aut non uenturum Xerxem, aut nõ esse
 metuendum. Si uenerit his solis institit, & illud dixit quod
 excerptum est, tollite, inquit, trophæa: si uicisti, quid erubescis?
 Si uictus es, quid imperas? locum mouit nõ inutiliter, iudicare

* An nescitis

quidem se neq; Xerxē neq; iam quemquam Persarū austerum
 in Græciam effundere se, ideo magis ipsis trophæa tuenda. Si
 quis unquam illum uenturus hostis esset, ut conspectu trophæo-
 rum animi militū accenderētur, hostiū frangerētur. BLAN-
 DV S dixit, repleat ipse prius hiatus, & maria in antiquā fi-
 ciam reducat, apparere uoluit posteris quemadmodū uenerat,
 appareat etiam quēadmodum redierit. TRIARIVS. Omnia
 dimissa diuisione tantū exultauit, quod audierit Xerxē uenire
 ad se, ipsis nouam uictoriam noua trophæa. SYLO POM-
 PEI VS. Venusto genere sententiæ usus est, nisi tollitis, in-
 quit, trophæa, ego neniā, hoc ait Xerxes, nisi hæc trophæa
 tollitis, illa ponetis. Alteram partem solus Gallio declamant,
 & hortatus est ad tollēda trophæa, dixit gloriæ nihil detrabi,
 mansuram enim memoriam uictoriæ quæ perpetua esset, ipsa
 trophæa & tempestatibus et ætate consumi, bellum suscipien-
 dum fuisse pro libertate, pro coniugibus, pro liberis, pro re sa-
 peruacua, & nihil nocitura si fieret, non esse suscipiendum. Hic
 dixit utiq; uenturū Xerxē, & descripsit aduersus ipsos decus
 tumentem, deinde habere illum magnas uires, neq; oēs illam
 copias in Græciam produxisse, nec oēs perdidisse in Græcia
 timendam esse fortunæ uarietatem, exhaustas esse Græciæ ui-
 res, nec posse iam pati alterū bellum, illi esse immensam multi-
 tudinem hominum. Hoc loco disertissimam sententiā dixit, quæ
 uel in oratione uel in historia ponitur, diutius illi perire pos-
 sunt, quàm nos uincere.

INITIUM SVASORIAE VI.

De morte Ciceronis clarissima.

Deliberat Cicero an Antonium deprecetur. Q. AT-
 RIVS, Sciāt posteri potuisse Antonio seruire Remp. nō
 potuisse Ciceronē. Laudandus erit tibi Antonius, in hac causa
 etiam Ciceronem uerba deficient. Crede mihi, si diligenter
 custodiat

custodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tacere nō pos-
 sit. Si intelligis Cicero, non dicit, roga ut uiuas, sed roga ut ser-
 uias: quemadmodum autē hunc senatū intrare poteris exhau-
 stum crudeliter? repletum turpiter? Intrare aut tu senatū uo-
 les, in quo nō Cn. Pompeium uisurus es, non M. Catonem, non
 Lucullos, non Hortensiu, non Lentulum atq; Marcellum? non
 tuos, inquam, Coss. Hircium & Pansam? Cicero quid in alieno
 seculo tibi? iam nostra peracta sunt, M. Cato solus maximū ui-
 uendi moriendiq; exēplum, mori maluit quā rogare, nec erat
 Antonū rogaturus, & illas usq; ad ultimū diem puras à civili
 sanguine manus, in se infectas, accerrimè armauit. Scipio cū gla-
 dium poni iussus foret, dicitur abdidisse, se querentibus qui in
 nauem transierāt militibus imperatorē, imperator, inquit, bene
 se habet. Victus uocē uictoriæ misit. Vctat, inquit, Milo rogari
 iudices. V. C. L. nunc & Antonium rogat. PORTII LA-
 TRONIS, Ergo loquitur imperator Cicero, & non timet
 Antonius, loquitur, inquā, Antonius, ut Cicero timeat? Civilis
 sanguinis Syllana sitis in ciuitatē redit, & ad triūuiralē hastā
 pro uectigalibus ciuū Romanorū mortes locātur. Iniusta bel-
 la albo Pharsalica ac Mūdensis Mutinensisq; ruina uincitur,
 consularia capita auro rependantur. Tuis uerbis Cicero uten-
 dum est, ô tempora, ô mores: uidebis ardentis crudelitate si-
 mul ac superbia oculos, uidebis illum non hoīs sed belli civilis
 ultum, uidebis illas fauces per quas Cn. Pōpeij bona transie-
 runt, illa latera, illam totius corporis gladiatoria firmitatem:
 uidebis illum pro tribunali loco, quem magister equitum cum
 raptaretur, præerat, uomitu fœdauerat. Supplex accidens ge-
 nibus deprecaberis, & ore, cui se debet salus publica, humili,
 in adulationē uerba submittes? Pudeat Verrem quod quia pro-
 scriptus fortius perit. CYRI MARILII ESERNINI
 occurrat tibi Cato tuus, cuius à te laudata mors est. Quicquam

ergo tanti putas, ut uitã Antonio debeas? CAESTII PII
 Si ad desiderũ populi respicis Cicero, quãdocunq; perieris,
 parum uixisti: si ad res gestas, satis uixisti: si ad iniurias for-
 tunc & presentem Reipublice statum, nimũ diu uixisti: si ad
 memoriam operum tuorum, semper uicturus es. POMPEI
 SYLONIS Scias licet tibi non expedire uiuere, si Antonius
 permittit ut uiuas. Tacebis ergo proscribente Antonio? &
 Rempub. laniante? & ne gemitus quidẽ tuus liber erit? Malo
 populus Romanus mortuum Ciceronẽ quã uiuum desideret.
 TRIARI, quæ charybdis est tam uorax? Charybdin dixi
 quæ si fuit, animal unum fuit, uix mediusfidius oceanus tot res
 tamq; diuersas uno tempore absorbere potuisset. Huic tu se-
 uienti putas Ciceronẽ posse subducĩ? ARELLII FVSCI
 Ab armis ad arma discurretur, foris uictores dũ trucidamur,
 dum in sanguine intestinus hostis incubat, quis non hoc populus
 Romani statu Ciceronem ut uiuat cogi putat? Rogabis Ci-
 cero turpiter Antonium, frustra? Non te ignobilis tumulus
 abscondet, idem uirtutis tuæ qui finis est immortalium, huma-
 norum operum custos memoria, quæ mansuri uita perpetua
 est, in oĩa te secula sacratum dabit. Nihil aliud intercidet quã
 corpus fragilitatis caducæ, morbis obnoxium, casibus exposi-
 tum, proscriptionibus obiectum. Animus uerò diuina origo
 haustus, cui nec senectus ulla, nec mors, onerosi corporis uul-
 culis exolutus, ad sedes suas & cognata sydera recurret. Et
 tamen si ad etatem annorumq; nunquam obseruatũ uiris
 tibus, numerum respicimus, sexaginta supergressus es, nec po-
 tes uideri non nimis uixisse, qui moreris Reipublice superstiti.
 Vidimus furentia toto orbe ciuilia arma, et post Italicas Phœ-
 salicasq; acies Romanum sanguinem hausit Aegyptus, quã
 indignamur in Ciceronem Antonio licere, quod in Pompeio
 Alexandrino licuit, An non occiduntur qui ad indignos con-
 fugiunt

fugi
 qui
 ditur
 habe
 te ag
 tuor
 in pr
 uir al
 struit
 capit
 mine
 suasor
 tanti
 posuit
 gare.
 deinde
 detrac
 descrip
 cum d
 tuum,
 tiam, l
 primar
 proscri
 morien
 riendus
 esse, m
 Et sol
 Antoni
 ex triu
 ualde ex
 CAES

fugiunt? CORNELII HISPANI. Proscriptus est ille qui tuam sententiam secutus est, tota tabula tue morti precluditur, alter fratrem proscribi, alter auunculum patitur, quid habes spei? Ut Cicero periret, tot parricidia facta sunt. Repe- te age, tot patrocinia, tot clientelas et maximum beneficiorum tuorum te ipsum, iam intelliges Ciceronē in mortem cogi posse, in preces non posse. ARGENTARI. Explicantur triumuiralis regni delicata conuiuia, & popina tributo gentium in- struitur, ipse uino & somno marcidus deficientis oculos ad capita proscriptorū leuat. Iam ad ista non satis est dicere hominem nequam. DIVISIO. Latro sic hanc diuisit omnem suasoriam, etiam si impetrares uitam ab Antonio, non putes, tanti rogare, deinde impetrare non potes. In priore illa parte posuit, Turpe esset cuilibet Romano, nedum Ciceroni uitā ro- gare. Hoc loco oīm qui ultro mortē oppetissent exēpla posuit: deinde inutilis illi sua uita futura proponitur, morte grauior detracta libertate. Hic omnem acerbitatem seruitutis futuræ descripsit, deinde nō futurum fidei impetratæ beneficium. Hic cum dixisset, aliquid erit quod Antonium offendat aut factum tuum, aut dictum, aut silentium, aut uultus, adiecit senten- tiam, haud eum placaturus es. ALBTIVS aliter diuisit, primam partem fecit, moriendum esse Ciceroni etiam si nemo proscriberet, cum hæc insectatio temporum fuerit: deinde moriendum est, ille enim se sua sponte conficeret, quia mo- riendum esset, etiam si mori nolisset, graues odiorum causas esse, maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus tentauit dicere, non unum illi esse Antonium insectum. Hoc loco dixit illam sententiam, si cui ex triumuiris non es inuisus, grauis es. Et illa sententia ualde excepta est, rogo Cicero, ora unum, ut tribus seruias. CAESTIVS sic diuisit. Mori tibi utile est, honestum est,

necesse est ut liber & illibatae dignitatis cōsummes vitam. Hic
 illam sententiā dixit audacem, ut numereris cum Catone, qui
 seruire nec Antonio quidem nondum domino potuit. **M A R-**
C E L L V S hunc sensum de Catone melius. Vsq; eo ne omnia
 cum fortuna populi Romani cōuersa sunt, ut aliquis deliberet,
 utrum satius sit uiuere cū Antonio, an mori cum Catone? Sed
 ad diuisionem Cæstij reuertamur, dixit utile esse, ne etiā cru-
 ciatus corporis pateretur: non simplici illum modo periturum,
 si in Antonij manus incidisset, & in hac parte cū descripsisset
 contumelias insultantium Ciceroni & uerba & tormenta, dixit
 illam multum laudatam sententiā. Tu me hercules Cicero
 cum ueneris ad Antonium, mortē rogabis. **V A R I V S G E-**
M I N V S sic diuisit, hortaret te, si non alterutrum utiq; facie-
 dum esset, aut moriendum, aut rogandum, ut moreris potius
 quàm rogares, & omnia complexus est, quæ à cæteris dicta
 erant, sed addidit & tertium: adhortatus est illum ad fugam,
 illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. Et
 adiecit illam sententiā quā Cassius Seuerus unice mirabatur,
 quid deficiemus? et Respub. suos triumuiros habet. Deinde etiā
 quas petere possit regiones percurrit, Siciliam dixit uindicta-
 tam esse ab illo, Ciliciam à proconsule egregie administratam,
 familiares studijs eius & Achaiam & Asiam, Deiotari regiā
 obligatum beneficijs, Aegyptum & habere beneficij mem-
 riam, & agere perfidiae pœnitentiam, sed illum maxime in
 Asiam & Macedoniam hortatus est in Cassij & in Bruti ca-
 stra. Item Cassius Seuerus aiebat alios declamasse, Varium Ge-
 minum uiuum consilium dedisse. Alteram partem pauci decla-
 mauerunt, nemo ausus est Ciceronem ad deprecandum Anto-
 nium hortari, bene de Ciceronis animo iudicauerunt. **Geminus**
Varius declamauit alteram quoq; partem & ait, Spero me Ci-
 ceroni meo persuasurum ut uelit uiuere, quod grātia loquitur.

& dicit
 non mori
 ciet, rog
 iam colle
 erunt.
 uti scurr
 rogaturu
 esse turpe
 sent C. Ca
 dem Cice
 & iudicaj
 ri. Deinde
 sis illum u
 corari so
 Verri affu
 esset, ne qu
 prateriret
 set illum qu
 pisset, adie
 tam aut Ca
 tam. Qu
 in iudicare
 Ciceronis g
 rogeret An
 mo dubita
 Ciceronis t
 sione ded

Deliber
 nes su
 illi uult i

& dicit, Mors nec immatura consulari, nec misera sapienti,
 non mouet me idiotam, perit, Ego belle mores hominis noui, fa-
 ciet, rogabit, nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit,
 iam collum tritum habet, & Pompeius illum, & Caesar subie-
 cerunt. Veteranum mancipium uidetis, & quam plura alia di-
 xit scurrilia ut illi mos erat. Diuisit sic, ut diceret, non turpiter
 rogaturum, non frustra rogaturum: in priori parte posuit, non
 esse turpe, ciuē uictorem rogari à uicto, hic quam multi rogaf-
 sent C. Casarem, hic & Ligarium: deinde ne iniquum esse qui-
 dem Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscripsisset, qui
 & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem, ac dato roga-
 ri. Deinde non pro uita illum sed pro republica rogaturum, sa-
 tis illum uiuere sibi, reipublicæ parum. In sequenti parte dixit,
 exorari solere inimicos, ipsum exoratum à Vatino. C. quoq;
 ueri affuisse, facilius exorari Antonium posse, qui cum tertius
 esset, ne quis tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem
 preteriret: fortasse irasci Antonium, qui ne tanti quidem putaf-
 set illum quem rogaret. Fuga quam periculosa esset cū descri-
 psisset, adiecit, quocunq; peruenisset seruiendum illi esse, fren-
 dam aut Cassij uolentiam aut Bruti superbiã aut Pompei stul-
 tiam. Quando in hanc suasoriam incidimus, non alienum pu-
 tã indicare quomodo quisq; se ex historicis aduersus memoriã
 Ciceronis gesserit. Nam quod Cicero nec tam timidus fuerit ut
 rogeret Antonium, nec tam stultus ut exorari posse speraret,
 nemo dubitat, excepto Asinio Pollione qui infestissimus famæ
 Ciceronis permansit, & is etiam occasionem scholasticis oc-
 casione dedit. Solent enim scholastici declamatores ponere.

*alterius
 suasoriæ

Alia suasoria pro Cicerone.

Deliberat Cicero, an promittente salutē Antonio oratio-
 nes suas cõburat. Hæc inepte ficta cuilibet uideri potest.
 Nemo uult illā ueram uideri, ita enim dixit in illa oratione quã
 pro

pro Lamia dedit. A SINII POLLIONIS, Itaq; magis quam perficeret, nec mora fuit, quin cuitaret, suas esse quas cupidissime effuderat orationes in Antonium, multiplicesq; numero & accuratius scriptas illis contrarias edere, ac ueluti ipse palam pro concione recitare, pollicebatur: ceteraq; his alia fortidiora multo, ut tibi facile liqueret, hoc totum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historijs suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negat eum haec dixisse, nec enim mentiri sub trium uirorum conscientia sustinebat, sed composuisse. Nolo autem uos iuuenes mei contristari, quod a declinatoribus ad historicos transeo, satis faciam uobis, et fortasse etiam, ut his sententijs lectis solidis, & uerum habentibus recedatis.

* equiores

* contationis

* Et quia hoc si tamen recta uia consequi non potero, decipere uos cogar, ueluti salutare pueris daturus potionem, absinthiatum poculum. Huius adeo contationis consilium habuisse Ciceronem non dicit, ut neget tempus habuisse. Ita enim ait LIVIVS. M. Cicero sub aduentum triumuirorum cesserat urbe, certum habes id quod erat, non magis Antonio eripi se quam Caesari Casium & Brutum posse, primo in Tusculanum fugit, inde transuersis itineribus in Formianum, ut ab Caieta nauim conscensurus proficiscatur. Unde aliquoties in altum prouectum cum modo uenti aduersi retulerent, modo ipse iactationem nauis caeco uolente fluctu pati non posset, tandem cum & fugam & uitam cepit, regressus ad superiorem uillam, quae paulo plus mille passibus a mari abest. Moriar, inquit, in patria saepe seruata. Satis constat, seruos fortiter fideliterq; paratos fuisse ad dimicandum, ipsum deponere etiam et quietos pati, quod fors iniqua cogeret, iussisse. Promoti ex lectica praebentiq; immotam ceruicem caput praecisum nec satis stolidae crudelitati militum fuit, manus quoq; scriptas in Antonium exprobrantes praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium iussuq; eius inter duas manus in rostris positum, ubi

consu
quanti
tie au
intue
ipse nu
non pr
Cicero
consiste
re, inci
inquit p
nem cur
Pompei
MVTI
actam p
do caede
nit. Item
qua pau
ta seruata
ciibus s
se sanie, b
lus, tum p
cruentum in
nos dextr
priatos b
DIINIG
per agros
nem Pop
pexit: at
capatq; de
tram in pa
itate de fe

consul, ubi sæpe consularis, ubi eo ipso anno aduersus Antonium,
 quanta nulla unquam humana uox, cum admiratione eloquen-
 tiæ auditus fuerat: uix attollentes lachrymis oculos homines
 intueri trucidata membra eius poterant. Bassus Aufidius, &
 ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin fortiter se morti
 non præbuerit tantum, sed obtulerit. AVFIDII BASSI.
 Cicero paulum remoto uelo postquã armatos uidit, ego uerò
 confisso, ait, accede ueterane, & si hoc saltem potes recte face-
 re, incide ceruicẽ. Trementi deinde dubitantiq; quid si ad me,
 inquit primũ uenissetis? Cremutius Cordus, & ipse ait, Cicero
 nem cum cogitasset, utrũ ne Brutum, an Cassium, an Sextum
 Pompeũ peteret, omnia illi displicuisse, præter mortẽ. CRE-
 MUTII CORDI, Quibus uisis lætus Antonius, cum per-
 actam proscriptionẽ suã dixisset, esset quippe non satiatus mo-
 do cædendis ciuibus, sed defectus, quoq; sint pro rostris expo-
 nit. Item qua sæpius ille ingenti circumfusis turba processerat,
 quæ paulo ante coluerat pijs cõcionibus, quibus multorũ capi-
 ta seruauerat, tum per artus suos latus, aliter ac solitus erat, à
 ciuibus suis conspectus est, prætendenti capiti oriq; eius impen-
 sa sanie, breui ante princeps senatus Romaniq; nominis titu-
 lus, tum præciũ interfectoris sui. Præcipue tamẽ soluit pectora
 manũ in lachrymas gemitusq; uisa ad caput eius deligata ma-
 nus dextra, diuinæ eloquentiæ ministra: cæterorumq; cædes
 priuatos luctus excitauerunt, illa una communem. BRUTI-
 DI NIGRI. Elapsus interim altera parte uillæ Cic. lectica
 per agros ferebatur, sed ut uidit appropinquare notũ sibi mi-
 tum Popiliũ nomine, memor defensum à se, lætiore uultu
 respexit: at ille, uictoribus id ipsum imputaturus, occupat facinus
 atq; decisum, nihil in ultimo fine uitæ facientis, quod altera
 in partem posset notari, Antonio portat, oblitus se pau-
 lante defensum ab illo. Et hic uoluit positi in rostris capitis
 miser

miserabilem faciē describere, sed magnitudine rei obrutus est.
 Item BRVTIDINIGRI. Vt uerò iussu Antonij inter duas
 manus positum in rostris caput conspectum est, quo toties au-
 ditū erat loco, sedato gemitu & fletu maximū uiri inferiæ, nec
 ut solet ita depositi in rostris corporis concio audiuit, sed ipse
 narrauit. Nulla nō pars fori aliquo iactationis inclytæ signata
 uestigio erat. Nemo nō aliquod eius in se meritū fatebatur, hoc
 certè publicum beneficiū palàm erat, illam miserrimi tēporis
 seruitutem ac aleam delatam in Antoniū. Quoties magnū ali-
 cuius mors ab historicis narrata est, toties ferè totius consum-
 matio uitæ, & quasi funebris laudatio redditur: hoc semel atq;
 iterū à Thucydide factum, idem in paucissimis personis im-
 patū à Salustio, Liuius benignius omnibus magnis uiris præ-
 tit. Sequētes historici multo id effusus fecerūt. Ciceroni hoc, ut
 græco uerbo utar, ἐπίτιμασιον Liuius reddidit. TITI LIIUS
 Vixit tres & sexaginta annos, ut si uis abfuisset ne immatura
 quidē mors uideri possit: ingenū & operibus & præmijs op-
 rarū felix: ipse fortunæ diu prosperæ & in longo tenore felici-
 tatis, magnis interim ictus uulneribus, exilio, ruina partū, pro-
 quibus steterat filiæ morte, exitu tam tristi atq; acerbo, omni-
 aduersorū nihil ut uiro dignū erat tulit, præter mortē, quæ in-
 re æstimati minus indigna uideri potuit, quod à uictore inimico
 crudelius passus erat, quā quod eiusdē fortunæ cōposito frater
 set, Si quis tamē uirtutibus uitia pensarit, uir magnus, acer,
 morabilis fuit, & in cuius laudes sequēdas Cicerone Laudator
 opus fuerit. Vt est noster candidissimus omnium magnorū inge-
 niorum æstimator T. Liuius plenissimus testimoniū Ciceroni
 reddidit. Cordi Cremutij non est operæ de ferre etiam reddidit
 tam Ciceroni laudationem, Nihil enim ipso Cicerone indignius
 est, ac ne hoc quidem, quod penè maximum est, tolerabile
 CREMVTII CORDI. Priuatis enim simuleates dep-

nendas interdum putabat, publicas nunquã. Vides credendam
 eius non solũ magnitudinem uirtutũ, sed multitudinẽ quoq; cõ-
 spiciendam. AVFIDII BASSI. Sic M. Cicero decessit,
 uir natus ad Reipub. salutẽ, quæ diu defensa & administrata
 in senectute denum e manibus eius elabatur, non ipsius uitio
 lesa, quod nihil in salute eius aliud illi, quàm si caruisset Anto-
 nio, placuit. Vixit sexaginta & tres annos, ita ut semper aut
 peteret alterũ, aut inuicẽ peteretur, nullamq; rem rarius, quã
 diem illũ quod nullius interesset ipsum mori, uidit. Pollio quoq;
 Asinius, qui Verrem Ciceronis reũ fortissime morientẽ tradi-
 dit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testi-
 monium tamen quamuis inuitus plenum ei reddit. ASINII
 POLLIONIS. Huius ergo uiri tot tantisq; operibus man-
 suris, in omne æuũ prædicare, cuius ingenio atq; industrie
 superbe natura pariter atq; fortuna obsecuta est. Ei quidẽ fa-
 cies decora ad senectutem prosperaq; permãsit ualetudo, tum
 pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit, nãq; à pri-
 sca severitate iudicis exacti, maximorũ noxiorum multitudo
 prouenit, quos obstrictos patrociniõ incolumes plerosq; habe-
 bat. Iam felicissima consulatus ei sors petendi & gerendi mu-
 nera magna, deum consilio, industriaq; utinam moderatius se-
 quenda res, & fortius aduersas ferre potuisset: namq; utræq; cũ
 conuerant ei, mutari eas non posse rebatur. Inde sunt inuidie
 tempestates coortæ graues in eũ, certiorq; inimicis aggrediẽ-
 tis fiducia: maiore enim similitates appetebat animo quàm ge-
 rebat. Sed quando mortalium nulli uirtus perfecta cõtigit, qua
 maior pars uitæ atq; ingenij stetit, ea iudicandũ de homine est.
 Sed ego ne miserandi quidẽ exitus eũ fuisse iudicãre, nisi ipse
 miseram mortem putasset. Affirmare uobis possum nihil
 in historijs eius hoc, quẽ retuli, loco disertius, ut mihi tunc
 mandasse Ciceronem, sed certasse cum Cicerone uideatur.

Nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concu-
piscatis, concupiscite, & poenas Ciceroni dabit. Nemo tamen
ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortem deplorauit
quam Cornelius Seuerus.

CORNELII SEVERI.

Oraque magnanimum spirantia penè uirorum
In rostris iacuere suis, sed enim abstulit omnis,
Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta,
Iuratæque manus, deprensaque fœdera noxæ,
Patritiumque nefas, est nunc & poena Cetege,
Deiectusque redit uotis Catilina nefandis.
Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt, sacris & uita quid artibus actæ?
Abstulit una dies æui decus, ictaque luctu
Conticuit Latiae tristis facundia linguae,
Vnica sollicitis quondam tutela salusque,
Egregium semper patriæ caput, ille senatus
Vindex ille fori, legum ritusque, togæque.
Publica uox eius æternum obmutuit armis.
Informes uultus sparsamque cruore nefando
Canicem sacrasque manus, operumque ministras
Tantum, pedibus ciuis proiecta superbis
Proculcauit ouans, nec lubrica fata deosque
Respexit, nullo luet hoc Antonius æuo.
Hæc nec in Hæmatio mitis uictoria Perse,
Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo.
Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Abfuerant, nostræque cadens ferus Hannibal iræ,
Membra tamen stygias tulit inuiolata sub umbras.
Non laudabo municipem nostrum bono uersu ex quo hic m...

melior Cornelij Seueri processit, Conticuit latine tristes facundia lingue. Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, in equalis poeta, & penes quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, pingue quiddam sonantis atque peregrinum. Is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalæ Coruini, Pollionem Asinum aduocauerat, & in principio hunc uersum non sine assensu recitauit, Desendus Cicero est latineque silentia lingue. Pollio Asinius non equo animo tulit, & ait, Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua uideris, ego istum auditurus non sum, cui nutus uideor, atque ita consurrexit ne interfuisset recitationi eorum, quod Cornelium scio, cui non aequè displicuisse hunc uersum quam Pollioni apparet quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi & ipse composuit. Si hic desiero, scio futurum, ut uos desinat is eo loco legere, quo ego à scholasticis recepsi. Ergo ut liberum uelitis usque ad umbilicum reuoluere, adijciam suasoriam proximæ similem.

Alia suasoria ad Ciceronem pertinens.

Deliberat Cicero, an scripta sua comburat promittente Antonio incolumitatem si fecisset. Q. ATERIVS. Non ferēs Antonium, intolerabilis malo ingenio felicitas est, nihilque cupientes magis accendit, quam propriæ turpitudinis conscientia. Difficile est. Non ferēs, inquam, & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies: quod ad me quidem pertinet, multum à Cicerone absum, tamen non tedit me uita mea, sed pudet, ne propter hoc quidem pertinet multum à Cicerone. Ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quam te. Remittere ait se tibi ut uiuas, commentus, quemadmodum eripiat etiam quo uixeris. Crudelior est pactio Antonij, quam proscriptionis. Ingenium erat in quod nihil iuris haberent triumuiralia arma. Commentus est Antonius quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone proscribere, tolleretur per Ciceronem. Hortarer te Cicero ut uitam magnam estimares,

*luderetur.

a simares, si libertas suam in ciuitate haberet locū, si suam in
 libertate eloquentia, si nō ciuili ense ceruicibus*lueretur. Nūc
 ut scias nihil melius esse quā mori, uitā tibi Antonius promit-
 tit, pendet nefariæ proscriptionis tabula, tot prætorij, tot con-
 sulares, tot equestris ordinis uiri perire, penē nemo relinquitur
 nisi qui seruire possit. Nescio an hoc tempore uiuere possis
 Cicero, nemo est cum quo uelis. Merito Hercules illo tempore
 uixisti, quo Cæsar ultro te rogauit, ut uiueres sine ulla pactio-
 ne, quo tempore non quidē stabat Respublica, sed in boni prin-
 cipis sinum ceciderat. CAESTII PII. Nunquid opinio
 me sefellit? intellexit Antonius siluis eloquentiæ monumentis,
 non posse Ciceronem mori, ad pactiōē uocaris, qua pactiōe
 melior in te pars tui petitur. Accommoda mihi paulisper elo-
 quentiam, Ciceronem periturū rogo. Si te audissent Cæsar &
 Pompeius, neq; inissent turpē societate neq; diremissent, si uti-
 unquam consilio tuo uoluissent, neq; Pompeius Cæsarem, neq;
 Cæsar Pompeiū deseruisset. Quid cōsulatū solutarē urbi, quid
 exiliū consulatu honestius, quid prouocatā inter initia adole-
 scientiæ libertatē tyrocinijs tuis Syllanā potētā, quid Antonii
 auulsum, Catilinam Reipublicæ redditū? Ignosce Cicero, diu
 ista narrauero, Forsitan hac die nouissimo audientur. Si occi-
 detur Cicero, iacebit inter Pompeiū patrem filiumq; et Afrani-
 um Petreiumq;, Qu. Catulum, M. Antonium illum indignū
 hoc successore generis. Si seruetur, uiuet inter Ventidios &
 *Carutios *Canicios & Saxos. Ita dubium est, an satius sit cum illis iacere,
 an cum his uiuere? Pro uno homine iactura publica paci-
 sceris. Scio omne pretium iniquū esse quod ille constituit, ne-
 mo tanti emit Ciceronis uitam, quanti uendit Antonius. Si tibi
 tibi pactiōem ferret, uiues, sed eruentur oculi tibi, uiues, sed
 debilitabuntur pedes, etiam si in alia damna corporis pactio-
 nis patientiam, excepisses tamen linguā. Vbi est sacra illa uer-
 tac.

tua? Mori enim naturæ finis est, non pœna, hoc tibi uni non li-
 quet: At uideris Antonio persuasisse. Assere te potius libertati,
 & unum crimen inimico adijce. Fac Antonium moriendo no-
 centiorem. P. ASPRENATIS, Ut Antonius Ciceroni
 parcat, Cicero ipse in eloquentiam suam animaduertet. Quid
 autem tibi sub hac pactione promittitur. Ut Cn. Pompeius &
 M. Cato, & ille antiquus restituatur Reipublicæ senatus, di-
 gnissimus aqua quæ Cicero loqueretur. Multos ea re uicturos
 animi sui contemptus oppressit, multos perituros parati ad
 pereundum animi ipsa admiratio eripuit, & causa illis uiuen-
 di fuit, fortiter mori. Permite populo Romano contra Anto-
 nium licet scripta cõbuseris. Antonius paucos annos tibi pro-
 mittit, at si non combuseris, populus Romanus omnes. P. OM-
 PEI SYLONIS. Quale est ut perdamus eloquentiã Ci-
 ceronis, fidem sequamur Antonij? misericordiam tu istam uo-
 cas supplicium summum ingenio Ciceronis? Credamus Anto-
 nio Cicero, si bene illi pecunias crediderunt fœneratores, si be-
 ne pacem Brutus & Cassius, hominem & uitio naturæ, & li-
 centia temporum insanientem, inter scenicos amores ciuili san-
 guine luxuriantem, hominem, qui creditoribus suis oppigne-
 rauit Rempublicam, cuius gulæ duorum principum bona Cæ-
 saris & Pompeij non potuerunt satisfacere. Tuis utar Cicero
 uerbis, chara est cui quam salus, quàm aut dare, aut eripere po-
 test Antonius. Nõ est tanti seruare Ciceronem, ut seruatiõ An-
 tonio debeam. TRIARI, Compulsus aliquando populus
 Romanus, in eã necessitatẽ est, ut nihil haberet præter Iouem
 cõbussam & Canillum exulem, nullũ tamen fuit Camilli opus
 ualeat, quàm quod indignum putauit, uiros salutẽ pactioni de-
 bere. O grauem uitam etiam si sine pretio daretur Antonius
 hostis à Republica iudicatus, nunc hostem Rempublicam iu-
 dicat. Lepidus, ne quis putet illum male Antonio collegam

placuisse, alienæ semper dementiæ accessio, utriusque college
 mancipiū, noster dominus. ARGENTARIJ. Nihil An-
 tonio credendum est, mentior, quid enim iste nō potest, qui oc-
 cidere Ciceronem potest: qui seruare, nisi crudelius, quam oc-
 cidebat, non potest. Ignoscentem tibi illum putas, qui ingenio
 tuo irascitur? ab hoc tu speras uitam, cui nō dum uerba tua ex-
 ciderūt? Vt corpus quod fragile & caducū est seruetur, pereat
 ingenium quod æternum est: ego mirabar si non supplicio cru-
 delior esset Antonij uenia. P. Scipionem à maioribus suis de-
 sciscientem generosa mors in numerum Scipionum reposuit.
 Mortem tibi remittit, ut id pereat, quod solum in te immortalis
 est. Qualis est pæctio? Aufertur Ciceroni ingenium sine mi-
 pronuntiantur obliuione nominis tui pauci seruitutis anni. Non
 ille te uiuere uult, sed facere ingenij tui supersitem. Viue, ut
 Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Cice-
 ronem? Pateris perire, ut quod in te optimum habes, ante
 te efferas. Sine durare post te ingenium tuum, perpetuam An-
 tonij proscriptionem. ARELLI FVSCI. Quod
 humanum genus incolume manserit, quamdiu usus literarum
 honor summæ eloquentiæ pretium erit, quamdiu rerum na-
 turæ aut fortuna steterit aut memoria durauerit, admirabi-
 le posteris uigebit ingenium, & uno proscriptus seculo pro-
 scribes Antonium omnibus. Crede mihi uilissima pars tua est,
 quæ tibi uel eripi, uel donari potest. Ille uerus est Cicero,
 quem proscribi Antonius non putat, nisi à Cicerone possit.
 Non ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli desiderat.
 Si fidem deceperit Antonius, morieris: si præstiterit, ser-
 uies. Quod ad me attinet, fallere malo. Per te M. Tullij
 quatuor & sexaginta annos pulchre actos, per salutarem
 Reipublicæ consulatum, per æternam si pateris ingenij
 memoriam, per Rempublicam quæ ne quid te putes chæ-

diſſimo, quod detractū aut adiectione ſyllabæ facit ſenſum. Probi
 facinus indignum, peribit ergo quod Cicero ſcripſit, manebit
 quod Antonius proſcripſit. Apud Cæſtium prætorem decla-
 mabat hanc ſuaſoriam Surdinus ingenioſus adoleſcens à quo
 Græcæ fabulæ eleganter in Latinum ſermonem cõuerſæ ſunt.
 Solebat dulces ſententias dicere, frequentius tamen prædicere
 & infractas. In hac ſuaſoria cum iuſiurandum bellis ſenſibus
 prioribus cõplexus eſſet, adiecit, ita te legam. **CÆSTIVS**
 homo naſutiſſimus diſſimulauit exaudīſſe ſe, ut adoleſcentē er-
 natum quaſi imprudens obiurgaret, quid dixiſti? quid ita te
 fruor? Erat autem Cæſtius nullius quidem ingenij, Ciceroni
 etiam infeſtus, quod illi non impune ceſſit: nam cum M. Tul-
 filius Ciceronis Aſiam obtineret, homo qui nihil ex paterno
 ingenio habuit præter urbanitatem, coenabat apud eum Cæ-
 ſtius. M. Tullio & natura memoriã dempſerat, & ebrietas, ſi
 quid ex ea ſuperat, ſubducebat, ſubinde interrogabat, quis ille
 uocaretur qui in imo recumberet: & cū ſepe ſubiectum nomen
 Cæſtij excidiſſet, nouiſſime ſeruus ut aliqua nota memoriã eius
 faceret certiorē, interroganti domino quis ille eſſet qui in imo
 recumberet, ait. hic eſt Cæſtius, qui patrem tuū negabat lite-
 ras ſciſſe: afferri protinus ſlagra iuſſit, et Ciceroni ut oportuit
 de corio Cæſtij ſatiſfecit. Erat autē etiam ibi pietas. Non exige-
 ret Scordalus Hybricæ diſertiſſimi uiri filio malè apud ſe car-
 ſam agenti. **Et cū in quadam poſtulatione Hybricus**
 partibus ſtultorū locum ad literam omnibus agnoſcentibus di-
 ceret. Age, inquit, non putas me ſcripta didiciſſe patris mei,
 quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? **GARGO-**
NIVS amabiliſſimus in hac ſuaſoria dixit duas res, quibus
 ſtultiores ne ipſe quidem unquam dixerat: unam in principio,
 nam cum cœpiſſet ſcholasticorum frequentiſſimo iam more à
 iureiurādo, & dixiſſet multa: ita quàm primum tantū timent,

quantum

quantum potest, ita ut totus uiuat Cicero aut totus moriatur, ut ego quæ hodie pro Ciceronis ingenio dixero nulla pactione delebo. Alteram rem dixit cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: Iuba & Petreus, mutuis uulneribus concurrerunt & mortes scenerunt.

Libri primi Suasoriarum finis.

LVCII ANNAEI SENECAE
CONTROVERSIARVM
LIBER II.

Liberi parentes alant, aut uinciantur.

DVO fratres inter se dissidebāt, alteri filius erat: patruus in egestatem incidit, patre uetante adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit, adoptatus à patruo est, patruus accepta hereditate locuples factus est, egere cœpit pater: uetante patruo aluit illū, abdicatur. DEFENSIO ADOLESCENTIS. Quid mihi obijcis? Puto luxuriam, quicquid unquam inmodesta largitione effudimus, id omne consumebatur in alimentū duorum senum, cum uctaret me pater alebat ipse, mihi cum egerem alimenta nō dabat, eō iam perductus erat, ut omnē spem ultimorū alimentorū in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum, & inimicum. Ecce oppressit incrementem, quid acturus es? pluris tibi * pater effereendus quàm alendus est, quis rogatus est? aut * frater quis porro tam locuples, frater alere nō potest. Miserrimus senex diuitias suas & iam extremū blandimētum in stipem perdidit. Ipse, inquit, me nō aluit, imitationē alienæ culpæ innocentiam uocas. Nec eo quidem æstimas, quanta ista crudelitas sit, quod si quis fratrem non alit, nec à filio quidē alendus est. Quid adoptionē iactas? Tunc ad te ueni cū haberem diuitē patrem. Parcuis quæso fratres. Præsentes habemus deos, scis tuto te fa-

cere etiã si abdicaueris. Alam, fatendũ est crimen meũ, tar dius
 misertus sum. Item do pœnas ego parẽtibus meis, cũ in cœtera
 odium sit, tantũ in meam notã quærunt. O felix spectaculum, si
 nos in gratiã possum reducere, faciam hoc quod uultus quosq;
 uestri hortantur. Surgite patres, adeste iudices, alter mihi ex
 parentibus seruatus, alter seruandus est: porrigite mutuas ma-
 nus in gratiã, me fœderi mediũ pignus addite. Inter duos con-
 tendentes, mediũ elidor. Ergo morientẽ uidebo, per cuius ci-
 neres iuraturus sum? Omnis instabilis & incerta felicitas est.
 Quis crederet iacentẽ super crepidinẽ Mariũ fuisse cõsulem,
 aut futurũ? Quid porro tam longe exẽpla repeto tanquã mo-
 do nõ sit qui illum uidit. Quid nõ timendũ felicibus putas? quid
 desperandũ infelicibus? **IUNII GALLIONIS.** Ego in-
 dicabo cur me abdicēs, tu indica cur adoptaueris. Quæ dã ac-
 cedunt noua. Equidẽ noua. Illud non miror quod misericordiã
 obijcitur. Illud miror, quod hic obijcit. Sic enim me gessi, ut hoc
 crimine duos patres obligarẽ, uterq; me amat, uterq; ali miser
 desiderat, uterq; prohibet. Nec secum, nec mecũ fortuna bene
 conuenit. Componite aliquando bonos quidem, sed contumaces
 uiros. Vter discordiæ causam præbuerit, nolite à me exigere.
 Vterq; patrius est, uterq; pater est. Transit ad istum fratrem
 sui & fortuna & animus, misericors sum, non muto patrem, à
 naturã mutare potuissẽ. **P. ASPRENATIS.** Fortuna læta
 est præstare quæ exegeris, miserere, mutabilis est casus, dede-
 runt uictis terga uictores, & prouexit fortuna quos destituit.
 Quid referã Marium sexto cõsulatu Carthagine medicantem,
 septimo imperantem. Ne circa plura instabilis fortune exẽpla
 te mittamus, da quis alimenta rogetur & roget. **OTHONII**
IUNII patris. Timeo mutationẽ, & ille nihil prius ex bona
 quàm filiũ perdidit. **ARELLII FVSCI** patris. Equum
 cerno peregrini penates, an tuos? Nõ sum hospes grauis, un-
 genis

senē adduco, hoc tibi uitio pater placuit. Venit ignotus senex,
 nolo transire iacentē, per patrē rogat. Ergo aliquis peribit fa-
 me, qui filium suū optat superstite? Quid hoc esse dicā quod me
 tam periculose abdicāt, quod toties isti fortunā mutant, quoties
 ego patrē. Redite in gratiā. Inter funestas acies armatæ manus
 in fœdus porrigūtur. Perierat totus orbis nisi irā finiret mise-
 ricordia. Aut si tā pertinacia placēt odia, parcite, iactatus inter
 duos patres utriusq; filius, semper tamen felicioris abdicatus,
 positus inter duo pericula, quid faciā? qui alunt abdicāt. mendi-
 cant, qui nō alunt. Illud tamē pater deos testor, diuitē te relin-
 quo. CAESTII PII Tali me operi præparauerāt, uolebā
 fratres in gratiam reducere, hoc tu obijcis: at nisi impetrauero
 ut boni fratres sint, impetrabo ne mali patres sint. Vterque me
 amauit, uterq; pro me uota fecit, quantū est si dixero, uterq; me
 aluit? Quæ causa fuerit discordiæ nescio. Timeo ne iste prior
 egere cœperit. Quid obijcis pater? scio quēdam in hac ciuitate
 propter istud crimē adoptatū. Fratrē, inquit, alere noluit. In-
 uenisti quo possim me defendere: possum liberos tollere, et præ
 meis oculis narrē auum illorū fame perisse. Nō sefelli et qualis
 essem sciuisti cū adoptares. Bis abdicatus sum, uolo utrunq; cau-
 sam meā agere, neutrum pro me uolo, adsit mihi alius, semper
 causa mea habebit aduocatū patrum aut patrē, alter alterum
 amet, uterq; me amabit. Vis illū ueras pœnas dare? sentiat quā
 iniuriā fecerit bono fratri. POMPEI SYLONIS De pa-
 tre bene quod eum per ætatem nosse non possum, sed habet &
 ille beneficium meum, duos eius filios alui. Surge infelix senex,
 quid putatis illum flere? quod eget? imò quod abdicauit, quod
 aluit. ARGENTARII Vides enim, liberalis in domo tua
 esse cœpi, ille propter me duxit uxorem cum fortasse iuuenem
 adoptare posset. Hæc abdicantis fuere uerba, I ad illum quem
 magis amas quā patrē. Non omnibus imperijs parēdum est,
 nihil

nihil interim noui facio, scis me & priori patri non paruisse. Venit immissa barba capilloq; deformi, nō senectute, sed fame membris trementibus, seuersa & tenui atq; elisa ieiunio uoce ut uix exaudiri posset, introrsum conditos oculos uix alienans: alui, quomodo queritis? quomodo istum. CORNELII HISPANI Putas me hodie nō abdicari sed adoptari. Volo quendam futura prædicere patri, hic quem uis adoptari, inimicum patris tui inuito patre aluit, reliquit æquo animo * uestrā domū, ut cum mendico uiueret. Noueris oportet hoc eius uitium, ad præstandū calamitosis misericordiā contumax est. Nec tamen habeo quod de hoc conuictio queri possim, hoc enim patrē, hoc patrum perdidit. Quam multi patres adoptent talem filium. Bis abdicor. Homo est, non uis ali hominē? Ciuis est, non uis ali ciuem? amicus est, non uis ali amicū? propinquus est, non uis ali propinquum? sic peruenitur ad patrem, homo est, ciuis est, amicus est, propinquus est cognatione. Ergo non erit uitū porrexisse stipem, nisi dixero pater est? VIBII GALLI Circuibō tecū per aliena limina, ostendam omnibus & me qui alimenta dedi, & te qui negasti. ROMANII HISPONIS. Scio pater melius esse quod tu dicis, istud ego si possem, nunquā abdicatus essem. Fateor uitū meū, hoc quoq; prior in me emendare uoluit pater, nec potuit. Impulisti me in fraudē, qui me abdicat, aiebat non oportet fieri, tu dicebas oportet, tibi credidi. Nō dedit, inquit, mihi alimenta, defuerūt tibi? Quisquis alimenta mendico rogatus est, nihil amplius quā misereri monstrat, uede, ad patrē, i ad filiū, iam quidam nobis eandē fortunā præcitur. Crede mihi sacra populi digna est. ALBVTII SYLLI. Tollite uestras diuitias, quas huc atq; illuc incertæ fortune fluctus appellet, redite in gratiam, innocēs sit. PARS ALTIORA, VALLI SYRIACI Crescere ex mea proposuit inuidia, sequamur senes, quō uocat ambitio iuuenilis, & cōditio

* beatam

nem illi præbebitur, melius se potest iactare quam defendere. Atqui iustus metus meus tu es, ne hæredem ingratum scribam, inimicū relinquā. Inter cætera quæ mihi cum inimico patiar esse omnia, & hoc est infelicissimū, ambo tristissimam egimus vitam, excepto uno quod alter alterum egentē uidimus, proiecimur: adijce istis uerborū contumelijs, iussit, ad cælum manus sustulit, fassus se huius spectaculi debitorē, & tunc primum fratri uitam precatus sum: Letitiam patrimonij parati, ut extant calamitatum stupores, nullā percepi, nisi quod isti daturus erā omnia, illi negaturus. Liqueat nobis deos esse, qui nō aluit, eget, qui in domū suam fratrem non cepit, in publico manet. Aequaui iam potentiā meam cum illius potētia fortuna, nisi quod hoc prior facere non possum. Adoptaui te, cum abdicatus es, cum abdicas, abdicō. VIBII FVRRII. Cum egerem, aiebam satis se vindicauit, quod à dispensatore locupletis inimici, consors modo omnis fortunæ, diurnum petam. MARILLI. Ille autē audebat rogare, qui mori mallet quàm uerba sua sibi dici: multis debeo misericordiam, à multis tuli, quisquis est qui me ulla calamitate similē effingit, perinde habebō ac si gradu cognationis attingat. Scio quàm acerbum sit supplicare exteros, scio quàm graue sit repelli à domesticis, scio quàm graue sit, & quotidiē mortē optare & uitam rogare: & si tu non odisti eū quā mihi fecit iniuriam, ego odi eum qui fecit tibi. **DIVISIO** controversiarum antiqua simplex fuit, recens utrum subtilior an tantum operosior ipsi æstimabitur, ego exponam quæ aut priores inuenerunt, aut sequentes astruxerūt. **LATRO** alias quæstiones fecit, diuisit in ius & æquitatem, an abdicari possit an debeat abdicari: sic querit, an necesse fuerit illum patrē abdicare, & ob id abdicari nō possit, quod fecit lege cogente. Hoc in has quæstiones diuisit, an abdicatus desinit esse filius, an is desinat qui nō tantum abdicatus, sed etiā ab auo adoptatus est, etiam

etiam si filius erat: an quisquis patrem nõ alit puniatur, tanquam
 æger, uinctus, captus, an aliquam filij lex excusationẽ accipiat,
 an hoc accipere potuerit, an abdicari debeat. Per hoc quæstio,
 an etiam si ille indignus fuit qui aleretur, hic tamen recte fecit
 qui aluit: deinde an indignus fuit qui aleretur. Noui declamatio-
 res Græcis autoribus adiecerunt primam illam quæstionem, an
 *adoptus *abdicatus abdicari possit, hac Cæstius usus est: adiecit quæ-
 stionem Gallio alteram, an abdicari possit iam adoptatus, ob id
 uitium, quod antequam adoptaretur notum fuit adoptanti, hoc
 autem ex æquitatis parte pendet, & tractatio magis est quam
 quæstio. GALLIO quæstionem primam Latronis duplicem
 sic, licuit mihi alere etiam te uetante, deinde non licuit nõ alere.
 In priori parte hoc uindicauit, non posse filium ob id abdi-
 cari quod esset suæ potestatis, nullum autem intercedi misericor-
 dia. Quid si flere me uetes cum uidi hominẽ calamitosum,
 quid si uetes propter aliquod honestum factũ periclitanti fauere?
 affectus nostri in nostra potestate non sunt, quædam enim
 iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt. Quamuis
 filius familiæ sum, licet mihi & stipem porrigere mendico, &
 humũ cadaueri. Iniquum est collapsis manum non porrigere,
 cõmune hoc ius generis humani est, nemo inuidiosum ius potest
 lat, quod alteri profuturum est. LATRO illud uehementer
 pressit: nõ feci ratione, affectu uictus sum, cum uidissem patrem
 egentẽ, mens nõ constitit mihi, quid uetueris nescio. Hoc diebũ
 non esse tractandũ tanquam quæstionem, esse tamen potentius
 quã ullam quæstionẽ. FVSCVS ARELLIVS Pater hoc
 mouit in ultimo tanquam quæstionem: putauit te quãuis uetere
 nihilominus uelle aliã fratre meo. Vultu uetabas, aut mihi in
 uidebaris. CAESTIVS audacius, non fuit contentus dicere,
 putauit uelle te, adiecit uoluisti & hodie quoq; uis, & sua figu-
 ra dixit omnia propter quæ uelle deberet, quare ergo abdicat

*adoptus

puto

puto indignaris præteritum officium. LATRO colore simplici pro adulescente, habere, nõ quo excuset sed quo gloriatur, non potui, inquit, sustinere illud durum spectaculum. Offensas mihi putas tantũ excidisse, mens excidit, non animus mihi constitit, non in ministerium sustinendi corporis suffecerunt pedes, oculi subita caligine obturpuerunt. Alioquin ego si tunc meæ mentis fuisset, expectassem dũ rogarer. FVSCVS istum colorem introduxit quo frequenter uti solebat religionis, mouet, inquit me natura, mouet pietas, mouet & humanorũ causa, & tam manifesto approbata exemplo. Stare ante oculos fortuna uidebatur & dicere talia: Hi sunt qui suos non alunt. ALBVTVS hoc colore, accessit inquit ad me pater, nec sumnuissis uerbis locutus est, non rogauit, sed quomodo agendum esset cũ filio, alere me iussit, recitauit legem, quam ego semper scriptam etiã patruo putauit: & deinde dixit, præstiti non quantũ patri præstare debui, sed quantũ uetanti surripere potui. BLANDVS colore diuerso. Venit subito deformis squalore, lachrymis. O graues fortuna uires tuæ, ille diues modo superbus rogauit alimenta, rogauit filiũ suum, rogauit abdicatũ suum: interroga quãdiu rogauerit: ne dii istud nefas patiantur, ut diu rogauerit, diutius tamen quã tuli. Queritis quid fecerit? Quod solebat. SYLOPOMPEIUS hoc colore. Mouet, inquit, me, quod nihil suo iure, nihil pro potestate, quod tanquam patruus accessit: ego uerò nõ expectaui uerba, non preces, cõplexus sum, & osculatus sum patrẽ, dedi alimenta: hoc unũ crudeliter feci, quod dixi fratrẽ dedisse, nõ alere, sed exprobrare uisus sum. TRIARIUS hoc colore. Timui, inquit, si non aluissim ne abdicarer à patre, sciebam quomodo illi placuissem. TRIARIUS hoc colore. Accessit, inquit, ad me pater obrutus sordibus, tremẽs deficientibus membris, rogauit alimenta, interrogo uos iudices, hoc quidẽ si facere oporteat, nam istum

NON

* Nō putarē non interrogo. Scit quid facturus sim. * Nam patrem ut alteri patri faciam iniuriā, alteri inuidiam. Cum uetuisset me alimēta præstare, si qua est fides, nō putauī illū ex animo uetare, lenius natur in quā gloriæ meæ, ut uidear etiā prohibitus aluisse. **RYLLIVS** nouo colore egit. Cecidit in pedes meos senex, squalidus barba capilloq; mouit in quā nescio quis te misericordia mea, alleuauī cum ignorarē quis esset, uultis repellā, quā pater est? **CAESTIVS** hoc colore. Nec meum cogitauī, patrem meū egentem uideo, frater nec miseretur, nec præstat alimēta, hoc est inquam noui uitij, eripere filio officium. Sciebam hanc fortunā meorum, has iam meas esse parteis: hoc peccatum quod non ultro ad patrē accepsi, sed aiebam, nolo quicquā alimēta præstare, quā illi præstiti. Expectauī donec patruus ad me ueniret, & nunc expectabo. Venit ad me pater, quid habui facere? Perducerē illum ad patruū? non feci, merito irascitur. Potui enim si aluisset leuare quidē fortunā fratris, sed causam aggrauare. **BVTEONIS** colorem non approbat Latro, præstitisse se dixit exiguum, tantū quo spiritum posset producere, & dum descripsisset pallorem eius & maciē, adiecit, apparet illi ab inimicis alimēta: hunc colorem cum improbaret Latro hac sententia usus est: non est, inquit, abdicato cuiquā ex gloria sui criminis detrahendum. **HISPANVS** hunc colorem uenustius, nam & miserationi eius qui benignissime alit, adiecit aliquid, & pietati suæ nihil detraxit. Quomodo inquit illum alo? Exiguos familiaris cibos mitto, et siquid de mensa mea detrahere potui, familiaris sibi porrigo. Non credis, quia scis quomodo te aluerim. Colorem ex altera parte quæ durior est, ultro aiebat hunc sequendum, ut grauissimarum iniuriarum inexorabilia & ardentia induceremus odia. Thyesteo more aiebat, patrem non irasci tantum debere sed furere. In declamatione usus est summus clamoribus illo uersu tragico. Cur fugis? fratrem scit ipse. Hunc colore

colorem secutus SYRIACVS, durū sensum uidebatur non
dure posuisse in narratione sic, Infelicissimam ambo & tristis-
simam ambo egimus uitā, excepto quod alter alterū egentem
uidimus. Aequē efficaciter uidebatur odiū expressisse pater-
num, hac sententiā: uos iudices audite quā ualde eguerim, pa-
trem rogauī. Hanc partem memini apud Cæstiiū declamari ab
Alfio Flauo, ad quem audiendū me fama perduxerat, qui cum
pretextatus esset, tantæ opinionis fuit, ut P. Romano puer elo-
quentia notus esset. Semper de illius ingenio Cestius & præ-
dicauit & timuit. Aiebat tam* immature magnū ingenium non
esse uitale, sed tanto concursu hominū audiebatur, ut raro post
illū auderet Cæstius dicere. Ipse omnia mala faciebat ingenio
suo, naturalis tamen illa uis eminebat, quæ post multos annos
tametsi desidia obruta, & carminibus eneruata, uigorē tamen
suum tenuit. Semper autem eloquentiam eius cōmendabat, ali-
qua res extra eloquentiam. In puero lenocinium erat ingenij
etas, in iuuenē desidia. Hic cum declamaret partem abdicati,
hanc summis dixit clamoribus sententiā. ALFII. Quis es
tu qui de factō fratrum sententiā feras? Ille tunc peccauit, tu
non peccas, ad te arbitrū odia nostra non mittimus, iudices ha-
bemus deos. Et illam sententiā. Audiuimus fratrū fabulosa cer-
tamina, & incredibilia, nisi nos fuissetis, impias epulas, dete-
stabili parricidio furuum diem. Hoc uno modo iste frater à fra-
tre ali meruit, quā innocenter. Me contra parricidiū uindi-
ca, filium illi suū reddo. CAESTIUS hunc colorē tam stri-
ctum non probauit, sed dixit temperandū esse, & ipse hoc co-
lore usus est, quem statim à principio induxit. Miratur aliquis,
quod cū duo grauissimam acceperimus iniuriam, ego & filius,
ego solus irascor, non est quod quisquam miretur: iam filio sa-
tisfactum est. Debuiisti, inquit, me rogare, ut ipse præstares, de-
buiisti illum ad me perducere, debuiisti reconciliationē tentare,

A

non

non famam pietatis ex nostra captare discordia. Fortasse ego cum egerem, fratrem rogassem, si tu non fuisses, fortasse ille me rogasset, si tu non fuisses, poterat nobis conuenire, si nō fuerit in medio, quē potius miseri cōtumaces rogent. Hermagoras in hac controuersia transit à proœmio in narrationē eleganter, rarissimo quidē genere, ut in eadem re transitus esset, sententia esset, schema esset, sed ut Latroni placebat, schema, qđ uulneret, nō quod titubet. Ex altera parte trāsit à proœmio in narrationē Caleo, & ipse per sententiam sic. Quid ni filiū mihi nolim cum isto communem esse, cum quo utinam communem nec patrem habuissim. **DIOCLES CARYSTIVS** illū sensum à Latinis iactatū dixit breuissime, rarissimo genere, quod sententia uerbis consumatur, nec enim paucioribus potest. **Euctemon** leuis declamator, sed dulcis, dixit noue & amabiliter illum æque ab omnibus uexatum sensum, quo reconciliatio fratrum tentatur.

INITIVM SECVNDÆ.

Sacerdos casta è castis, pura è puris sit. Quædam uirgo à spiratis capta uenijt, empta à lenone & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem, militē qui ad se uenerat, cū exorare non posset, colluctantē & uim inferentem occidit, accersata & absoluta remissa ad suos est, petit sacerdotium **PORTII LATRONIS**. Sacerdos uestra adhuc in lupanari ueret, nisi hominē occidisset. Inter barbaros quid passa sit, nescio, quid pati potuerit, scio. Sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. Absint ex hoc foro lenones, absint meretrices, quid parū sanctū occurrat, dum sacerdos legitur: si nihil aliud certe osculatus est te, quisquis purā putabat. O egregiū pietatis patrociniū, militem occidit, & **Hercules** lenonem nō occidisti. Deducta es in lupanar, accepisti locū, pretiū constitutum est, titulus inscriptus est, hætenus in te inquiri potest. Ceterum

nescio quid cellulam & obscœnum lectulũ uocas. De pudicitia sacerdotis hic queritur. Nemo inquit mihi uirginitatẽ eripuit. Sed omnes quasi erepturi uenerũt, sed omnes quasi eripuissent, recesserunt. Quò mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? cũ ex illo lupanari cruenta fugeres, si qua tibi occurrisset. Si mater tua prostitisset, tibi noceret, propter te liberis tuis sacerdotiũ non daretur. FVLVII SPARSI. Quid inclusa feceris, nec querere debemus, nec scire possumus. CORNELII HISPANI. Occidisti hominem, quid respondes? uim afferebat mihi, etiã puto sacerdoti. Pro libertate uota facienda sunt, captiuæ mādabitis. Pro pudicitia uota facienda sunt, prostitutæ mandabitis. Pro militibus uota facienda sunt, isti mandabitis. Id enim deerat, ut templa reciperent, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. MARILLII. Ut sciamus illam apud lenonem fuisse, blanda est, domi lenoni rationes captura conueniet. Age si quis uenit pertinax, age si quis hoc ipsum concupit quod uirgo eras, age si quis, ne negare posses, ferrũ apulit. P. VINITII. Eam sacerdotem facite, quæ aut honesta maneat, quod semper fuit, aut pœnam sentiat, si esse desierit. Cuius audaciæ es puella? etiã si nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. Aliter deorũ numini subiecta uniuscuiusque conscientia est, aliter nostræ æstimationi. Nos tantum quæ feceras palam, uidimus, illi etiã quæ secreta sunt. Indignã sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. Procedente hac licitor submoueri uidebitur, huic prætor uia cedit, summũ imperium consules cedent tibi. Quæcumq; meretrix prostrata fuit, fugiet. Eas sacerdoti nõ esset, ancillã tibi similẽ habere, fieri ne sacerdotẽ fas erit? Nam quod ad sortẽ pertinet, ne reliquæ uirgines cõtamnarentur, hæc segregata est. Castam te putas, quia inuisa meretrix es. Nuda in littore stetit ad fasliuũ emptoris, oēs partes corporis & inspectæ et cõtractæ sunt. Vultis actiõis

exitium audire? Vēdit pirata, emittit leno, excipitur nihil, co-
ducta es, ubi tu aliud honestius nihil facere potuisti quā mori, su-
pem rogasti, quæ sacerdotiū rogas. *Fortuna*, inquit, hoc me co-
git pati, misereri debent oēs mei. Et ego misereor tibi puella,
sed nō facimus miserādas sacerdotes, nō est apud nos maximus
honor ultimorū malorū solatiū. *MENTONIS*. Honorē ha-
bitū auriū maiestatis quæ; uelim uestræ, quod necesse est in hac cau-
sa nominare lupanar, lenonē, meretricios quæstus, homicidiū.
Quis credat? Inter hæc sacerdos queritur. At me hercules fut-
turæ sacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis uestræ
summa notitia est, quod prostitit, summa uirtus quod occidit,
summa felicitas quod absoluta est: non potest in ea sperari sa-
cerdos, in qua sperari meretrix potest. Alijs oculis leno uitam
æstimat, alijs pōtifex. *BLANDI*. Virgo sum inquit, interro-
ga si dubitas archipiratā, interroga gladiatorē, an rogatus uir-
ginitati pepercerit. Nō refello, dū scias clausa esse testibus tuis
tēpla. In auctiōe nemo uoluit liceri, ut enotuit, seruisse piratis,
nō uidebatur iste uirginis uultus, ista cōstātia, & ne armatum
quod timēs audacia. *ARELLI FVSCI PATRIS*. Ne
metuas puella pudica es, sed sic te uiro lauda, nō tēplo. Mere-
trix uocata es, in cōmuni loco stetisti, superpositus est cælle tua
titulus, ueniētes recepisti. Cætera etiā si in cōmuni loco essem,
tamē potius scirē. *POMPEI SYLONIS*. Excipitur mere-
tricū oculis. Docetur blāditiis, & in omnē motū corporis con-
fingitur. Auertit aures petitura sacerdotiū, dū reliqua narro,
nihil ad uos afferā dubiū, nihil audietis, nisi quod uicina ciuitas au-
dit. Tu sacerdos? quod si tantū capta? quid si tantū prostituta? quod
si tantū homicida? quid si tantū rea fuisses? *ROMANI HI-
SPONIS*. Nunquid hoc negas, colluctatate tamē cum uiro,
quæ in illa uoluntate necesse est prius super te fuisse. Adijce-
bat *Zeno*, merito occisum militē. Plus ausum quā in prostituta li-

cebat

cebat. Exoravi populū. Nunquid et lenonē? nunquid & piratā
 illū, quē non poterās occidere? ARGENTARII. Armatū
 inquit, occidi. Quid inermis gloriatur homicidiō eius, quē ne-
 scio an sero occiderit. CAESTI PII NARRATIO.
 Ita domi custodita est ut rapi posset, ita chara fuit suis, ut rap-
 ta nō redimeretur, ita raptae pepercere piratae, ut lenoni uen-
 deretur. Sic emūt leno, ut pstituerit. Sic ueniētes deprecata est,
 ut ferro opus esset. Coniectum in urnā nomē eius nō exiit, sed
 eicētū est, tēpus erat nō sortiri, urna purgata est. Stetisti puella
 in lupanari, ut te nemo uiolauerit, locus ipse uiolauit. Stetisti cū
 meretricibus, stetisti sic ornata, ut populo placere posses, ea ue-
 ste quā leno dederat. Nomē tuū pepēdit in frōte, Pretia stupri
 accepisti, & manus, quae dijs datura erat sacra, capturas tulit:
 cum deprecārēris intrātis amplexus, & oīa alia impetrares,
 osculū rogasti. Ancillae ex lupanaribus sacerdoti non emūtur.
 corā sacerdote obsceni homines abstinēt. Nō sine causa sacer-
 doti licitor apparet, occurrēti tibi meretricē submouisset: Non
 est credibile, tēperasse à libidine piratas, omni crudelitate ef-
 feratos, quibus omne fas nefasq; lusus est, simul terras & ma-
 ria latrocinantis, quibus in aliena impetus per arma est: iā ipsa
 fronte crudeles, & humano sanguine assuetos, praferētes ante
 se uincula et catenas, grauiā capitis onera, à stupris remouere
 potuisti: quibus inter tot tanto maiora scelera, uirginē stupra-
 re, innocentia est. Sed lupanar excepit oēs, sordida iniuriosaq;
 turba huc influit, nec quisquā eo ut iudicet, uenit. Aut oēs faue-
 re fabulis tuis, aut omnibus persuasum est. Nemo in tāta euntū
 redeuntūq; turba inuētus est, q̄ fortunae tuae uellet illudere? Er-
 go tu cum tam innocens quā dicis uixeris, ista passa es, credis
 deos esse? Nihil, inquit, passa sum: hoc satis est nupturae sacer-
 doti parū. Ibi adhuc fuisti, discede, ignota es, discede, nimū no-
 ues. P. ASPRAENATIS. Cōtradico nō inimicitijs cuiusq; ipul-

sus. Quod enim odiū, quæ inimicitie cuiusquã esse possunt, quã
 nemo civiū suorū norat antequã prostitit. Monet me respectus
 oīm uirginū, de quibus hodie grauis fertur sententia, si in ciuitate
 nulla inueniri potest, neq; meretrice castior, neq; homicida
 purior. Piratæ te inuiolatã seruauerunt? à sacerdote se nõ ab-
 stinisset pirata, leno, mango. De sacerdotis pudicitia, his spon-
 soribus credendū est? iacuisi in piratæ myoparone. Cõtractas
 es alicuius manu, alicuius osculo, alicuius amplexu. An melius
 pirata seruauit quàm pater? cõuersata est diutius inter huma-
 no sanguine delibutos, inde est profecto quod potest hoīem oc-
 cidere. Proclama ingenuã esse te, quid expectas? cū in lupanar
 ueneris, iam tibi oīa templa præclusa sunt. Conseruarum oculū
 inquinatur, inter ebriorum conuiuariū iocos iactatur, modo in
 puerilem, modo in muliebrẽ habitum cõposita. Istinc ne patri
 quidem redimenda es. Nulla satis pudica est, de qua queritur.
 Non legerẽ te sacerdotẽ, etiam si sacerdoti seruisses. Virginem
 esse sacerdotẽ nostrã, cui credimus? meretrici, lenoni, piratæ:
 hæc enim testiū summa est. Castigationẽ ex pontificis maximi
 arbitrio meruerat sacerdos, si te è lupanari redemisset. Cõue-
 nit oīs libidinosorū turba, & concurrat ad meretricem nouam.
 Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria est. Tot intras-
 runt cellam tuã gladiatores, tot iuuenes ebrij, & oēs ante mi-
 litem inermes. Ego illam dico prostitisse, illa se dicit etiã mer-
 dicasse, pudiciã sacerdotis meæ etiã carnifici debeo. LVN-
 GALLIONIS. Ambitiosa lex est, ad sacerdotiū nonnulla
 non sanctitatis tantū, sed felicitatis admittit. Inquirat in mores,
 in corpus, in uitam. Vide tu quẽadmodū tam morose legi satis-
 facias. Capta es à piratis, inter seruos, inter homicidas, in illa
 myoparonis angustijs spaciata es. Viderimus quid in te audere
 potuerit feritas hostiū, libido barbarorū, licentia dominorum.
 Certum habeo iudices cum hanc feritatẽ barbarorū audiat.

fauetis illi, ut quàm primū mutet seruitutem. Sic istam seruauerunt piratæ, quemadmodū qui lenoni essent uendituri. Stare in illo ordine, ex eadem uesci mensa, in eo loco iuere, in quo etiā si non patiaris stuprum, uideas. Aliquis fortasse inuentus est, quem hoc ipsum iritaret, quod rogabas. Ipse autē leno pepercit? Ignoramus istos, quibus uel hoc in eiusmodi quæstu præcipue placet, quod illibatam uirginitatē decerpunt. Seruauit te leno, quàm prostitutus erat in libidinē populi? ita est. Sic leno tanquā nos castam è castis. Omnes, inquit, exorauimus. Si quis dubitat, an meretrix esset, audiat quàm blanda sit. Hæsiisti in cōplexu, osculo, pacta es, ut felicissima fueris, pro pudicitia impudice rogasti. Quid faciā mulieri in crimina sua delitescenti? Cum dico uim passa es, occidi inquit, cum dico hōiem occidisti, inferebat inquit uim. Sacerdos nostra stuprum homicidio, homicidium stupro defendit. **DIVISIO.** LATRO in hæc quæstiones diuisit, an per legem sacerdos fieri non possit, & si lex illi nō obstat, tamen sacerdotio indigna sit. An lege prohibeatur, in hæc duo diuisit, an casta sit, an pura sit. An casta sit, in hæc diuisit. Vtrum castitas tantū ad uirginitatē referatur, an ad oīm turpiū obscenarumq; rerū æstimationē. Puta enim uirginē quidem esse te, sed contrectatam te oculis oīm, etiam si citra stuprū, cum uiris tamen uolutare. Non casta talis, qualis uideri potest, cui lex nocere uult. Matrem quoq; incestam esse, si ad uirginitatē tantū refertur castitas. An hæc uirgo sit, Aiebat Apollodorus quidem placere, si fixa esset hæreat & tuta, sed hic non repugnare cōtrouersiam huic suspicioni. Non enim potitur adhuc uirginē, & multa sunt propter quæ credibile sit non esse illud adijciebat, deniq; etiā si non effecero, ut credant iudices non esse uirginē, consequatur tamen ut nō putent dignam sacerdotio, de qua dubitari potest, an uirgo sit. An pura sit, in hæc diuisit, an etiam si merito occidit hominē, pura tamen non

sit homicidio coinquinata: deinde an merito occiderit hominem
 innocentē, uti corpore prostituto uolētē. Absoluta est, ostēdit
 non puram se esse sed tutam. An idonea sit, in tractationes
 quas quisq; uult diuisit, an idonea sit tam infelix ut caperetur,
 ut ueniret lenoni potissimum, ut prostitueretur, occidere ho-
 minem cogeretur, ut causa diceretur. CAESTIUS etiam
 altius petit & obijcit quod tam uilis suis fuisset ut nō redime-
 retur. SYLO POMPEIUS dum præceptū sequitur, quo
 iubemur, ut quoties possumus de omnibus legis uerbis contro-
 uersiam faciamus, illam questionem mouit, Casta de castis: lex
 inquit de castis, cum dicit, hoc non tantum ad parentes refert,
 sed ad omnes quibus cum uersata est uirgo. Non enim adiicit
 castis parentibus, sed è castis: uult illos à quibus uirgo uenit
 castos esse. Intelligo, inquit, sub hoc uerbo multa, castis cum
 dicit penatibus, tu ex incestis uenis: intelligo castis discipli-
 nis, tu ex obscœnissimis uenis, quid enim didicisti? & quæcūq;
 hoc loco dici poterant: idem & in illa parte fecit, pura è puris.
 HISPO ROMANVS accusatoris usus pugnacitate ne-
 gavit puram esse, non ad eam hoc referens, sed ad corpus, tra-
 ctauit impuram esse, quæ osculum impuris dederit, quæ cibum
 cum impuris ceperit. ALBTIUS figuram diuisit in con-
 trouersia. Dixit enim putemus tres sacerdotiū petere, unam,
 quæ capta est, alterā, quæ prostituta, tertiā, quæ hoīem occidit.
 Omnibus nego, & sic causam cōtra singulas egit. FVSCVS
 ARELLIUS sic diuisit. Probabo indignā sacerdotio, pri-
 mum etiā si pudica sit, deinde quia nescimus an pudica sit, no-
 uissime quod non sit pudica. FVSCVS pro puella colorem
 hunc introduxit. Voluerunt Dij immortales in hac puella ui-
 res suas ostendere, ut appareret, quā nulla uis humana diui-
 nis resisteret, magis putauerunt miraculo esse in captiua li-
 bertatem, in prostituta pudicitiam, in accusata innocentiam.

LATRO dixit, aliqua capta felicior fuit, nulla fortior. MARRILLVS cum descripsisset indignationem puellæ magnam fuisse, alius quiddam superbiusq; uultu ipso præferentem, hanc adiecit sententiã, quam solebat mirari Latro, imò ut ipse aiebat exosculari: narrate sanè oēs tanquam ad prostitutam uenisse, dum tanquam à sacerdote discesserint. ALBVTIVS dixit, Nescio quis fero et uiolento animo uenit, ipsis credo dijs illum impellentibus, ut futuræ sacerdotis non uiolaret castitatem sed uideret, prædixit illi, abstineret à sacro corpore manū: non est quod audeas ledere pudicitiam, quam hoīes seruant, dij expectant. Cruente, & in perniciem cruenta tuã, hæc, inquit, arma quæ nescis tenere pro pudicitia, & raptum gladium in pectus piratæ sui torfit: hoc factum eius ne lateret eisdem Dijs immortalibus fuit curæ. Accusator eius inuentus est, qui iudicij eius in fero testimonij redderet, Nemo credebat occisum uirum à fœmina, iuuenem à puella, armatū ab inermi, maiora uidebatur, quàm ut possent credi sine deorū immortalium auxilio gesta. CAESTIVS timuit se in narrationem demittere, sed illam transcurrit: hoc dixit in sacerdote futura maxime debere estimari, pudicitiam, innocentiam, felicitatem: quàm pudica sit miles ostēdit, quàm innocens iudex, quàm felix reditus. Etiam habemus quandam prærogationem sacerdoti ab ipso numine statam, licet isti obijciant illi fuisse captiuam, lenoni postea seruasse, causam nouissime dixisse, inter tot pericula nō seruassent eam Dijs, nisi sibi seruata fuisset. ARGENTARIVS illud in narratione dixit. Accusator in hoc maxime premebat reã, quod occisum esse intra uerba antequã uim asferret. SYLOMPEIVS hac figura narrauit, Eam uobis sacerdotem promitto, quã incestam nulla facere posset fortuna. Potest aliquando seruitus cogere, seruiuit & barbaris & piratis, inuiolata quæ illos mansit. Potest aliquã corripere prolapsi in uitia se-

culi praua consuetudo, etiam matronarū notum in libidine ma-
 gisterium, pudica permanebit, licet illam ponatis in lupanari,
 & per hoc illi intactam pudicitiam efferre contigit: fuit in loco
 turpi, probrose leno illam prostituit, populus adorauit: nemo
 non plus ad seruandam pudicitiam contulit, quam ad uiolandam
 attulerat. Multum potest ad rectum quoque pudici animi propo-
 situm, hostis gladio non succumbet, imò si opus fuerit, pudici-
 tiam uindictabit. Incredibilem uideor in puella rem promittere,
 iam prestitit, adolescentem misericordis populi beneficium uolu-
 ere tentantem gladio repulit. Fuit qui illam accusaret cecidisse,
 absoluta est: ne qua uobis posset esse dubitatio, quæ uentura
 erat ad sacerdotium, an pura esset, an integra, iam iudicatum est.
TRIARIUS dixit, negat se puella fecisse, negat illum suis
 manibus cecidisse: altior inquit humana uisa est circa me spes
 cines emunere et puellares lacertos supra uirile robur attollere,
 quicumque estis dii immortales qui pudicitiam ex illo infami loco
 cum miraculo uoluistis emergere, non ingratae puellæ opem te-
 listis. Vobis pudicitiam dedicat, quibus debet. Alterius patro-
 color nihil habet difficultatis, apparet quas preposuit, dicens
 est in puellam uehementer non sordide, nec obscæne. **Sordidus**
Basilus, qui dixit, Extra portam istam uirginem, & ostendit
 istam eruginosam manum. **VIBIUS RUFVS**, qui dixit,
 Redoles adhuc fuliginem fornicis. Obscæne, quem admodum
Murrhedius rhetor qui dixit. Vnda scimus, an conuenienter
 pro uirginitate te alio libidinis generi addixeris? Hoc genus
 sensus memini quendam prætorium dicere, cum declamaret
 controuersiam de illa quæ egit cum uiro male tractatione
 quod uirgo esset, et damnata postea petijt sacerdotium. **Solus**
mus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam si pro-
 mam uirginibus timidis remisere noctem, uicinis tamen la-
 ludunt. Audiebat illum **Scaurus**, non tantum disertissimus homo

sed uenustissimus, qui nullius unquã impunitã stultitiã transire passus est, statim Ouidianum illud, Dum timet alterius uulnus inepta loci, & ille excidit, nec ultra dixit. Hoc autẽ uitiũ aiebat Scourus à Græcis declamatoribus tractũ, qui nihil & non permiserint sibi, & penetrauerint. HYBREAS inquit, cum diceret controuersiam de illo, qui tribadas deprehenderit & occiderit, describere cœpit mariti affectũ, in quo non deberet exigi inhonestã inquisitio. GRANDAUS ASIANVS æque declamator cũ diceret in eadẽ cõtrouersia. Nõ ideo occidit adulteros, nõ paterentur, dixit ei, in hac cõtrouersia de sacerdote non minus obscœne dixit Murrhedius. Fortasse dum repellit libidinem, manibus excepit. Longe recedendum ab omni obscœnitate & uerborum & sensuum, quẽdã satius est causẽ detrimento tacere quàm uerecundiæ. VIBIUS RUFFVS uidebatur quotidianis uerbis usus nõ male dixisset. Ista sacerdos quantum mihi abstulit ἀτελὲς τέλϞ.

CONTROVERSA TERTIA.

Incesta saxo deijciatur, incesta damnata antequam deijcere-
Atur de saxo, inuocauit Vestam, deiecta repetitur ad poenã.
PATRONIS. Hoc expectatis, ut capite demisso uerecundiã seipsa antequã impelleretur, deiecerit, id deerat, ut modestior esset in saxo, quã in sacrario fuerat: cõstitit, & circumlatis in frequentia oculis, sanctissimũ numẽ quasi parum uiolasset interclaria: cœpit in ipso quo uindicabatur uiolare supplicio, hoc dicitũ damnatæ incestum fuit: damnata est, quia incesta erat, deiecta est, quia damnata erat, repetenda est, quia incesta & damnata & deiecta est. Dubitari nõ potest, quin usq; eo deijciẽda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est. Patrocinium suum uocat pereundi infelicitatẽ, Quid tibi importuna mulier imprecat, nisi ut nec bis deiecta pereas? Veniet ad colendũ Romani imperij pignus, etiamsi nõ stupro at certe carnificis manu incesta.

cesta. Inuocauit inquit deos, statuta in illo saxo deos nominasti,
 & miraris, si iterū te deijci uolunt? si nihil aliud, in loco inter-
 starū stetisti. CAESTII PII narratio. Quid agam? exponam
 quādo stuprū cōmiserit? cū quo? quibus conscijs? Ista quia
 probauit, damnata est, quid postea accessit, quod illam uirginem
 faceret? quod iacuit in carcere? quod ducta est ad saxum? quod
 inde proiecta? ait se innocentē, quia perire nō potuit. Ita lex de
 sacerdotū iure, in iudicio quæri uoluit, de iudicibus in supplicio?
 ampliatur à iudicibus in pœnā, postulat cū contra pœnam
 causa tuta nō fuerit, cōtra causam tuta pœna sit. Nō putas legē
 cauisse ut perires, quæ cavit, quemadmodū perires? Exoremus
 te mulier, ut iterū absoluaris. Aut tu sacerdotium uiolasti, aut
 dijs sacerdotē. Male de dijs existimas, si sacerdoti suæ tam seruo
 succurrunt, lata est sentētia, pronuntiatū est, damnata es. Inter-
 rogo te hoc loco mulier? responde mihi. Sunt dijs? ARELLI
 FVSCI PATRIS. Iterū experiamur, quid times propi-
 cios deos? erat, inquit, præruptus locus, & immensæ altitudinis,
 dicebā tibi, incestā lex mori uoluit, stat moles abscissa in pro-
 fundū, frequentibus exasperata saxis, quæ aut elidant corpus,
 aut de integro grauius impellāt, inhorrēt scopulis enascentibus
 latera, & immensæ altitudinis tristis aspectus, electus potissi-
 mū locus, ne dānati sæpius deijciātur. FVLVII SPARSII
 & à superis deiecta, ab inferis nō recepta, in cuius pœnā saxū
 extruendū est. IUNII BASSI. Nihil putabā amplius adijci
 posse audaciæ istius, quā quod in illa cruce V estā nominatē
 rat: ab ipso enim supplicio in tēplum usq; reuoluta, quicquid se-
 cundū deos sanctissimū est, contactu suo polluit, quā à saxo res-
 quā reuerti fas est, nisi ad saxū. Quanto minus quā in tēplum
 resiliuit: huc potius uenit, ubi dānatur, quàm illò ubi absoluitur.
 ALBTII SYLLI. Si quis adhuc dubitabat de deiecta,
 ueniat & sibi ipsi credat. Hæc impudentia uirginis est, in ser-
 uo

tam beata cū tot superent uirgines, cū tot principum filiae sint,
 postulat, ut praeferitis his potissimū ab inferis seruetis sacerdo-
 tē? Quare ego si incesta sim, uiuo, nescio, hoc unū scio, nec fieri
 quod nō potest, nec portentū esse quod potest. Absit, nefas est,
 ut id saxū absoluat, quod tantū damnatos accipit. ARGEN-
 TARI narratio, Penē iudices coepi, qualis esset rea, sed quid
 efficiam, cū illam incestā probauero? nempe ut de saxo deijciē-
 da uideatur, iam uisa est. Nō imitabor istius impudentiā, ut re-
 petendo iudiciū, quod factū est improbasse uidear: quod exige-
 batur, probaui, quod iudicasti exequor. CORNELII HI-
 SPANI. Deos deasq; inuoco, quos priore iudicio non fru-
 stra inuocaui, incesta quā tardissime pereat. Inuocaui inquit
 numina, quid inuocas mulier? Si innocēs es, dii non sunt. Videte
 quantum sacerdos peccauerit, quae nec absolui potuit nec mori.
 Aut tu sacerdotiū uolasti, aut nos sacerdotē. Erras, si satis ad
 sacerdotiū putas, perire nō posse. ROMANI HISPONIS.
 Ab Tarpeia ad Vestam, cuius uitā carnifex rupit, à templo ad
 saxum, à saxo ad tēplum, hic pudicæ sacerdotis inter supplicia
 et nota discursus est, inter superos inferosq; iactata in nouam
 poenā reuixisti. POMPEI SYLONIS narratio, Quod ad
 rerū expositionē pertinet iudices, nō cōmittam ut deorum im-
 mortalū ultionē morer, bis incesta saxo deijciatur: lege dāna-
 ta est, habetis iudicium. deiecta est, habetis exēplum. VIBII
 C. ALLI narratio, breuis expositio rerū est. Aduersariā in-
 ter postulaui, accusaui, damnaui, carnifici tradidi, permittitis
 ut ab rea accusator recedā? eamus ad absolutionē tuā, ita Diij
 damnatā absolueret sacerdotē, sero innocentiam damnata cōcu-
 puit, uitam deiecta. Ex altera parte SYLLII SPARSI,
 damnata deiecta est, absoluta descendit. ARELLII FVSCI
 PATRIS. Putares puellam demitti nō cadere. CAESTII
 PATRIS. Nullam habebat gratiam in templo, dixerat itaq; tātum,
 deos

deos inuocabat, lex sacerdotē non usq; ad saxum deferret, expectaret deorum sententiam. CORNELIVS HISPANVS descripsit altitudinem montis, etiā secure despicentis horrendam, & adiecit. Carnifex quoq; recedens impellit, interfecit tanquā rea, contumax est innocentia, turpe putabat sacerdos rogare, nisi deos. MARILLII. Mirandū est, si oppressa est uirgo sine gratia, cuius enim genibus submisit manus deprecata est? quæ tarde rogauit, etiam deos? DIVISIO. L. I. In has quæstiones diuisit, utrum lex de incesta tantū quæ deiiciatur, nec pereat: an etiam damnata, si innocens damnationem apparuit, deiici non debeat, an hæc innocens an hæc deorum adiutorio seruata sit. CAESTIVS & subiunxit huic ultimæ quæstioni, an dii immortales humanarum rerum curam agant. Et si agunt, an singulorū agant. Si singulorū agant, an huius egerint. Improbabat Albutium, quod hæc non tanquā particulas incurrentes in quæstionem tractasset, tanquā problemata περιλοσοφωμένα. FVSCVS ARISTOTELIS PATER sic diuisit, Vtrū incestæ pœna sit deiici, an perire. Vtrū prouidentia deorū, an casu seruata. Si uoluntate deorū seruata sit, an in hoc quo crudelius periret. Hic color præter sententijs quas proposui permixtus est. Quid tamē Caestius senserit, indicabo. Contra sacerdotē qui dixerunt, uideri deos infestos illi, in hoc eam seruasse, ut diutius torqueretur, Caestius, malle se casu uideri factū quàm deorum uoluntate, si semel illos interuenire huic rei fateremur, manifestius erit pœna seruata esse sacerdotē quàm in pœnā actam, quæ non probabat ille. TRIARII. Remissam tibi pœnam putat ampliatam, si ampliatam est, & ipsa inquit ampliatio, quæ apud iudices fieri solent eoq; uerbum in sententia *positum est, non est damnantis sed dubitantis. Declamauerat apud illum hanc ipsam cōtrouerſiam Varus Quintilius tunc Germanici gener ut prætextatus: casus

*positum

Dul
A corp

descripisset circumstantem, quod tam cito oculis penè subduce-
retur, dixit. Exaudierūt Dij immortales supplicum uoti pre-
ces, incestam ne cito supplicium transcurreret, reuocauerunt.
Cæsius multa contumeliose dixit in ipsam sententiā, sic inquit
Quomodo quadrigas reuocauerunt, nā & ante posuit similitu-
dinē, quia & hæc de carcere exierat. Cum multa dixisset, no-
uissime adiecit rem, quam omnes improbauimus. Si ista negli-
gentia pater tuus exercitum perdidit, filiam obiurgabat, patri
maledixit. PASTOR AETIUS hanc controuersiam
apud Cæcium iam senator dixit, & hunc colorem optimū pu-
tauit, sic ueneficijs corpus induruit, ut saxa reuerberaret. Mul-
tū Cæsius hanc corripuit, & dixit, hoc est, quare ego audito-
res meos inuitem ad alios audiendos ire, hoc male nū facit ille,
qui aut Anticleta aut Pythnicus est. Dicebat autē in Albutium,
qui illis diebus dixerat in hac controuersia durius saxo, & in
Bassum Iuliu multa dixerat Virgo, qui de sub saxo. Othonem
Iuliu patrē memini colorē insulsum inducere, quod minus fe-
rendū est, quod libros colorum edidit. Fortasse, inquit, poenæ se-
reparauit, & ex quo peccare cœpit, cadere condidit. S Y-
C O POMPEIUS hunc colorē tentauit. Præstat, inquit,
medam damnatis sacerdotibus uerecūdia, erubuimus quicquā
ex damnatæ ueste detrabere. HISPANVS dixit, ita puta-
ueras una te poena posse defungi, cū in saxo deos nominasses?
TRIARIUS indignantiū uoces descripsit dicentiū, quia nō
uoles, uis mori. MARILLIUS dixit, constituta in saxo in-
teruocauit deos, publica indignatio exorta est, audet ista nomina-
re deos, audet hoc loco? Quid autem habet iam quod illos ro-
get, nisi bonā mortē? DIOCLES CARYSTIUS dixit.

CONTROVERSA QVARTA.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrunq;
corpus interficiat, sine fraude sit. Liceat adulterium in

matre

matre & filia uindicare. Vir fortis in bello manus perdidit, deprehendit adulterū cum uxore, ex qua filium adulescentem habebat, imperauit filio ut occideret. Non occidit, adulter effugit, abdicat filiū. **L A T R O N I S.** Adulteros meos tantū extitui, me miserū quādiu iacuerunt, postquā deprehenderā, Ego te nō abdicē, quē possem occidere. O acerbā mihi uirtutis meae recordationē. O tristē uictoriæ memoriā, ille onustus modo hostilibus spolijs uir militaris, adulteris meis tantū maledixi, solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros nec occidi. Quis uidetis: inquā, nō habeo manus, uoca filiū. Tu uiri fortis filius, qui stringere ferrū nō potes: ne te truncus quidē capere potui, nisi domi, utcunq; tamē potui, oblectatus sum, & truncū corpus opposui. Exierunt adulteri tantum meo sanguine cruenti. **CORNELII HISPANI.** O dignū, cui aut pudica contingat uxor, aut impudica, dum armatus est. Te respublica inuoco, quæ manus meas possides, quis non putet aut me sine filio fuisse, aut filiū sine manibus? **CAESTII PII.** Cōceptus es iste, ex quo sciemus cū adulteros deprehendero. Nunquā putasti futurū salua republica, ut uir fortis sentiret se manus perdidisse. **MARILLII.** Adulteros meos usq; ad limen profectus sum, cucurri miser ad ferrū quasi manus haberē. **TRIARIII.** Deciderunt arma cū manibus, tūc primū sensi me manus perdidisse. **DESCRIPTIO PUGNANTIS VIRI FORTIS.** Dij boni & has manus aliquis derisit? cū à patre natus accersitus ut occideret adulteros, uenit ut dimitteret. Ego etiā manus pro adulteris perdididi, steti deprehensus ab adulteris meis. Patris defector, matris leno, quem puto iam creditū nō esse filiū uiri fortis, tertius in cubiculo derisor stetit. **FVLEVII SPARSI.** In bello suas, in domo etiā filij manus perdidit. Processit in bellū hic unus omnium adulescentis filij uicarius, in acie uicit, domi captus est, portat inter spolia uiri fortis

voluntates adulteros. Adolescens uenit tempus militiæ tuæ, indignare si deceptus es, tam frustra ad filiū quàm ad gladium concurret, ridebant adulteri truncas uiri fortis manus circa sua arma labentis. ARGENTARII. Ante patriæ quàm patri negauit manus, libenter causam eius suscepi. Quis enim illū nō uindictet, quid hoc infelicius, quē adulteri tunc riserunt, cū deberent mori? Vir fortis in ciuitate truncus, integros adulteros spectat. IULI BASSI. Non est quod putetis puniri illū, ad suos dimittitur, in quā ad matrē suam, nescio an & patrem. Meruit hæreditatē illius, quē occidere parricidiū putauit. Nul-
 li unquā plus debuistis uiro forti, usq; eo pro uobis pugnauit, ut pro se non posset. Adulescens quos dimisisti sequere. VIBII CALLI. Matrē, inquit, nō occidisti, quā minus hoc crimine perdere debui quā patrē. Pater occidere iussit, lex uetat: non cōparassem patri legē, nisi cum illa lex fuisset, alterum putauit parricidiū, matrē corā patre occidere. ARELLII FVSCI PATRIS. O misera pietas quæ inter parentū uota constituta, non semper scelera nostri iuris sunt, & truces quoq; animos misericors natura debilitat. DIVISIO. LATRO-
 nis usus est diuisione, an licuerit filio, an uindicare oportuerit, an si licuit & oportuit, ignoscendū sit illi, si non potuit indulgentia repugnāte. An licuerit, in illa diuisit, an tūc liceat adulterū filio uindicare, cū maritus non est, an tunc liceat ubi maritus in eo loco est, quasi omnino nō esset, an oportuerit, tractamentis quidē est, quam ut quisq; uult uariat. Latro tamen sic oportuit, oportuit etiā si pater non iuberet occidere adulterā, si fortis uxorē, oportuit iubente patre, etiā si ipse posset occidere, oportuit cū & iuberet & ipse non posset. Noui declamatores illā quæstionē tractauerūt ex uerbo legis natā. Adulterum cū adultera qui deprehendit, dū utrūq; corpus interfici sine fraude sit: an nemo possit occidere nisi qui deprehen-

derit? Tentauerunt & illā an possit abdicari filius, ob id quod illi facere salua lege non licuit. Color pro adulescente unus ab omnibus qui declamauerūt introductus est, nō potui occidere, ex illa Ciceronis sentētia tractus, quā in simili controuersia dixit, cū abdicaretur is, qui adulterā matrē occidēdā acceperat, & dimiserat terrore. LATRO descripsit stuporem totius corporis in tanto inopinati flagitij spectaculo, & dixit, Pater tibi manus defuerunt, mihi omnia, sed cū oculorū caliginē, animi defectionem, membrorū omnium torsionē descripsisset, adiecit, antequā ad me redeo, exierunt. GORGIAS inepto colore, sed dulci. Pammenes ex bonis declamatoribus dixit. Gorgias egregie dixit. Pammenes dixit. Fuscus Arellius dixit, maius erat scelus quod imperabas, quā quod deprehēderas. ALBVTIVS non narrauit, sed hoc colore egit ab initio usq; ad finē. Ego me defendere debeo, siquid mihi obiectū erit, aut negabo, aut excusabo. Si quid exegeris maius uiribus meis, dicā ignosce, non possum. Ignoscit filio pater nauigationē excusanti se non ferre mare, ignoscit non sequenti castra, si non potest, quāuis pater ipse militaris sit. Non possum occidere. Agedum ipsam legē recita, Liceat & marito, liceat & patri. Quare tā multos nominat, nisi quod putat aliquos esse qui non possunt. Et in descriptione dixit: cū me uocauit pater, hoc inquit patris supplicium futurū morte grauius, si adulterā filio ostenderet. Et illud dixit, exierūt adulteri inter patrē debile & filium stupentem. SYLO POMPEIVS hoc colore narrauit, non potui mihi licere. BLANDVS hoc colore. Vtrinq; filij nomen audio, pater rem petit iustiorē, mater faciliorem. Et illud post descriptionē adiecit, fatebor uobis, parricidium corā patre facere nō potui. CAESTIVS hoc colore egit. Prosiluit, inquit, protinus mater, & amplexu suo manus meas alligauit. Agō confusioni meae gratias, quod nihil in illo cubiculo uidi, nisi po-

Mutila

trem

trem & matrē. Pater rogabat ut occiderē, mater ut uiueret. Pater ne nocens impunita esset, mater ut ego innocēs essem. Pater recitabat legē de adulteris, mater de parricidis. Et ultimā sententiā dixit, occidere si matrē turpe est noluisse, non potui.

ARGENTARIVS dixit. Non est quod me ex hoc habitu timetis, quod manus habeo, tunc nō habui, Et illud dixit dat pœnas tibi, perdidit uirū, perdidit filiū, egrotanti nō assedero, egentē nō alam, omnia mihi libera sunt, iam uitā illi nō debeo.

Ex altera parte multa sunt pulcherrime dicta, sed nescio an Græcis nostri cessuri sunt. In hac controuersia dixit AMAS, habet aliquid corrupti hæc sententia. LATRO dixit, Quātam ego tunc questus sum cū fortuna mea, quod nō cito oculos perdidissem.

SYLO POMPEIUS dixit, Fili aut oculos erue, aut manus cōmoda. Omnes aliquid belli dixerunt, illo loco quo deprehensi sunt adulteri dimissi. LATRO dixit. Adulteros meos tantū excitauī.

FVSCVS ARELLIUS dixit innuisse nuntia, frigidius dixit cōtrariam illi sententiā, Adulteros interuētū meo ne excitauī quidē. VIBIUS RVFVS dixit, Adulteri marito nō assurrexerūt. POMPEIUS dixit, Adolefcens, deniq; adulteros excita, postquam tu uenisti securius iacent.

LATRO dixit, Erratis qui me putatis manus nō habere, filium uocauī, ut intrauit, ab adultero salutatus est. FVSCVS dixit, Fili, tuā fidem ostēde, te integro manus me non perdidisse: cōtrouersiam mihi de te facit adulter, ueni,

nitrius filius sis indica. PVNITIVS & pulchre dixit & no ue, sumpsit ab omnibus bene dicta, Irrupi in cubiculū adulterorū, quid mētiar miser, aperto cubiculo expectabāt adulteri. CAESTIUS dixit, Vocauī filiū, risit adulter tāquā q̄ diceret, meus est.

VIBIUS RVFFVS dixit, quā otiosi, q̄ securi adulteri trāsierunt præter oculos meos, præter filij manus. LATRO cū exeūtes adulteros descripsisset, adiecit, Adole-

scens, parentes tuos sequere. NICETES illā sententiā pulcherrimā, qua nescio an nostros antecesserit, sed illū Albutium qui Græcis præminet: cū pugnantē acie se descripsisset, dixit, Me miserū quas manus adulter effugerit: & illud Albutij, non potui, inquit, matrē occidere, quo excusator sis adijce & patrē. ALBVTIVS sic narrauit, ut tanquā filio sciēte factum esset adulteriū, suspectū quasi patri cōsciū matri suæ fecit. P. ASPRENAS dixit, Extenuissime maritus & dedit adulteris locū: idē dixit, matrē occidere nō potes, adulterū certe occide, an & iste pater est? dixerat Nicetes. MVRRHEDIVS dum hanc sententiam imitari uult, stultissimam dixit, Reliqui in acie pugnaces manus.

CONTROVERSIA QVINTA.

RApta raptoris aut mortē, aut indotatas nuptias optet. Vna nocte quidā duas rapuit, altera mortem optat, altera nuptias. PORTII LATRONIS. Iā se parabat in tertiam, nisi nox defecisset. Stupri accusatus stuprū defendit. Cū altera litigat rapta, alterā aduocat. Vindicate patres, vindicate fratres, vindicate mariti, fortior disciplinæ publicæ securitas surgat, iā binæ rapiūtur. MENTONIS. Postera die erat in huius domo fletus, lamētatio matris spes suas deplorātis, cū iterim ex alia domo alia uociferatio oritur, alius tumultus, cōitū populus uelut publico metu exterritus, uix credit duos tātum raptores fuisse. Cū iterim pducitur publicus pudicitie hostis, quē una nocte unius uirginis iniuria nō fatigauerat. CAESTII PII. Alterā iniuriæ rapui, alterā patrocinio: quātum suspicor, ne rapta quē es, queris argumentū? nō irasceris. quomodo istud fit? duabus iniuriā fecit, una quæritur. Misericors sum, inquit. Gaude, habes qui te uindictet. Vide qualē habitura sit uirū, nō est una cōtētus. ARGENTARIVS eūdē sensum dixit, hoc adiecto, nō est una cōtētus, ne una quidē nocte. POMPEII

SYLONIS. At quā bene minimum egit, quomodo raptam se
 quæstā est, quā uociferatione, quā perbene illi optionē cęsimus.
 TRIARI. Perieras raptor, ni bis perire meruisses. IUNII
 GALLIONIS. Sumatur de illo supplicium, cōstituatur in cō
 spectū publicē, cędatur diu, totus hodie pereat, qui tota nocte
 peccauit. Subito fastidiosus raptor occurrit, & ait, iam nec nu
 ptias uolo. Stulta deciperis, dicam suus? quid dixerim tibi, idem
 enim dixi & huic, dū te puto, in illā incidi. ARELLII FV
 SCI PATRIS. Retro amnes fluāt, & sol cōtrario cursu
 orbē reuocet, cōfugiat sacrilegus ad aras, raptorē rapta uin
 dicat. EX ALTERA PARTE, POMPEII SYLO
 NIS. Postera die cū illi narratus esset nocturnus error, dū pu
 tat se in unā incidisse, huic priori supplices submisit manus, hęc
 prius deprecatus est, exorauit, propter hoc puto ista magis ra
 ptori irascitur. Altera ex puellis raptorē mori uult, altera ser
 uari reū. Alter iudex dānat, alter absoluit, Inter dispares sen
 tētiās mītiōr uincat: dicā quod sentio, magis irascetur, si unā
 tātū rapuisset, diceret, ergo ego sola digna uisa sum, cui iniuriā
 faceret? ARGENTARII. Referat nūc Virginiā, referat Lucre
 tiā, plures tamē Sabine sunt. Ex tribunis, potētior est q̄ iterce
 dit: nō est uidiōsa potestas, quę misericordia uincit. Quid cę
 sas puella? p̄ marito roga. Hęc sentētia deridebatur à Cęstio,
 quasi improba. DIVISIO. In hac cōtrouersia de prima quæstiōe
 nulli cū altero cōuenit. LATRO primā fecit quæstiōē, non
 posse raptorē, qui ab rapta mori iussus esset, seruari. Si lega
 tus inquit exire debet, peribit, si militare debet, peribit, si legē
 dicere debet, peribit. Si raptā ducere debet, æque peribit. Si is
 ante rapuisset, & nuptias optasset, interposito deinde tēpore,
 ante q̄ nuberet, hęc uitiasset, negares istū debere mori rapta iu
 dicat? Atq̄ nihil interest, nisi q̄ dignior est raptor morte cui⁹ iter
 datus raptus ne una q̄dē nox interest. Si rapta nupsisset, deinde

post tertium diem rapuisset aliam, negares illum mori debere? Atqui quid interest? nisi quod honestius tunc maritum defenderes, quam nunc raptorem defendis. Alteram fecit, an raptam, quae nuptias optat, nihil amplius raptori praestare possit, quam ne sua lege pereat, contra alienam legem nullum ius habet. Optasti nuptias, non occidetur tanquam raptor tuus. At idem si eadem nocte qua te rapuit stationem deseruit, fuste ferietur. Si sacrilegium fecit, occidetur. Licet tu dicas, Quid? ergo ego non nubam? Tu raptori praestas, ut illum ipsa non occidas, non potes praestare, ne quis occidat: quomodo sacrilegus, quamuis a te seruatus periret, sic alterius puella propter te uita seruatus peribit. Si rapuisset te, deinde deprehensum in adulterio adseruaretur in tormentum diutius percundi, tu interim educta nuptias optasses, datur enim optio & in absentem, uctares illum occidi a marito: Quid interest, qua lege pereat, nisi quod modestius alienam legem impelleres quam tuam. Tertia fecit, cum quod utraq; optat, fieri non possit, in ea eligenda sit optio, qua utilio ad utramque perueniat. Atqui mortem optat mea optio, & te uindicat, tua me non uindicat, nec hoc tibi mea optio praestat, quod & mihi, occiso raptore inuidiam. Illa respondet, optio tua me non uindicat. Vindictam tuam meam putas non fieri quod nollet mihi contumeliosum erit, te dignam uideri, in cuius honore occidatur, me indignam in cuius honore seruetur. Isti modo & meam te uindicat. Nempe lex duas poenas scripsit uitiatore, alteram passurus est, non eris inulta, iam raptor non erit impunitus, habebit poenam, indotam uxorem. Respondet, eodem modo morietur, sed non mihi seruabitur, sed tibi. Quartam fecit quaestionem. Si non potest utriusque rata esse optio utraq;, at dignior sit uictrix. Non quaestionem, sed tractationem, non raptorem impunitum futurum: si haec uia impunitatis monstratur, ut qui plura rapuisset, tutior esset, neminem non inuenturum aliquam humilitatem qua se in optionem commodaret FVSCVS ARELLINVS

primam quæstionē hanc fecit, qui duas rapuit perire utiq; debebat: lex inquit, quæ dicit, rapta raptoris aut mortē optet aut nuptias, de eis loquitur, qui singulas rapuerunt, non putauit quinquā futurum, qui una nocte duas raperet. Nō quero quid optatis, quod seueriſsimē optare potestis occupo, necesse est raptorem mori. Quare? utriq; raptæ debet ultio contingere. Viranq; enim non potes ducere, utriq; mori potes. Vna pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors est, Putate enim utranq; nuptias optasse. Quid futurum est? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuisse quā duas, quid fiet? una nubet, nuptiæ ad unam pertinebūt, mors ad oēs. Qui duas rapuit utriq; debet mori, quare? dicam, Quod uult eligat, aut nuptias optabunt, aut altera mortem, altera nuptias, Si nuptias optauerint, non poterit fieri quod utraq; uoluerit. Vno modo poterit fieri quod utraq; uolet, si utraque mortem optauerit: ergo fiat id quo uno duæ uindicari possunt. Hic tractauit, ne exemplum quidem utile est, non utiq; proripere eum qui duas rapuerit, ne hunc morē perniciosissimū introduci ciuitati, ut aliquis propter hoc nō pereat, quia perire sæpius meruit. Reliquam partem controuersię Fuscus in hæc diuisit, utra optio honestior sit, utra iustior, utra utilior. CAESTIVS hanc partem controuersię sic diuisit, Vtra puella dignior sit, quæ ualeat? utra optione raptoris dignior sit. CAESTIVS & cōiecturalem quæstionē tentauit, An hæc cū raptore colluserit, & in hoc rapta sit, ut huic opponeretur. LATRO aiebat, nō quicquid spargi possit suspitiose de eo esse uindicandum. Colorem hunc esse non quæstionem, eam quæstionē esse quæ impleri argumentis possit. CAESTIVS aiebat, & eam impleri posse argumētis. Hunc sensum à Latinis iactatū NICETES dixit, GLYCON dixit. DIOCLES CARISTIVS dixit hūc sensum. VIBIVS RVFFVS subtiliter dixit,

Volo tibi malam gratiã cum sponso tuo facere, habet amicam, in hoc controuersiã dixit. ALBVTIVS ambulat in masculos, adeò nullum sine amatore uitũ est, ut hoc quidam disertum putauerint, ego tamẽ magis miror, hoc Albutiũ potuisse dicere, quã aliquos potuisse laudare. Ex Latinis dixit TRIARIVS, Gratulor uobis uirgines, quod citius illuxit. ARGENTARIVS dixit, quæritis quid isti finem raptendi fecerit? dicit. LATRO iam se parabat in tertiam nisi nox defecisset.

INITIVM SEXTAE.

Captus à Piratis scripsit patri redemptionẽ. non redimebatur. Archipiratæ filia iurare eum coëgit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset, iurauit. Relicto patre secuta est adolescentem, redijt ad patrẽ, duxit illam, orba incidit, pater imperat, ut archipiratæ filiã dimittat, & orbam ducat, nolentem abdicat.

PORTII LATRONIS. Proh dij

boni & hæc puella hospitio patris excepta est, prohibeo domo, terra prohibendam. Bonæ spei uxor, bonæ spei nurus, que amare potest captiuum, odisse uel patrem. Captus inquit, in tenebris iacebam, narra obsecro soceri tui beneficia, possum inquit iudices esse securus, filius meus ait se uxori parriciũ debere. CAESTII PII. Quis interfuit nuptijs suis? pater, deniq; puellæ pater. EX ALTERA PARTE SYLLII BASSI hodie captiuus essem, nisi hæc archipiratæ filia fuisset: ut dixi, patrẽ habeo, inter bonos captiuos sepositus sum Archipiratæ filia uocatur, puto ex aliqua nata captiuus, certe aũ eius natura à patre abduxerat, misericors erat, deprecabatur, flebat, mouebatur periculis omniũ, nihil in illa deprehendi poterat piraticum. Promisi nuptias, et quasi aliquam sacram testationem, tuum nomen inserui, eo loco me non deseruit, in quẽ uenire etiã patres timuerunt. Arcetius nos fortuna alligauit, nisi corpus, oĩa uinculis, quã ut orba possit diuellere.

uidisses tectū pannis corpus, oīa membra uinculis pressa, ma-
 ciem, retractos introrsus oculos, obtritas catenis & inutiles
 manus, talē quis amare nisi misericors posset? Decepi te puel-
 la, alia pollicitus sum. Venies in patriam mecū, ibi tibi referam
 gratiam, hic catenatus, egens, squalidus quid possum? pater
 meus socer tuus, sic enim iam pridem te uocabam, socer, inquam
 tibi tuus gratiam referet. Quidam auitas paternasq; flagitijs
 obruerūt imagines, quidam ignobiles nati fecere posteris ge-
 nus, in illis non seruasse quod acceperant, maximū dedecus, in
 his quod nemo dederat fecisse laudabile. Si possent homines sibi
 sortem facere nascendi, nemo esset humilis, nemo egens, unus-
 quisq; felicem domū inuaderet. Sed quamdiu nō sumus, natura
 nos regit, & in quemcunq; uult casum nos mittit. Hinc sumus
 estimādi, cum sumus nostri. Quis fuit Marius si illum in suis
 inspexerimus maioribus? humilis in consulatu nihil habet cla-
 rius quā se autorem. Pompeium si hæreditariæ extulissent
 imagines, nemo Magnū dixisset. Seruium regem tulit Roma,
 in cuius uirtutibus humilitate nominis nihil est clarius. Quid
 tibi uidentur illi ab aratro citati, qui paupertate sua beatam fe-
 cere Rempubicam? Quęcunq; uolueris reuolue nobilium, ad
 humilitatē peruenies. Quid recenseo singulos, cū hanc urbem
 possem tibi ostendere? nudi steterē colles. Inter hæc tam effusa
 moenia, nihil est humili casa nobilium, fastigiatis supra tectis au-
 ro puro fulgens præluceat capitolium. Potes obiurgare Roma-
 nos, quod cū humilitatē suam, obscurare possint, ostendunt. Sed
 hæc non putant magna, nisi apparuerit ex paruis surrexisse.
 Misereri illius oportet, quia orba est, ista tamen habet propin-
 quos, habet amicos paternos, habet te imbecillitatis suæ tutorē
 fortissimum. Oēs uxores diuites seruitutē exigunt. Crede mihi,
 uult in suis regnare diuitijs, & tamen æquum est eā possidere
 domum, quam meā agnouerit. Si cœperimus esse magis liberi,

si paulo speciosior animo eius affulserit domus, si parū blandi
 fecerimus, relinquit, & tunc est tormentū carere diuitijs, cum
 illas iam senseris. Vides quid inter duas uxores interfit, ista si
 nos reliquerit, repetet suos, hæc quod dedit dimissa nō auferet.
 Multi duxere sine dotibus uxorem, quidā dictas non accipere
 dotes, quidam autem emptis contenti fuere mancipijs, & cum
 possent accipere diuitias, emere quibus libertatē darēt, malue-
 runt quā suam uendere. Aliquis in adoptionē iuuenis petit,
 si uolet ire, queret senex ille qui petit, quales & quos habet
 maiores, quāta bona, an satis magno se possit addicere. Aliquis
 captare orbos senes uult, & suas spes in alienas mortes diffin-
 dere, excutiat testamenta, scrutetur census, ubi uerō querat
 uxorem, uideat an nuptias suas amet, an nihil pluris faciat me-
 rito, an misericors sit, an fortis sit, an possit, si quid uiro incid-
 rit mali, uelit tolerare. Si his bonis fuerit instructa, dotata est.
 Non possumus unā felices esse, quod solemus, unā infelices eri-
 mus. Fac, inquit, quod imperat, nolo propter me patrem tuum
 offendas. Ibo, inquit, sola. Tu ibis? quo infelix? Quas petitur-
 regiones? Est enim tibi aliquis locus, pater tuus nobis maria
 præclusit, meus terras. CAESTII PII. Solent qui cogno-
 scuntur à patribus ut uxores ducant, illa dicere, non sumus etiam
 nunc apti nuptijs. Ego cōtra refugio uxorē, quia uxorius sum.
 ARELLII FVSCI PATRIS. Insolens malū est beatam
 uxorem, cū immēsū pondus auri orba attulerit, cū pecunia arca
 nostras onerauerit, quid aliud quā beatam seruiemus? Alter
 filium dat tibi, altera patrimonium. Pater utra magis diues est?
 Locuples est pater, quam mihi cōciliat. O si scires quā diues
 hæc fuisset. Orba, inquit est, & hæc orba est. Inter duas orba
 ea mihi curanda est magis, quā orbam ego feci. DIVISI
 In hac controuersia nihil litium fuisse ferē omnes consentiunt.
 LATRO. primam quæstionem fecit, An pater propter ma-

trimoniū
 bitrium
 filio, ut n
 fecit, si in
 bertum
 nemo iur
 expluer
 pleuit, nō
 randū fe
 putas pat
 ribus. Co
 corā m
 mentis el
 set, non e
 iudicio d
 MANV
 odio pat
 nem detra
 luit eam
 disimul
 nuptiarū
 illos effu
 nō esse te
 detraher
 egregie
 illam, sea
 gis plac
 correrat
 natam, i
 uad que
 speculat

matrimonium filium abdicare possit, cum liberum cuique huius rei arbitrium sit. GALLIO subiecit huic, etiam si potest imperare filio, ut uxorem ducat, an ei qui iam habet. LATRO secundam fecit, si ius est patri etiam propter matrimonium abdicandi, an liberum huic fuerit non parere cum iurasset. Hoc in hac diuisit, an nemo iureiurando teneatur, quo per necessitatem adactus est, an expleverit iusiurandum, ducendo illam uxorem, an etiam si non explevit, non teneatur religione, qui coactus aliquid contra iusiurandum fecit, hunc autem cogi a patre super iusiurandum facit, hunc putas parere patri, an debeat? Hic de meritis puellae et moribus. Colore hoc usus est Latro pro patre puellae, non misericordia motam, sed libidine, et ideo non esse beneficium. In argumentis eleganter hanc partem tractavit, etiam si beneficium dedisset, non esse sic referendam gratiam: deinde beneficium esse quod iudicio detur, non quod furore aut morbo. HISPO ROMANVS alio colore dixit, illam non amore adolescentis, sed odio patris sui secutam esse. Voluit ille et amoris commendationem detrudere. BVTEO longe accersito colore usus est. Voluit eam nubere non invito patre, sed secreto suadente, palam dissimulante. Totum hoc gestum, re illi honesta conditionem nuptiarum inuentam cum alio nullo modo posset. Neque enim aliter illos effugere potuisset, nisi patiente patre. Sed aiebat Latro, non esse tanti detrudere illi commendationem solum adolescentis, ut detraberetur invidia relictis patris. FVSCVS ARELLIVS egregie declamavit, non enim propter nuptias orba dimitti illam, sed quamuis orba non esset, ei ius sit, non aliam sibi magis placere, sed illam displicere dixit, et hoc quod Latro transcurrerat, prescit. Timere se puellam temerariam inter piratas natam, inter piratas educatam, impiam in patrem. GALLIO illud quod omnes scholastici transierunt dixit, timere se ne haec speculatrix esset, et piratis omnes occasiones indicaret, aut certe ne

vider

uideretur, nolle se suspectam esse Reip. illi iurasse timuit. Ne à puella uideretur improbe iusiurandū exegisse, ut quid liberi sibi esset, adiecit iurasse per patrē. TRIARIVS dum sententiā puerilē captat, inepte dixit, iurasse & se per orbā. Aiebat enim Cæstius ualde hāc fieri orbam, etiā si iurasset. LATRO aiebat quoq; iusiurandū ineptum esse, nihil enim minus comenire, quā aliquē per patrem iurare, patrē relicturā. Omnes honestā matrē puellæ dederunt, omnes dixerunt eam misericordia motā, nō amore. Solus Pollio iudicio fecisse uult eam, etiā à misericordia discessisse, dixit enim illam nō potuisse cū patris uiuere. Vt primū honestā occasionē inuenerit discedendū, discessisse. Q. HATERIUS à parte patris pulcherrimā imaginem mouit. Cœpit enim subito quo solebat cursu orationis scribere, quasi exaudiret aliquē tumultū, uastari omnia accipi, comburi incendijs uillas, fugas agrestiuū, & cum omnia impleisset terrore, adiecit. Quid exhorruisti adolescens? socer tuus uenit. GLYCONIS ualde leuis & Græca sententia est.

Tolerabilē dixit illam rem, cū iusiurandi uim describeret, hoc esse quod fœdera sanciret, quo astringeretur exercitus.

ARTEMON circa eundē sensum uersatus est à parte adolescentis, cum dixisset relictum patrem, adiecit.

INITIUM VII. CONTROVERSIAE.

Liberi parētes alant, aut uinciantur. Quidā alterū fratrem tyrannū occidit, alterū in adulterio deprehensum, deprecante patre, interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam scripsit, si præcidissent manus, duplum se daturū: piratæ illum dimiserunt, patrē egentem miseralit. PORTII LATRONIS. Da mihi epistolā esurientia istius. Manus, inquit, præcidantur, in quā partē corporis tuus seuitia incurrat? cætera mēbra mea sunt, manus publicæ sunt. Nūquid peto tyranniciā? talem me dimittite, qualem à patre

recepisti
manus me
be potius
timeo. Ma
bus quæ
gessit, tyra
quam pat
Iniuria ma
cio meo ui
habui, quo
nauigauit.
ranno præ
non potes
tus, tyrann
tur a inter
nem captiu
quid habes
decerunt til
adultero fi
STI P
mihi nu
Duplam p
tyrannici
let. Non
ega, in nu
quam filius
si, dere n
gi, duplam
calabant p
sit, aiebant
quæ meritis

recepistis. Non habeo quod de fortuna queri possim, cum qui manus meas cōfigit. Si præcideritis, inquit, manus, irasceris, scribe potius, si occideritis tyrannicidam. Exitiū tyranni rogo, nō timeo. Manus, quas piratæ soluerūt, iudices alligant. Ex omnibus que mihi fortuna terra mariq; priuatim mala publiceq; cōgessit, tyrannum, adulterū, piratasq; nihil expertus sum durius quam patrem. Tyrannus cū timeret manus meas, nō præcidit. Iniuria matrimonij nihil abstulit corpori, piratæ, quasi beneficio meo uiuerent, gratis miserti sunt. Vnū hostem inexorabile habui, quod felici re, quod subito inimico, non ante tyrannidem nauigavi. Genui, inquit, educaui, nempe istud beneficiū, & tyranno præstitisti & adultero. Has manus si per te redimere non potes, rempublicam appella. Adulter cum manibus sepultus, tyrannus cū manibus proiectus. Magnis sceleribus iura nature intereunt, nō magis tu pater, quam illi fratres. Audite noxam captiui uicem. Tuus sum, si pater meus nihil habet, quicquid habes pro redemptione filij mitte, non est quod timeas, nō decerunt tibi alimenta, cum dixeris tyrannicidæ patrem. Pro adultero filio rogas, quærite nūc quomodo tyrāni fiant. CAE
 TII PII. Cedo mihi epistolæ patris, quæris unde habeā tibi nullas miseris, Duplas dabo pecunias, unico filio rogat, Duplam pecuniam dabo, unam summam pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis, hoc ne adulteris quidem licet. Non habui pecunias, sed rogare illos potes, & audacter roga, in misericordes piratas incidi. Quare non alo? quia captum filium tuum non alere parum est. Si dixero, non redemi, alere non possum, per didi manus, non credis, epistolam leget, duplam pecuniam dabis, auaris dabis, piratis dabis: sic exiebant piratæ, ipsas mihi cum præciderent manus, pater iussu, dabant, magnum facinus est, sed magno licet. Ages, sum inquit, mentiris. Cedō mihi patris mei censum. Quid ergo alis
 patrem

patrem? dimissus fortasse promittam, cum rogaueris, nihil paciscor? Etiam num manus meas petis, nega tuam esse epistolam & habes argumentum, dices erogare adultero soleo. Qui nō aluit, inquit, patrem alligetur. Plus de manibus meis timui.

CORNELII HISPANI. Quid me rogârit pater, nescio, publica uindicta, cruentum gladium priuato tyranno impressi. Captum me piratæ nihil aliud quàm alligauerunt, duplam pecuniam dabo. Q. PIVS. Polliceris inquam petiturum te tantas patrimonij uires, habes etiamnum tanquam petiturum te tantas patrimonij, de tyranni arca loqueris. Corrupti frater uxorem meam, quam nec tyrannus uiolauerat, Ut precium piratæ constituerunt, gauisus sum inquam locuples pater, poteram dare etiam si duplam poposcissent, remisserunt me Reip. cum manibus, patri cum epistolis. POMPEI SYLONIS. Pactus sum de redemptione, scripsi patri, quæcunq; pro tyrannicida uestro pependistis, certum habeo, solliciti optatis ut he literæ ad patrem perueniant, ego, inquit, sic subito? quod ex toto emi non dedit, duplo emit. ARELLII FVSCIPATRIS. Causam meam tenui apud eos qui nihil debebant manibus meis. Tūc primum egere queritur iste, cum manus meas uidit, quid mirum si non putauerūt turpe piratæ accipere mercedem quam pater dabat? Ades pietas, si sancte uixi & innocenter, effice ut iste manus meas, qui odit, desideret. Tardè mihi epistola solui uidebatur, hoc prorsus in fabulis repleto sceleribus nostris seculo deerat, ut narretur aliquis solutus à piratis & alligatus à patre. BLANDVS. Hic qui unde uiuere non habet, quàm care tyrannicidæ uestro se mancipat? quid agis pirata filij, piratarum magister, eius crudelitatis emptor, cuius nec pirata uenditor est. ROMANI HISPONIS. Pater piratis salutem hanc eripis filio, duplam dabo? Quid necesse est, potui uilius solui. Ut præcidatis manus. Obstupuerunt piratæ

piratæ & cum dimitterent dixerunt. Indica patri tuo non omnia piratas uendere. MENTONIS. Adhuc iudices tanquam pro manibus meis egi, uerum est confitendum uobis, remissæ sunt, exhibeo Respub. piratarum depositum tibi, manus hæ tuæ saluæ ad te perlatæ sunt, fac quod uoles: illud unum rogo, si peccauerunt cuilibet tu uinciendas trade, si isti tradis, sic alligabit quomodo uoluit præcidere. ALLEGII FLAVII. Adhuc qualem optem patrem nescio, diuitem? debilitat, egentem? abdicat, neutrum manibus meis expedit. Duplam dabo, ut manus præcidatis. Filium minus crudelem habuisti. MARYLLII. Vt allata est epistola, coeperuntq; eam piratæ soluere, ut recitata dupla in epistola pecunia est, hic est, inquit, pater quem uobis laudaueram. TRIARI. Vbi est patrimonium tuum illud quod tyrannos instruit? quod adulteros facit? ubi est? certe in me nil impendisti. SYLLII BASSI. Infelix futura est etiam uictoria mea, si non tenuero causam, fame moriar, si tenuero, hoc tantum consequar, ne fame moriar. Duxi uxorem nimium fœcundam, peperit mihi tria, nescio quæ prodigia uarijs generibus inter se & iudicio furentia, alium qui posset patriam obtinere, alium qui patrem, alium qui matrem. Testor iudices, omnes dies meos, unâ seruiuimus, nemo tyrannidem uno sensit magis. Argumentum habeo maximum, quod uiuo non pepercissetis mihi, si putassetis me patrem tyranni. Dum inter se pugnant, uicit Respubli. Reliqui duo qui nihil poterant in nos, inter se tyrannidem exercuerunt: habebat iste nescio quam uxorem, quam in arce cognouerat, si alligare te possem, proficiscentem alligassem. Non opus est tibi magna impensa, ad sustinendum patrem, magna omnia sunt, tu mecum alimenta partire, nolo me tam bene alas quàm ego te alui, nolo ignoscas mihi quicquid passus es, quicquid timuisti patrem,

posce

posce flagella, scinde rugas, ultores subijce ignes, & mortuam hanc partem, quæ tantum in contumeliã suam spirat, quia extingui nõ potest, exure: si parum est, fac quod ais ne piratas quidẽ fecisse, manus præcide, exhibeo tibi, hæc sunt illæ quæ quilibet scribunt. Vbi est gladius tuus? stringe, tyrãno licuit uulnere mori, adulter uno ictu breuiter confectus est. Pater te per beneficia similem sortem rogo, ne tu quidem apud piratas famem timuisti, neminem tyrannus sic torsit. PORTII LATRONIS. Fili nihil amplius quàm famẽ deprecor, si tamen inexorabilis es, illud pro beneficio peto, ut aut tanquam adulter moriar, aut tanquã tyrannus. Par erat utriusq; fortuna illo tempore, tu alligatus eras, ego senectute immobilis & uincto simillimus, tu in sollicitudine, & ego in omniũ meorum solitudine, tu lucem nõ uidebas, ego etiam modicã, hoc unũ inter nos interest, quod tu etiam à piratis cibum accepisti. BLANDI. Deprecabar non pro adultero, sed pro domo ne fratrem occideret, tyrannicidam inquinaret, patrem respergeret. Roganti mihi & has interponenti manus penè præcidit. Hæc sententia deridebatur à Latrone tanquã puerilis, hæc & pro isto est, ut aliquem ex suis reliquisse uideatur, quem non occiderit. VIBII RVFFI. Hæc nempe scripserunt epistolam manus, præbeo, præcide & ale. POMPEI SYLONIS. Liberi parentes alant, aut uinciantur, ad te legẽ meam transfero, licet alliges & alas. DIVISIO. Ferè hac usi sunt diuisione, an lex causam nec patris nec filij æstimet, sed hominis, pater an à filio alendus sit. Dixit legẽ hanc pro malis patribus scriptã esse, bonos etiã sine lege ali, an omnes alendi sunt, an hic alendus sit. Hanc questionem Latio in hæc diuisit, an alendus sit, quod filium à piratis non redemit: hoc loco querit, an potuisset redimere, an uoluisset, deinde an alendus sit, si etiam præcidi filij manus uoluerit, nouissimè an præcidi uoluerit. HISPO ROMA

N V S separatim quasi iuris quæstionē fecit, an qui non redemit
 filiū non possit ab eo alimenta petere. Sed hoc utraq; quæ-
 stio continet, ut aiebat Gallio, & prior in qua queritur, an oīs
 pater alendus sit, dicitur enim quid si quis filium excæcauerit?
 quid si quis nō redemerit? Et cū ad alterā quæstionē uentū est,
 in qua queritur, an hic pater alēdus sit, nihil aliud dici potest,
 quare nō alatur, quā quod nō redemit, quā quod duplam pro-
 misit, ut manus præciderētur. Græcorū improbā quæstionē sa-
 tis erit in eiusmodi controuersijs semel aut iterum annotasse, an
 in tyrannicā uti pater hac lege possit, quasi in sacras & pu-
 blicas manus ne piratæ quidē licere quicquā putent. Nostri hoc
 genus quæstionis summouerunt. SYLO POMPEIUS. Nō
 eis tantū usus est quibus cæteri cū dicerēt, hunc patrē nō debe-
 re ali, quod nō redemisset filium, & quod præcidi manus filio
 uoluisset. Sed à priuatis causis transit ad publicā causam, di-
 xit enim nō debere ali hominē perniciosum Reip. qui tyrannū
 filiū habuisset, qui nō occidisset, qui desiderasset amissum quod
 nō uindicasset. Sed negauit ullā aliā causam illi esse persequen-
 dā tyrannicā, nisi libertatē publicā, & descripsit mores homi-
 nis impij, cruenti, qui quia per liberos nō posset, per piratas ty-
 rannidē exerceret, ut liberius diceret, latrocinij filio dedit: &
 illud in hac parte laudatū est à Sylone declamante, Cœperat
 hoc tractare, non debere ali tyranni patrē, omnibus fauentibus
 illū fame necandū: et cum diu pressisset illū tyranni patrē esse,
 adiecit, Aude postulare ut illud tibi profit, quod tyrannicæ
 pater es. BLANDVS hūc sensum cū postero die declama-
 ret, in ironiam uertit, & cū obiecisset quod tyrāni pater esset,
 adiecit, nolite illum auersari, habet quod opponat, & adulteri
 pater est. Colorem pro patre alius aliū introduxit. F V S C V S
 iratum se illi confessus est fuisse, quod fratrem in conspectu pa-
 tris occidisset, & huic loco uehementer institit, cum nemo hoc

tyrannus, nemq; pirata fecisset, iratus, inquit, ob hoc ipsum fui, quod hoc scelere etiam tyrannicidium inquinaueras, apparet te morbo quodam aduersus tuos furere: & seruaui huc actionis tenore, miratus fui hodieq; paciscor nec queror, nec se demisit in preces aut rogauit, se di iure patrio usus est. Illud ad excusandam epistolæ crudelitatem adijciebat, Scripsi piratis non eo animo ut manus tibi præciderentur, sed ut exprobrarem tibi cruentas in conspectu patris fraterno sanguine manus. tuto autem scribebam, sciebam enim piratas non facturos, nisi pecuniam acceperant. Quamobrem neq; præciderunt, & si sperassent, utique præciidissent. Sed apparuit illas epistolas irascentis esse non promittentis. In ultimo descripsit quàm miser futurus esset, alimenta accipiens illis manibus, quas paulo ante spectauerit fratrem occidentes, et adiecit, quam aiebat præceptore suo dicente, summa cum admiratione exceptam, illi Homeri Priamo aptum. SYLO POMPEIUS & ipse iram fassus est, aiebat enim nõ habiturum fidem, si se negasset iratũ fuisse, sed iræ causam non dixit. Q. FVSCVS transeũdas aiebat has offensas quibus ille gloriaretur, hanc causam posuit, quod relictus esset ab unico filio, quod inuito se nauigasset, cū uideret senem orbum iam penè egentem, iam tum illi fugisse ne aleret, & ad preces patrem deduxit, & rogauit in epilogo filium, ut sparsim hoc colore declamasset. Memini hominẽ inter scholasticos sanũ, inter sanos scholasticũ. CAESTIVS alio colore usus est, dixit enim non iram illam patris fuisse, sed calliditatem, non habebam, inquit, unde redimerem. Quem rogarem pecuniam in tam auara ciuitate, in qua ne filij quidẽ patres alant: usus sum consilio, sciebam piratas non crudeles esse, sed auaros, uolui efficere ut desperarent illum redimi, et propter hoc superuacuum & cum impensa futurum, dimitterent. An prudenter cogitauerim, nescio, feliciter certe cogitauit, post

epistola

epistolas illas quas accusat dimissus est. LATRO se totum ab istis remouit coloribus, & aduocauit uires suas tato totius actionis impetu, ut attonitos homines tenuerit: hoc enim colore usus est. Nescio quid scripserim, olim iam mihi excussa mens est, ex quo filium in mari uidi unum, alterum in adulterio, tertium in parricidio, ex quo respersus sum sanguine morientis filij, ex quo relictus sum solus, senex, orbis, egens, odi meos. Hic color illius uiribus approbandus est. Quanto enim opus est, ut aliquis accusando se miserabilem faciat? ALBVTIVS oēs colores miscuit, et ut hoc liberum esset, patronum patri dedit, nec uoluit narrare, ad propositionem cceptam alimenta pater à filio petit: deinde cum ad defendendum uenit, quod scripsit duplam se daturum si manus præcidissent, primum Latroniano colore usus est: hoc inquit respondeo, nescit quid fecerit, infamia mali est actus: hic physicum introduxit, quomodo magnis calamitatibus animi euerterentur, deinde anthyphoras sumpsit, Mentiris, ille uerò iratus fuit: cogis, inquit, me dicere, iratum tibi merito fuisse: executus est omnia, hoc illi inter cetera obiecit, quod occupans fratrem suum ignorasset aut dissimulasset, ait tyrannicidio quoq; eius commendationem facere: deinde ad illum colorem redit Cæstianum, sed illum puto consilio fecisse quæ fecit, quid ergo? quid iste? tandem dicit quare scripsisset: nihil dixit, flet, mori uult, sed non fame. In hac declamatione hanc Albutius sententiam dixit dubiam inter admirantes & deridentes, panem quem cani das, patri nõ das GLYCON egregie dixit. Gorgonius fuit Buteonis auditor, postea scholæ quoq; successor, uocis obtusæ, sed pugnacissimæ, cui Barros scurra rem uenustissimã dixit, centum rauorum uoces habes. Hic putauit uariũ colorem se excogitasse pro patre. Ego, inquit, dictaui, duplam dabo si manus non præcideritis, librario una syllaba excidit, non, & scripsit si præcideritis: digna

res quæ uoce illa diceretur. ARTEMON dixit:

ANDREAS dixit, donent

NICETES dixit:

INITIVM VIII. CONTROVERSIAE.

Quiter fortiter fecerit, militia uacet. Ter fortiter agentē pater in acie, quarto uolentē exire retinet, nolentem abdicat. PORTII LATRONIS. Miserrimus pater iam non uiderē filiū nisi abdicarem, fortis plusquā lege aut patris est. Tertio mihi non redditur, sed relatus est, quod patrie superest, patri uindico, fugit me filius & quidē ad hostē Quousque pauidus praeliorū nuntios expectabo? fili mihi uacationem peto. CAESTII PII. Abdico filiū ut habeam, non minus uacatio mea reipub. profuit quā militia, duxi uxorem. Sic descendit in narrationē. Tertio audiui uelut denuntiantis deos, faciat adolecens iam felicitatis suæ finem. Ego aduocationem in unam pugnā petij, accidat inquā quicquid timeo, si illum amplius in aciem dimiserō. Cum dijs pactus sum, non timeo inquit, hoc est cur timeam. Obijcitur mihi quod me filius oderit. ARELLII FVSCI PATRIS. O me filio pugnate iam lassum, magna omnia sunt, nihil hoc putas, quod uiri fortis pater timeat? Miserum me, iam hosti nimis notus sum, iam pro te nescio quid etiam lex timet. Miraris si quod legi satis est patri nimis est? Nunquid luxuriā, inquit, obijcis? ego uerō te etiā morari posco inter uoluptates. Quousq; in duro castrorū iacebis cubiculo? quousq; somnum classico rumpes? quousque cruentus uiues? simus hilares. Triū uictoriarū uota soluenda sunt, tot acies sustinuiſti, tot uulnera, possum cū repub. queri, sero dimitteris. Subinde audio te dicentē. Malo gloriam quā uitam. Hoc ergo me exanimat, quod mori tibi tam facile est, deniq; uno quiesce bello. POMPEI SYLONIS. Causa abdicandi est, ne sine filio uiuā, quē tādīu non uiderē nisi abdicarem. Abdicatio mea in potestate abdicati est. ROMANI

HISPONIS. Quid fatigat, & felicitati molestus es? quid ex-
 pectas donec castris eiiciaris? MENTONIS. Erubescit
 Respub, tam cicatricoso milite uti. Non oportet tantā uirtutem
 sine successore cōcedere, ducenda uxor est, sed iam nunc te ad-
 moneo ne unum tollas. CORNELII HISPANI. Non
 ante te retinere cœpi quā dimisi Resp. Nullū iam tibi uulnus
 nisi per cicatricē imprimi potest, adhuc diutius fuisti cū hoste
 quā apud patrē, dum tantū sanatus es. IULII OTHONIS
 PATRIS. Optimus uirtutis finis est antequam deficias de-
 sinere. EX ALTERA PARTE. Ter fortiter pugnan-
 tem abdicatis, licet ALBVTII SYLLI. Quis hic subit-
 us insonuit tumultus? nunquid imperator uocat? uenio, pluri-
 mum in prima acie laboraui, pudet me ter uictum militare. P.
 ASPRENATIS. Quousq; inquit, periclitaberis? bene ha-
 bet iudices, pater me putat dignum esse qui saluus sim. Senator
 post sexagesimū & quintū annū in curiā uenire non cogitur,
 nō uestatur. Prætorio licet prætexta toga uti festis aut solenni-
 bus diebus, nūquid necesse est? Quicquid aut præmij aut hono-
 ris nomine datur, in utraq; partem sumi liceat, alioquin desijt
 præmiū esse, cui necessitas iungitur. Pareo illi patri qui gloria
 nos immortales fieri dicebas, qui ex acie redeūtis uulnera oscu-
 labaris. Ad hæc noua & diuersa imperia subito me circūagi
 putas posse? non ita est. Ille in me dominatur affectus, qui ani-
 mum primum intrauit. Luxuria, auaritia, desidia, iniustitia, ti-
 mor, nō dediscuntur, & quotidie hæc oīa aut castigantur aut pu-
 niuntur, in tantū etiā utiorū tenaces sumus. Crede mihi pater nō
 sum mei iuris, cū ille prælij clamor exortus est, inuadere hostis
 libert, obstantis cuneos gladijs diducere, hic impetus, hic ardor
 animi, domū tuā trinis hostiū spolijs adornauit: huic supplica-
 tiones illas debeo, propter hoc me etiā cū abdicas diligis. Non
 animus, non lingua constat, in alieno opere cōprehensus sum,

toga ipsa hameris non cedit. Ad obsidendum hostem, ad occupandū castris locū, ad intercipiendos hostiū cōmeatus ire iusseris, animo nō otioso. Quotiescunq; tumultus aliquis exortus est, in me ciuiū diriguntur oculi, meas spectant manus, & adhuc, uerū dicendū, nihil patria debet mihi, nunquam pugnauit nisi coactus. Credis ne quicquid refero tibi? scimus quem uite cursum agamus, eadē pericula nos ubiq; circumstant, & totidem uie ad mortē sunt. Interdum continuatus labor firmiores facit, sepe quos labor roborauerat, desidia consumpsit. **MARRILLII**, Sine me aliquod meritū in patriā conferre adhuc militia mea munus est. Pugnabo & abdicatus, nec uerebor, ne uilis sit opera mea patri. Athenienses abdicato uicerunt duce, quantū inter illū & me interest: ille abdicatiōē uirtute deleuit, ego merui. **DIVISIO**. Prima quæstio illa ab illo facta est uulgaris. An filius ob id, quod sui iuris sit abdicari possit, deinde an debeat. Hæc tota tractationis est. Græci illam quæstionem primam solent tentare, quam Romanæ aures non ferunt, An uir fortis abdicari possit. Non uideo autem quid allaturū sint, quare non possit: nam quod & uir fortis est & toties fortiter egit, non plus iuris illi adest, sed plus commendationis. Colorem à parte patris quidam duriozem fecerunt, uoluerunt enim uideri inuisum filio patrem. Item malle illum cum hostibus uiuere, quàm cum patre, penè omnes, adulescentem insatiabilem esse gloriæ, sed propter ipsum patri & moderandum & continendum. Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerunt & non disputauerunt hoc modo, quo Sylo Pompeius disputauit, qui sic diuisit ut diceret, etiam si patrem non haberes, desinere debebas, quia patrem habes, desinere debes, quia pater uetat. Facit illo modo quo Gallio qui sic diuisit hæc partem, hoc impero Reip. causa, tua causa, mea causa: sequentia duo uidetis, quemadmodum potuit implere.

illud Reip. causa imperare. Sic tractauit, primū ut pluribus iuuenibus pateat ad uirtutē aditus, nō debere oīm occasionē fortiter faciendi ab uno occupari : deinde expedire Reip. non uideri tantū ex uno pendere, futurū ut animi hostiū crescerēt, & suorum frangerentur, si casu ter fortis occidisset. Ad ultimū utile esse Reipub. ter fortem seruari, ut sit qui ostendatur iuuentuti. Iam illum magis posse ornamentum esse quā presidium. illum sensum ueterē, iam pro uiro forti nescio quid etiā lex timet, hoc loco Gallus posuit, hoc quoque inquit. Ter uiro forti, aut diffidit, aut cōsult. Nec illam quidem secuti sunt tractationem, qua usus est Blādus qui dixit, Militia tibi superuacua est, inuidiosa est, periculosa est. Superuacua est, quia non cogeris, imō uerecunde uetaris. Glorie causa aliquis militat, cōsecutus es gloriam, uacationis causa, cōsecutus es prēmii. Tria domi prēmia sunt : & sic transijt, ut diceret, inuidiosum esse unum hōiem toties optare honores intercipere, quā periculosa res esset inuidia, quā magnos uiros oppressisset: hic exēpla, periculosam esse militiā, eodem loco collegit, quod certe illud unum nō adiecit de lege, non posse illum iam fortiter facere, quia oēs illum hostes peterent, et adiecit. Ideo lex ter fortē dimisit, scit illum iam obseruari ab hoste. His ergo omīsis illi, qui amantem patrē induxerant, hoc genere egerunt, nō possum pati, nō possum desiderii tui sustinere. Hoc loco AESCHINES ex bonis declamatoribus, cū diceret, nō me gloria cupidiorē tui fecit, nō omnibus admiranda uirtus, confitebor inquit, affectus patris, quos ut quisq; uolet interpretetur. Videbatur hic dum indulgēti. un exprimī, nō seruasse dignitatem patris. Placebat autē Latroni potius ratione detineri patrē quā affectu, cū in ratione habeat aliquē locum & affectus. ASPRENSAS colorem secutus est longe aliū, dixit enim se nō negare Reip. iuri fortis operas, sed ad necessarios usus reseruare. Si

magnū aliquod bellum incidat, tūc & ueteranos uocari ad arma. Et illa sententia eius hoc loco ualde laudata est. Nunc illi militēt quibus necesse est, tu militabis, si erit necesse. Sic uenisse populum Ro. ad Scipionē Aemilianū cum maius bellum Numantinū apparuisset, quā quod alij duces sustinere possent. Magnū interuallum inter Numantiā & Carthaginē Scipioni datū, Sic ad Pōpeium cū piratæ maria clausissent, magna praesidia non esse cōsumenda. Hoc loco Asprenas de lege dixit & ipse sententiā, uidelicet ad hos casus lex ter fortem seposuit. A parte filij colorē induxerunt quidam, ut illum cupidum glorie & bellicosum facerēt. NICETES quidē hoc usus est uerbo & sic egit ut quereretur quod cessarent manus sue, quod inermes essent. LATRONI nō placebat hic color, malebat adolescentē iudicio quā morbo militare, hoc est, inquit, quod pater efficaciter dicat, detrabere illum operibus suis glomerariū, sanguinariū, quē nec pater possit retinere, nec lex admittere. Quidā pacti sunt cū patre, tanquā MENTO, qui dixit semel tantū se militare uelle, ut aliquid uideretur Reip. supra legē praestitisse: quidam perpetuā denuntiauerunt militiā, quā diu uires fuissent, nō defuturū Reip. urū fortē. Nō probabat hunc colorē LATRO. Negabat patri abscindendā spem filij in perpetuū. VIBIVS RVFFVS hoc colore egit quo Mento, sed illud adiecit, peruenire ad se uoces inuidorū illas, nunquid amplius pugnaui, quā quod necesse illi fuit? Quidā hoc cōpositū & simulatū inter nos putauerūt, ut ego militare uellem, tu uetares. LATRO uehemēter egit à parte patris et adiecit, abdicato nō permittam exire, iniiciam manus, tenebo, nouissime ante limē exeuntis cadauer hoc sternā, ut ad hostem peruenias, patrem calca. Putabat Plancus summus declamator Latronis hunc sensum à Latrone fortius dictum à Lesbocle Græco tenerius, qui dixit sic: FVSCVS AREL-

LIVS religioſe patrem induxit omnibus territū. aiebat præceptorem ſuū in hac controuerſia deſcribentem pericula futuri prælij, Homeri uerſus ob hoc ædidiffe: GLYCON

dixit: DIOCLES CARYSTIVS dixit:

GLYCON dixit: AESCHINES non ille orator, tunc enim non declamandi ſtudiū erat, ſed hic ex declamatoribus dixit nobis cum denunciaret filio periculum, & præſagijs tangi ſe diceret.

DIOCLES CARYSTIVS dixit ſentētiam, quæ nõ in declamatione tantū poſſet placere, ſed etiam in ſolidiore aliquo ſcripti genere, cū de fortunæ uarietate locum diceret.

DORION dixit, rem paulo quidem elatiorem, quàm preſſa & ciuiliſ oratio recipit, ſed qua egregie attonitos patris affectus exprimeret.

LVCII ANNAEI SENECAE

CONTROVERSIARVM

LIBER III.



MISSA præſatione et epiſtola cōtrouerſia hæc eſt. Diues tres filios abdicauit, petit à paupe unicū filiū in adoptionē, pauper dare uult, nolentem ire abdicat. PORTII LATRONIS. Hancine meam eſſe fortunā? Eodem tēpore & abdicor & adoptor. Iſta uidelicet domus adoleſcentem me non capit, quæ te ſenē fecit, quietiora tēpora pauperes habuimus, bella ciuilia aurato capitolio geſimus diuitias putas aurū & argētum ludibria fortunæ, quæ inter iocū ipsis dominis ueniūt? Denūcio tibi diues etiā ſi uenero, dabo operā, quod in tua domo facillimum eſt ut abdicer. Etiā ſi multa cōtra expectationē accidunt, nunquā tamen futurū putauim, ut aut pater meus liberos odiſſet, aut diues cōcupiſceret. Non deſidero patrimoniū. Fragilis & caduca felicitas eſt, et omnis fortunæ blandientis ſpecioſus cum

periculo nitor, & sine causa saepe fluit et sine ratione destituit.
 Vidi ego magni exercitus ducē sine comite fugientē, uidi amb
 bitiosa turba clientū limina desertā, sub domino rectore uenā
 lia. Nam quid ex summis opibus ad egestatē deuolutos loquar?
 Multa tibi succurrerent exēpla etiam si in una domo quæras.
 RVFFI VIBII, Habendos esse liberos is quoq; iudicat
 qui nō libentissime habet. Ego illos in friuola inuitauī nostrā.
 Qui illis meā promisi domū, suam eripiam? quid faciam? Si pa
 ruero, abdicabor, si nō paruero, abdicabor. Patrem habeo, hæc
 est cōtumacia mea, diues filiū non habet, me dabis, si diues re
 duxerit suos, me recipies. Ita nō adoptari recuso, sed cōmodari.
 CAESTII PII. Accipe uitæ meæ testē, quid magni æsti
 mas diuitem, cui placere difficile est? Vultis scire quare patrē
 non relinquam qui genuit me, qui educauit, qui abdicauit? diu
 dubitauī, ille amicum tentaret, an hio filium. Ab dico, inquit.
 Hoc pater uerus. Quid ab eo qui adoptauit sperare possum?
 NARRATIO CAESTII PII, Diues sustulit unū fi
 lium, non fuit cōtentus, qui enim erat diuiti unus? tres sustulit,
 poterat enim in adoptionē dare, abdicauit unū, alterū, tertium.
 Iam nihil diuiti superesse putatis, quartū abdicat. ARELLII
 FVSCI PATRIS. Quisquis es auarus pecunie custos
 immensæ, cultor *Syllæ, cū multa quæsieris, poteris ne omni
 bus frui? Filiū quæris? ecce turba iuuenū sine patre. Impera
 quid uis nō negabo, militabo dūmodo ubicunq; fuerō tuus sum,
 ita nos pauperes sumus qui habemus, quod diuites rogent? unde
 talē patrē? nō irasceris nisi ut ames? quid porrō ista matrimo
 nia in quæ male sani ruitis? gaudia dominorum? at onera sunt?
 Mille cū uentum inter uices suas exēpla reserebas, et inter illa
 ponebas et diuitis domū. Merito abdicasti an immerito? Si im
 merito abdicasti, odi patrē tot efficiētem innocentes, si merito,
 odi domū tot facientē nocentes. Aliquid in domo locupletis nō
 agent

*Syllæ,

agendum agā. Quæ apud nos frugalitas est, apud illos humili-
 tas est. Petis iterū potius filios quàm recipis: colit etiāmnū in
 capitolio casam uictor oīm gentiū populus, cuius tantam felici-
 tatem nemo miratur. Merito potens est, nemo ab eius origine
 est, qui nō reliquit patrē, egredientē te certe domū redeuntem
 comitabor, nec nisi in limine deseram, ero in publico filius, amo-
 æque pauper pauperē patrē, utiq; consueui. Non possum agere
 in domo diuitis filiū. Si charum tibi seruum uēderes, quæres
 quis suus emptor esset, nam me hercule habeo, quo tibi irato sa-
 tisfaciam. Interim pluris omni matrimonio puto, hoc somnium
 quod sic me amittere curas, satis amare non possum. Quid fa-
 ciam adoptatus? loquar filijs eius bene de abdicatione? Ego in
 domum uestram intrabo, tanquā ego uos eiecero? ego orna-
 menta uestra occupabo. Tum illic si quid commiserō nec meus
 recipiat pater. Quid est quod aut negandum mihi, aut excu-
 sandum sit. Non insaniſsimū dispēdiorum malum, non eru-
 bescentes amores, neq; luxuriātem habitū, neq; potatus obij-
 cis filio: hæc si non potes, aliqua saltem ex cōmentarijs amici
 tui describe, madentem unguentis hesternis, conuulceratū libi-
 dinibus, incedentem, ut foeminis placeat foemina mollius, &
 cetera quæ morbi nō iudicij sunt. Abdicatio loquax est. Quàm
 te paupertas amo, si beneficio tuo innocens sum. Accusatorem
 non habeo, me miserū, etiam laudatorem habeo, et eum cui non
 omnes placent, hoc enim malo dicere quàm omnes nō placent.
 Non tibi per multos liberos angusta domus est, neq; turba la-
 teri circumerrat, nec multus intra limen heres est, nec post te
 aliquem retineas, quanquā nec sic quidem debuisti dare, * quàm
 enim deos cū uotis patris uidisses certantes: et tutior aduersus
 fortunam est, cui aliquid post damnū superest, & habemus exē-
 plum posse aliquem tris filios perdere. Ille Croesus inter reges
 opulentissimus ad tormēta post tergum uinctis manibus ductus
 est.

* cum

* dicta præ-
terea.

* respondeo.

* inuectum.

est. Tu Crasse post euestigata illa fugitiuorum arma urbis Ro-
manæ ditissimus, qui nunc apud Parthos egres sepulcro quoque
* dicta præpea illa corrumpentium non sero, quoties enim in-
ter diuitias suas exemplo istam posueritis domū, meliores per-
dentem diuitijs suis liberos, hoc scio nostros fuisse maiores, hoc
illum Elium Tuberonem, cuius paupertas uirtus fuit, hoc Fa-
britium Samnitium non accipientem munera, hoc cæteros pa-
tres nostros quos apud aratra ipsa mirantes decora sua circū-
stetere lictores. Surgite surgite iuuenes & meum rogando pa-
trem, uestrum rogare discite. BLANDVS. Tres genuit, qua-
tuor abdicat, abdicat inquit, apparet unde uenias. GALLI
VIBII. Si quis me audit, abdicari iam putat adoptatum, qua-
re? tum, ne auferam patri filium, filijs patrem, nec tam iacino
exemplo emēdaris. Qui abdicat suos querit alienos, nulla cer-
ta felicitas est. Paulo ante ego diuitis filijs inuidebam, modo illi
mihi, laudat me pater cum abdicet, laudo ego patrem cum ab-
dicer, hæc una inter nos disputatio est, iste me dignū putat bea-
to patre, ego me meo. FABIANI PAPYRII. Ecce instru-
cti exercitus sepe ciuium cognatorumq; conferturi prælium,
manus constituerunt, & colles equis utrinque complentur &
subinde omnis regio trucidatorum corporibus confertur, il-
latorum multitudinē cadauerum uel spoliantium. Si quæsierit
aliquis quæ causa hominem aduersus hominem in facinus coe-
git, nam neq; seris inter se bella sunt, nec si forent, eadem homi-
nem deceant, placidum proximumq; diuino genus. Quæ tanta
uos fert ira, cum una stirps idemq; sanguis sitis, uel quæ furie
in matuum sanguinem egere? Quod tantum malum uno gene-
re uel sorte uel fato iunctum, an ut conuiuia poculis extruan-
tur & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna
enim uero & laudanda sunt propter quæ mensam & lacuna-
ria sua potius quàm lucem innocentes interim maluerint, An-
ne quia

ne quid uentri negetur libidiniq; orbis seruitium expetendum est: quid tandem pestiferæ istæ diuitiæ expetuntur, si ne in hoc quidem ut liberis reliquantur? quid tandem est quod in uitio corruerint? Primum si inde incipere uelis, sedes ipsæ, quas in tantum extruxere, ut domus ad usum & munimentum paratæ sint nunc periculo non præsidio, tanta altitudo ædificiorum est tantæq; uiarum angustiae, ut neq; aduersus ignem præsidium, neq; ex ruinis ullum ullam in partem effugium sit: ad delicias demetis luxuriæ lapis omnis eruitur, cædunturq; gentium syluæ, æris ferriq; usus, iam auri quoq; in extruendis & decorandis domibus, nempe ut anxij interdum & nocte ruinam ignemq; metuât qui tectis iniectus est fortuitusq;. Hinc & illa urbium excidia sunt quippe non defendis uni, sed in communi periculo apprehendam, hostesq; aliena & in sua damna ualidiora ceduntur alia, ipsaq; cum maxime flagrant spoliolum ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus uarius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat, quam uinctis seuerè in hoc pauimentum leuatum & infusum tectis aurum. O paupertatis, quam ignotum bonum est. Quin etiam montes syluæq; in domibus marcidis & umbra fumoq; uiridibus. quid faciã? Si caruero, abdicabor, patrem amo, hæc est cõtumacia mea. Ut maria amnesq; mutentur, uix possum credere quenquam eorum uidisse syluas patentisq; campos, quos rapidus amnis ex præcipiti, uel cùm in plana infusus est, placidus interfluit, non maria unquam ex colle uidisse late aut hyberna cum uentis penitus agitata sunt, quis enim tam paruis oblectare animum in uita posset, si uera cognoueris? Videlicet ut quæ instatibus tangi cõprehendiq; manibus aut sinu possunt. An magna non capit, exiguum est & hoc, littoribus quoq; moles inuehantur congestisq; in altum terris exaggerant sinus, alij fossis in ducunt mare: adeo nullis gaudere ueris sciunt, sed aduersus naturam alieno loco aut terra, aut mari

mutata

mutata agris oblectamenta sunt, ut imbres fastidio rerum nature laborantibus. Iam ne liberi quidem nisi alieni placent.

HISPANI CORNELII. Solus omnium abdicor, quia me meus pater diligit, alienus appetit. VIBII RVFFI. Diues filium non habet, me dabis? diues reduxerit suum, me recipies ita nõ adoptari, sed accommodari recuso. Quid mihi obijciunt? Meritis amoris alienũ feci. Dic diues audiat, diuitẽ inquit, te esse uolo. O me abdicandum, si talem patrem relinquo. Laudabat mihi pater paupertatẽ, narrabat diuitũ incõmoda, aiebat multos diuites accusatos, ego certe memini abdicatos. Abdicor, non est patris mei uerbum. TRIARI. Quare abdicas? nunquid dies noctesq; impendo turpibus cõuiuijs? plurimũ uino in lupa nari? si nescis quæ crimina obijciantur, ab amico disce. si omnes mali sunt quid isto patre cruẽtius? ROMANI HISPONIS. In hanc ego domum ibo in qua aut toties insanitur à patre, aut toties peccatur in patrem? cum prodiero repente diues, dicent omnes, quis est iste quem magna fortuna non decet? hæc est diuitis quarta abdicatio. SYLONIS POMPEI. Quanto uincq; est mihi satis est, unicus sum, fortiter fortunam meã ferã, hoc nunc primum mihi accidit, dictus sum filius. Et iam abdicor. Quid uideri me uelis, nescio. innocentem, sed abdicor: nocentem? sed adoptor. Vt cunque tamen abdicatio tolerabilior est, unum abdicat adoptio, tris abdicat natura. Non potest mihi dici, quod cæteris abdicatis, in tua potestate fuit, si paruisses patri, non perdidisses patrem, etiamsi non abdicarer perditurus fui. Pars altera. PORTII LATRONIS. Si nescirem quid mali esset pauperies, nunc intelligerem, cum abdicacionem filius meus non timet. Fabritiorum imagines Metellis patuerunt. Aemiliorum & Scipionum familias adoptio miscuit, etiam abolita seculis nomina per successores novos fulgent. Sic illa patritiorum eorum nobilitas fundamentis urbis habit.

usq; in hæc tempora constitit. Adoptio fortunæ remedium est. Non ignoro ego quorum inopia per otium in angulis diuitiarum coniectos strepit accusatioq; consequitur, neque quiescere sinit. Sed nulla materia in rebus humanis uirtutes clarius ostendit, census senatorium gradum ascendit, census in castris ordinem promouet, census iudices in foro legit, non persuadeo tibi. Tergo ad illos quos mauis sequi quàm reducere. **F V S C I A R E L L I P A T R I S**, Facilius possum paupertatem laudare quàm ferre. Quid mihi Phocionē loqueris? quid Aristidem? Tunc paupertas erat seculi, quid loqueris Fabricios? Quid Coruncanos? pompæ ista exēpla. Fictilibus fuerunt dii faciles, tibi non noueris diuitias esse paupertatem, quid uos liberis uestris optatis? ego meo imperium? **D I U I S I O**. Non puto uos querere quomodo hæc cōtrouersia diuisa sit, cum habeat negotij nihil. **F V S C V S** tamen sic diuisit, dico mihi licuisse adoptare, dico mihi licuisse recusare adoptionē, dico etiam ut licuerit recte tamen recusasse, & quod iure sit, uerum est, & quod sine iure quoq; rationē habeat, recte sit. Cum de iure diceret, dixit sub arbitrio, inquit, patris sum, & hoc subijcior patri, quia pius sum, in hoc sine dubio, ut pius sum: & ad manum argumentum est, nempe abdicanti respondeo, quid ita? quia respondeo, scilicet id ago ne desinam illius esse, quid ago cum respondeo emancipanti? quid enim ad amittendū patrē interest, utrū eijciat an transferat? Si nō licet recusare, cur potius abdicas me quàm tradis? Cum de officio diceret, in hæc diuisit, dico nō fuisse dandū sine magna causa filium in adoptionem, dico multo magis à te, dico minime illi. **S Y L O P O M P E I V S** sic diuisit. coepit euertere et explosa questione. In omnia patri pareo, dum sit, etiam si in omnia ibi non parendū quo efficitur ne pater sit. Deinde querit an inuitus filius, dari in adoptionē possit: si non pōt à nobis abdicari, quod arbitrij sui est, an possit, nō cū cōtra uolūta-

tem patris est, sed cum male arbitrio suo utitur: hic subiecit, an hic bene usus sit. De officij parte tractavit & ita diuisit. Turpem esse adoptionem, inutilem esse, periculosam esse. Cum diceret turpem, dixit aliena bona inuadere, & trium filiorum sorte esse, & liberis spem reconciliationis paternae eripere quam inhumanum esse. Cum inutilem diceret, dixit patri inutile esse, adoptanti inutilem esse. Cum patri inutilem diceret, tractauit, quam graue esset unico carere filio quem alius concupisceret: & cum diceret diuitem esse, quodque qui tot haberet solatia, filium quaereret, dixit: Tibi non erit facile adoptare eum. Inutilem esse diuiti cum diceret, sic tractauit, futurum ut ad suos rediret, si non adoptasset. Hoc loco belle uidebatur dixisse. Si animam patris intelligis, dat tibi notam reconciliandi tuos, negat se solitu dinē pati posse. Cū inutile sibi esse diceret, paupertatem laudauit, in diuitias inuectus est, dixit se posse diuitijs corrumpi, quibus corrumpi possit exercitus. Cum in diuitias inueheretur dixit, aut multa uitia diuites habere istos, & hoc grauissimum, quod suos non amāt. Nec esse quod quisquam se satis putet firmum ad repellenda uitia, contactu ipso nocētia transeunti bono. Nec peccare discam? Ecce tu quam cito abdicare didicisti. Dixit futurum, ut diuiti displiceret proprius inspectus, ipsum amorem paupertatis ab illis fastidiri: dixit futurum, ut abdicaretur, si adoptatus placuerit, ego nec meo placeo: adiecit periculosam sibi futuram abdicationem in domo, suos dominos desiderante, et totam familiam expellere insitium heredem cupientem. LATRO ultimam questionem posuit quam ferē solebat, etiam si non recte fecit, quod adoptari à diuite noluit, an tamen bono id aduersus patrem animo fecerit, an ignoscendum sit, deinde, an bono aduersus patrem animo fecerit. In hanc questionem bona pars adulescentis est, patrem amantis & opibus praefertenti. LATRO tamen negabat patrem daturum manus, bono ab-

uersus se animo factum, sed consensum filiorum aduersus patrem dicturum tacitum, nescio quem. BROCCO quidam non male re usus, qui dixerat adolescentem uideri sibi habere capitalia quædam uitia, male de se existimare cum, qui ire ad iudicem districtim innocēs nollet. ARGENTARIVS oēs priores transiens partes statim ad hoc uenit, debuerit ne patri parere an nō debuerit, & in figurā contulit declamationē. Volo, inquit, alius filiū abdicet, qui petitur à patre paupere ut in adoptionē diuiti daretur, quā bonā, inquit, causam pater habebit? Dicit hic, deinde transit. Sic cū declamasset eā controuersiam quæ usitata non erat: Si ille filius malam causam haberet, ego bonā habeo, contulit suā causam cū illo. De colore magis quesitū est, an adulescens debeat aliquid in diuitē dicere, quid enim faciet? diceret in eū qui tantū æs habet, & in amicū paternū, non dicit in eū quē fugit? & illi tamen qui sibi abstinentiam conuitorum imperauerant, non bene præstiterunt, aliqua sententiæ dulcedo surrepsit. At declamatores fidelius quos proposuerunt colores tuentur, nihil enim eos sollicitat, nullū schema nulla dulcedo sententiæ subrepat: sic quæ malā faciē habet, sæpius pudicæ sunt, non animus illi deest, sed corruptor. FABIANVS PHILOSOPHVS hoc colore usus est, ut diceret, etiā si sustineret, at alicui tradi diuiti nollē, & in diuitias dixit, non in diuitē, illas esse quæ frugalitatē, quæ pietatē expugnassent, quæ malos patres, malos filios facerent. GALVLVS VIBIVS fuit tam magnæ olim eloquētiae, quā postea insaniæ, huic accidisse uni scio ut in insaniā non casu incidere, sed iudicio perueniret: nam dum insanos imitatur, dum lenociniū ingenij furorē putat, quod simulabat ad uerū rededit: hic controuersiam postero die quā erat à Fabiano dicta declamauit. Solebat autē sic ad iocos peruenire, ut amorē describeret penē cātantis modo, ut diceret amorem describere uolo,

D cum

cum tanquam bacchari uolo. Deinde describebat et toties excepturus repetebat, amorē describere uolo. In hac controuersia planē quod uoluit consecutus est, ut diuitias nobis in odiū adduceret. Sæpe enim ingessit, diuitias describere uolo, & multa felicunde explicuit, corruptius quā Fabianus sed dulcius, hoc uicū occurrit in quo pusillū inest insanie. Non me delectatis nō seruatorum domini greges, nec sonantia laxi ruris ergastula, patrem gratis amo. **FVSCVS ARELLIVS** & hunc colorem dixit, hominibus offendor, cū primū de adoptione ista cogitarem, occurrerunt mihi, tres abdicat & audio in ista domo tres fuisse filios nec esse. Timco infelicē liberis domū, & alias causas dixit: licet enim plura abdicato dicere, propter quæ nō litiget, sed nunc refero cui rei quisque maxime insitit. **LATRO** illo colore usus est, sodalem se tribus diuitis filijs fuisse, semper inquit, illos colui, imo adhuc colo, cum abdicati essent, ego illis suasi ut tacerent, & patrem cedendo mitigarent, dixi cum primū tempestiuū putabitis, patrem uestrū rogabit meus. Ecce admonet me aptissimū esse tempus. Verū est, non potest pater inuenire reconciliationis aptius tēpus, diues filios querit. **CAESTIVS** illo colore, quos abdicacione non potuit terrere, putat se castigaturū adoptione: non ille tuū filiū concupiscit, suos corrigit, dum illos correctos putauerit, te satis minatū abdicabit. Non faciet illud? at qui neminē adhuc habuit in quo hoc aut facilius aut iustius faceret. **FABIANVS** hoc colore, ut dixi, egit, nolo diues esse. **RUFFVS VIBIVS** hoc, nescio diues esse. Hæc in hoc loco cū diceret excepta sunt. Non est quod putes omnibus diuitias conuenire, nihil est insolentius nouitio diuite. Sed & illud dixit. Alius animose loquitur, ut ex contemptu diuitiarū gloriā petat, ego non dico diues esse nolo sed nescio. **ALBVTIVS** & ipse diuitias insecutus est, & dixit pulchram de Fabricio sententiam. Munera, inquit

regia respuit, cum auro dominum timet accipere: & illum locum egregie tractavit, omnes cibos habebō suspectos, omnes potiones. Trium pædagogi, ex illis occidere me uolet quisquis frugalissimus fuerit. Non uenenū pauperes timent, non hereditē, adhuc nō abdicationē timebamus. SYLO POMPEIUS illo colore egit, nemo illi placere potest, ne in hoc quidē aliquē retinuit, ut non oēs abdicaret. Ecce nunc, inquit, inuenit nouam abdicationem, ne quid de reditu sperare possent. Et cum multa dixisset in diuitem, dixit. Non est quod mireris si te oderūt quos abdicasti. Colore aperte paratius aliquid cur hic desiderat: quidā dixerunt patrem cupidā diuitiarū, quod inuidiosum est in hoc usum, quidā ita diuitias fili dare uult, ut filijs cripiat? Ita Latio optimo colore usus est, in hoc inquit, te in adoptionē nolo dare, ut facilius per te abdicati recōciliētur. CAESTIUS. Timeo, inquit, ne abdicer, uelim timeres. ALBUTIUS hoc colore usus est, summā sibi amicitiam cū diuite fuisse, dixisse illum sibi dubitanti, an filiū tolleret. Tolle, inquit, in meū patrimonium, ego istū fratrem liberorū iudicabo. Item cū & tertium abdicaret, dixit, quid si mihi illudis? tantū unicū etiā nū filium habeo: uenit ad me & ait, redde quem educaſti mihi, si emendati erunt, frueri, habebō hunc pro illis. Tentasti statim illū reducere in gratiā, cū filijs intempestiuum erat. Tentauit quoties subtrahendū illū, respondit, non tanquā possit diuiti deesse filius. SYLO dixit: amicos, inquit abdicat, usus sum, quid ergo: maui inimicū adoptet, si intraueris domū uidebis, an aliqui animū patris à filijs auertant. Si reduxerit, inquit, illos, & quid fiet? capit diuitis domus quatuor liberos. Si illi te fratrem grauibuntur, libentissime recipiā, hoc de me diues meruit, ut illi darem filium paratissime commodato. BLANDUS hoc colore egit, ut diceret, diuitem inexorabilem esse liberis, omnia se fecisse ut illum placaret, uidere se magnas causas et graues.

Ita certam futuram adoptionem. OTHO IVNIVS PATER solebat difficiles controuersias belle dicere, eas in quibus inter silentium & actionem medio temperamento opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorum, quos belle Gallico noster Antiphontis libros uocabat, tantum in illis somniorum esse: & hoc uitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, dixerat. Illi enim colores probant qui non possunt coargui, non ut omnia asseuerent, ut non esse aliquo homine offensus. Sed ridiculum est affectanti, quod falsum probari non possit. Non multum interest in causa sua, falsum aliquis testem deprehenderit an seruum, alteri enim credi non debet, alteri non solet. OTHO TAMEN IVNIVS bene dicebat has controuersias que suspitiosae dicebantur erant. Itē memini optime dicere illū pro hac re, ne adulteri reo, in quam SYRIACVS VALLIVS homo disertus ad calumniam iurauerat. Erat genus iudiciale.

CONTROVERSIA DECIMA.

Speciosum iuuenem dominus suus deprehendisse cum uxore in cubiculo testatus est, & ob id uxorem suā dimisit: hoc nomine, seruum pro adultero postulatum, dominus non defendebat: mulierem, quam petebat praeiudicium, tuebatur, opus erat aliquo colore, cum in cubiculo uisa esset cum seruo à marito. OTHO IVNIVS nullam incertam posuit, sed tantum circumuentam à uiro mulierem egregie tractauit, cuius actio quā utilis fuisset statim apparuit. NIGRO BRVTIDIO dicente, qui hoc colore usus est. Accersitum à domino seruum, qui inter se medius & dominam rem haberet, illā non esse passam, maritum indignatum, prosiluisse quasi in corruptorem: usus est colore, dixit enim accersitum ut dominicae libidini parium faceret SYRIACVS cum secunda actione hunc colorem urgeret, disertē multa dixit, inter quae & hoc, adulterū accusator in cubiculum usq; perduxit, patronus in lectum, &

penè causam abstulit: & illud cum Syriaco uasre & facit, & belle respondet, cum prima actione diceret, non posuit causam sed argumentatus est, dixit probaturum se deprehensam in cubiculo cum seruo. NIGER BRVTIDIVS cum ageret, obiecit Syriaco, quod causam non posuisset, & insiuit assidue, quare non appareret, quomodo seruus sollicitatus esset, quomodo perductus in cubiculum: cum responderet Syriacus, ait, priorem non apud eundem præceptorem studuimus. Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet, ego Theodorum cui non semper: deinde si quæres magis, quare ego non narrauerim, ut ista narrares. * Tunc & contra maximum Stertiniū quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit per annos duodecim in officio fui, dic quid in domo tua peccauerim? Sed hæc consuetudo uestra. Tamdiu uobis cordi sumus quàm diu usui. Hæc à Syriaco dicta magnis excepta clamoribus, cum occurrerent mihi præterire non potui. Ad Othonem redeo, à quo longius aberravi. Solebat hos colores adhibere, qui silentium & significationem desiderant, bene itaq; & hanc controuersiam hoc colore dixit, tanquam in emendationem abdicaturus & recõciliationis causa faceret. Hoc nõ detegebat, sed omnibus sententijs utebatur ad hoc tendentibus, tanquam, non possum, inquit, pati sine patre me, an sine te putas pati posse quæquam, aut patrem putas pati sine liberis posse: & illud. Credite mihi impium nihil de liberis duo patres cogitant, & illud, recipiat inquit suos, non possum sine te pati, hoc fortasse illi placebit, quod ad tuum patrem reuerti uoles: & illud, non amas abdicatos, domum illorum occupa, ama, serua: dixit et illud, libenter, inquit, pauper sum & ego. Dicet aliquis, quare ergo in adoptionem diuitis filium recipi uolo. Et excusationem si dixerò, filij mei causa facio, honestius autem nunc facio quasi filium ei facerẽ, & illud: hoc aut meum consiliū est, aut illius, aut

*Hæc ad hæc controuersiam nihil faciūt, uideatur fragmentum ex superiore controuersia huc casu translatum. Nam in illius calce loquitur Syriacus.

cōmune, cōsentiatis licet duo senes. Iungit et illud, temerariam
 adulescentiā et incantam contumaciā, fortasse iam superuacua
 esset adoptio, si non repugnasset. Et illud. Non recipio oīa licet
 facias, non ergo ero pater orbo diuiti, & illud in ultimo, scit
 me nō inuisum esse pauperem, ego te genui, ego diuitias docui
 contemnere, sequere auctoritatem meam, nihil turpiter suadeo,
 nihil sordide concupisco, crede fidei meae, hoc fieri expedit,
 quod inquit, me tibi diuiti nihil amplius dico. Totam, inquit,
 bene dixit controuersiā, scd hoc genere, ut putares illo dicen-
 te dicendū sic esse: deinde mirabere quid illi suspiciosa actione
 opus fuisset cū aperte liceret. Bene de hoc uitio illius Scaurus
 aiebat, illum actū in aurem tegere. GLYCON SCYRI-
 DION ex altera parte satis dulcem dixit sententiā.

ARTEMON dixit.

HERMAGORAS dixit.

CONTROVERSIA XI.

Vir et uxor iurauerūt, ut siquid alteri obtigisset, alter mo-
 reretur. Vir peregre profectus misit nunciū ad uxorem,
 qui diceret decessisse uirū. Vxor se precipitauit, recreata iu-
 betur à patre relinquere uirū, non uult, abdicatur. PORTII
 LATRONIS. Dij immortales qua debetis prouidentia hu-
 manū genus regitis, effecistis ut illud nō periculū esset amantis,
 sed experimentū. CAESTII PII. Antequā iuraremus diu
 inter nos haec tacita lex erat, si abdicata fuerim, nō uiuā: huius
 illi pater nō credit, nec est nouū, nec uir credidit. Queris quod
 iusiurandum fuerit? ita patri placeā. FVSCI ARELLI
 PATRIS. Iam uxor non nauigabo, non peregrinabor, fides
 tua me timidū fecit: mentitus, inquit, hic es: solenne est amanti-
 bus, ideo nō nisi iurantibus credimus. Hos diuidere uult socer,
 quos ne mors quidē diuidit. Moriar ab eo exclusa et ero exem-
 plum. Quaedam ardentibus rogis thorum miscuerūt, quaedam
 uicaria maritorū salutem anima redemerūt, quā magna glo-

ria eius solitudine pensata est. O te felicē uxor, inter has uiua
 numeraris. MARILLII. Assidue contentiones erant, ego
 magis amo, imò ego sine te uiuere possum, imò ego sine te: qui
 solet esse exitus certantium, iurauimus, respexistis nos dii di-
 gnos, nunquā uiolauimus HISPONIS ROMANI. Diffi-
 cile est iudici eorum secretorum causas reddere, quæ amantibus
 etiā sine ratione iucunda sunt: nec est quod putetis de abdicā-
 tione hodie tantū illis agi, de spiritu agitur. Scitis quæ admodum
 suos amat, non magis sine patre uiuere potest quàm sine uiro.
 VNI GALLIONIS. Socer huius, sic enim te appella-
 bo quamdiu uixero, quid sibi uolunt aliores gemitus, & for-
 tiora inter lachrymas suspiria? nescio quid uideris fortius puella
 promittere, nō sum tanti, ut bis pro me pericliteris. ARGEN-
 TARI. Nocet illi indulgentia suorum, in duo pericula mulier
 incidit, quorum neutrum esset experta, si aut minus amaret ui-
 rum, aut minus amaret patrem. ALFI FLAUII. Nec est
 quod putetis illi facilius istius esse desiderium, et patri narrabat
 tanquā murmurauerit. PARS ALTERA P. ASPRE-
 NATIS. Nēpe si quid acciderit uiro peritura est, & si bene
 filiam meā noui, peritura est, si quid genero meo acciderit, filia
 mea moritura est: adiciā quod sit indignum, si quid filie meæ
 acciderit, uir eius uicturus est. Vide qua te lege cōstrinxeris, si
 paruieris uiues. BLANDI. O conditionē æquā, alteri uitā de-
 bet, alteri deuouit. PAPHYRI FABIANI. Nō possum, in-
 quit, reliquere uirū. Quid ni, inquit, nō potes, quæ mori potes?
 Ita ne qui falsum mortis nūcium misit, uirum recipis? Vir dum
 nimis amat uxorem, pene causa periculi fuit. Uxor dum nimis
 amat uirum, penē causa luctus fuit: pater dum nimis amat filiā,
 abdicat. Seruate totā domū amore mutuo laborantē. Moriar,
 inquit, hoc patri minaris, uiro promittis. Potes sine uiro pati,
 peregrinationē eius sustulisti, facilius potes carere eo, qui spi-

ritum debet, quàm eo qui impendit. Et hæc controuersia non erat in diuinatione, nam præter illam quæstionē, an pater abdicare posset propter matrimonium, reliqua cum ad æquitatem pertineant, tractationis sunt. Optimam tamen coniecturalem quæstionem Latro fecit, proposuit illam, an etiam si non malo aduersus uxorem aïo maritus fuit, fecit tamen ut tam temerarius & inconsultus relinquendus sit, deinde an etiam malo aduersus uxorē animo fecerit. FVSCVS ARELLIVS iuris quæstiones subiecit. Non posse illam discedere à uiro: nam & hoc iureiurando illā obligauit, hunc enim animū fuisse sine dubio iurantiū, ut uiui non diducerentur. LATRONI contrariū uidebatur, onerari iusiurandi inuidiam, cum extenuari deberet, & illud iusiurandum contra fortunā uideretur, hoc etiā contra patrem. CAESTIVS contra fecit, & toto dixit iureiurando illam liberatam, illo casu solutos ipsos uinculo religionis, & ideo non futurū periculum uxoris, si quid accidisset uiro. SYLO POMPEIVS contradixit, illam teneri iureiurando, & adiecit, & si repudio diducta fuerit, non tamen solui fœderis pactionē: et ideo inquit, honestum mortis titulum uindico, ne si quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar, aut illa pro alieno uiro. HISPO ROMANVS hoc colore usus est, iusiurandū iocosum fuisse, sicut multa quotidie iuraret amantes, & ipsum iurasse, idq; oblitum se an iurasset, misisse nuncium, ut experiretur affectus uxoris, non perimeret. Uxorē intellexisse falsum nuncium esse, et ex eo se loco præcipitasse, ex quo præcipitata perire nō posset, ut quomodo ego illā, inquit, falso nuncio terrueram, sic illa, inquit, me falso periculo terreret. MARILLIVS præceptor noster licenter uerbo usus est, satis sensum exprimēte, cum diceret uxorē intellexisse mariti mendacium, & ipsa aduersum temerarios mariti iocos relusit. Hanc cōtrouersiam memini me uidere Nasonem decla-

mare apud rhetorem Arellium Fuscū, cuius auditor fuit. Nam Latronis admirator erat, cū diuersum sequeretur dicendi genus, habebat enim ille constans & decens & amabile ingenium. Oratio eius iam tum nihil aliud poterat uideri quàm solutum carmen. Adeo autem studiose Latronē audiuit, ut multas eius sententias in uersus suos transtulerit. In armorū iudicio dixerat Latro. Mittamus arma in hostes, & petamus. NASO dixit: Arma uiri fortis medios mittantur in hostes. Inde iubete peti, et alium ex suasoria sensum quē à Latrone mutuatus est, memini Latronē in præfatione quadam dicere, quod scholastici quasi carmen didicerant. Non uides, uti immota fax torpeat & exagitata reddat ignes, molliit uiros otium, ferrū situ carpitur, desidiā dedocet. NASO dixit. Vidi ego iactatas mota face crescere flammās, Et rursus nullo cōcutiente mori. Tunc autem cū studeret habebatur bonus declamator. Hanc certe controversiam ante Arellium Fuscū declamauit, ut mihi uidebatur longe ingeniosius, excepto eo quod sine certo ordine per iocos discurreret. Hæc illo dicente excepta memini: quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori uirum, & uiro uxorem diligere concedas, Necessè est deinde, iurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos iusiurandū putas? Tu nobis religiosum nomen fuisisti, si mentiremur, illa sibi iratum patrē inuocauit, ego socerum. Parce pater, parce socer, non peierauimus. Ecce oburgatur, nescis quàm effrenate amor fertur, quāquam esse filiam preceris, charum quidem, quod illum ab indulgentia sua tuocet. Dij boni quomodo hic amauit uxorem, amat filiam & abdicat, dolet periclitatam esse, et ab eo abducit sine quo negat se posse uiuere, queritur periculum eius, qua penè caruit hic qui amare caute iubet. Facilius in amore finem impetres quàm modum, tum hos opponis terminos quasi approbaturi custodiant, ut nihil faciant nisi cōsiderate, nihil promittant nisi ut ius

facturi, oia uerba ratione & fide ponderent? Senes sic amant. Pauca nosti pater crimina, & litigauimus aliquando, & cecidimus, & fortasse quod nō putas peierauimus. Quid ad patres pertinet? quod amantes iurēt sibi, crede, nec ad deos pertinet. Non est quod tibi placeas uxor tanquam prima peccaueris, perit aliqua cum uiro, perit aliqua pro uiro, illas tamen omnes etas honorabit, omne celebrabit ingenium. Per socer felicitatem tuam magnum tibi quā paruo constat exemplum, in reliquum diligentiores facti sumus, errorem nostrum confitemur, exciderat iurantibus esse tertium qui magis amaret sic
 * dij sit * desit semper. Perseuera socer, recipe filiam, ego qui peccaui, pœna dignus sum, quare uxore necata socero causa sim orbitatis? Discedam ē ciuitate, fugiam, exulabo, utcunq; potero desiderium misera & crudeli patientia perferam. Morerer si solus moriturus essem. Declamabat autem Naso raro controuersias, sed non nisi ethicas, libentius dicebat suasorias, molesta illi erat omnis argumētatio, uerbis minime licenter usus est nisi in carminibus, in quibus non ignorauit uitia sua, sed amauit. Manifestū potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, inuicem petijt, ut ipse tres exciperet, in quos nihil illis liceret: æqua lex uisa est, scripserunt illi quos tolli uellent, in utrisq; codicillis ijdem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pædo, qui inter arbitros fuit. Semibouemq; uirum, semiuirumq; bouem. Secūdum, gelidum Boream, gelidumq; notum. Ex qua apparet summi ingenij uiro iudicium non defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis neuus esset.

CONTROVERSIA XII.

Raptor nisi suum et raptæ patrem intra triginta dies exorauerit, pereat. Raptor raptæ patrē exorauit, suum non exora

exorauit, accusatur demētiae. PORTII LATRONIS. Mo-
 riar, inquit, moriar hodie, ego uirum non fleo. Quid contremi-
 scis senectus? quid lingua trepidas? quid oculi obstupuistis? non-
 dum est trigesimus dies. Vitā rogas, dedi & perdidisti. Mori
 inquit, filium uis, ego te mori uolo? imò furor tuus, illa caeca &
 temeraria cupiditas. Et inter hæc pater illius, qui nimis cito
 exoratus est. Quare tam cito senex ille remisit iniuriam? Ne tri-
 stiore quidem uultu expugnatam filiae pudicitiam tulit, timeo ne
 uerū sit quod audio, ne nouo, inauditoq; more de nuptijs puel-
 le exoratus sit. CAESTII PII. Quo melius de herede iudi-
 care possitis, narrabo me iuuenem, habui patrem sanæ mentis,
 nec tam seuerum, scilicet, ut crudelis esset, nec tam indulgētem
 ut incautus. Duxi uxorem, quā pater iusserat, & tamen nuptia-
 rum mearum me poenitet. Fili non ne sæpe excandui, sæpe re-
 conciliatus sum, sæpe quod negaueram dedi? Ipse dispensasti tri-
 ginta dies, ut haberet primos socer, medios reus, nouissimos pa-
 ter. Ne omnia à prima adolescentia repetam, uirginem rapuit,
 patrē accusat. Hei intra triginta dies putas me accusatori per-
 missurū, quod filio negaui? Impetraui, inquit, ab illo, alij aiunt
 illū à te, medijs me diebus accusas. Rapuisti uirginem, & cum
 tam libenter uiueres? ARELLII FVSCI patris. Moriar,
 inquit, etiamnum minaris? nō dum rogas? Quid, inquit, rogabo?
 iam lassus es, nec ullum adhuc rogasti. Non possum, inquit, ex-
 orare tam diu? Nouo more obijcit demētiae constantiā. Quid?
 ergo tu poteris uidere morientem filium? fortasse non potero,
 & ideo irascor, dum licet. POMPEI SYLONIS. Hæc
 audacia eius ex parte culpæ meæ est, nimium indulgenter nu-
 tritus est, omnia sibi putat licere, nec ille unquam me rogauit.
 Ignouit, inquit, & alius ante me rogatus est. Non nosti condi-
 tionem legis tuæ, in hoc tibi pares sententias habent, pereunt,
 ipse ad alienam se misit, lex illum admisit ad meam. Raptor
 nisi

nisi & suū & raptæ patrem exorauerit, pereat. Vis scire lex
 utrum maluerit? non exoratus irascitur, ex duobus patribus
 eum pater accusat, qui legem sequitur. ARELLII FVSCI.
 Miraris me dubitare, ipsa lex inter mortem & nuptias dubia
 est. Quid me intempestiue proditis lacrymæ? nondū erat tem-
 pus faciendi. Non est quod quicquam tibi promississe lacrymas
 putes, fleo, quod necesse mihi est spectare filiū morientē. Quid
 facturus sim, adhuc nescio, utiq; tu ante trigesimum diem scies.
 Exorabis, inquit, patrē. Quid ergo mihi molestus es, si hoc tibi
 satis est? O dij effregit fores, & identidē leges inuocātē cōegit
 pati stuprum, nisi tam facile puellam exorauit, quā patrem.
 Mortem *uita non meruit, accusationem deprecatus, cōsumuntur
 interim dies. Vter nostrum consumit? Rogo, inquit: Nunc
 tu ne me rogas? num ego rogare debueram qui periclitor? P A-
 PYRII FABIANI. Demens sum uides, turpiter uiuo, me-
 retricem amo, leges ignoro, dies tuos non numero, ad iudicem
 uocatus adsum. Ergo moriar, inquit: hoc si reo dicis, non curo:
 si iudici, uidebo: si demēti, nō intelligo. Et huic aliquis ignoscere
 potest, qui sic rogat? Vos mei iudices estis, iste habet suum iu-
 dicem, nec potest inexorabilem quæri, quem nondum expertus
 est, IUNII GALLIONIS. Rogo, inquit, *nunc hic sic. Si
 uolebas rogare, admouisses propinquos amicos, maiorum ima-
 gines, lacrymas, repetitos alte gemitus. Testor deos, sic roga-
 turus eram puellæ patrē. Cum, inquit multum in supplicijs ha-
 bitum submiseris, cum dixeris, pœnitet quod rapuit, quod de-
 teriorem non rogauit, cum dixeris te demētem fuisse, delibera-
 bo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cū tua
 matre. Me miserum quā penē promissi, anime dura, heri for-
 tior eras, & multum habeo quod deliberem, diuersi me offe-
 ctus dīstringunt, inter reum & patrem distrahor. Hinc iniuria
 est, hinc natura. Quid properas? nemo tibi præter me rogan-

*al. uitatione

*forte, num

dus est. Ergo, inquit, misereberis? nihil promitto ante trigesimū
 diem. Miserrum me, quod tantum triginta diebus irasci possum,
 longiore tempore opus erat. Audi à demente exempla huic cri-
 mini, denis uicenisq; annis inter bella iuuentus cōsenuit, nos tri-
 ginta dies ferre nō possumus. Deliberabo, lex nihil uult temerē
 fieri. Magna res est, inquit, delibera, cogita, tēpus accipe: effre-
 gisti domum ciuis, ut dicis, etiā misericordis, morere. Non est
 hoc nocenti graue, ego nihil peccaui, propter te mori cupio, ra-
 tio à me exigitur alienæ culpæ, non meæ potestatis. Quid er-
 go facturus es? non pronuntiabo ante supremū. Quid sic mi-
 raris, si illū ocyus exorasti? facilius est iniuriam donare, quàm
 crimen. Agedum in medium senex, cuius misericordia crudelis
 sum, non putasti mecum deliberandum. Vnde autem scis quem
 filium habeam? ego certe adhuc nescio qualem filium habeas:
 nullum tempus uni uerbo angustum est, iam inquit, angustū tē-
 pus est, & tibi uacat accusare. VIBII RVFFI. Quis un-
 quam præter me ignoscere iussus est? iam, inquit, tēpus angustū
 est, ita non putas me subducere quantum superfit? Iam, inquit,
 tempus angustum est. Angustum erat, si duos rogare deberes.
 Angustū tempus est, exclamat, nescio quid rogem. Roga ergo.
 Me priorē rogare debuisti, nō dico quia dignior sum, qui prius
 roger, quia pater tuus, id quod minimum est, propius habito.
 Huc uideo illa pars legis pertinebat, ut suum patrē exoret. Pa-
 trem nati sic aliquis exorat, sic deprecatur? Apparet nunc te
 primum rogare. Demens sum, imò si uis argumentū dabo tibi,
 filius meus moriturus sit, nondum testamētum meum mutauit.
 CORNELII HISPANI. Multi me affectus diducunt,
 necesse est de alijs querar, de alijs erubescam, de alijs timeam,
 de omnibus etiannū deliberem Ne ille quidem, quāuis dicatur
 nimis exorabilis, ignouisset, si sic rogatus esset. PARS AL-
 TERA ARELLII FVSCI PATRIS. Me miserum
 pater

pater iræ tuæ detractum est nihil, & tēpori multum, in felicior sum, quàm si neutrū exorasset. Mortem timeo postquam mihi homines gratulati sunt. Quid tibi optime socer pro ista misericordia tua, qua mihi & patri meo pepercisti, precer, nisi superstitē filiam? PAPHYRI FABIANI. Non possum dissimulare pater, quod illū exoravi, tuum beneficium est, certe cum exoratus est, hoc dixit, aliud quidē suadebat dolor meus, sed quid faciā? patris iudicio misereor. Misereor pater, scis quàm brevis sit aduocatio mea. Misereor, inquit, uis uerum dicam, quid dixerit? patris tui. Vnde ego miser ab hoc patre ueniens timerē patrem. CAESTII PII. Timeo mortē, nec iam habeo cui paream. MARILLII. Si tibi tam pertinax aduersum me odium est, audacter quid sis facturus, pronuncia. dic exorari te non posse, quid me incerta mortis expectatione suspendis? sollicitus inter somnos quoq; uelut admotā cervicibus meis securim expauesco, si non impetro ut uiuam, hoc certe impetrē, ne diu moriar. Non est quod putetis legē in numero dierum angustā fuisse, lex illius diu mori. Responde pater si seruaturus es filium, iam tēpus fuit, si occisurus, iam tēpus est, non possum metum sustinere ultra hæc tormenta diebus paucis, & in me mihi aliud licet. BLANDI. Ita parum contigit tibi, quod solus periclitante filio non rogas? LATRO sic diuisit, An intra trigesimalū diem raptor cū filio agere possit, sicut non potest qui in custodia est, qui in carcere: etiā si cum alio potest, an cū patre possit, quod uitæ mortisq; suæ arbitriū datum est, cū illi accusare eum liberū est, quem mortiferū est nō exorasse: etiā si cum patre potest agere, an ab ijs possit, quibus faciendā potestatem lex patri dedit. Ista enim ratione nihil licet, si aut exorari, aut accusari ei necesse est: deinde si posset agere an debeat. Irascēdi causam tractauit, quod rapuit, quod alii prius rogauit, quod me nō rogauit, quod etiā accusat: si nō exorauit

filius,

filius, dementia est: tantã dementiam ferre nõ possum, cum ad-
 huc an exoretur, incertum est. Hic paternos affectus tractauit
 spem facientis, nõ probabat Fuscum, qui paulõ apertius agebat:
 est controuersiam promittere, potest nihilominus & bonus agi
 pater, & non exoratus, FABIANVS eam quæstionẽ fecit,
 & in ea multum miratus est, dementiae nõ posse agi, nisi cũ co-
 qui morbo fureret, in hoc enim latam esse legem, ut pater à fi-
 lio sanari deberet, non ut regi. LATRO eleganter dicebat
 quasdam esse quæstiones, quæ deberent inter res iudicatas re-
 ferri, tanquam an quicquid optauerit uir fortis, aut tyrannicida
 accipere debeat, quasi iam pronunciatum est nõ debere. Nemo
 quæstionẽ hanc iam tractat, sicut ne illam quidẽ, an quicquid
 pater imperat faciendum sit. Inter has putabat & hanc esse, an
 pater ob dementiam quæ morbo fieret, tantum accusari à filio
 debeat. Aiebat enim manifestius esse de lege & officio patris
 queri, & fingi quasdam controuersias, in quibus pater furio-
 sus probari nõ possit, nec absolui tamen propter nimiam impie-
 tatem, libidinem foedam. Quid ergo aiebat, nunquam utar hac
 quæstione? utar, & malis deficiat. POLLIO ASINIVS
 dicebat, hoc Latronẽ uideri tanquã forensẽ facere, ut ineptas
 quæstiones circuncideret, in nulla magis illum re scholasticum
 deprehendi. Remittit, inquit, eam quæstionẽ, quæ semper pro
 patribus ualentissima est. Ego semper scio, nullum patri cura-
 torem dari, quia iniquus pater sit, aut impius, sed quia furiosus:
 hoc autem in foro esse curatorẽ petere, quod in scholasticã de-
 mentiam ageret. GALLIO & superiore usus est quæstio-
 ne, & illam adiecit, an agi cũ patre demetiæ possit, ob id quod
 facturus esset, non ob id quod fecerit: neminem iniuriarũ accu-
 sari, quod iniuriam facturus sit, non adulterij, quod adulterium
 commissurus sit, nec dementiae quidem, quod demens facturus sit
 aliquid. Tu uerõ, inquit, mecum agis, non quod non exorasti,
 sed

sed quod exoraturus non es: puta enim me hodie exorari, ego demens uideor, qui uno uerbo sanare possum me? Lex triginta dies dedit, quia iudicauit aliquē duriorē futurum. Etiam si demens est, quod non exoratur à filio, nunquid etiā & uigefimus ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non sim, etiamnum enim exorari possum. Ita si quis uestrum agere mecū hoc crimen nō potest, ut si quem ad triginta dies exorare possum, post triginta quæri non potest, aut crimen non habeo, aut accusatorem. SYLO POMPEIVS fecit quæstionem, qua Gallio usus est, nihil acturū adolescentem, etiam si damnauerit patrē: nihilominus enim periturum, quia lex nullam alii salutis uiam dedit raptori, quàm si exorauerit patrem. LATRO hæc omnia quasi membra in aliquam quæstionem incurrentia tractabat, non ut quæstionem, quanquam hoc ipsum in aliam aiebat quæstionem incurrere, in qua quæritur, an raptor possit accusare patrem intra trigefimum diem. Nam cum dico, non potes accusare eum, in cuius arbitrio positum est, moriaris, an uiuas, non magis quàm magistratum in ius uocare, quàm de iudicibus tuis ferre sententiam, non magis quàm miles in imperatorem suum animaduertere, adijcio non potes accusare: nihil enim tibi proderit, etiam si damnaueris, morieris. Lex enim si non exoraueris, perire te uult, non exoras autem, etiam si damnas. Quare hoc non quæstionis loco ponebat, quod imbecillum putabat. Apparet enim exigere legem ab eo, ut exoret patrem, qui non habet quem exoret: puta enim patrem alicuius esse tam palàm furiosum, ut nihil intelligat, hunc exorari à filio non uult. Atqui eodem loco est manifestus. * Iustus parum hoc putabat ualens esse, tanquam quæstionem, satis ualens tanquam argumentum, & illam alteram satis ualentem quæstionem, non posse cū patre agi eo nomine, quod non peccauerit: sed tractaturus iste iniquitatem tra-

* for. Iunius

Etationis ponebat, cum diceret, agere mecum dementiae, & si
 iam potest, nunquid enim peccavi? non sum exoratus, nondum
 tempus transijt, etiamnum tempore exorari possum: quam ini-
 quum nondū esse me nocentē & iam reū. Omnes infamauerūt
 raptæ patrē, quasi cū raptore colludentem. GALLIO dixit,
 Ingenuus uirginem rapuit, si tamen rapuit. SYLO POM-
 PEIVS eandē suspicionē in omnia contulit. Exorauit, inquit,
 raptæ patrē, miratur cū exorabilē patrem haberet, rapuisse.
 HISPANVS dixit, Omnia cito facta sunt, iste cito rapuit,
 ille cito ignouit, nisi demens sum, est aliud suspicandum. AR-
 GENTARIVS dixit, Raptæ est, & statim exorata, imò ne-
 scio an exorata, deinde raptæ, spero te innocentiorē fuisse quā-
 uis uideri. Tu exorasse te dicis, ego te exoratum puto: dic, quid
 tibi cū socero conuenit? RVFFVS Vibius dixit, Dic mihi,
 quid tibi conuenierit, quando tibi nuptias promiserit, nec uictū
 te hercules fateberis, cū dies uenerit. ASPRENAS dixit,
 Iam, inquit, non multū reliquū est ex triginta diebus, si ex illo
 dies numerarē, cum primum exorasti, aiunt iam triginta dies
 præterisse. LATRO dixit, Id quod inter sententias scriptum
 est adorian, dic ergo uerū, dic ergo uerū. CAESTIVS hac
 figura declamauit, ut rogaret patrē, tanquā exoratus esset ra-
 ptæ pater: deinde ad hanc sententiam transit, nunquid peiorem
 causam habeo, si apud alterū iudicer. LVCIVS eadē figura
 declamauit, & HISPO Romanus, sed transit mollius. Scio
 quid responderi mihi possit, facile est domestico iudici satisfacere.
 Videro te cū ad raptæ patrē ueneris. In hac controuer-
 sia TRIARIVS dixerat, Non scies an exores, nisi ultimus
 dies uenerit, * quod cū id ius lugebit, perseverabo. Deinde cū
 scholasticorū summo fragore, & tu quisquis es carnifex, cum
 stricam sustuleris securim, antequam ferias patrem respice.
 bellē deridebat hoc ASINIVS Pollio. Filius, inquit, ceruicē

* quoad is
lucebit,

E porrigat

porrigat, carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrē, & dicat, Agon? quod fieri solet uictimis. Sed ioco quoq; remoto, aiebat rem uerissimam, non posse carnificē uenire, nisi eo tēpore quo iam pater exorari nō posset. CAESTIVS ex altera parte hoc colore usus est, quia priorē rogasset raptæ patrē, suspensum esse uolui, statim illū securū esse nolui. De me queritur, quod illū potius cogitare de patrimonio filij quā de periculo uolui. LATRO hoc colore usus est, scitis periclitantes alieno arbitrio agere, illi qui circa erant sodales, qui occurrerant amici paterni aiebant, Eamus statim ad raptæ patrem, in huiusmodi casu illi rogantur, nam raptoris patres rogant. SYLO Pompeius diuersum colorē huic secutus est, Non erit, inquit, duritia patris mei, item amici suaserunt ad raptæ patrem iremus, ne noceret apud illū quod tarde suū exoraremus patrem. HISPO ROMANVS bello docissimo usus est, uis inquit amici eamus ad raptæ patrem? hoc curemus, ille domi est. FVSCVS ARELLIVS dixit, ille prior rogatus est, qui magis timebatur. TRIARIVS à parte adolescentis dixit, Timeo ne mutetur etiā exoratus. Hunc sensum non imprudenter Sylo Pompeius improbabat, aiebat enim non posse mutari semel latam sententiā. Quidā uoluerunt uideri, cito exoratum raptæ patrē, quidā tarde. FVSCVS Arellius dixit, Magnā partē legis consumpsi, nec de mora queror, raptæ pater rogabatur. CAESTIVS non probabat, & hac sententia usus est, cū hunc colorē arguendū putaret: uult uideri rogatum diu raptæ patrē, effecit ut uideatur cū diu non rogasse: malo autē uideri hoc patrē tarde exorari. HERMAGORAS solebat interdū diu schemata prosequi, interdū breuiter & fortius attingere, sicut in hac sententia fecit, cū suspicionem facere uellet, inter raptæ patrem & raptorem collusionis. ARTEMON dixit, GLYCON dixit, Hunc sensum comanodius di-

xit LEPIDVS Neronis præceptor, Misericris nisi etiã ultimo die, egomet iam tui miserebor. DIOGLES CARYSTIVS à parte patris ethicos dixit.

CONTROVERSIA XIII.

Abdicauit quidam filium, abdicatus se contulit ad meretricem, & illa sustulit filium, æger ad patrem misit, cū uenisset, cõmendauit ei filium suum, & decessit, adoptauit puerũ, ab altero pater filio accusatur dementia. PORTII Latronis. Qualem uidi ipse, fungebatur officijs, sedula circa lectum ægotantis in omnia discurrebat ministeria, non impulsis tantum, sed laniatis capillis. Vbi est, inquit, meretrix? uenit ad me sedulo, qui diceret, filius antequã moritur rogat uenias, Nõ expectaui, dum iste curreret, amens cucurri. Cetera quemadmodum narrem nescio, si steterim, an sederim, quid locutus sim, quid audierim, nescio: hoc unũ scio, iacuiffe me inter duos filios: accede huc puer, depositũ, crimen meũ, non habeo miser, cui te moriturus cõmendem, CAESTII PII. Recipi in sinũ nepotem uultis, & hunc abdicem? duos filios tuli, huic numero iã affueui. Patrem accusat, fratrem infamat, infantem persequitur. Rogo uos, non satius est meretricẽ amare quã neminem? Noui generis dementia arguitur, sanus eram, si nõ agnoscerẽ meos. Tradidit infantem & expirauit, non habeo cui credere, offerbam me propinquis, illa uidelicet in hac cogitatione tacebat. Nos rogabimus, cū frater non audeat. Meretricis, inquit, filiũ recepisti, nempe eius quæ meũ receperat. Fatear me aliquãdo infantem fuisse, nescio quis esset abdicatus, meliorẽ extuli. PAPPYRI Fabiani. Quã nihil in domo illa meretricia fœdi uidi, asidebat mulier tristi uultu affeãta, ægro simillima ipsa demissis in terram oculis. Pater, inquit, nihil tecũ frater loquutus est: in sinu meo filiũ posuit, domum pertuli, dementia uocata, quod infantem non abdicauit. Quid facerem? negarem ali-

quid filio, cum ille rogaret pro filio? Ignosco tibi quod tam dūrus es. Aegrum fratrem non uidisti, ille magni successor modo patrimonij nactus in lectulo precario moriebatur. Non seruorum turba circunstabat, non amicorum, inter infantem & mulierculam, deficientis spiritus in aduentum meum sustinebatur. Ut intraui cadentes iam oculos ad nomen meum erexit, fugientem animam retinuit. Pater, inquit, quod adhuc nihil deprecatus sum, non contumacia feci, fratri madaueram. Indico tibi crimina mea, expirantem coheredem, cum ad uitam uolui reuocare ut saluus esset, rogavi deos, & licet dementia uoces, si uixisset, recepissem. ARELII FVSCI PATRIS. Securior eram, quoniam putaueram illi omnia prestare fratrem, cum subito nuntiatum est in ultimis esse filium, nec haec a fratre, o me miserum, quod solum nepotem recepi. ALBVTTII SYLII. Ut uidit uxorem, uidit & fratrem, circumspiciebat & patrem. IVLII BASSI. Tibi debeo mulier, quod habuit filius meus, in qua domo egrotaret. Pudet dicere, ut nepotem agnoscerem, rogatus sum. Non potest uno crimine dementia intelligi. Nemo sine uitio est, in Catione moderatio, in Cicerone constantia, * in Summa demetia: ad summam, tres fuimus, omnes peccauimus, ego quod abdicavi, frater quod tacuit, tu quod pro fratre non rogasti. Non sum uno herede contentus, duos habere uolui, & quo magis concupiscam, habui. Misit ad me adfectus aeger, non ibo? mihi crede, aliter tu a dijs, De coherede cogita, te quis roget, quem roget, uidebis neminem rogare non posse, nisi qui accusare possit & patrem. ALTERA PARS PORTII LATRONIS. Quam honestus fuit, subiecit meretrix quae peperit, pater istius incertus est, bene cum ipso ageretur, sic mater. FVSCI ARELII PATRIS. Errat si quis sit qui me putet pecunia moueri, primum assueui coheredem habere, deinde olim iam cum puero isto paterna diuisi, quia mulieri ille frater donauit plus quam

f. desideratur

quam

quàm pro sua parte. ROMAMI HISPONIS. Incidit in meretricem, inter omnia mala, fecundam uerè inimicæ. No- scis quibus ante in cubiculū riuialis uenit quàm maritus. ARGENTARII, Cū abdicaret, aiebat hoc scilicet, expectabo donec hac è meretrice liberos tollas. Mulier nescio an aduersus patrē iniuriosior sis, quod abstulisti illi hæredē, an quod dedisti. ALVTII SYLLI. Sine ueniāt illuc amici, siue propinqui, nunc erubescunt in domū meretricis accedere. Mulier quæ sine præfatione honeste nominari nō potest, cedo istū puerū nulli agnoscendū, sed mater asserat seueris modis, pater abdicauit etiā, quem sciebat suū. Erat in domo puer, qui omnes uocabat patres, adoptauit eius filiū, ppter quā etiā suū ciecerat. CAESTII PII. Nullum genus iudicū recusato, si seueri erunt, nocebit isti, quod receperit meretricis filiū: si clementes, quod abdicauit suū. Clamauit pater, in domū ergo meā meretrix ueniet, aut, quod turpius est, filius ad illam ibit? Misit in domū nostram publicū puerū. Quis illis nuptijs interfuit, nisi aut abdicatus, aut abdicandus? LATRO sic diuisit, an pater ob illā adoptionē accusari possit, an ob hoc debeat: omnes infamauerunt adolescentē, quasi illius criminationibus factū sit, ut frater abdicaretur. Et ideo sententia laudatur FABIANI, Nihil tecū locutus sum: cū hoc unū puero noceat, quod ex meretrice natus est, omnes operas dederunt, ut quantū in contro- uersia licebat, huic uitio mederētur, efficerentq; ne quid in illa uideretur meretricis fuisse, nisi nomē. MARILLIUS de- center hoc dixit, Simul obijcies fratri impietate, nihil, inquit, in illa domo meretricū fuit, scires si mecum fuisses. ALVTIUS ETHICOS ut multi putant dixit, certe laudatus est, cū diceret, excuntem prosecutus est: nō probabat hęc Messala senten- tiam. Non habebit, inquit, fiduciam, si mauult uideri recepisse puerum quàm abduxisse, & qua ratione eum adoptandum esse,

esse, non quia debuerit, sed quia secutus est. Fuit autē Messala exactissimū ingenij quidem studiorū partis, Latini utiq; sermonis observator diligentissimus. Idem itaq; cū audisset Latronem declamantē dixit, sua lingua disertus est, ingeniu illi concessit, sermonē obiecit. Non tulit hanc cōtumeliam Latro, et pro Pythodoro Messalae orationem disertissimam recitavit, quā suasoriam Theodoto declamavit per triduum, quā dixerit suo loco reddam, cū ad suasorias uenero. A parte adolescentis nō unus omnibus color placuit, quidam personam eius qualem acceperant, introduxerunt durā & asperam. Ex quibus fuit et Hispanus Romanus: hic unū aiebat efficiendū, ut nō durus uideretur, sed seuerus. In hac parte dixit nobilem illam sententiū, quā Fabius Maximus circumferebat. Venit assidue in domū meretrix, non recedit, paulum abest, quin nouerca sit. CAESTIVS bella figura egit. Dementia, inquit, res est sanitati cōtraria, nō quam extra exempla sani hoīs, & quod pater me rogat, ipsum sibi cōparabo. Fuit aliquando sanus. Tunc quid faciebat? Odebat luxuriam, ut nunc castigaret, nunc iam seuerus. Senem putabitis sanum, si uobis lupanar ostendero? Sic declamavit, ut fratri patrem daret accusatorē, et illum argueret sibi ipsi comparandum. LATRO fratri pepercit, puerum pressit, & dixit fratris filium non esse, et ne fratrem quidem hoc fieri uoluisse. Illa uerba ab aegro impetrata. Fabianus ex omnibus istis colorem secutus est optimum, qui aiebat dicere Messalam non tantū bonam partē adolescentis fieri, sed etiam honestam: obiecit patri, quod etiam fratrem abdicasset, nō schemate, sed certo. Nihil, inquit, peccauerat, amat meretricē, solet fieri, adolescens est, expecta, emendabitur, ducet uxorem, quare tunc non egit? Dementiā tuam aiebat, expectabat. Expectabat poenitentiam, aiebat, tuā iam respiciet. Hoc per transitū obijcere coepit, quod nō recepisset, quod uidisset in lupanari habitantem. Abdicasti,

inquit,

inquit, ut emendares, non ut vitia augeres indies, nullum illius
 initium etatis amor est, recipe antequam aliquid faciat, cur mox
 pudore moriatur. Ad ultimum obiecit illi, quod ægrum non sustu-
 lisset. Potest, inquit, conualescere, si uiderit penates suos, mitius
 certe morietur paterno solo, * suo puero. Quare, inquit, tu
 apud fratrem non fuisti, & ego queror? ille cum ad te mitteret,
 putauit, se ad duos mittere. Utinam tecum fuisset pater, redisses
 illinc cum filio, sed tuo. De adoptione nouissime questus est &
 hac figura. Abstulisti mihi fratrem, cum quo natus sum, cum quo
 educatus sum, ut dares istum. Indignor hanc fratri meo contu-
 meliam, ut huius uocetur pater. Sed ut ut iocer, FABIANVS
 MAXIMVS nobilissimus uir fuit, qui primus foro Romano
 hunc uomicum morbum, quo nunc laborat, intulit, de quo Seuerus
 Cæsius antequam ab illo reus ageretur dixerat, quasi disertus es,
 quasi formosus es, quasi diues es, unum tantum es, non quasi, la-
 psam. Hanc controversiam cum declamaret Maximus, dixit, quasi
 tricolorum tale, qualia sunt que basilicam * insectant. Dicebat au-
 tem a patre, oes aliquid ad nos, imbecilli alter alterius onera
 detulimus. Accusatur pater in ultimis annis, nepos in primis
 abdicatur, Nullus * autem. Hæc subinde refero, quod æque uitan-
 darum rerum exempla ponenda sunt, quam sequendarum. In hac
 controversia Latro contrariam rem controversiæ dixit, sed sibi
 declamabat, illum Cæsare Augusto audiente & Agrippa, cuius
 filios nepotes suos, Cæsar Lucium & Caium adoptaturus die-
 bus illis uidebatur. Erat Agrippa inter eos, qui non nati sunt
 nobiles, sed facti. Cum diceret patrem adolescentis Latro, et tra-
 ctaret adoptionis locum, dixit. Nam isti ex imperio adoptione
 nobilitati fuerunt: hæc et alia in hanc sententiam, MECOENAS
 inuit patri fascina recusare, finire iam quidam declamationem
 putabat, hanc malignam rem Mecœnas esse, effecisse enim no-
 bilem, non ut audiret que dicta erant a Cæsare, sed ut notaret.

*saluo

infectant.

*alit.

Tanta autē Mecœnas sub diuo Augusto libertate fuit, ut præpotenti tunc M. Agrippæ nō defuerint, qui ignobilitatē exprōbrarent. Vipsanius Agrippa fuerat, Vipsani nomē quasi argumētū paternæ humilitatis sustulerat, & M. Agrippa dicebatur: cū defenderet reū, fuit accusator qui diceret Agrippam, et quod in mediū est, uolebat Vipsanum intelligi. Fuit qui diceret, cōcurrere, Agrippa malū habebis, respōde dijs, Ea in arte utiq; mihi uidetur admiratōne dignus diuus Augustus sub quo tantum licuit. Sed horū non possum misereri, qui tanti putant caput potius quā digitū perdere. Latro dignus fuit miseratione, qui ne excusare quidem errorē suum potuit. Nihil est autē crudelius quā sic offendere, ut magis sis offensurus si satisfeceris.

CONTROVERSA XIII.

Torta à tyranno uxor, nūquid de tyrannicidio sciret, perseuerauit negare, postea maritus eius tyrannum occidit, illam sterilitatis nomine dimisit, intra quinquennium nō parientem. Ingrati actio est. **PORTII LATRONIS.** Si cum liberis torta est & incaste, descende, inquit, occide tyrannum: nisi occideris, indicabo. Subiecta manu satelles quid moraris? inquit, iam exposita tormenta sunt. Bene est, inquit, mulier, ad stuprum uocor. Instabat quotidie uiro uxor, exigebat tyrannicum, tēpus est, descende, Si nihil aliud ut liberos habeas, nisi tyrannicidæ paritura non sum. Miraris, si eo tēpore matrona dicere potuit, descende, occide tyrannū? comes sequeretur, nisi me inutilem dimisisset tyrannus, descende, ego iam feci tyrannicidium meum. Eas nuptias tyrannicum diduxit, quas nō diduxit tyrānus. **CAESTII PII.** Subito infelices nuptias oppressit tyrannus, terrebantur matronæ, & premebātur uirgines, nihil tutum erat, nulli feliciores tunc uidebantur, quā qui liberos nō habebant. Quædā itaq; elisere conceptos, quædam fœcunditatem suam moratæ sunt. Quod ad hanc pertinet.

agit suæ fortunæ gratias, quod isto tēpore nihil peperit. Ty-
 rannus suspicatus est istum, nescio quid de tyrannicidio cogi-
 tare, siue isti aliquid excidit, siue magna consilia non bene uul-
 tus tegit, utiq; de uxoris garrulitate queri nō potes, cum scias,
 quemadmodum taceat. Misit itaq; satellites, atrectate, inquit,
 uxorem, & adiecit, si quos filios habet: ueniunt in domū cru-
 delissimi carnifices, in quorū uultibus extāt tormenta: iactatur
 misera inter satellitū manus, et toto itinere nō ducitur, sed tra-
 hitur. Hæc aliquis si torta nō sit, mirabitur nō peperisse, cū co-
 gitur: Isti de tyrānicidio, iam de consilio indicemus. Iam enim
 puto, licet nupsit isti propter liberos, sed infelices nuptias cito
 tyrannus oppressit, hoc publicū diuortium fuit. Rapitur in ar-
 cem mulier, inter satellitum manus, uexatur atq; distrahitur.
 Hanc etiam aliquis si non torqueatur, non parere miretur: ex-
 posita in eculeum sæpius absentē uirum respexit, quàm præ-
 sentem tyrannū. Quàm multas matres audiui illo tēpore, quid
 nam uolui, quæ peperit? ARELII FVSCI Patris. Expli-
 cantur crudelitatis aduersus infelicem foeminā apparatus, &
 alia instrumēta, uiros quoq; ipso uisu frangentia, ad excutien-
 dam muliebris pectoris conscientiam proponuntur, instat tam
 denunciationibus, quàm tormentis tyrannus, & minando tor-
 quet, tacet. Videt intentū tyranni uultū, uidet oculos minaces,
 & tacet, plus tibi præstare nō potuit, si de te liberos sustulisset.
 Ceduntur flagellis artus, uerberibus corpus abrumpitur, ex-
 primiturq; ipsis uitalibus, licet restet. An sit tibi ista datura
 liberos nescio, tyranniciū dedit: ita fit mulier, nō uis parere,
 delicata es, cruciatus puerperæ times. Fremebat indignatione
 capte ciuitatis maritus, & cōsilio suo, & uxoris adiutorio for-
 tior, quomodo occidam tyrannum? Quæ pars accedenti maxi-
 me uacat, ubi custodiæ cessant, ubi natura loci minore muni-
 mento uirtutem non submouet: Sic uir & uxor mentem exer-
 cebant,

cebant, miraris si transit quinquēnium inter uxore tortam, &
 uirum occupatū? ſeuiebat etiam num tyrannus, torquebantur
 in cōſpectu uirorū uxores, pœnitebat matres foecūditatis ſue.
 HISPANO ROMANVS inquit, deſiderabas liberos, ut ſum
 quibus relinquas patrimonium. Ingrate ita tu hac ſaluā hære-
 acm non habes, nullum tormenti genus omiſit, omnia membra
 laniata, oēs partes conuulſæ ſunt, ſciſſum corpus flagellis, exu-
 ſtum, conuulſum tormentis, ignoſcetiſ puto muliercule, ſi di-
 xero, falſa eſt. HISPANI CORNELII. Cōtabatur ille,
 nec ullis adhortationibus in tyrannicidū poterat impelli, pro-
 ſus cum uxore uidiſſes, poſſes timenti ignoſcere. Aſidue tor-
 mēta uariātur, accenduntur extincti ignes, tortor uocatur, ſub
 quo mariti uxorem prodiderāt, paſci me tecū putabat, taceam,
 donas quinquennū. Quid gloriaris? tanquā non facilius ſit oc-
 cidere tyrannū, quā ſuſtinere. Duplici beneficio uxoris ſue
 obligatur, & cur non eſt occiſus, & quod occidit. Faſtidit ſte-
 rilem qui fecit. IVNII GALLIONIS. Inſtabat tyrannus,
 torque. Illa pars etiam poteſt ſubijci in ignes, in illa parte
 iam exaruit cruor, ſeca, uerbera, oculos lancina, faciam ne uero
 placeat matrix. PAPHYRI FABIANI. Deſcribam nūc
 ego cruciatus, & miſeram corporis patientiā inter tyrannica
 tormenta ſeuientia: extincti ſanguine reſoueantur ignes, hæc
 deſinebat torqueri aliquando, ut ſæpius poſſet, exquisita uer-
 bera, iam eculeum, quicquid antiqua ſeuitia inuenerat, quic-
 quid & noua adiecerat. Quid amplius dicam? tyrannus tor-
 quebat, et cū de tyrannicidio quæreret. O nos felices, quod nul-
 lis aucta puerperijs fui, acuit hanc, fecit tyrannicidū ſilentio,
 certe tyrannicidam. Conuulſis laceratiſq; membris, nec adhuc
 ſufficientibus non dimiſſa eſt ex arce, ſed proiecta. Quid eſt
 quod uxorem dimiſeris? nunquid premit te oneroſa ſumptibus,
 et ut ſeculi mos eſt, in deterius luxu fluente, muliebris ambiti-
 certam

certamine mutuo usq; in publica dāna priuatim insanit? Nun-
 quid gemmas & ex alieno littore petitos lapillos, & aurum
 uestemq; nihil in matrona tecturā concupiuit. Si talis esset, fa-
 cile illam corrupisset tyrannus. Expecta, potest parere. Non
 respondet ad propositū, nec ad certū diem fecunditas, sui iuris
 rerū natura est, nec ad leges humanas cōponitur, modo prope-
 rat, modo uota præcurrit, modo lenta est et demoratur. Expe-
 cta modo, pariet. Quid dicis? nō potest fieri, quare? quia torta
 est. Imputat tibi quod publicata est, imputat tibi quod torta est,
 imputat tibi quod sterilis est. IULII BASSI. Aiebat ty-
 rannus ure, cæde uentrem. ARGENTARIJ. Cæde uentrē,
 ne tyrannidas pariat. TRIARIJ. Non ex formula natura
 respondet, & neq; ad præscriptū casus obsequitur, semper ex-
 pectari fortuna mauult quā regi. Aliubi offenditur improuisa
 segtū maturitas, aliubi seram magno scœnore moram redemit.
 Licet lex dies finiat, natura nō recipit. Quid faciā? Non agā
 gratias, quod non indicauit uxori meæ, ne uotis in gratiā. Aie-
 bat tyrannus indica, nulla tua culpa est. Cæditur, tacet. Igitur
 tacere putas tutū, mirantur, tuum esse tyranniciidū huius silen-
 tium. Expectasse aliqua per longū tēpus maritū dicitur, quan-
 ta laus est seruasse, cum expectasse tanta sit. Alia desiderio uiri
 etronita, in ardentem rogum se misisse, hæc non cum uiro ar-
 sisset, quæ pro uiro arsit? alia pro incolumitate mariti uicaria
 morte decedit. Credo hanc in tormentis oppressam, morte am-
 plius pro uiro præstitisse, si quid amplius elegisset tyrannus.
 MARCELLI. Si tamen peccasset in partu, ignosci ei posset.
 Nupserat enim isti occupato. Crudeliores etiam illo, quem
 occidisti, tyrāno, ille torsit & dimisit ad uirum. ALBVTII
 1. 1. Vicerat seuitiam patientia, decrat iam sanguis, supera-
 bat fides, aliquando proiecta est, differebatur distortis ma-
 mbus, motis articulis, nondum in sua membra artus redierant.

Vxorem

Vxorem tortor dimisit, ad partum ingratus uocabat, quod in premio nullam uxoris fecerat mentionem. Res tuas tibi habere, injicere debuit manum, & ipsam inter res suas trahere, nihil amplius patri debes quam uxori, mihi crede maius fuit tyrannicidium pati, quam facere. PARS ALTERA ARGENTARIJ. Ego tamen torta sum. Merito objceres, nisi iudicassetem. FVLVII SPARSI. Vobiscum iudices loquor, controuersia hæc, reum facere primū si materia patitur. Non accepi quidem, & reddidi, aut accepi quidem, sed non potui reddere, aut ista nouissima, non facere. Non quisquis non reddidit beneficium ingratus tenetur, animus æstimandus est non reddidit.

POLLIO ASINIVS aiebat, nunquam tentandas esse questiones, primam manifesto obtinere posse, qua negamus nos beneficium accepisse, perit tota causa, nisi in hoc uicit. Apparet enim ingratum esse, qui ne fatetur quidem se accepisse beneficium.

GALLIO noster putat, quoties possit, hoc auferendum aduersario, quoties non possit concupiscendum, quoties ne hoc quidem possit, transeundum, quasi donemus, & possimus quidem facere controuersiam, sed nolimus. Idem Attico Vipsani Apollodori discipulo placuit. Hæc ille amplius, quoties non potuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus controuersiam facere, hoc modo faciamus, non esse tam magnū quam ille dicat: sicut in criminibus facimus, quoties negare non possumus, esse quidem crimen illud fatemur, sed leuiore poena dignum quam accusator arguit.

LATRO in hac controuersia non dubitabat facere primam questionem, an beneficium dederit: hoc in hæc diuisit, Etiam si scisti de tyrannicidio uiri, nec indicasti, non est beneficium secus non facere: deinde ne scisti quidem. Non enim tibi indicavi, nec tam magnum consilium, uirilibus quoque animis graue, commisi mihi liebri garrulitati, quæ id solum potest tacere, quod nescit. Etiam si dedit beneficium, an receperit. Occidi tyrannum, liberasti

mihi, tibi ultionem reddidi plenissimam, persecutus sum ne farū
 hostē, illic occidi ubi torserat. Dices me Reipub. causa fecisse,
 & tu Reipub. causa tacuisti. Tutus sit quod lege fecerit. Deinde
 ultima equitatis tractatio, an quod fecit, facere debuerit?
 Hoc diuisit in hæc duo, an iam certam sterilitatem uxori bonæ
 facere debuerit, an ne sterilis quidē pro certo sit. Noui declama-
 tores Pos cum Apollodoro, qui reus ueneficij fuit, & à
 Pollione Asinio defensus, damnatus Masiliae docuit. Et hanc
 questionem fecerunt in hanc controuersiam, an inter uiros &
 uxores data beneficia, ingrata lege teneantur. Nō est beneficiū,
 sed officium facere quod debeas, ut si filius patri se dicat bene-
 ficium dare. Hanc questionē fecit & Gallio noster. BLAN-
 DV S in ultima parte controuersiae, qua de Republica dispu-
 tatur, questionem fecit, An quinquennium numerari debeat à
 nece tyranni: illud tempus nō debere imputari, quasi sterili, quo
 matres etiam æditos partus abominatæ sunt: illud tempus im-
 putatur foeminis in Repub. quando pariunt non plus tyranno.
 Huic subiecit, an etiā si & alijs imputari tempus tyrannidis so-
 let, huic non debeat. LATRO ex suo more has non quæstio-
 nes putabat, sed membra illius ultimæ partis ex equitatis quæ-
 stione pendentia. An sterilis quidē, altius repetis, an uero quæ-
 cunq; quinquennio nō peperit, sterilis est. Quid enim si uir ali-
 cuius abfuerit toto penē quinquennio in peregrinatione, uiro
 imputabitur. Quid si uir ægrotauerit, quid si maritus à uiro
 tortus inutilis in cōcubitu uxoris suæ iacuisse, iputaturus fuit?
 quinquennio quæris, quare nō peperit: tyrannus erat. Nemo cū
 parentibus suis querebatur, quod natus esset, hic quod torta est
 hic quod maritus occupatus tyrannicidio non uacauit in uxori
 uoluptates. BVT EO aridus quidem declamator, sed pru-
 dens diuisor controuersiarum, contra Latronem sentiebat,
 blando accedebat. Aliud enim esse aiebat, quæ intra quinquen-
 nium

nium non potuit, non utiq; sterilis est: aliud quæ intra quinquennium non peperit, non statim dimitti potest sterilitatis nomine. Hic queritur de conditione iuris, illic de spe fecunditatis. Sed Blandum quoq; arguebat, aiebat enim sic fuisse querendum, an tyrannidis tempus excipi deberet, deinde etiam si nō in alijs, an inter hos gradus est. Sed ipse sic hęc in partes questionem diuidebat, an quæcunq; quinquennio non peperit, tanquam sterilis dimitti possit. Posset enim accidere quod Atheniensibus in bello accidit, ut liberi & coniuges in aliquo tutiore loco deponantur. Imputabatur hoc tempus foeminiis, quo viros destituunt, non quo non habent. Sic tyrannus non uelisset istam parere, quin interemisset. Et cum hoc uehementer impluisset, & probasset, non omnes posse dimitti, si quinquennio non peperissent, tunc illò transit. Et hic posset & hęc etiam nū, nō hoc querebat, an deberet dimitti, sed an posset. Et hoc contra Latronem dicebat, quomodo istam questionē putas in æquitatis tractationem cadere, cum quid liceat queratur, non quid oporteat: hęc enim, an hic possit, per illum non posset quia tyrannidem non cœperat. Aliquod tempus immune à legibus serie faciunt. Non dico quia torta est, sed hoc adhuc, propter æquitatis tractationem reseruo: sed non peperit quia rota est. Quia tu maxima in cogitatione occupatus, nihil de liberis cogitasti. **PASSIENS** uir eloquētissimus, atq; temporis sui primus orator, hanc subtilitatem actionis non probabat in Latrone, sed assentiri dicebat, ideò questiones tractandas per se esse, si hęc mulier iusti repudij ageret, non ingrati. Ita non queritur an legitime, sed an ingratis dimissa sit, itaq; in æquitatis tractationem cadunt, etiam quæ iuris sunt. Nam cū queratur, an potuerit hęc dimitti, etiā si licuit, apparet, quod utiq; non oportuit, si ne licuit quidem. **ALBTIVS** decentissimus fecit, solebat enim serè in aliquas figuras declamationē describere,

bere, & prius egit iniusti repudij, deinde ingrati, in quibus putat esse, an ullum beneficium viro contulerit, à quo tanquã inique dimissa. Hic omnes quæstiones ad sterilitatem & æstimationem quinquennij pertinentes libere tractauit, deinde transit in ingrati accusationẽ. **CAESTIVS** pro viro introduxit colorem. Eo tempore uxor torta est, quo nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam, postea cogitavi, & hæc ipsa cogitandi causa fiat. Vxor is uitio utrunq; secutum est, ut illa marito insolentiam imputare non posset, maritus illi tyrannicidii posset. **LATRO** dixit, Si iam tum de tyrannicidio cogitasset, uxori non indicasset. **FABIANVS** philosophus colorem magis bono viro conuenientem introduxit, quã oratori callido. Dixit enim & cogitasse tyrannicidium, & uxori indicasse, & illam tum quidem fecisse, quod probam fœminam facere oportuit, nunc peccare quod putet beneficium esse recte facere. Hic color illi & in illa parte profuisset, si beneficium putas te dedisse, tyrannicidium non prodidisse, ego prior dedi, qui tibi tyrannicidium credidi, repudium ex tuo uis liberorum cupiditatem, quo semper uti tanquam uir eius debuisset, postea magis tanquam tyrannicida. **L. VINITIVS** Vinitij frater, Fabiani colorem ualde probabat, & aiebat onerari uxorem uno modo posse, si nihil uacuum decretũ ab illa maritus habuisset. Si dixerit, inquit, post tormenta se de tyrannicidio cogitasse, tum tyrannicidium uxori melius deberi meruit, si torta tyrannicidam fecit, quã si tacuisset. Apparet & aliquid de tyrannicidio cogitatũ, de quo tyrannus usq; eo suspicatus est, ut torqueret. Dixerit cogitasse quidem se de tyrannicidio ante tormenta, sed uxori nõ indicasse, augetur uxoris beneficium. Liberius enim potuit, ait, tyrannicidium indicare, quod illi commissum non erat. Potuit etiam uxor, etiam non indicante marito, tam magni cor filij ratione deprehendere. At si hunc colorem Fabiani sequor, mutam

effie

efficiam. Si olim de tyrannicidio cogitavi, honestior sum uetus tyrannicida, & non priuatis, sed publicis malis ad ultionem impulsus. Si cum cogitarem non celavi uxorem, facilius persuadeo, me malum hodie maritum non esse, cui semper tam delictus fui. Ad ultimum hoc consequar, quod si quod audierat, tacuit, non beneficium est, sed fides. Hic est L. VINITIUS quo nemo ciuis Romanus in agendis causis presentius habuit ingenium, quicquid longa cogitatio illi praestitura erat, prima intentio animi dabat, ex tempore causas agebat, sed non deside-
rabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus, unus Vinitius ingenium in numero habet. HISPO ROMANVS maligno & accusatorie, Nihil, inquit, ego isti narraueram, ista ut erat necesse aliquid ex sumptu, aliquid ex nocturnis uigilijs suspicata est, unde emanauerit sermo scietis. Videtis quomodo ueniat tyrannus, non ad amicum meum, non ad seruum, sed ad istam, quae nihil negotij habuisset, si tacuisset. Tua enim causa tacuisti, sciebas te perituram si confessa esses tyrannicidium. HYBREAS dixit.

CONTROVERSA XV.

Quidam luxuriante filio luxuriari coepit, filius accusat patrem de dementia, PORTII LATRONIS. Vtriusque tamē coparetur luxuria, tu consumis patrimonium patris tui, ego accusatoris mei, nauiga, milita, peregrinare, quare adolesces, utere senex. Accusator meus diuersos & inter se contrarios affectus habet, cupit te eum damnari, crimen absolui. CAESTII PII. Potest nobis conuenire, similes sumus, puta te patrem, dic quid me uelis facere. Si tam bona fide frugi es, & hoc imitor. Te ego imitor an tu me? Rogo uos ego prior coepi, tu posterior luxuriaris. Patrimonium, inquit, computemus. Sed tu senex, inquit, hoc dixit, luxuria tua serius coepit, citius desinet. ARELLII FVSCI PATRIS. Sed tu, inquit, senex. Vnde scietis

non futurū luxuriosum senem? Omnia à te uitia, quod unguento comā madet, tuū est, quod laxior usq; in pedes tunica demittitur, tuū est. Quid est quod aliud à te senes discant? quid porro? domus nostra luxuriosos duos non capit, indulgentius te abdicare nō potui. Ecquid mihi licet seniles annos meliore uita reficere? hoc nouissimū meū meritum est, sed quod tibi proxime imputo, pro te etiam luxuriosus factus sum. FABIANVS. Noli pecuniā cōcupiscere, quid tibi dicam? Hæc est quæ auget discordiā. Vrbes & terrarū orbē in bellū agitāt, humanum genus cognatū natura, in fraudes et scelera mutua instigat, hæc est quæ senes corrūpit. Quidā summū bonū dixerūt uoluptatē, & omnia ad corpus retulerunt, nihil est mihi opus præcipientibus, exemplū habeo, proposui quicquid tu feceris, me facere, nauigabo si nauigaris, militabo si militaris, dic hodie quid putes melius? Sed illud Scipionum non obijcies, quod elegeris. BLANDI. Obijcit luxuriā propriam, & hoc dicit adolescens. Frugaliter uixi, quamdiu frugi patrem habui, ante me desiste, ante me cœperas. BLANDI, Senex luxuriaris, respondeo tibi, adolescens nauigauī, Ego iam, inquit, desij, tu nondū, Non miror si desisti prior, prior cœperas. MENTONIS. Quod gaudium accepisti uerè luxurior. POMPEII SYLONIS. Si modo emendatus est filius meus (solet enim etiā luxuria simulari) suo quisq; ordine reus sit. Vis me ducere uxorem, si nouercam haberes, iam abdicatus esses. VIBII GALLI. Conuiuæ certe tui dicunt, bibamus. moriendum est. Si intelligo, hoc nulli magis in domo dicitur, quā mihi. Ostendi tibi luxuriam, quā in te non uidebas. Alliga me, dum te custodias. P. ASPRENATIS. Quia nihil proficiebam obiurgando, uolui illi uitam suā ostendere. IUNII OTHONIS. Malam causam haberem, si aliū accusatorem haberem. Aliam causam haberē, si te filiū non haberē. IUNII GALLIO-

NIS. Aliter à laudibus patris incipiam, hic adolescens temperatissimus et lubricū tempus sine infamia trāsijt, duxit uxorem, filiū sustulit, ad etatē perduxit, iam senex factus est, nisi quod sibi bonū uidet, luxuria usq; eò se proiecit, ut accusetur. Senex amens, senex ebrius, circumdatus sertis, & delibulus unguentis, & in præteritos annos se retro agens, & ualidus in uoluptatibus quasi iuuenis exultans, nonne portentū est? Luxuriosus adolescens peccat, senex autē luxuriosus insanit, etates inhauriunt, uitia lasciuunt. PAPIRII FABIANI. Nauem in portu mergis, alter solito tēpore labitur, alter insolito, alter alieno, alter suo, alter annos sequitur, alter senectuti repugnat. Non est luxuria, patrem uidere uelimus. Non simulas ista, sed facis, nec amantē imaginaris, sed amas, nec potantem adumbras, sed bibis, nec * te decet dissipare bona, sed dissipas. Nemo uitia quæ odit imitatur. Quis imperator ob hoc ipse de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? quis ut ambitū comprimeret, ipse honores mercatus est? quis ut scditionē leniret, turbauit rempublicā? Non coercet uitia qui prouocat. LATRO sic diuisit, An ob hoc accusari pater possit. Hic illā uocalem quæstionē posuit, quā solebat fastidiare. Seleucius minime solere patri obijci luxuriā, non magis quā auaritiā, quā iracundiam. Non uitia patris accusari solere, sed morbum, & si possit aliquid præter dementiā obijci patri, luxuria nō possit, alioquin filijs, inquit, abdicare permittis. Hic de suo confamit, an si ob hoc pater accusari potest à filio, hæc uisionum exprobratio. Si ebrietatē obijcere patri solet ebrius, si petulantiam iniuriæ damnatus, Etiā si ob hoc accusari potest, etiam si à tūli filio, an si ad castigandū filiū hoc consilio usus est, damnandus sit. Ait enim adolescens, quolibet alio genere debuisi me obiurgare: quid si adulteriū uindicare uellet cōmittendo? Turpe est sic castigare uitia, ut imiteris. Deinde an consilio luxu-

* f. me doces
aut dedoces

victur.

rietur. Non enim concedit hoc filius, aut inquit, quare, si cœpi-
 sti sic emendare filium, cum emendaueris non desinis. CAE-
 STIVS PATER. Patris aiebat simulationē significādam
 magis quā profitendam, ita inquit, adparebit illū simulasse, si
 etiam simulat: si desinit simulare, ostēdit iam sibi nihil pro-
 desse ea consilia, quasi filius emendatus sit: emendatū autē esse
 non concessit, & assidue dixit, nihil magis sequi interuallum
 hoc luxuria, etiā uerē intermissa uitia uehementius surgere. LA-
 TRO aperte putabat simulationē confitendā. Incipio, inquit,
 non tantū honestū senem, sed prudentē defendere, si quod uitium
 uideri poterat efficio consiliū, quare potius significet quā dicat
 frangi esse. BLANDVS hac figura declamat filium, & pro
 abdicato respondit. CAESTIVS aiebat adolescentis par-
 tem diligentius colorandā, facere illū rem non improbam, non
 ita patri remittere quod à patre ipsi remissum sit. Idq; sic nar-
 rauit, ut suam quoq; luxuriā imputaret patri, non seuerā fuisse
 disciplinā, non bene institutæ domus legē, quæ posset adole-
 scentis mores formare, & à uitijs ætatis abducere, quodāmo-
 do, inquit, ad luxuriā à patre præmissus sum. Vngueto cani-
 ma dent, & comessator senex redijt, nulli nimis luxuriosus, sed
 parū sanus uidetur. Merito in adolescentibus omnē luxuriā
 uindicant, cito desinunt. Cum habere luxuriæ istius exemplū,
 queritis, quæ res mihi remedio foret. Aetas illa quæ faciebam,
 imputabat, me non discere: Hunc sensum ipse Cæstius sano ge-
 nere dixit, Flauium Alsum auditorē suū, qui eandē rem lasci-
 uis dixerat, obiurgauit. FLAUIVS hoc modo dixit, cum
 desideria descripsisset, paulatim se ad frugalitatem redisse, &
 otio sibi uitiosum factū, hoc fuit, inquit, quare desinere. Sentie-
 bam, inquit, me senē fieri. CAESTIVS hoc aiebat dulcius
 quidem, sed corruptit, & unam sententiam. Incredibile est, in-
 quit, cum iuuenis sit sensisse se senem fieri, & noluisse uideri

tam diu luxuriatum, donec sentiret se senem fieri. **FVSCVS**
ARELLIVS dixit, Non accusaturus patrē, sed me defen-
 surus sum, ne aliena luxuria mea laudatio. Consilio luxuriantem
 filiū istum emendo. Superuacū in narratione hunc colorē ha-
 buit, subito furore collapsam patri mentē, meretricē depēden-
 tem collo senis, & parasitorū circūfusam regem turbā, sic cū
 riualibus rixari & ebrietati nocturnæ addi item diem. Putat
 initio & ego consiliū esse, non morbū, desinet luxuriari, desi-
 net, inquā, si propter me cœpit. Permanet in iuuenilibus uitijs,
 hoc turpius luxuriosus quo diutius. Quid faciam? è suo more
 emendare patrē uolo, luxuriandū est. **SYLO POMPEIVS**
 patronū adolescenti dedit, quod nō putabat in accusatoris per-
 sona Latro faciendū, ut aliquis per patronū accusaret patrem.
RUFFVS VIBIVS. Festiuū senem qui in honorē filij sui
 adolescentis ebrius sit. In narratione hoc usus est colore, solatū
 patrē, iam mentē eius labantē laudare cœpisse luxuriā, dicere
 esse felicius, si his qui sibi amare permitterent necessariū tan-
 tum habere, quantū acceperant, obiurgarent, interim quasi nō
 cōmemorent. Rusticū inquit, iuuenē, præmatura inquis seueri-
 tas non est frugalitas, sed tristitia. Quid tu senex facies? nō cre-
 ditis hæc illū dixisse, qui uitia etiā obiurgare uult? luxuriatur.
ARGENTARIVS hoc colore declamauit. Duo luxuriat-
 tur, una in domo, alter iuuenis, alter senex: alter filius, alter pa-
 ter, uterq; licenti cultu per publicum incedit. Alter uobis ait,
 hoc cōcessum ætati utor, & iuuenili lege fungor, id facio quod
 pater meus fecit, cum iuuenis esset: negabit, bona ergo ætate
 cœpit simul primum hoc tyrocinium adolescentiæ, quasi debi-
 tum ac solenne persoluere. Reuertar ad bonos mores, qui que-
 lem causam habeant uideritis, faciant etiam si non quod oportet
 fieri, at quod solet. Alter ait, scio me nouum ciuitatis miracu-
 lum, incedere luxuriosum senem, sed hoc castigandi genui

commo

commouere uisum. Ut emendaret filium, ipse peccare cœpit: at si auus uiueret, nemo in domo luxuriosus non esset, tres luxuriosi fuissetis. A PARTE PATRIS, GLYCON SYRICON dixit.

AGROTAS Massiliensis longe liuidiorem sententiam dixit, quàm ceteri Græci declamatores, qui in hac controuersia tanquam riuales rogati sunt. Docebat autem Agrita pars inculta, & scires illum inter Græcos non fuisse sententijs fortibus, aut scires illum inter Romanos fuisse. Sententia quæ laudatur hæc fuit.

DAMOS CAMBRVS, DIOCLES CARYSTIUS, HERMAGORAS rara sententia dicebat, sed arguta, & quæ auditorem diligentem penitus afficeret, securum & negligentem transcurreret. In hac controuersia dixit,

BARBARVS dixit uulgarẽ sensum satis uulgariter elegantius hoc composuit HISPO ROMANVS. Placet uobis frugalitas mea, quod patrimonium seruo, quod acquisiui, duxi uxorẽ mature, semper dilexi, quod ad omnem me tutum fabulam præstiti. Illud affirmo, nihil tota uita frugalius feci. Rem ab omnibus dictam celeberrimẽ SYRIACVS VALLIUS dixit, Fili quando uis desinamus.

CONTROVERSA XVI.

Quidam cum haberet formosam uxorẽ peregre profectus est, in uiciniam mulieris peregrinus mercator cõmigravit, illã appellauit de stupro, adiecit preces, negauit illa: decessit mercator, testamẽto hæredẽ omnibus bonis reliquit formosam, & adiecit elogion, pudicã repperit: adit hæreditatẽ, redit maritus, accusat adulterij ex suspitione. PORTII LATRONIS. Quanquam eò prolapsi iam mores sunt, ut nemo ad suspiciãda adulteria nimium credulus uideri possit, tamen ego adeò longe ab eo uitio semper fui, ut etiã timeã, ne quis in me aut nimiam patientiã, aut nimium stuporem arguat, quod tam

seram querelam detuli. Non accuso adulteram nisi diuitem fueram, ex ea domo ream protraho, in qua iam nihil meum est: cum ego tandiu peregrinatus sim, nullum periculum terra marique fugerim, plus ista intra unam uiciniam, quam ego toto mari, quaesiuit. Post tantos impudicitiae quaestus, si tacere possim, confitendum habeo, hac me causa fugisse, ut in accessione patrimonij peregrinando cum uxore certarem. Illud iudices mihi tormētum est, quod notata iudicio uero, ut multiplicatā dotem perdat, plus tamen ex quaestu habet, plus habitura est, quā quantum damnatae peracendum est. Tantū in istam diues amator effudit, ut post poenam quoque expediat fuisse adulteram. Quae praeceperim uxori proficiscens scio, caetera quemadmodum adolescens, formosus, diues, ignotus, in uicina formosae, & in absentia uiri nimium liberae mulieris commigrauerit, quemadmodum assidua societate quotidianae per diem noctemque libidinis exhaustis uiribus perierit, interrogate rimorem uos. Intelligo iudices quid officij mei fuerit. Poteram ego saluo pudore meo nihil de hereditate suspicari, in qua etiamnū autor ab uxore dictus sum. Veni nihil aliud quam ut fortunam meā querar, nam causam melius uos nostis. Tempus est iudices de uxore & marito credi, mulierem tam formosam amari potuisse. Pudica forte sic amari, ne sollicitaretur, potuit. Neque est quod dicat, in meo istud arbitrio positum? Erratis uos iudices, si non maritus ad sollicitandam matronam putatis irritamentū, spem corrumpendā quamuis facilem, quamuis amabilem sensum. Si tantum in formosa sperari potest, quantum placere potest, omnes formosae in se uniuersos populos conuerterent matronae, qua esse aduersus sollicitantes lasciuia solet. Prodeat intantum ornata, quantum ne immunda quidem sit: habeat comites eius aetatis, qui impudicos, si nihil aliud, uerecundia annorum remouent: ferat iacentes in terram oculos, aduersus

uersus officiosum saluatorē inhumana potius quā inuerecun-
 da sit, etiā in necessariā resalutandi uicem multo rubore con-
 fusa, sic se inuerecundiā pignori: longe ante impudiciā neget
 in ore, quā uerbo: in hoc seruāde integritatis custodia nulla
 libido irrupet. Proдите mihi fronte in omne lenociniū cōposita,
 paulō obsecenus quā posita ueste nuda, exquisito in oēs fa-
 cetias sermone, tantū nō ulro blandiētes, ut quisquis uiderit nō
 metuat accedere. Deinde miramini, si cū tot argumentis pudici-
 tiam proscripserit, cultu, incessu, sermone, facie, aliquis reper-
 tus est, qui incurreret retia adulteræ, se nō subducceret internun-
 tium, puto illud sollicitari se, arripi & denudari iussit, flagella
 & uerbera, & omne genus cruciatus poposcit, in plagas de-
 terrimi mancipij uix imbecillitatem muliebris manus cōtinuit.
 Quoties quod nō una peregrinaretur quæsta est, nemo sic ne-
 gantē iterum rogat. Cū quo quæsta est: apud quē indignata est.
 Abunde in argumentū pudiciæ profuturū putas, si stuprum
 tantū negaueris, quod plerunq; etiā impudicissima spe uberioris
 præmij de industria simulat. Quando de iniuria tua uiro
 scripsisti, & ne in occasione similis iniuriæ solitudo tua pate-
 ret, maturiorē reditū rogasti, & quanto decentius contumeliā
 penetr alium meorū uxoris epistola quā in testamento sollicita-
 toris cognoscere. Miserrimus omnis seculi maritus, si cōtentus
 absentia mea etiā nunc iniuriam meam nescire, si quod fecerat
 tacere uoluisset. Toties sollicitantem in istam faciem qua placere
 poteras, conuertisti. Non omne ornamentū, ueluti causam talis
 iniuriæ execrata es, quod proximum est à promittente rogata
 stuprum tacet. Inspicite adulteri censum ex eo impune, si quod
 adulteris edidit, si est aliquid quod non erit. Quid sigillatim oīa
 percenseo, quicquid ego nō emi in mundo tibi miser, ut maritus
 cum omni censu meo inter munera adulteri maneo. Sola mihi
 heres esto. Quid ita habes, inquit, scripsit causas: quā cū semel

appellassem, cum iterū, tum tertio appellassem non corrupti. O
 nos nimū felices, et aureo (quod aiunt) seculo natos. Sic etiam
 qui impudicas querunt, pudicas honorant. Omnium bonorum
 meorū, omnis pecunię meę sola hęres esto, quia corrupti non
 potuit, quia tot sollicitationibus expugnari nō potuit, quia tam
 fideliter pudicitiam custodiuit. Tace paulisper nomen autoris,
 nunquid non testamento uiri creditis? nullam esse in uxore su-
 spicatur infamiam inter mutuum eius amorem, aut certe ita
 creditū, iam moriturus tabellas occupare, si uultis cū muneri-
 bus meis imponere, elogū ex testamēto adulteri petendum est.
 Sola hęres esto, quamuis aliena, quāuis ignota, tantū, quia pu-
 dica, quia incorrupta est. Quid istī tam censorio adultero non
 mater est? non soror? non propinqua? aut nulla earum pudica
 est? Idcirco scilicet cū tantis diuitijs peregrinas urbes in hono-
 rem pudicitię incognitę perambulabat? Illic ubi natus est, nulla
 pudica erat? at illic ubi negotiatus? quin illa nō prostituta erat,
 uacuo testamento pudica hęres per errorem quęsta est. Ego
 adulterā arguo, quam in matrimoniū recepi, qui cōmuneis ex
 illa liberos precatus sum, qui pudicā mihi libentissimē crederē.
 Adcō ne iam oīs patientia seculi nostrī abiit, ut aduersus que-
 rimoniā uiri uxor alieno teste defendatur? At Hercules aduer-
 sus externorū quidem opiniones speciosissimū patrociniū erat,
 ego uiro placeo. At ego si hunc morē inscribendi recipitis, in
 cōspectu uestro ita scribam. Uxor mea hęres esto, quod pere-
 grinante me adamata est, quod hęres ab adolescente alieno ac
 libidinoso relicta est, quod tam infamē hęreditatē adiit: à duo-
 bus uos testamentis in consiliū mitto, utrū secuturi estis quod
 ab adultero absoluitur, an quod damnatur à uiro? Magnus pu-
 dicitię fructus est, pudicam credi, et aduersus omnes illecebras
 atque omnia delinimenta muliebris ingenij, est ueluti solum ac
 firmamentum, in nullam incidisse fabulam, nouos fortasse, nō in
 omnium

omnium estimationē occurrere, & horrenda multa deinde ac
 varia daturus experimenta, foemina quae damnū pudicitiae qui
 nis est, atq; curandus est esse ac uideri pudicam.

LVCII ANNAEI SENECAE
 CONTROVERSIARVM
 LIBER IIII.



NSTATIS mihi quotidie de Albutio, nō
 ultra uos differam, quāuis non audieram frequen
 ter, cum per totū annum quinquies sexies ue po
 pulo diceret, ad secretas exercitationes nō multi
 trumperent, quos tamen gratiae suae poenitebat, alius erat cum
 turbae se cōmittebat, alius cū paucitate contentus erat. Incipie
 bat enim sedens, & si quando illum produxerat calor, exur
 gere audebat, illa intempestiua in declamationibus eius Philo
 sophia sine modo tunc, & sine fine euagabatur, raro totā con
 trouersiam implebat, nō posses dicere diuisionē esse, non posses
 declamationem, tanquam declamationi multum deerat, tan
 quam diuisioni multum supererat. Cum populo diceret, omnes
 uires suas aduocabat, & ideō non desinebat. Saepe declamante
 illo ter buccinauit, dum cupit in omni cōtrouersia dicere, non
 quicquid debet dici, sed quicquid potest. Argumentabatur mo
 leste magis quā subtiliter. Argumenta enim argumentis col
 ligebat, & quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes
 probationibus alijs confirmabat. Erat & illud in argumenta
 tione uitium, quod quaestionē non tanquam partem cōtrouer
 siae, sed tanquam cōtrouersiam implebat, suam executionem.
 Quid igitur per numeros suos implenda non est? Est quidem,
 sed tanquam accessio, non tanquā summa. Nullum habile mem
 brum est si corpori par est. Splendor orationis quantus nescio
 an in ullo alio fuerit. Non thesis magna sed phrasis. Dicebat

enim citato & effuso cursu, sed præparato. Extemporalis illa facultas, ut affirmabant qui propius norant, non deerat, sed putabat ipse sibi deesse. Sententiæ, quas optime Pollio Africanus albas uocabat, simplices, apertæ, nihil occultum, nihil insperatim afferentes, sed uocales & splendidae, Affectus efficaciter mouit, figurabat egregie, præparabat suspiciose. Nihil est tam inmicum quàm manifesta præparatio. Apparet enim subesse, nescio quid mali. Ideoq; moderatio est adhibenda, ut illa sit præparatio nõ confessio. Locū beate implebat. Non posses de inopia sermonis Latini queri, cum illum audires, tatum orationis cultæ fluebat. Nunquam se torsit quomodo diceret. Sufficiebat enim illi inquantū uoluerat explicandi uis: itaq; ipse dicere solebat, cū uellet ostendere non hesitare se in selectione uerborum, cū res animū occupauere, uerba ambiunt. In æqualitate in illo mirari libebat, splendissimus erat. Idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum & pulciū & laternas, philerotem, spongias, nihil putabat esse quod dici in declamatione non posset. Erat autem illa causa, timebat ne scholasticus uideretur, dum alterum uitium euitabat, incidebat in alterū, nec uidebat nimium orationis splendorem, his admixtis sordibus non defendi, sed inquinari, & hoc æquè omnium est, ut uitia sua excusare melius quàm effugere. ALBVTVS enim non quomodo non esse scholasticus quærebat, sed quomodo uideretur. Nihil detrahebat ex superuacuo strepitu, hæc sordida uerba ad patrociniū aliorum afferebat: hoc illi accidit inconstantia iudicij: quem proxime dicentem cōmode audierat, imitari uolebat. Memit omnibus illum rebus omiſſis apud Fabianū Philosophum tanto iuniorem quàm ipse erat cum condiscipulis sedere. Memit admiratione Hermagoræ stupentem ad imitationem eius addescere: nulla fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Nam dum genera dicēdi transfert, & modo exilis esse uult, nudat

rebus herere, modo horridus & ualens potius quam cultus,
 modo breuis & concinnus, modo nimis se deprimit, ingenio
 suo illudit, & longe deterius senex dixit. *etas ei non prode-*
rat, dum semper studium eius esset nouum. Idiotismus est in-
ter oratorias uirtutes, res quæ raro procedit. Magno enima
temperamento opus est, & occasione quadam, hac uirtute ua-
rie usus est. Sæpe illi bene cecidit, sæpe decidit: nec tamen mi-
ram est, si difficulter apprehenditur uitio tam uicina uirtus.
Hoc nemo præstitit unquam Gallione nostro decentius. Iam
adolescens cum declamaret apte & conuenienter & de-
center hoc genere utebatur. Raro Albutio respondebat fortuna,
semper opinio, quamuis pœnitisset, audire libebat. Tristis
solicitus declamator, et qui de dictione sua timeret etiam cum
dixisset. Vsq; eo nullum tempus securum erat, hæc illum solli-
cito fugauit è foro, et tantum unius figuræ crudelis euentus.
Nam in quodam iudicio centumuirali, cum diceretur iurifur-
randi conditio aliquando facta ab aduersario, induxit eiusmodi
figuram, qua illi omnia crimina irrogaret. Et placet, in-
quit, tibi rem iureiurando transigi? iura, sed ego iusiurandum
dabo. Iura per patris cineres qui inconditi sunt. Iura per pa-
tris memoriam, & executus est locum, quo perfecto surre-
xit. LV. ARVNTIUS ex diuerso ait, Accipimus con-
ditionem, iurauit. Clamabat Albutius, non detuli condi-
tionem, schema dixi. Aruntius instabat, centumuiribus
iam ultimis, separabant. Albutius clamabat, ista ratione sche-
mata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat, tollantur,
poterimus sine illis uiuere. Summa rei hæc fuit, Centumuiribus
dixerunt dare ipsos secundum aduersarium Albutij si iura-
ret ille. Albutius non tulit hanc contumeliam, sed iratus ca-
lamitiam sibi imposuit, nunquam enim amplius in foro dixit,
homo summæ probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati
sciret.

sciret. Et solebat dicere, quid habeo quare in foro dicam quam plures me domi audiant, quam quenquam in foro? Cum uolo dico, quamdiu uolo, & quamuis non fateretur, delectabatur illum in declamationibus quod schemata sine periculo dicebantur: nec tamen in scholis effugere contumelias poterat Cæstii mordacissimi hominis, cum in quadam controuersia dixisset Albutius, quare calix si cecidit, frangitur, spongia si cecidit non frangitur, aiebat Cæstius, Ite ad illum cras, declamabit uobis, quare turdi uolent, cucurbitæ non uolent. Cum dixisset Albutius in illo, qui fratrem parricidij damnatum exarmata nauis dimisit, imposuit fratrem in culeum ligneum, Cæstius eandem dicturus sic exposuit controuersiam. Quidam fratrem domi à patre damnatum nouerca accusante cum accepisset ad supplicium, imposuit in culeum ligneum, ut perueniret, nescio quò terrarum: ingens risus omnium, sed nec ipsi bene cecit declamatio. Paucas enim res bonas dixit, sed cū à scholasticis non laudaretur, nemo, inquit, imponet hos in culeum ligneum, ut perueniant nescio quò terrarum ubi calices franguntur, spongiæ non franguntur. Video quid uelitis, sententias potius audire quam iocos. Audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

CONTROVERSA XVII.

Mortua quidam uxore ex qua duos filios habebat, duxit Maliam. Alterum ex adolescentibus domi parricidij damnatum tradidit fratri puniendum, ille exarmato nauigio imposuit, delictus adolescens ad piratas, archipirata factus est: postea patri peregre profectus, captus est ab eo, & remissus in patriam, abiecit illum. ALBVTII SYLLII. De fratre nec iudicare audeo nec loqui. Vno nomine gratias ago, & gratulor, quod patrem seruare potui. Mori iussus, tanta tempestate confusus, neque in mare quicquam, neque displicere potui. Plura timui crimina patri fortuna torquente, quam quæ uideris ipse nosse. Nec satis mem-

ni, solutum mihi fratrem tradideris an alligatum, nescio quantum
 ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit: nec satis memi-
 nera tale ministerium an poenam esse uoluisses, uindictam an
 parricidium. In sui fratrem culeo iubes, non possum pater. Non
 ignoscis, an non credis? ego contendo nec te quidem posse. Si quis
 tibi dixisset tyrannus, ueni, tuis manibus filium insue, in hoc
 opere potes oculis tuis, potes manibus uti? potes audire inclusi
 filij gemitus? Si potes, timeo ne innocentem damnaueris. Si non po-
 tes, quid frater in fratrem posset? patrem testem dedit. Quid
 accusas, quod impunitatem fratri dederim? in quo facto consilium
 meum uictum sit, a me frater ut uiueret, non impetrauit, ut fu-
 geret non impetrauit. Nihil aliud impetrauit quam ut aliter,
 quam in culeo moreretur. Causam malam habeo, ut inter fratres.
 Vbi spes? in gubernaculo nulla est, in remigio non est. Hec est
 in comite? nemo repertus est naufragij comes, in uelo? in arte?
 omnia penes instrumenta circuncisa sunt. Adminiculum in spe
 nullum est, patri sum excusandus? at fratri, de filio tuo hoc re-
 spondeo, quamdiu in patrio solo morari licet, tuus est proiectus
 in mare, quicquid post exilium & naufragium uel facit uel pati-
 tur, ab omni secedere uitae communis abstractus, poenarum eius
 pars non est, nequitiae opus est, sed alijs querentibus, te ipsum
 testem dabo, non esse piratam. Ego illi terrae, ego lucis conspectum,
 ego etiam mortis humanae facultatem abstuli. Fortuna ipsa,
 quae emisit, eius est, nihil tamen illi praeter mare relinquitur.
 Moriendum est mihi, pater iussit, neque ego te deprecor, ne mo-
 riar, nec tibi licet non facere quod iussus es. Inter patrem ira-
 tum & fratrem moriturum, arbitrium pietati tuae necessarium
 suscipe. Sanguinem meum patri refer, culeum mihi remitte, uo-
 lo mori, sed pura manu tua, hoc tuae pietatis munus ad inferos
 perferam, licuisse mihi per fratrem aliter quam parricide
 mori. ASINII POLLIONIS. Aequas mihi praebete
 aures,

aures, dabo uobis etiam damnatum absoluendum. Viuit, inquit,
 frater, non credo: seruauit, inquit, me, fecisti ut crederem. Haec
 est summa rerum gestarū. In ea domo, in qua facile parricidii
 creditū est, ego fratrem occidere nō potui, frater patrē. Quid
 mihi cum ista tabula? semel mori uolo. Q. HATTERII.
 Emicabant densis undiq; nubibus fulmina, & terribili fragore
 horridae tempestates absconderant diem, imbres undiq; &
 omnia procellis seuientia. Expectat, inquit, parricidam mare,
 intumuerat subitis tēpestatibus mare, iustis quoq; nauigijs hor
 rendum, fateor fateor dixi, fratrem tibi, si innocens est, fortuna
 cōmendo, fragmentum infelix, etiam nauigaturis omen, quod
 si quis gubernator uidisset, uitam suam abstulisset naufragijs e
 littore emittitur. MARCELLI ETERNINI. Habes, in
 quam, frater si innocens es nauigium, si nocens culcum: non fe
 ci parricidium, & quā facillime erramus homines, factum pu
 tau, deliberabā an parentarem patri. Fratrem, inquit. TVR
 RINVS in domo parricidium facies inuenire, etiam locum a
 naufragis nauigium. ARGENTARII. Quod iusseras fi
 ctum est, periit frater. Viuit, inquit, & me dimisit, bono argu
 mento probatur uiuere. Vtrasq; ad caelum manus sustulit. Si
 nihil unquam impie cogitau, patrem meum etiam damnatus di
 ligo. Dij immortales rerum iudices adeste, si aliter sentiret, in
 felicia sibi imprecatus est maria, sic nauē suam rexit. BLAN
 DI. Latebat in littore nauigium, quod etiā integrum infelici
 ter uexerat. Credam parricidam, si tibi proficiscenti nauigium
 suum reddidit. Subito mihi ferrum non sentienti cum animo pa
 riter excidit, torpent manus, & nescio qua perturbatione tene
 brae stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quā difficile es
 set parricidium facere, etiā quod imperaret pater. Ita mihi quae
 sola miseros in domo nostra respicis fortuna succurras, ita mihi
 contingat aut honestē dicere, aut mori, ita ex domo nostra ego
 sin

fim ulimus reus, ut ille iurabat, meliorem se nouercam habuisse
 quàm fratrem. CORNELII HISPANI. Fateor uolui
 occidere, sed tunc intellexi quàm difficile esset parricidū. Ego
 inquit, occidere patrem nolui, ne nunc quidē possum. Pater no-
 ster nauigauit sereno die, tranquillo mari, auspicato itinere, in-
 tegra nauī. Quid hoc est? nauigauit damnatus felicius quàm qui
 damnauerat. Vade, inquit, patrem te habere mihi non licuit,
 habebo patronum, reuertere. Magnum pietatis argumentum,
 filio charus pater, etiam post supplicium. Vtrum uobis uide-
 tur innocentiam apud piratas didicisse, an me apud piratas
 quidem perdidisse? ARELLII FVSCI PATRIS. Po-
 tuit patrem occidere, & quem testem timebat abdicatus à pa-
 tre? Quò me conferam in mare? non possum, iratos habeo pi-
 ratas. Cum traditus est mihi frater, imperatumq; ut sumerem
 supplicium, si qua est fides, tentari me putauī, an possem parricidū
 facere. PORTII LATRONIS. Perieras pater,
 nisi in parricidam incidisses. TRIARII. In naufragio nau-
 igabat, parum est quod non occidit patrem, imò etiam inte-
 gra naue dimisit patrem resolutis compagibus, infelix omen
 nauigationis. Insue me culeo, certè sentiam maria, non ea uide-
 bo. Scissa quoq; uela fecerant sinus, & armatas classes naufra-
 ga præcesserat ratis, scires nauigare qui seruaturus esset pa-
 trem, etiam pirata dicitur, interim falso crimine male audit.
 CAESTII PII. Erat nauigium, imò fuerat, sed adhuc cru-
 delis & pertinax nouerca, post omnia deuicta nihilominus sæ-
 uit, maria iam quiescunt, prædones iam miserentur, irati iam
 parcunt. Ibanus præter sepulchrū matris, ille mortem timens,
 ego scelus: expecta, Vide an fortuna nobis obijciat scelus. Ia-
 cebat nauigium peruetus, & attritum salo, uix unius capax
 animæ. Veni ad uos, uictoriam pulchram petiturus, ut pro-
 bem me parricidam. Non occidisti, inquit, fratrem nouerca,
 audiui

audiui iucundissimam uocem, fateor me parricidam, occidi fra-
 trem, tutus sum pater, si hoc probetur: imposui in exarmata
 nauem: non est occidere? Noueræ quidem nunquam satis pri-
 uignus occiditur. Multas rerum natura mortis uias aperuit, et
 multis itineribus fata decurrunt, & hæc est conditio miserrima
 humani generis, quod nascimur uno modo, multis mori-
 mur: laqueus, gladius, præceps locus, uenenum, naufragium,
 mille aliæ mortes insidiantur huic miserrimæ animæ, & hoc
 occidere uocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in turba, & hoc
 dicit, huic quisquam parcat qui fratrem suum occidit, & occi-
 disse se probat? Componis in domo par, ut alter scelere sit par-
 ricide, alter ministerio. Impositus est in nauem frater, qualem
 nauem? scitis, nihil esse periculosius, quàm etiam instructa nauis
 gæ, parua materia seiungit fato. Quid si uero non rudentibus
 committitur illa anima, non uelis, non gubernaculo defenditur,
 exarmata nauis, & utroq; patens latere. Imponitur miser in
 naufragium, nauigio per se pessum ituro, pondus insuitur. Ecce
 nauem diuinitas armat, subito uisa sunt uela, subito nauis cepit
 & regere se & attollere. Magnum est præsidium in periculo
 innocentia. Sæuum mare inuoluitur, procellæ spumante impetu
 latera nauigij urgent, pulsatur undiq; nauis periculis, innocen-
 tia tamen tuta est. O maria iustiora iudicijs. O mitiores procel-
 læ patre, quàm effecistis animam. Nec hoc tantum diuinitus ge-
 stum est, quod peruenit tutus in portum, excipitur classe præ-
 donum. Habeat pater mentem nauigandi, capietur iudex, ut il-
 lum poeniteat sententiæ suæ. Damnare me nouerca parricidij
 potui, parricidam facere nec damnando quidem potuit. Co-
 gnosce innocentiam meam in mari, quàm domi noluisti. Comple-
 xu, osculis prosecutus est, sic patrem parricide dimisit. I V N I I
 GALLIONIS. Multa non agnosco, frater domi damnatus
 est, ego in publico: illi obiectum est quod parricidium fecerat.

mihi quod nō fecerim: ille negabat, mihi nouo patrocínio uten-
 dum est, fratrem occidi: in ea domo, in qua parricida damnatur,
 hæc innocentia est. Video uos inuitos audire hoc genus defen-
 sionis, malo itaq; me uobis innocentem probari quam patri. Fra-
 trem non occidi, non potui fratrem occidere. Idem timuimus, idē
 doluimus, idē fleuimus, eundē patrem habuimus, eandē matrem,
 eandē nouercam: mitioris natura pectoris sum, mollioris ani-
 mi. Non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium, ani-
 mus meus durior est, illius clementior: apud piratas quoq; in-
 uentur, qui non possit occidere, putas me dicturum ne alius occi-
 deret? Si mater nostra uiueret, puto illi tradidisset. Quod pro-
 ximum fuit, mihi tradidit. Vtrum uobis uidetur per manus pa-
 tris punire filium uoluisse, an ablegare priuignum? pudet me pa-
 trocinij mei. Timeo ne cum coepero narrare quid fecerim, di-
 catis, certe negabis te posse hominem occidere. *M V S A E.* Tra-
 ditus est frater puniendus mihi potissimum, quo istud proposito
 pater feceris, apud plerosq; disputationem habet. Ego, si quid mi-
 tius illo tempore uoluit fieri, non intellexi. Imposui multum recu-
 santem, & insui culeo postulantem. Obijcis mihi molliorem ani-
 mum, alius mitior est plus quam debet, alius seuerior est quam
 necesse est, medijs alius affectibus inter utrunq; positus, totus
 in sua potestate est. Quidam & accusare & damnare possunt
 & occidere, quidam tam mites sunt, ut non possint in caput ne
 testimonium quidem dicere. Nō possum hominem occidere, hoc
 uirum & apud piratas inuenitur. Alij uiuere sine reipublicæ
 administratione non possunt, alij in priuato latere, & extra
 omnem inuidiam secessisse præcipua tranquillitas est, alij non po-
 test persuaderi, ut matrimonio obligentur, alij ut careant. Sunt
 qui castra timeant, sunt qui cicatricibus suis gaudeant. In tanta
 morum uarietate uidete quantum sit quod excussem, non am-
 bitioni, non inertie ueniam peto, misericors sum, non possum
 G occid

occidere hominem. Gratulare pater naturæ meæ, Nunquam
 eiusmodi filijs parricidii faciet. Hoc uitium à te traxisse uideor.
 An non putas misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum
 dedit? Centurio Luculli Mithridatē nō potuit occidere, dexte-
 ra simul ac mente languit, proh bone Iupiter Mithridatē quā
 non dubiū parricidam. POMPEII SILONIS. Gaude pa-
 ter, neuter filius tuus parricidii fecit, dimisi in portum naufragum.
 Vis pater scire, accusator nocentior sit an reus? Coniice
 in alteram nauē nouercam, illa faciat uotum, precetur, si nemi-
 nem innocētem accusauit, si priuignū immerentem nō oppres-
 sit, in eos piratas incidat, qui nesciant captos dimittere. AL-
 TERA PARS MVSÆ. Parricida meus in mari re-
 gnat. SEPULLII BASSI. Nega tu parricidam fuisse,
 quem scis esse piratam. CAI SABINI. Facinus indignū,
 parricida damnatus post poenā potuit dicere patri suo, more-
 re. DIVISIO. LATRO in has quæstiones diuisit. An li-
 cuit illi quod iubebat pater facere. Non licet, inquit, fratrem ne-
 care, ille damnatus erat, non enim iudicio publico ceciderat,
 ignosce si diligentior sum, cū uideam hominē tam facile dāna-
 ri. Timeo ne quis me parricidij postulet, facile est, si dicenda sit
 domi causa, etiam nocens absolutionē sperare potero, in foro
 quid respondebo? Occidi fratrem parricidā, me quoq; uocant,
 quod non affui reo, si licuit an debuerit. Nocēs est iste, sed mi-
 hi frater est, naturæ iura sacra sunt. Quid de me iudicaturus
 est si fecero? puto difficulter postea in me parricidium credes.
 Etiā si debuit parere patri, an ignoscendū sit illi, si non potuit.
 Fatebor, inquit, quod forte offensurū est aures, patri parere uo-
 lui, fratrem occidere non potui. Obortæ sunt subito tenebræ,
 dirigit animus, sublapsus est intercepto spiritu corpus, non
 possum fratrem occidere. Pone hoc loco piratam, non poterat.
 Quidam occidere hominē tantū nō possunt. Quorundam ad-
 uersus

uersus hostes deficit manus. Fratris quoq; beneficium non est
 tam magnū pater, quā magnū putas. Non ille te noluit occi-
 dere, sed non potuit. Nouissimas illas partes fecit, quāuis nō oc-
 ciderit, si tamē potuit damnatū, an abdicari debeat. Dicit enim
 pater, si non poteras, negasses: & misisses ad me, non posse te.
 Hoc loco Latro dixit rem ualde laudatā, dixisses, inquit, te nō
 posse, Ita me nesciebas, putasti me posse occidere? Quid ergo
 sic loquebaris? iam unū parricidij condemnaresses: deinde an pu-
 nuerit fratrem. Hæc descriptio supplicij, quod dixit grauius
 etiā culeo fuisse, & adiecit hoc die illum pœnas dare inter bar-
 baros inclusum, per quos necesse est illis patre populari cape-
 re, sed ne per illos quidē necesse est parricidiū facere. Hac di-
 uisione usi sunt, quibus placuit & illius causam defendere, in-
 ter quos & Geminus Varius fuit, qui aiebat adolescentē opti-
 mam causam habere, si non occidit fratrē, etiā nocentem, me-
 liorem tamen si non occidit innocentē, Partitam autē materiā
 fecit erga has quæstiones Geminus, & quibus idē placuit. An
 abdicari non debuit, etiā si nocentē fratrē nō occidit: hic dicit,
 non licuit, non debui, non potui, An innocentem nō occiderit.
 Bellam rem Geminus hoc loco dixit, cum cœpisset per omneis
 numeros fratrē tanquam reum defendere. Dicit, inquit, aliquis,
 tam sero defendis. Non potui citius. Hodie primū res in forum
 delata est. Nouissime, an etiā nocentē satis punerit. De colore
 inter maximos & oratores & declamatores disputatum est,
 utrū ne aliquid deberet dici in nouercā, an non P. ASPRE-
 NAS ET ALBVTIVS, & præter oratores magna ho-
 rum rhetorū manus in hanc partē transiuerant, & qui in no-
 uercam inueherentur fuerunt, & illi qui non quidē palām di-
 cerent, sed per suspensiones & figuras: quas rem non probabat
 PASSIENSIS, & aiebat, minus uerecundū esse, aut tole-
 rabile infamare nouercam quā accusare. Quidam principia

tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. Excusatius est autē in malū colorem incidere quā transire. LATRO illum introduxit colorē rectū in narratione, quo per totā actionē usus est, non potuit occidere. Et cū descripsisset ingenti spiritu titubantē, & interrogatione fratris occidendi concidentem dixit, Nouerca aliud quere in priuignū tuum crimen, hic parriciū non potest facere. CAESTIVS colore alio usus est. Transibamus, inquit, secundum matris sepulchrum, inuocare coepit manes eius, motus sum. Et puerili sensu colorē transcurrit, quid facerem, inquit, occidere pater iubebat, mater uetabat: & cū colorē dixit, hęc me cū cogitauī, non est imperatū ut manu occiderē, non ut laqueo, nō ut mari, eligere supplicij genus liberū est. FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus. Tentari me à patre putauī, uno, inquit, supplicio alterū filiū puniri, alterū experiri uult. ALBVTIVS in argumentis plura posuit, & omnes ferē colores contrectauit. In narratione hoc colore usus est, & dixit, hoc unū mihi praesta beneficiū, sine me tanquā parriciā mori. ARGENTARIVS, Non tanquā frater essem, sed huius consilij inuentor dixit, Cogitauī quid facerē. Tandē inueni quomodo parriciū uindicarem sine parricidio. PASSIENVS hoc colore usus est. Non putauī patrem utiq; uelle occidi filiū. Videbatur mihi omnia misericordiae adiumenta praeparasse, quod domi cognouerat, quod inter suos. Fratri, inquam, tradidit, age si parcere noluisset, cui tradidisset. POLLIO ASINIVS dixit in nouerca, itaq; illo colore usus est. Cogitauī mecum quid liceret, quid oporteret: si tantum inquam nefas commissum est, nullae meae partes sunt ad expiandum scelus. Triumuiris opus est, commitio, carnifice. Tanti sceleris, non magis priuatum potest esse supplicium quā iudiciū. MARCELLVS dixit ita, Si iste parricidium fecit, ideo & ego faciam: & illam quā supra sententiam

tentiam retuli, habes, inquam, frater. VARIUS GEMINUS & ipse dixit, Nolui occidere, egregie, inquam nouerca inter priuignos diuisit odiū, aliter aliū aggressa est, alteri parricidium obijcit, alteri mandat: & hac illū figura defendit in narratiōe. Interrogauī fratrem, apud quem prætorem causam dixisti? apud nullum, inquit. Quis accusator fuit? nemo, Quis testis? imò qui testes? Vni enim etiam de minore scelere nō creditur. Nemo, inquit. Quis de te pronuntiavit? nemo. Quid pater inquit? Ego si reus fuisset, ad te nō misisset. SEPVLIVS BASSVS hoc colore usus est. Non habui parricidæ instrumenta, non culeum, non serpentes, parricidam tamen in maria proieci. VIPSANVS duro colore usus est. Hoc, inquit, supplicium tāquam grauius elegi, quid iste, inquam, insuctur, & statim omnem sensum supplicij effugiet? imò sollicitus pendeat, & quod ne insuti quidem parricidæ patiuntur, ipse poenam suam spectet: nihil speret, timeat omnia, peius debet quā cæteri parricidæ mori, à patre damnatus est. Et hoc colore per totam declamationem usus est ut diceret, hoc se tāquam grauius elegisse. Displicebat color hic prudentibus. Quā enim spem habuit absolutionis, si nec paruit, nec pepercit? HATERIVS hoc colore usus est. Diu mecum disputauī, parricida est, quem non testis probauit? non iudex coarguit? quid ergo? innocens quem condemnat pater? Inueni æque poenam simillimam reo, mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quæ uel punire fratrem possit, uel absoluerē. TRIARIVS & ipse quasi sententiam de fratre ferre noluisse, egit & dixit. Tandem ad coelum manibus leuatis, quicquid est inquam quod terris imperat, quod regnat profundo, quicquid est quod ex sublimi res spectat humanas inuoco, damnatus alto committitur, Dij iudicate post patrem. Hæc sententia dicebatur ex Græco translata, sed Græca corruptior est.

A parte patris, quod ab archipirata dimissus est sic. CAESTIVS, Poenam, inquit, putauit mihi hanc esse morte grauiorem, & sic posuit in narratione, Rogabam ut occideret, non impetraui. VARIVS GEMINVS ait, In hoc me dimisit, non quia uolebat saluum esse, sed ad patrociniū suum, ut quia non nunc occiderat, uideretur nec ante uoluisse. LATRO dixit, Quis porro uno me miserior est, qui uitam parricidae debeo. DIOCLES CARYSTIVS elegantem sensum in proemio posuit pro adolescēte, cū diceret causas se abdicationis non inuenire, luxuriae se occasionē non habuisse, parriciū sibi non obijci, & contra reos se minime laborare, fortasse, inquit, queritur, quod captū non redemerit, adiecit. Et cū tractaret in ultima parte, debere patrē nosse uitia liberorū, et ferre utiq; in unico, adiecit, ARTEMON in descriptione tempestatis laudatus est, & belle accessit ad eam. Et cū de ipso nauigio diceret, pulchre coepit. Et ultimā descriptionis suae sententiā proposuit, Et ad partem narrationis eleganter transit, GLYCON dixit. Soleo dicere uobis Caestium Latinorū uerborū inopia hōiem Graecū laborasse, sensibus abundasse. Item quoties aliquid describere ausus est, toties subsiit, utiq; cū se ad imitationem magni alicuius ingenij direxerat, sicut in hac controuersia fecit. Nam in narratione, cū fratrem traditū sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione una et infelici. Nox erat concubia, & oīa iudices canentia syderibus muta erant. MONTANVS IVLIVS qui comis fuit, quiq; egregius Poeta, aiebat illum imitari uoluisse Vergilij descriptionē. Nox erat et terras animalia fessa per omnes, Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat. At Vergilij imitationem bene cessisse, qui illos optimos uersus Varronis expressisset in melius.

Desierant latrare canes, ur besq; silebant.

Omnia

Omnia noctis erant placida cōposta quiete.

Solebat Ouidius de his uersibus dicere, potuisse fieri lōge meliores, si secundi uersus ultima pars abscideretur, et sic desineret, oīa noctis erant. Varro quem uoluit sensum optime explicuit. Ouidius in illius uersu suum sensum inuenit, aliud enim interius uersus significaturus est, aliud totus significat.

CONTROVERSIA XVIII.

De moribus fit actio.

Popilium parricidij reum Cicero defendit, absolutus est, I proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popilius, et caput eius ad Antonium retulit, accusatur de moribus. **BASSI SEPULLII.** Si accusasset Cicero Popilium, uineret. Occidit Ciceronē Popilius. Puto iam creditis occisum ab isto patrem, ut uno ictu pereat, tantū dabo pro Cicerone, si liceat pacisci. **GABII SABINI.** Quod unū potuimus, effecimus, ut ueniret tempus, quo Popilius Ciceronem desideraret. Popili potes, inquit, Ciceronē occidere, potes uel patrē. **PORITII LATRONIS.** Prorsus occisurus Ciceronem debebat incipere à patre. Antonius, inquit, inisit. Non pudet te Popili? Imperator te tuus credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manū, effecit ut minimū in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit. Facinus indignū, felicissime licet cedat actio, id solum effecimus, ut qui occidit Ciceronem tantum erubescat. Proh dij boni occisum Ciceronē, et caput eius humerotenus recisum. **ALBVTII SILII.** Cæde ceruices tanti uiri, & humerotenus recisum amputa caput. I nunc, et nega te parricidam, Hoc unum tantū feliciter fecisti, quod ante occidis patrem quàm Ciceronē. Facilius Cicero pro parricida iudices mouit, quàm pro se clientē. Ad uos hoc patroni exēplū pertinet. Nullos magis odit Popilius, quàm quibus plurimū debet. Vbi cumq; estis iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid penitet

absoluisse? ARGENTARIVS. Impius est, ingratus est, audeo dicere parricida. Sensit qui defenderat. Respice forum, hic sub Cicerone sedisti, respice rostra, hic supra Ciceronē stetisti. Quantum eloquentia tua Cicero potuit? Popilius de moribus reus est, abscidit ceruices loquētis, hæc est absoluti clientis post longum tēpus salutatio. Parce iam quæso Popili. Nihil tibi nisi occidendum Ciceronē mandauit. Duo fecit parricidia, quorum alterū audistis, alterū uidistis. CAESTII PII. Si dixere, infamis adolescētia turpis est, infamis pueritia turpis est, respōdebit, iam ista Cicero defendit. Non pudet Popili, accusator tuus uiuit: quid tam cōmune, quā spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ciectis? Parricida sic etiā tu perisses. FVLVII SPARSI. Non credidisset Popiliū fecisse Antonius, nisi in mentē illi uenisset, illū & parricidiū fecisse. Facinus indignū, à me defenditur Cicero, cū Popiliū Cicero defenderit. MENTONIS. Nō magis quisquā alius occidere Ciceronē potuit præter Popiliū, quā nemo Popiliū præter Ciceronē defendere, parricidā quē uiuus negarit Cicero, occisus ostendit. Fortunam Ciceronis, Antonius illum proscripsit, qui accusatus est, Popilius occidit qui defensus est. Si dānatus esses, carnifex te culco totū insuisset. Video quid respōdeat. Nō credit Antonius occisum Ciceronē à Popilio, nisi ei signū attulerit. TRIARII. Præsta Ciceroni quod propinqui Catiline, quod amici Verri præstiterūt. Proscriptū transi. Ne à mortuo quidē manus abstinēt, lacerat occisum. Popili hoc parricidium tertium tuū est. POMPEII SILONIS. Nunquid magis exonerare te possis, præsta Ciceroni quod Antonius. CORNELII HISPANI, Dic Antonio, ego istud scelus facere possum & patrē occidi. Securi erant amici Ciceronis postquā ad illū Popilius missus est. ARCELLII FVSCI PATRIS. Potuisti Ciceronē occidere. At quā bene persuaserat nobis Ci-

cero, parricidium te facere nō posse. Occidisti tu Ciceronē lo-
quentē. Nūquid inq; & aliquis ex tuis uenerat index, an nemo
Ciceroni timēdus est, qui cū Popilio uenit? Q. HATERII, qui
modo Italiæ humeris relatus est, nūc sic à Popilio refertur, pro-
posito in rostris capite Ciceronis: cū unius metu oīa tenerētur,
gemitus tamen Popilij liber fuit. IULII BASSI. Proscriptus,
inquit, erat Cicero, pater certe tuus proscriptus non fuit.
BLANDI. Dij manes, Popilij senis patris, et inultæ Cicero te
persequitur umbræ, ut quē negasti, parricidā sentias. CAPI-
TONIS. Deduxi ad uos reum oīm quos terra sustinet, nocē-
tissimū, ingratum, impium, percussorē, bis parricidā, nec tamē
timeo, patroni uiderint, ne à Popilio quidē nisi post beneficium
occiditur. Nec damnationē tamen istius despero. Nō enim à Ci-
cerone nūc defenditur, timeo ne causæ non satisfaciam. Maior
causa est, occisum à Popilio Ciceronē queri, quā fuit aliquando
probare nō occisum patrē. Ciceronē quisquam potuit occidere
qui audiuit? Minturnensis palus exulē Mariū non hausit. Cim-
ber etiā in carcere uidit imperantē, prætor iter à cōspectu exu-
lus flexit. Qui in crepidine uiderat Marium, in sella figurauit.
Non possumus de Popilio queri, eodē loco patronū habuit quo
patrē. Pompeius terrarū marisq; domitor Hortensij se clientē
libenter cōfessus est. Hortensius bona Pōpeij non Pōpeium de-
fenderat. Romulus horū mœniū conditor et sacratus caelo pa-
rens, nō tantā urbem fecit, quantā Cicero seruauit. Metellus in
Vestæ æde extinxit incendiū, Cicero Romæ. Glorietur Han-
nibale Scipio, Pyrro Fabritius, Antiocho alter Scipio, Perse
Paulus, Sparthaco Crassus, Sertorio & Mithridate Pōpeius,
nemo hostis Catilina propius accessit. Fert appēssum conto ca-
put, & defluente sanguine hūc ipsum inquinat locū, in quo pro
Popilio dixerat. BVTEONIS. Quantæ fuit eloquētiæ? pro-
bant ab eo nō occisum patrē, à quo occidi poterat etiā Cicero.

MARYLLII. Si inimicus essem patronis optare ut reus absolueretur. Turpe iudiciū, in ea ciuitate Ciceronē non defendi, in qua defendi etiā potuit Popilius. Popiliū pauci ex historicis tradiderunt interfectorē Ciceronis, sed hi quoq; nō parricidij reum à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio. Declamatoribus placuit, parricidam reū fuisse. Sic autē eum accusant, magis quam defendi nō posset, cum adeo possit absolui, ut ne accusari quidem potuerit. LATRONI nō placebat illum sic accusari quomodo quidā accusauerūt. Obijcio tibi quod occidisti hoīem, quod ciuē, quod senatorē, quod consularē, quod Ciceronē, quod patronū tuum. Hac enim ratione non aggrauari indignationē, sed fatigari, statim illò ueniendū est ad quod properat auditor. Nam in reliquis adeo bonā causam habet Popilius, ut detracto eo quod patronū occidit, nihil negotij habiturus sis, & patrociniū eius est ciuilibus belli necessitas. Ita q; nolo per illos reum gradus ducere, quos potest tutius euadere. Licuit enim in bello & ciuem & senatorem & consularē occidere, nec in hoc crimen est, quod Ciceronem, sed quod patronum. Naturale est autem ut quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius sit factum in Ciceronem patronum. LATRO accusauit illum de moribus, primum quod sic uixisset, ut causam parricidij diceret, deinde quod patronum suum occidisset. Et fecit has quæstiones, an posset eo nomine accusari, quo absolutus est. Si quis, inquit, hodie uolet me parricidij postulare non poterit. Quomodo crimen quod obijci non potest, puniri potest? An in bello ciuili acta obijci non possint. Honeste dixit, cum hunc locum tractaret VARIUS GEMINVS. Si illa, inquit, tempora in crimen uocas, dicis non de hominibus, sed Reipub. moribus. Si potest, quod ciuili bello actū est, obijci, an hæc obijci debeant. Hanc quæstionem in illa diuisit. An etiam si necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. *quædam*

quædam enim nulla debet necessitas compellere: hoc loco LATRO
 dixit summis clamoribus, ita tu Popili si Antonius iussisset pa-
 trem tuum occideres? Deinde an non fuerit ei necesse: potuisti
 excusare te, potuisti præmittere aliquem ad Ciceronem, ut sci-
 ret & fugeret. Necesse certe non fuit, manum caputq; præci-
 dere mortuo. Colorem pro Popilio LATRO simplicem ha-
 buit, necessitate coactum fecisse, & hoc loco illam sententiã di-
 xit, miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere, quo Ci-
 ceroni mori? ALBVTIVS dixit, in pœnã Ciceronis electum
 amicissimũ Ciceronis, quasi exprobraturus per hoc illi suã for-
 tunã esset: molestius, inquit, feret se à Popilio occidi quã occi-
 di. MARCELLVS ETERNIVS eundem colorem ali-
 ter induxit. Cogitabat, inquit, Antonius secum, quod Ciceroni
 excogitabo supplicium? Occidi iussero? olim iam aduersus hunc
 metum emuniuit animũ. Scit mortem, nec immaturã esse consu-
 lari, nec miseram sapienti: fiat aliquid noui quod non expectat,
 quod non timet, non indignabitur ceruicẽ hosti porrigere, indi-
 gnabitur clienti. Popilium aliquis uocet, ut sciat quantũ illi de-
 fensi in Republica profuerint. SYLO POMPEIVS hoc
 colore usus est, Offendebatur, inquit, proscriptione, & quædã
 liberius loquebatur, non miror, Ciceronis cliens est, tanto ma-
 gis occide Ciceronem tuum. Et dixit, non sue infirmitatis sen-
 tentiam. Vterq; inquit, sed diuerso genere punitus est. Cicero-
 nis proscriptio fuit, occidi, mea occidere. MARILLIVS
 præceptor noster sic narrauit, iussit, inquit, imperator, iussit uĩ
 ãor, iussit qui proscripsit, ego illi negare quicquam possem, cui
 nihil negare poterat Respublica? BLANDVS hoc inquit lo-
 co, uolo me excusare, dixi, Cicero me defendit: respondit, scio,
 me accusauit. Ergo, ut sciat plus sibi Antonij accusationẽ no-
 cuisse, quã Popilij defensionem profuisse. BVT E hoc co-
 lore, uocetur, inquit, ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Exco-
 gitauit

gitauit quomodo Cicero sua periret manu. CAESTIVS hoc colore, Durissima, inquit, mihi militia in Antonij castris fuit, ob hoc ipsum, quod Ciceronis eram cliens, difficillime mihi expeditiones dabantur, Tunc quoq; uocatus sum quasi ad poenam. I, inquit, occide Ciceronem, nec credam, inquit, nisi attuleris caput, magisq; admiratus est potentiam suam, quod Ciceroni Popilio non licebat non occidere. FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus est, Antonij se partes secutum, ut si quid posset Ciceroni prodesset, facta proscriptione ad genua se Antonij procidisse, deprecatum se pro Cicerone, offensum Antonium, eo magis dixisse, Occide quem mori non uis. Hic color displicebat Passieno, quia ad testem ducit: nam si hoc fecit Popilius, non tantum quod defendat non habet, sed habet quod gloriatur. HISPO ROMANVS uehementi colore usus est & duro. Patronum enim Popilio dedit, & dixit aliter se causam acturum Popilij, aliter Antonij: pro Popilio dicturum, occidere nolui, coactus sum: pro Antonio dicturum, occidi Ciceronem oportuit, & dixit locum, aliter non potuisse pacari Rempub. quam si illi turbator oculi est Repub. sublatuisset. Solus ex declamatoribus in Ciceronem inuectus est. quid ille, inquit, cum Antonium hostem iudicaret, & omnes Antonij milites, non intelligebat se & Popilium proscripsisse? Hic color prima facie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est. VARIVS quidem minus dixit, Cum imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis P. Clodij mitteretur, qui contumelias afficeret, antequam occideret, & uuum laniaret. ARGENTARIVS dixit, Vocatus ueni, popilio proscriptione Antonius terribilior erat factus, etiam suis. Iustus sum Cicerone occidere, quid facerem? Non parere uno modo poteram, si me occidissem, hoc nec Cicero poterat. A parte accusatoris illo loco, quod Popilius uenit, nemo non aliquid noui uoluit dicere. LATRO ait, Praeluserat fores, nemo ad proscrip-

ptam

petū recipiebatur. Popilius ut uenit, admissus est. CAESTIVS dixit, Ut renunciatū est Ciceroni, ait, Popilio semper uaco. VISPANVS CORNELIVS fecit etiā querentē Ciceronem, Popili tam sero. ALBVTIVS dixit, quid est Popili? ecquid tuto lateo? nūquid mutādus est locus inepte ab Idibus? PAVLVVS quidē induxit Ciceronē, tum maxime Popilij orationem legentē. Et MVRRHEDIVS nō est passus hāc cōtrouersia transire, sine aliqua stuporis sui nota. Descripsit enim ferentem manū & caput Ciceronis Popilium, & Popilij manum dedit Popilio, quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum eius?

CONTROVERSI A XIX.

TER abdicatus comprehensus est à patre, in secreta domus parte medicamentū terens, interrogatus, quid esset, dixit, ueneni, & uelle se mori, & effudit, accusatur parricidij. CAESTII PII. Dic quid commisi? certe nec secreta te fallunt, dimittam te, intelligetis cui parauerim, dic quid ante cōmiserim, nisi forte cōtentus es reo cōmittere parricidiū, parricide nihil. ARGENTARII. Volo mori, quia reus fui, quid ergo, reus uiuet? uiuet, quia sordidatus absidebit pater. Reuertar ad uenenam, quando iniqua fortuna nullo me periculo defungi semel passa est. ALBVTII SILII. Quare ergo nō moreris? Nō timet me mori, si quē alium iuuet. Ut interuenit, in alias cogitationes abij. Ergo quisquā tam infelix fuit, ergo quisquā me magis odit, quā ego miser memet cœpi? VARIIGEMINI. Ter inquit, abdicatus es. Videris mihi pater obijcere, quod tam illa uiuā, quod pro me loquor. Nolite mirari, tam tracundū est innocētibus mori quā miseris defendi, CORNELII HISPANI. Scio quosdam periclitanteis illa iactare, nūc primum causam dico, hic ergo dicere non possem, iterum reus fui, nec tabito, qui nobis in odiū uenerim, cum ipse me oderim. PORTII LATRONIS. Ter causam dixi, accessi ad hęc suppli-

cia mea, uenenum teneo, hoc si tibi satis nō est, uiuam. ALTE-
 RA PARS ALVTII SYLLI. Testor deos immorta-
 les, hoc me tribus iam cauiffe abdicationibus, ne in domo mea
 uenenum deprehenderem. Parricidij reus uiuit, qui abdicatus
 mori uoluit. In quā angustō domus meae fortuna posita est,
 aut patri pereundum est, aut filio. Quid habes, quare me mori
 uelis? Viuunt orbi, uiuunt naufragi, uiuunt etiā quibus contige-
 runt liberi. Ter abdicatus cū se mori uelle dicat, uitam rogat.
 Teneo parricidium, quod apparet etiā in suam mortem para-
 tissimum. CORNELII Hispani. Nolite mirari, si debitas ue-
 res dolori meo non exhibuero, tribus iudicijs experti estis, pa-
 tres accusare non posse. VIBII RVFFI. Cum tantum est
 quod fateris, quantū est quod negas? Tu uenenum quaesisti, tu
 uenenum emisti, tu uenenū intulisti in eam domū, in qua habe-
 bas inimicū patrem, recte uitam odisses suam, cui parricidium
 obiecisses. Vis scire quid peccaueris? indica quis tibi uendiderit,
 dicitur illi, tu illi uenenum uendebas, tu ter abdicato uendebas
 sine dubio sciebas cui daturus erat, ita hoc ego iudicio filij mor-
 tē moror. Si me cum isto includitis, moriar, ut uobis hanc facili
 inuidiam, quam iste mihi facere uoluit. VARI GEMINI.
 Queritis filius meus uenenū cui parauerit? uiuit. POMPEII
 SYLONIS. Mihi, inquit, parauit, & hoc est patri parere.
 Absolutus mori uult, reus uiuit. MVSAE. Habuit malū me-
 dicamētum Mithridates. Quis enim alius debebat habere quā
 parricida? habuit inquā Demosthenes uenenum & uixit, idem
 ego tibi pater quod Demostheni Philippus. PORTII LA-
 TRONIS. Cum abdicarē, si quid obieceram, aiebat, mori
 quid deprehendisti? non tamen habebitis quod multum de eo
 dubitetis, quod negat parricidium, quod confitetur, uenenum
 est. Mori, inquit, uolo uiuo patre, & hoc parricidū est. Nihil
 æque timui ne biberet uenenum, quā ne daret. ARELLI

FVSCI PATRIS. Mihi, inquit, paravi uenenum, ne quis
 dubitet an alium possim occidere. IVNII OTHONIS PA
 TRIS. Reus est parricidij, qui mauult mori, quã patrẽ uide
 re. quomodo uultis, magis probem uobis illũ mori noluisse? nõ
 uult mori. Mori, inquit, uolui. quare? quia ter uicisti. Si mihi
 credis, parricidũ facere uoluit. Qualis est reus, cuius hoc unũ
 patrocinium est, indignũ se uita fuisse? Dico tam inuisum illi pa
 trem fuisse, ut occidere uoluerit. Non puto uos exigere diuisio
 nem, cũ coniecturalis sit controuersia, habet tamen dissimilem
 ceteris coniecturam & duplicẽ, non quomodo solet, inter duos
 reos, cum alterum coarguimus, aut inter duo crimina, cũ alte
 rũ probamus, ut id alterius fiat probatio, tanquam cum dicimus
 adulterã fuisse, ut credatur etiam propter hoc uenefica. In uno
 homine coniectura duplex est. Querimus enim utrũ uenenum
 in suam mortẽ, an in patris parauerit. Si hic color displicet pro
 adolescente, quo dixit Latro ut nihil mutaret, sed diceret, Mo
 ri uolui tædio abdicationis & infelicitatis assidue, cum in hoc
 tantũ sordes ponerem, ut cum maiore tormento positas resume
 rem, & absoluto mihi uni, non finis esset periculi, sed initium:
 incipit præter coniecturam, & illa pruna uulgaris in eiusmodi
 controuersijs & pertrita quæstio incurrere, an uenenu habere
 in mortẽ suã liceat. ALBVTIVS illo colore pro adolescente
 dixit, nõ fuisse uenenu, Cũ putarẽ inquit, odio esse patri meo,
 uolui experiri affectũ eius, quõ mentionem mortis meæ ferret.
 Itaq; palãm & ita ut interueniret pater tenui. FVSCVS
 ARELLIVS eodem colore usus est, sed aliter: non dixit, ex
 periri patrẽ uolui, sed ut miserabilem me patri facerẽ. MVR
 RHEDIVS pro cætero stupore suo dixit, medicamentum se
 parasse ad somnum, quia assidue sollicitudines, uigiliarum sibi
 fuerent consuetudinem. Vsus colore est, & Publina sententia
 dicit, Abdicationes, inquit, suas ueneno diluit. Et iterum, Mor
 tem,

Publij Mimi.

tem, inquit, meam effudi. Memini nos cum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo iam infecta erant adolescentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quasi iam ille hanc insaniam introduxisset. CASSIVS SEVERVS summus Publij amator aiebat, non illius hoc vitium esse, sed illorū, qui illū ex parte, qua transire deberent, imitarentur: quæ apud cum melius erant dicta, quàm apud quenquā comicū tragicumq; , aut Romanū, aut Græcum, ut illum uersum, quo aiebat unum uersum inueniri non posse meliorē, Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Et illud de eadem re dictū, Desunt luxurie multa, auaricie omnia, Et illos uersus qui huic quoq; ter abdicato possent conuenire, O uita misero longa, felici breuis, Et plurimos deinceps uersus referebat Publij disertissimos. deinde auctore uitij, quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur, aiebat Pomponiū Attellanarū scriptorē fuisse, à quo primū ad Laberiu transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad uirtutum studia transtulisset: nā ut transeam innumerabilia, quæ Cicero in orationibus, aut in sermone dixit, & nota ut non referā à Laberio dicta, cum Mimi eius quicquid modo tolerabile habent, tale habeant, id quod Cicero in Laberium. Diuus Iulius ludis suis Mimium produxit, deinde equestri illum ordini redditum iussit ire sessum in equestris: omnes ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Cicero male audierat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cesari, sed utriusq; adulator, multosq; tunc in senatum legerat Cesari, & ut repletet exhaustum bello ciuili ordinem, & ut his qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramq; rem iocatus, misit enim ad Laberium transeuntem, Recepissim te nisi anguste sederem. Laberium ad Ciceronem remisit, Atqui solebas duabus sellis sedere. Vterq; elegantissime, sed neuter in hoc genere seruat modum.

Ab his huius studij diffusa est in plures imitatio. Sed ut ad con-
trouersiam redeā. CASSIUS SEVERVS aiebat place-
re sibi illū colorem, Mori uolui. Et quasdam dixit inter dispu-
tandum sententias. Tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam, nihil
tantū est, infelicē hanc animā, quā toties exagitat pater & infe-
stat, semel recipiat. Sed illud rursus dicebat, Mihi serua istum
animum, facies quod uoles absolutus. Quare ergo nūc non mo-
reris, dicet aliquis? Primum non semper idē miseris libet, non-
nūquā iuuat cū fortuna sua cōcurrere, illā fatigare. Deinde ue-
rum uis quare non moriar interim? quia puto te uelle. OTHO
IUNIVS ineptā sententiā uidebatur dixisse, non multum in-
terest mea, aut enim me, aut filium meum uoluit occidere.

CONTROVERSA XX.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidā cum haberet
Luxorem, & ex ea filiū, peregre profectus, & à piratis ca-
ptus, scripsit de redēptione epistolā uxori et filio. Vxor flen-
do oculos amisit, filiū euntem ad redemptionē patris alimenta
poscit, nō remanentē alligari uult. CAESTII PII. Nō est
quod mulieris affectū lege æstimetis, quæ minatur, omnia fe-
cit, ne filius alligetur, nauigaturus reliquit uxori filiū, nec ad-
huc caeca erat. ALBVTII SYLII. Deducite filiū, itaq;
tene, complectere: audeo dicere, hoc par ne piratæ quidē diui-
derēt: si uellet filiū alligare, pateretur ire quò properat. Ergo
i adulescens, matri tuæ nec decē mensium quidē alimenta red-
des: si pascere nō uis matrē, expecta saltē ut efferas. TRIA-
RII. Legem attulit, quæ catenas minetur, causa est quia timet.
MARCELLI ESERNINI. Si perseueras, me quoque ad
piratas trahe, impetrabo ab illis alimēta & uirū meū. FVL-
VII SPARSI. Mater si non pascitur, moritura est. Pater
etiam si nō redimitur, pascitur tamē. IULII BASSI. Patri
tas supersunt et oculi & alimēta. ALTERA PARS CAESTII

PII. Matrem meã imitari uolo, amare me docuit, unis uinculis duos alligauit. Si matris exẽplo pius esse uolucro, etiã oculos patri debeo. ARELLII FVSCI PATRIS. Desertorẽ tuũ apud patrẽ inuenies. VARIII GEMINI. Qualis fortuna est, cui uincto mater catenas denuntias? eundum est uictori ad piratas. Omnia licet patri præstem, meliorẽ tamen habuit uxorẽ: quã multi me putant, quia nolo ad patrẽ redimendũ ire, nunc cũ matre colludere. FVLVII SPARSI. Matri nihil timeo, si eam apud uos relinquo. Patri quid timeo, si eum apud piratas relinquo? BVTEONIS. Oculos certe etiam mihi, ne plus marito præstiterit uxor. LATRO hanc cõtrouersia quasi esset tota officij declamauit. Nullas quæstiones iuris inscruit, sed cõparauit inter se incommoda patris & matris, & tanquã quæreret, dixit. Vtrũ ad redimendũ potius captũ patrẽ filius ire deberet, an ad alendũ cæcã matrẽ subsistere. Et sic eã diuisit, ut diceret, hoc quod pater desiderat, uile est patri. Nouissime tractauit, ne patri quidem utile, utiq; si sciat matrẽ in hac esse fortuna, nõ passurũ. In epilogis uehemens fuit. APOLLONIVS GRAECVS ET BVTEO fatuam quæstionẽ mouerũt. Primã, an lex quæ de alẽdis parentibus lata est, ad patris tantũ nomẽ pertineat. Illi sunt oia priuilegia data, et ipsam pœnã nõ alentũ, signũ esse nõ muliebris potestatis. Res est ineptior quã ut coarguẽda sit, itaq; transeo. Illud unũ quod dicebat POLLIO ASINIVS referã. Nũquã tentari debere in causa uerecũda improbam quæstionem. HISPO ROMANVS illã mouit quæstionẽ, an lex de alendis parẽtibus nõ pertineret ad matres: ut uiuis parentibus filius, inquit, familiae nulli poterit seruire nisi patri, omni alia seruitute liber est. Puta enim te alimẽta petere ab eo, quem pater mittat peregre, quẽ nauigare iubeat. Primæ partes sunt patris, secũdæ matris. ALBVTIVS nõ iuris fecit illã quæstionẽ, sed

equitãtẽ

equitatis, ita tamen, ut iuri adiungeret, & matris prius esse,
 quã patris officiũ. SYLO POMPEIVS illam fecit que-
 stionẽ, An quoties duobus cõmunis esset potestas, eius tota fie-
 ret qui præsens esset. Puta, inquit; te seruũ esse comunẽ, huic
 domi 10 seruias, qui præsens est: puta fundũ esse cõmunẽ, is fru-
 ctus percipiet qui præsens est. Illã questionẽ huic durã subie-
 cit, an nunc pater nullũ ius in filiũ habeat. Quomodo, inquit, ci-
 uis iura habeat, qui liberi hominis nõ habet? patrem habet ille
 nullã in potestate, habet matrẽ in totius legis possessionem. Est
 item non cõmune illi ius in te, sed propriũ. VARIVS GE-
 MINVS sic diuisit, An nõ semper filius cogi possit, ut matrẽ
 alit. Deinde, an nunc cogendus non sit. Non semper, inquit, fi-
 lius cogitur. Transeo illos qui nõ possunt, ægrotos & inutiles,
 aliquis ad propellendũ hostẽ proficiscitur, in cuius unius mili-
 titis posita est salus publica. Hunc retinebit mater, puta legatũ,
 de summa Repub. puta fœderis. Huic mater uincula iniiciet.
 Per partes cõparando utruq; officiũ: ille, inquit, peregre est,
 tu domi, ille captus, tu libera, ille inter piratas, tu inter ciues,
 ille alligatus, tu soluta es, at tu caeca es, ille hoc infelicioꝝ quod
 uidet. Quid enim uidet? catenas suas & cædes, & uulnera &
 cruces eorum qui nõ redimuntur: at periculosum est nihil, nisi
 domi manere & flere. LATRO dixit, pro matre submis-
 se & leniter agendũ. Non enim uindictã, inquit, sed misericordiã
 querit, & cũ eo adolescente consistit, in quo ita exigit pietatẽ
 ut impediatur. Aiebat itaq; uerbis horridioribus abstinendum,
 quoties talis materia incidisset ipsam orationẽ ad habitũ eius,
 quẽ mouere uolumus ad effectus, molliendam. In epilogis nos
 quoq; uocẽ de industria infringere, & uultũ deiicere, & dare
 operã, ne dissimilis sit orationi orator, cõpositionẽ quoq; illis
 minorẽ cõuenire. CALVVS, qui diu cũ Cicrone inquisiti-
 mum litẽ de principatu eloquẽtiã habuit usq; eo uolẽtus accu-

sator, & concitatus fuit, ut in media actione eius surgeret V-
 tinius reus, & exclamaretur; Rogo uos iudices, num si iste di-
 fertus est, ideò me dānari oportet? Idē postea cū uideret, à cli-
 tibus Catonis rei sui Pollionē Afintiū circumuentum in sorte,
 imponi se supra cippū iussit. Erat enim paruulus statura, pro-
 pter quod etiā Catullus in hendecasyllabis uocat illū salu-
 putium disertū, & iurauit siquā iniuriā Cato Pollioni Afinio ac-
 cusatori suo fecisset, se in eū iuraturū calumniam, nec unquam
 postea Pollio à Catone aduocatisq; eius aut re, aut uerbo ui-
 olatus est. Solebat* postea excedere subsellia sua, & impetulus
 usq; in aduersariorū partes transcurre. Et carmina quoque
 eius quāuis ioca sint, plena sunt ingentis animi. Dicit de Pom-
 peio, digito uno caput scalpit, quo credas sibi hunc uelle uirū.
 Cōpositio quoq; eius in actionibus ad exemplū Demosthenis
 riget, nihil in illa placidū, nihil lene est, omnia excitata & su-
 ctuantia. Hic tamen in epilogo quē pro Messio, tunc tertio cau-
 sam dicente habuit, non tantū leniter cōponit, sed cū dicit, Cre-
 dite mihi, non est turpe misereri, & omnia in illo epilogo serē
 non tantū emollitæ cōpositionis sunt, sed infractæ. In hac con-
 trouersia publicanā sententiā dedit. F E T V S quidā rhetor sta-
 turæ pusillæ, inquā Euctemon homo uenustissimi ingenij Gra-
 ce dixit, Antequā te uiderē nescio rhetor an foratos esset. Fuit
 autē CAESTII sentētia. Captus est, inquit, pater, si te capti
 mouent, & hæc capta est, & quasi nō intellexissemus ait, nesci-
 tis dici captos luminibus: & illud dixit, Mittes tamen epistolā
 infructuosam, odisse illā debes, hæc est quæ matrē tuā excaca-
 uit: & illā falsissimā in quā multi incidunt, Propter hoc ipsum,
 inquit, magis flebilis est, quod non potest flere. Et iterū inquit,
 Lachrymæ matri desunt, causæ supersunt, tanquam cæci flere
 non soleant. Memini CRISPVM quendā antiquū rhetorem
 in illa controuersia uiri fortis, qui tertiuū filium retinet, cū alter

*al. præ-
 terea

filium

filius in tyrannicidio perdidisset oculos, alter in acie manus:
 Exurgite nunc uiua cadauera, rogate pro fratre. Sed quid ego
 meos derideo, alter quod roget non uidet, alter quod roget nō
 habet. Multis cōpositio bellæ sonātis sententiæ nomē imposuit.
 Itaq; memini LATRONEM PORTIUM ut exprobra-
 ret hanc audiendi scholasticis negligentiam, maxime quia Tri-
 rius compositione uerborū belle cadentiū multos scholasticos
 delectabat, omnes decipiebat, in quadā controuersia cū magna
 quasi fluere & concitata, sic locū conclusisse. Inter sepulchra
 monumenta sunt. Et cū scholastici magno clamore laudarent,
 inuictus est in eos ut debuit, & hoc effecit ut in reliquū etiam
 que bene dicta erant tardius laudarēt, dum insidias uereren-
 tur. GLYCON dixit HYBREAS in hac contro-
 uersia dixit. In quibusdam corruptū uidebatur. RO-
 HANVS tamen

CONTROVERSIA XXI.

Mortua quidam uxore, ex qua filium habebat duxit aliā,
 suscepit ex ea filiū. Habebat procuratorē in domo spe-
 ciosum. Cum frequenter essent iurgia noueræ et priuigni, in-
 sistit eum emigrare. Ille trans parietem habitationem conduxit.
 Rumor erat de adulterio, procuratoris & matris familie. Quo-
 dam tēpore pater familie in cubiculo occisus inuentus est, uxor
 uulnerata, cōmūnis paries perfossus, puer iubetur percussorē
 cognoscere. Ille procuratorem digito denotauit, accusat filius
 procuratorē cædis, ille filium parricidij. ARELLII FV-
 RCI PATRIS. Vt audiui clamorē, si qua est fides, depre-
 hensos à patre adulteros putauit. Quis ferret te uolūtariā testē
 in forū uenientē, etiam si uenires dictura pro filio? miserrime
 puer quamuis periclitor, plus tamē pro te timeo, nimium frater-
 nis insistis uestigijs, itaque iam tibi cum matre non conuenit.
 Quādiu mater uixit, pater me fuit procuratore cōtētus, nec fa-

cile fit parricidiū. Vis scire quantū natura posuit? etiam infans pro patre loquitur. TRIARI. Viuo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis, aliquis uno teste cōtentus est, dabo populum, obijcit priuigno parricidiū, filio mendaciū, intrat procurator qua solebat. Dic puer, quis patrē tuū occiderit? dic audacter: eundem nominas, quem populus: nox placet sceleri, prorsus adulteri tēpus: habui patrē tam bonū, ut cum uxorem habere uellet, tamē me nouercā habere noluerit. Quo mihi lumen? ea tantū admissuro nefas optanda nox est. Quid, inquit, ante peccaui? dissimile est, memento enim de homicida queri, potest tyrocinū esse homicidium, parricidiū nō potest. Lumen attulisti ut discerneres, erat illic quē leuiter uulnerare deberes. Videmus adactum in præcordia gladiū, sic ego nouercā uulnerassem? frater quero an uideris procuratorē proxima nocte nihil de prioribus quero. VIBII GALLI. Ego taceam de adulterio quod persequitur & populus? ego taceā de parricidio quod persequitur puer? Testor uos iudices saluum patrem reliqui. ò magnā in contrariū seculi nostri peruersitatē, inuentus est qui patrē posset occidere & nouercā non posset. Etiam si quis occidere patrē nō potest, nouercā potest. SEPVLLII BASSI. Dum perfodio parietē, aliquis sentiet. Cuius uis leuissimū somnum, pueri, an senis, an mediæ ætatis? Pueri? frater sentiet. senis? pater. Mediæ ætatis? nouerca. Querere quā sordida domo natus esset, si ullam habuisset, nūc inquisitionem nostram humilitate effugit. Non miror si nescis, quā difficile sit patrem occidere, cum incertū habeas patrem. ALBVTII SYLLII. Quero à te mulier, an filio tuo credendum putes. Liceat mihi nutrire puerum, ne cum matre illi, ne cum tutore queat cōuenire. Tres in cubiculo sunt, patrem occidis, puerum contemnis, adulteram non times, singuli se serui libertiq; offerrebant, puer stabat ante oēs, percussor latebat post adu-

ram. Quid ante peccaui? cuius uxore corrumpti? quod si fecissem, hominem occidere, sed patrem non possem hominem occidere bonos habeo testes, timet hunc in aliena potestate. Aspice corpus patris quam grauis plaga, quam alte adactus est gladius, sic ego noueram percussissem? CAESTII PII. Adulterum te esse, non unum testem dabo, non corruptum, dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam grauiter percussi, quam debui noueram. Nouerem ne sic quidem, quemadmodum patrem IULIIBASSI. Tibi fuerit necessarium lumen, ne eam occideres, propter quam occidebas, mihi superuacuum erat, ne instrumento parricidij detegerem parricidium. Si rerum natura pateretur, obliuiscendum mihi erat patris dum occiderem. Minore licetia, quae non uidemus agimus, et quamuis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est, tibi parcam, parricidium non habeo, non possum gloriari ultione patris, frater illam meus occupauit. BLANDI quam difficile est filio patrem uulnerare, et quam facile priuigno noueram occidere. VARIIGEMINI. Patrem, inquit, occidisti, testor uos iudices nihil leuiter haec manus faciunt, utrum non habui potestatem? atqui uulnerata est, ui nolui te occidere, non habui potestatem, atqui uulnerata es, leuiter uulnerata es, quam diligenter seruata es. Tu testimonium dic, et ostende uulnus, percussor ille quam timuit, ne occideret. PORCIILATRONIS quare lumem affero? fortius parricidium faciam, si non uidero patrem, occidere aliquis patrem antequam noueram potest, nouerem ne post patrem quidem potest? TRIARIE aliquis parricidio puras manus seruat, et inde incipit quod peruenire difficile est? DIVISIO. Has controuersias quae et accusationem habent, non eodem ordine omnes declamauerunt, quidam fuerunt qui ante defenderent quam accusarent, ex quibus Latio fu. t. Fuscus Arellius, Debet, inquit, reus in epilogo

desinere, optime autem epilogum cōtexit defensionī, & hoies magis defendenti quā accusanti fauent. Vltima sit pars que iudicem fauentē possit admittere. Quidam permiscuerunt accusationem ac defensionē, ut per cōparationem duorū reorum irent, & crimen simul repulissent statim transferrent, ex quibus fuit Cæstius. Hoc nō semper expedit, utiq; qui imbecilliorē partē habent, non est utile cominus congregi, facilius latent quæ non cōparantur. In hac cōtrouersia duo uel tres rei, nouerca enim procuratori coniungitur. Itaq; à filij parte utiq; aiebat prius accusandum, quia unū debebat crimen defendere, duo obijcere, & adulterij et cædis: si qua sunt ex utraq; parte difficilia, non colorem, sed argumentationē desiderant: itaq; ne modum excedam, præteribo. Circa uulnus nouercæ quidā bellas res dixerunt, quidam ineptas, imò multi ineptas. Prius illa quæ belle dicta sunt referam. **FVSCVS.** Ut destructa leui uulnere est cutis, non credas factū, manu priuigni, credas amatoris. **PASSIENS AIT.** Sed leuiter te uulnerauit dextera illa, cui nec paries obstitit nec pater. **VARIUS GEMINVS** dixit, da ferrū testi meo, fortius feriet. **CÆSTIVS** dixit, cū descripsisset quā leue uulnus esset, Nouercas, inquit, mihi, si amicæ tuæ nocere potuisses. **NIGER BRVTIDIVS** quotidiano uerbo satis significanter usus est. **Riualem**, inquit, occidit, amicā sauciavit. **HISPO ROMANVS** eiusdem generis rem dixit, ostende nouerca, ostende id quod amator tuus uellicauit. **BASSVS SEPULLIVS** dixit, Maritū occidit, adulterā strinxit. Ex illis qui res ineptas dixerant, primus ibi ante oēs **MVSA** ridetur, qui cum uulnus nouercæ descripsisset adiecit, At Hercules pater meus tanquam paries perfoffus est. **MVRRHEDIVS** patrociniū putat esse, quod causæ suæ sanguinē misit. **NEPOS LICINIVS** ait, Nō est istud uulnus, sed ludentis adulteri morsus. **SENIANVS,**

Ex il
quit,
tantu
nec d
tiam
Mont
dixer
& ad
bus fin
ro test
testis e
tes, inq
minis s
diligent
huic aie
perrect
tem nō
à Colon
scholast
certauer
ter illud
teram p
exēpla c
ma redig
ineptis
modo fec
de indulg
ait, Mut
pu, qui p
panitur,
tam fieri

Ex illa stultorum nota sententiã protulit. Non uulnerauit, inquit, nouercam, sed uiri sui sanguine aspersit, cum illic uulnera tantum ponantur. VINITIUS exactissimi uir ingenij, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, solebat hanc sententiam Seniani deridere, & similem illi referre in oratione dictã Montani Votieni. SENIANVS in hac eadem controuersia dixerat, Nihil puero est teste certius, utiq; quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos, ut intelligat, et nondum ad eos quibus fingat. Et hæc diffinitio, inquit, ridicula est, nihil esse puero teste certius, utiq; quinquenni, puta nec si quadrimus puer testis est, nec si sex annorum. Illud uenustissime adijciebat. Putes, inquit, aliquid agi, omnia in hac sententia circumspecti hominis sunt, finitio, exceptio. Nihil est autem inamabilem quã diligens stultitia. MONTANI VOTIENI sententiam huic aiebat esse similem, & deridebat hanc in *omne, & ex-
 *oratione
 perrectum est animal canis utiq; catenarius paratus: erat autem nõ equus ipsi Montano, accusauerat illum apud Cæsarem à Colonia Narbonensi rogatus: at Montanus adeo toto animo scholasticus erat, ut eodẽ die quo accusatus est à Vinitio, decertauerit, in Vinitij actionẽ sententias suas referrebat. Eleganter illud dixit SVRDINVS. Rogo nunquid putas illum alteram partẽ declamasse? Grauis scholasticos morbus inuasit, exẽpla cũ dixerunt, uolentes illa ad aliquod controuersie thema redigere. Hoc ut aliquando faciendũ est cũ res patitur, ita ineptissimũ est luctari cũ materia & longe arcessere, sic quomodo fecit in hac cõtrouersia, qui cũ diceret pro filio locum, de indulgentia liberorũ in parentes, uenit ad filium Cræsi, & ait, Mutus in periculo patris naturalia uocis impedimenta rumpit, qui plus quã quinquẽnio tacuerat: quia quinquennis puer ponitur, putauit ubicunq; nominatũ esset quinquenniũ, sententiam fieri, quia Latroni bene cesserat: qui cum diluisset uulnus

exiguum, dixit, *Aspicite istam uix apparentē cicatricem, rogo uos, non putetis puerulum fecisse, & ne puerulum quidē quin-
quennem.* GALLVS VIBIVS *improbam dixit sententiā, cum cædem describeret, Occidit, inquit, maritū, nouercā læsit, puero pepercit, etiā hunc putabat suū. Valde enim puero Cæ-
stius aiebat parcendum. Itaq; dixit cum laudaret eius testimo-
nium, procuratori natus es.* HERMAGORAS *hūc sensum decentius posuit. Blandi sententia laudabatur, cū descri-
psisset à puero demonstratum procuratorem, digito, multa si-
gnificante.* EVCTEMON *dixit. MVRRHEDIVS*
Minico genere fatuam sententiam dixit, cū dixisset nouercam
disputare contra filij sui testimonium, Facit, inquit, quod solet
pro amatore, sanguine suo non pepercit. NICOCRATES
LACON *aridus, sed et uetus declamator dixit, HER-*
MAGORAS *cum miserabilem dixisset pueri cōditionē esse,*
qui infestus nouercæ & procuratori redderetur, dixit iam
procuratorem clamare. ἀτελής.

CONTROVERSA XXII.

Tyrannus permisit seruis, ut dominis interemptis domina-
bus suis nubant. Profugerūt principes ciuitatis. Inter eos
qui filium & filiam habebat profectus est peregre: cum oēs
serui dominas suas uitassent, seruus eius uirginem seruauit, oc-
ciso tyranno reuersi sunt principes, in crucem seruos sustule-
runt, Ille manumisit, & filiam collocauit, accusatur dementia.
ARGENTARIJ. *Haberemus solatium, si has nuptias fe-
cisset tyrannus, non pater: habe hunc illi honorē, fac dotalem,
sine dominam custodiat. Sanum putatis esse qui mauult tyran-
num imitari quàm seruum? pater noster honestis parentibus
natus, qui enim aliter conditionem matris nostræ habere po-
tuisset, si tantum ingenus fuisset?* CAESTII PII. *Soror*
opto tibi perpetuam sterilitatem, cum dicerem, manumittatur

seruum,

seruum, aiebat, expectemus sororias nuptias. Ergo tibi soror ut honestos habeas liberos adulterandum est. Fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciarijs. Plus seruo dominus permisit quam tyrannus. Qui facit has nuptias, insanus est aut tyrannus. Quis hoc potest credere, optandum filiae fuisse, ne finiretur tyrannis, ne rediret pater? Si interrogauero patrem, quod grauissimum in tyrannide fuerit scelus, si sanus est, respondebit, quod dominae seruis collocatae sunt. FVLVI SPARSI. Eligitur maritus quem sanus pater dotalem dedisset, gener tuus ipsis nuptijs crucem meruit. Egregium generum, cui nihil est gloriosius, quam quod inter cruciarios non est. Grauisima quoque ipsi seruo facta est iniuria, domina suam non licuit illi seruare uirginem. BLANDI. Fecit etiam seruo iniuriam cum detraxit abstinentiae gloriam, nuptijs suis manumissus est. O matrimonium omni adulterio turpius. IULI BASSI. Liberata Repub. quod me tristem uidistis, nolite mirari, nobis etiannum uiuit tyrannus. Virginitatem quam sub tyranno seruauerat, perdidit sub patre. Dic furcifer cum sororem meam uirginem seruasti? dic si placet, mihi. Non uitiauit, inquit, cum liceret illi. Ita ne dignus est nuptijs, quia indignus est cruce? ex cella, suae dominae migrabit in cubiculum, uel domina ex cubiculo suo migrabit in cellam. CORNELII HISPANI. Melioris conditionis sunt uitiatae quam uirgo, illis mutare nuptias contigit. Quare tyrannicida premium accepisti? etiam num aliqua ex edicto tyranni nupta est: qui edictum tyranni fugerat, redit cum edicto. Dementia hoc patris factum est, ne tyrannum accusare posset, Quod ille, inquit, filiam meam uirginem alteri seruauit, nunc maritus est: qui sub tyranno quoque nihil aliud potuit quam rector esse, is qui dotalis destinatus erat, custos relictus est: propositum est edictum, quod ne ferremus, fugimus, nihil per

totum

totum publicæ seruitutis spaciū indignus usum est, nihil alijs
 hominibusq; minus ferendum: itaq; tyrannus post hoc occisus
 est, de sponsa est puella, omnia ex edicto tyrāni facta sunt. **A L-**
BVTII SYLII. Egregius gener, cuius hæc una gloria
 est, quod cōparatus cruciarijs frugalior est, melius seruus cuius
 diuit domina, quā pater filiam suam collocauit: quæ admodum
 iratus tyrannus, alienos inimici tibi nepotes precantur: cum sa-
 nus pater fuit, ne has uideret nuptias, fugit. Parum putatis ma-
 gnum argumentū dementiæ, quod egit tyrannum in mortem,
 patres in exiliū, seruos in crucē? quomodo qui sic fugis, sic col-
 locas? Honestius exules quā socer. Si uoles inuenire generi
 tui propinquos, ad crucē eundum est. **ARELLII FVSCI**
PATRIS. Ex seruo gener, & ex domina uxor, ex domino
 socer est factus, quis has nuptias nō tyranni putet? patrem ty-
 ranni criminibus accuso, tyrannum patris, quid de tyrāno lo-
 quor? patris similis est. Quid, de patre non querat? tyranno si-
 milis est. Miserrima soror sub tyranno patrem desiderabas, in
 filia tua coegisti, quod tyrannus tantum permiserat. Nunc
 nobis pater, si sanus es, exulandū est: quid enim miserius accide-
 re potest, quā is status in libertate, quem cæteri uix serui in
 seruitute? fugimus ne seruiremus, felicitatem nostram in calamita-
 tem conuertit, aliquando enim fugit. Satius cum cæteris cōtra
 meliam ferre, quā liberatis omnibus solos in tyrannidē reij-
 ci. Seruo libertatem dedit, filiæ seruitutem, seruo filiā dedit, in-
 nocentiā abstulit. Nescio quid sibi uelit, quod serui meritū lau-
 dat. Tyrannū enim laudare debebat. Seruus non stultus, tergū,
 & caput suum delitijs præsentibus prætulit: si dixisset, timui
 se tantum, laudabo, & hanc illi etiā nunc optabo mentem. Cæ-
 teræ honestos inuenerunt seruos, hæc talem habet, quales ille
 in tyrannide habuerunt. Soror mea ancillula pellex est, sed ut
 domina nuberet, conseruula de cellula exacta est. Nullum in
 tyr

tyran
 soror
 pati d
 uicla
 cit, qui
 tasse ex
 patri si
 quis, c
 quæ ad
 TII L
 cat seru
 furcifer
 nom uic
 tur, quib
 dedit, q
 face ad
 exhorru
 uirum
 tiones, q
 diæ uirg
 lices, si n
 mium, u
 tyrannu
 riri iube
 RII G
 hoc fecit
 tunc quia
 laudation
 tara frat
 quidem a
 post tyran

tyranno maius scelus fuit, quàm quod tibi libuit imitari. O te soror miseram quod ista non sub tyranno passa es, iam enim pati desisses. Hoc tu putas præmium esse quia dominam non uiclaui: uiolet quantum uolet. Iste uero, ut dicit, iniuriam tibi fecit, quia affinitatem tuam moratus est, Si non cessasset iam fortasse ex illo nepotes haberemus: habebimus generum, si possumus patri similem, sin minus non erubescendum, cui cognatus sit aliquis, cui sacra aliqua & penetrabilia, in quæ deducatur uxor, quæ adiungamus ad domum, non quæ extensum doleamus. **POR-
TII LATRONIS.** Qui omnia tuleramus, hos fugimus. Vocat seruum, & quia crucem non meruerat mereri iubet. Ita ne furcifer tu potuisti dominam complecti? putasti autem te per tyrannum uicturum, aut semper futurum patrem? felicissimi uidebuntur, quibus contigerit raptus tyrannus. Ita sine dubio beneficium dedit, qui custodiuit dominam à stupro, se à cruce. Cum infelici face ad dotalem suam noua nupta deduceretur, si qua fides est exhorruui, quasi repositum esse edictum, cogitabam quem sorori uirum eligerem, simpliciter fatebor, fastidiebam iam eas conditiones, quæ ante profectionem fuerant, aiebam, illo tempore & illæ uirgines erant. Non uitiauit, inquit, sub tyrannide, o nos felices, si ne nunc quidam. **TRIARIUS.** Age, hoc non est præmium, unum spectare omnium cruce? Certum habeo si habuisset tyrannus filiam, non scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines cum maxime tegendæ sunt. **V A-
RII GEMINI.** Eadem hora & libertum fecit, & generum, hoc fecit quod tyrannus non cogit, nisi cum irascitur, seruus nunc quidem facit cum cogitur. Generum habes, qualem? ut illi laudationem suam reddam, nempe frugi seruum, seruis tuis paritura fratres. Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrannidis mala, tamè trisiora exponam, quæ ipsi tyrannidem gesta sunt, non dubitabam quin esset tyrannide

cide nuptura: si sub tyranno uitiata esset, haberemus, hoc non
 tibi uni accidit: nondum tyrannum occisum puto, etiamnū ty-
 rannicas nuptias uideo. MARYLLII. Nunc scīā, an merito
 libertatem acceperis, si liber non merueris crucem. hoc quod
 obijcio, qui in pluribus fecit occisus est. L. VINITII. Nunc
 in domo nostra matrimonium est, cuius me puderet, etiā si rap-
 ptus esset. Quā miseris putatis iudices esse eos, quibus quidē
 duo quae miserrima fuerunt optanda sunt, tyrānus & raptor.
 Vna generi tui commendatio est, quod se aliquando ista puella
 putauit indignum. VALLII SYRIACI. In eadem condi-
 tione iudices sumus, ut consolari debeamus sororem, quod aut
 rapta non sit, aut nupsit: & tamen quid ille meruit, quam diu
 per dominū licuit, innocētissimus seruus? SEPVLLII BAS-
 S I. Nuptias clausa domo fecimus, in contuberniū deducta ser-
 uī domina est, ita iste dexterā sororis meae nisi dum manumit-
 titur non contigit. POLLIONIS ASINII. Inter nuptias
 fescenninos in crucem generi nostri iocabantur. Miserrimum
 egisse me diem memini, quod seruire cœpit R. P. Miserrimum
 diem egisse memini, quo in exilium fugimus. Inter hos dies so-
 roris nuptias numero. Miserrima soror fortasse uernularū tuo-
 rum nouerca es, pater uolo ducere uxorem, dic quam mihi ex
 ancillis despondeas. Contra ALBVTTII SYLII. Seruauit
 dominam, si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset.
 DIVISIO. LATRO in has quæstiones diuisit. An etiam
 si non debuit filiam sic collocare, dānari tamē ob hoc non pos-
 sit dementia. Licet, inquit, mihi filiam meam cui uelim collocare,
 isto modo & repudium remisero genero. Accusor, male
 collocasti filiam, & multi alij. Quid tibi uidentur hi, qui abdi-
 cant filias suas? avari, sed mala causa est, nec ob hoc dānabunt.
 Tu patrem debes dementē accusare, non sanum regere. Ege-
 istud an sine ratione fecerim, uidebimus, satis est si sana mentē
 feci.

feci. D
 an etiā
 gratia
 tuit. I
 Auge
 nunda
 misit d
 laudes
 inuiz. s
 ti. Deni
 cetera
 batur, i
 hac null
 missus. I
 quare n
 fuisse fiet
 nassent a
 tyrannic
 que nun
 suffigi cr
 tina ora
 possam, q
 hoc color
 ilonea,
 tyrannid
 plane nō
 tem. spera
 ne manu
 amican h
 concubita
 & illud q

feci. Deinde an sic filiam collocare debuerit, Hoc in hæc diuisit, an etiam si meruit seruus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia. Deinde an bene meruerit. De factò serui primum disputauit. Deinde animo factum quali. Non dominā constuprauit. Auge beneficia, nec dominū occidit, nec adultero dominā uenudedit. Non est beneficiū, scelere abstinere. Et tyrānus permisit dominam rapere, nō coëgit. De hoc beneficio nō est quod laudes seruum, alioquin iniuriarum fecit, si non subducta est iniuria, sed reseruata, tunc tamen solatium fuisset cum multis pati. Deniq; quod alie in tyrannide passæ sunt, hæc in libertate, cetera absentibus suis, hæc presentibus. In alijs stuprū uocabatur, in hac matrimoniū, in alijs finis expectabatur iniuriæ, in hac nullus. Deniq; illarū stupratores suffixi sunt, huius manumissus. Deinde de animo serui **LATRO** colorem à parte filij, quare non uitiaisset seruus, hunc fecit, timuisse illum supplicium, fuisse futurum, ut liberata Repub. omnes pœnas qui contaminassent dominas suas darent, & aduentare iam tempus ultimæ tyrannidis uidebatur, cum ad summā esset perducta rabiem, que nunquam nisi ex desperatione fit. Itaq; cū uideret, inquit, suffigi cruci seruos clamabat, hoc ego futurum sciebam. In ultima oratione **LATRO** dixit, Serui quoq; nomine tecū queri possum, quem qui frugi fuerat, nequam fecisti. **ALBVTIVS** hoc colore usus est, immatura etiamnū puella, nec adhuc iniuriæ idonea, & ideo illam non adduximus, quia ætatis beneficio tyrannidem sentire non poterat. **CAESTIVS** dixit. Ego plane nō sum detracturus seruo suam laudem, habuit bonā mentem, sperauit posse fieri, ut si uirginem seruassent, nuptijs domine manumitteretur. **VARIVS GEMINVS** ait, Fortassis comicam habebat, hac delectatus abstinuit, nam quidam uirginū concubitum refugiunt: fortasse sciuit illam non esse passuram, & illud quod nequam quoq; seruus interdum frugi facit, ma-

lam

lam fortunam timuit: & hanc sententiam quæ ualde circumla-
 ta est, adiecit, An etiam furcifer auderet cum domina cõcum-
 bere, nisi illi pater permisisset, & illud dixit, Ad hoc pater ab
 exilio redibas? Exilium ergo quid fugimus? **BVTEO** uoluit
 uideri re uera mente lapsum patrem, & in narratione hoc di-
 xit, Quàm mœstus uenit domum ab edicto tyranni, quam in
 sinu filie fleuit, puto illo tempore mentē esse concussam. **V A-**
RIVS GEMINVS dixit, de abstinentia, sic contaminare
 dominam suam & trahere in cellā non est ausus, nisi forte hoc
 modo manus narrē, iam tunc sperare sororis nuptias cõperat,
 A parte patris magis defensione opus esse dicebat **Latro**, qui
 colore. **Varius Geminus** factum ipsum defendit, magnos uiros
 fecisse, ut libertinas uxores ducerent. **M. Cato** inquit, coloni sui
 filiam duxit uxorem. Sed ingenuam. Respondeam, sed **Cato**
 plus interest inter te & **Catonem**, quàm inter libertum & **col-**
lonum. Quàm multa bona habebit? **Subiectus**, & obsequēs ma-
 ritus. Non petulantiam timebit, non uerborum contumeliam,
 non pellicem, non repudium. Filiam meā semper domi habeo,
 quam eo magis desidero, quod habeo. Deinde fide factū liberti
 laudauit. **Albutius** & **Phaneus** dixit, neminem natum liberum
 esse, neminem seruum, hæc postea nomina singulis imposuisse
 fortunam. Deniq; inquit, scis & nos nuper seruos fuisse. **Retu-**
lit Seruium regem. **SYLO POMPEIVS** hoc colore usus
 dixit. Exhaustū tyrannidis iniurijs patrimonium, non habuisse
 se dotem quam daret. **ARGENTARIVS**, uoluit uideri
 puella uolente se fecisse, **Visa** est, inquit, indulgere illi, certē de-
 buit. **CAIVS SABINVS** hoc colore usus est, ut inquantū
 posset dignitatem suam destrueret, & humilitatē confiteretur,
 & ideo, inquit, facilius potuit. Non uitiaui quia nemo in domum
 nostrā oculos dirigebat, & fueram, inquit, facere cui colloca-
 rem, quærendus mihi erat gener aliquis libertinus. quid ergo
 alieni

alieni
 sit: si
 hanc
 gener
 MVS
 hanc
 ita uin
 beror
 public
 tui, se
 detrac
 uos, se
 NVS
 uerbū
 displic
 esset, u
 nos pub
 est. s
 mnauit
 lebat ta
 non mi
 sua cū
 bellis en
 TIVS
 mancipi
 esse, si to
 BLAN
 xaq; sol
 xit. Fur
 bellas, q
 gitiuum

alieno potius liberto? hunc iam noui, scio cuius affectus in nos
 sit: si moriar: scio me meã filiã apud hunc tutorẽ relicturum. Et
 hanc sententiã adiecit, quæ ualde excepta est, eũ non contempsi
 generũ, qui tyrannũ contempserat. **ACTIVS** **POSTHV-**
MVS hoc colore usus est. Nihil est, inquit, inuidia periculosius,
 hanc sapientes uiri ueluti pestiferã uitandã esse præcipiunt, hæc
 ita uincens inuidiam eram. Hic nunc nobis obijcit fortunam li-
 berorum nostrorũ, oderat filiã meã fœminæ, me patres quasi
 publici mali segregẽ exprobratorẽ, quo uno modo honeste po-
 tui, feci filiam meã cæteris simile, fortuna mea publicæ partis
 detracta omnis inuidia est, filiã non habeo honestiorem quã
 uos, seruũ frugaliore habui quã uos. **HISPOROMA-**
NVS dixerat. Maritũ autẽ ego istũ uocẽ, raptorẽ serotinum:
 uerbũ hoc quasi* amputãdi, quod nõ erat usurpatũ, quibusdam *f. occupãtis
 displicebat: eiusdẽ uerbi explicatione, ut extra reprehensionẽ
 esset, usus est, eũ diceret nondũ esse consummatã aduersus ser-
 nos publicã uindictã, etiã in domo nostra residuus raptor
 est. **SATURNINVS** **FVRIVS**, qui uolens uel conde-
 mnauit, maius nomen in foro quã in declamationibus habuit, so-
 lebat tamen tam honeste declamare, ut scires illũ huic materiæ
 non minus idoneũ esse, sed minus familiarẽ. Is in hac cõtrouer-
 sia cũ **L. Lamie** filio declamaret, dixit sententiã. **Ex ta-**
bellis emptionis multi sententiã trahere tentauerũt. **ALBV-**
TIVS dixit, Profer mihi tabellas, quid hoc est? generum socer
 mancipio accepit. **TRIARIVS** dixit, Fugitiuũ errone non
 esse, si tam malum autorẽ habemus, gener noster fugitiuus est.
BLANDVS dixit, Relegamus autoritatis tabellas, furtis no-
 xaq; solutus, hæc generi nostri laudatio est? **GALLIO** di-
 xit, Furtis noxaq; solutus est. **SPARSVS** dixit, Ostende ta-
 bellas, quid nobis cũ isto genero prior dominus promisit, fu-
 gitiuum non esse. Gratulor uobis posteri, patrem fugitiuum



non habebitis. VARIVS GEMINVS dixit, Erronē non esse, adijcio fugitiuam non esse, adijcio furtis noxaq; solutum. Tum nunquid de generi tui nobilitate detraxi? POLLIO aiebat ridere se, quod declamatores decreuissent hunc utique emptitiū esse. Mirari uos puto, quod in hac controuersia oēs declamatores mentis suae fuerint. Non fuerūt. NEPOS MANVLIVS cū hortaretur libertū ad repudium sororis dixit. Refer nobis gratiā, & tu sororem meā manumitte. NEPOS LICINIVS illi nō cessit, dixit enim, Sub illa subsellia trāsire serui, transite liberi, empta cognatio: & tum illum sensum elegantem, & ab omnibus iactatum, sed corrupit, soror opto tibi sterilitatem: adiecit, nec est quod mireris me timere partum tuum, habeo sic nasci tyrannos.

CONTROVERSA XXIII.

PROditionis sit actio. Pater & filius imperium petierunt. Prælatuſ est patri filius. Bellū cōmisit cū hoste, captus est: missi sunt decē legati ad redimendū imperatorē, euntibus illis occurrit pater cū auro, dixit filiū suū crucifixum esse, et se aurum ad redēptionē tulisse, illi peruenerunt ad crucifixū imperatorē, quibus ille dixit, caucte proditiōē, accusatur pater proditiōis. ALBVTII SYLLI, quid desideratis ultra? imperator supplicium tulit, proditor precium, tristior ē istum uidimus, cū filius imperator renunciatus est, quā cū captus. Redde rationem quemadmodū redieris tutus, senex, solus, cū auro, cū etiam imperatores capiantur. Imperator adolescens renunciatus est omnibus lætis præter patrem. CAESTII PII. Plus accipit auri, quā quod posset abscondi, nolite mirari, & imperatorē, & filiū uendiderat. Cauete proditiōē, iam comitijs canimus. Abstulissent tibi aurū hostes, nisi dedissent. Cū de redēptione ageretur, oēs in curia fuerunt, præter cōpetitorem. Indiciū fuit, morientis breue, filij uerecundum. BLANDI

Quomodo

Quomodo te dimiserunt? si nihil aliud, & ducem genuisti, &
 tu esse uoluisti. Si non decreueramus, consiliū nostrū expecta-
 ri debuit, si decreueramus, officium. ARELLII FVSCI
 PATRIS. Vnde tam graues paterni sinus? nunquid ossa filij
 reportant? expectat uidelicet iudicia uestra reus, tāquā nesciat,
 quid de illo sentiatis. Non tu semel apud hostem fuisti, sed nos
 semel legatos nūsimus. Imperator non audet nominare te tan-
 quam patrē. IUNII GALLIONIS. Fuit adolescens opti-
 mus, uerecundissimus, qui patri suo cessisset, si salua pietate po-
 tuisset. Iterū uobis inter patrē, & filiū iudicandū est. Cā dida-
 tus processit contra patrem, si silentiū eius intelligere scissetis,
 & tunc uobis uerecunde indicauit. Habebas apud hostes auto-
 ritatē, apparebat te Reip. irasci. Legati nostri aurū ferebant,
 pater auferebat. Dixeras illos serò uenturos, non ne peruene-
 rant? serò imperatorē nostrū conuenerunt. Imperator istū ac-
 cusat, nos subscribimus, hoc fuit imperatoris nostri testamen-
 tum. Objice, inquit, aliqua ante actae uitae crimina, non possum.
 Verecundū competitorē habuisti, multū tacebat, quod possum
 tibi maius crimen objicere? filius tibi tuus credi Remp. noluit.
 Non est quod dicas, quē nisi ad hostes, tanquā ipse ire nō pos-
 seretur tam cito reuertes? Diutius nos cōtra filiū rogasti, quā
 pro filio hostem. Num immobilis stetisti? num illi quasi & ipse
 affixus haesisti? quid tam citò recedis? etiā nū uiuit, etiā nūm
 loquitur, recessurus interroga si quid uelit mādare, uocē pro-
 ditionem coarguit, silentio proditorem. Inteligo quāto pericu-
 lo istū offendā, quemadmodū enim iste accusationem uindicauit
 cruce. Omnibus argumentis prenitur, dabo qui uiderint, da-
 bo qui audierint, dabo aurū, dabo testem, & ne quid de digni-
 tate dubitari possit, imperatorē. De hoc utrū uolet dicat, inimi-
 cus est, hunc indicauit. Aurū tantū habuerat, ut appareret etiā
 non querentibus: tantum suspectus erat, ut quēuis potius quā

uos admoneret. Proditionem caute. Optimus adolescens, optimus imperator, qui Reipub. curā agere ne in cruce quidē assijt. Dignū te non putauit filius, cui diceret, caue proditionem.

VARIII GEMINI. Nolite omnia expectare ab accusatore, & occupato & uerecūdo, reū intelligit, crimina audistis, queritis anteactæ uitæ crimina? non habet, nihil unquā tibi filius obijcere uoluit. Tam cito lassatæ preces tuæ sunt, quid faciet miser? Nec imperator potest tacere proditionē, nec filius loqui proditorē? PORTII LATRONIS. Quid abistis itaq; iam peruenit usq; ad crucē. Vereor ne tam sero caueamus, quā imperator noster, qui non ante intellexit proditionē, quā proditus est; nec unquā præsentius periculū fuit, Respub. sine imperatore est, proditor sine custode. Quid est quare tibi hostes pepercerunt, cū imperatoris nostri pater esses? Aurū habes, & legatus non es. Si tibi dicā, expecta dum legati mittuntur, filius tibi publice remittetur, dices, paternus affectus nō sustinet morā, rapit me desiderū filij, etiā si redimere uiuum nō potero, mortuū redimā. Nūquā tā durus hostis fuit, ut patris lachrymis nō flecteretur. Vt ignoscā tibi quod tam citō istū obijciā, qđ tā citō redisti: dic qđ dixerit tibi: an nihil cū patre loqui uoluit? Caute proditionē, hoc dixit, uidete ne quis nocte inscijs custodibus exeat, ne quis Republica ignorāte ad hostem perueniat, ne quis ex hostiū castris grauis auro reuertatur. Nihil deest indicio. Si qđ de proditione queritis, imperator uobis dicet. Si quid de proditore, legati.

PARS ALTERA, ARELLII FVSCI. P. Quantū est pretiū quo uendo, ut filiū patre spectē in cruce, filius patrē de cruce, tanti & imperatorem & parricidium uendidi. Gratulabuntur omnes repulso magis quā designato nimis ambitiose. Nunc pœnitet, & filiū & patriam uendidit, tam exiguū auri accepit, ut unus senex portare posset. In hac cōtrouersia, etiā si cōiecturalis esset, habet quædam certum

certum
sentio.
tutō re
nuebat
uerat,
eius, qu
minuer
curauit
rem non
fendit: &
& filiu
obijciat
nem diu
esset, ad
PEIV
erat feci
uerit, &
tim petij
nem auar
tam ab
turpissim
pere, &
re, ut filiū
test hoc si
ximus pe
ter. Hoc l
dixit, egr
in eius lo
Vlionem
nocte per
nem feci

certum tritumq; iter, fuit tamen aliqua inter declamanteis dissentio. LATRO semper contrahebat, & quicquid poterat tentò relinquere præteribat. Itaq; & questionum numeros minuebat, & locos nunquã attrahebat, illos quoq; quos occupauerat, non diu dicebat, sed ualenter. Hoc erat itaq; præceptum eius, quædam declamatorem tanquam prætorẽ facere debere, minuendæ litis causa, quod in hac controuersia fecit: non enim curauit dicere, nullam esse factam proditionem, sed se proditorem non esse, Et suspectus, inquit, iudici est, qui plus quã se defendit: & nolo, inquit, cum filij uoce pugnare, ut imperatorem & filium mentitũ dicam, præsertim cũ odium aduersus filium obijciatur patri. ALBVTIVS in duas parteis declamationem diuisit, primum negauit illam esse proditionem, deinde ut esset, ad se nõ pertinere. Colorẽ contra patrẽ SYLO POMPEIVS hunc introduxit, odio illum Reipub. à qua repulsus erat fecisse, & odio ipsius filij quem oderat, & quia competitor, & quia uicerit. VARIVS GEMINVS dicit statim petiisse patrem hoc proposito imperiũ, ut proderet hominem auarũ & lucro inhiantẽ: et quia noti mores eius erant, uictum ab eo cõpetitore, à quo uinci fas non erat, nisi hominem turpissimũ. Ante comitia, inquit, paratus erat & pecuniã accipere, & filiũ prodere, post comitia paratus erat pecuniã dare, ut filiũ proderet. Ut captus est dux, aiebamus, inquit, nõ potest hoc sine proditione fieri, excusauimus nos imperatori, diximus perseuerasse ad redemptionem, quamuis deterruisset pater. Hoc loco ille respondit, Cauete proditionẽ. BLANDVS dixit, egreserentem pudorem repulsæ, uoluisse occidi filiũ, ut in eius locum substitueretur ipse. HISPO ROMANVS. Prodicionem, inquit, suam hosti uendidit, tam facile, inquit, exijt, nocte peruenit ad hosteis, redijt, ut scires illum non tunc priuam fecisse. ARGENTARIVS dixit, perfer ad senatum

mandata filij tui, necesse est tibi multa dixerit, legatis quoque aliqua mandauit, fortasse proditoris nomen patri dixit. Indica nobis. Nihil, inquit, dixit mihi. Sublata omnis quaestio est. Queritis quem dixerit: uidete cui nihil dixerit. Pro patre de comitijs hic color **LATRONIS** fuit, ne quis filium meum uinceret, timuitaque professus sum, ut autoritate mea detererem futuros competitores, deinde ipse filio meo cessi. **ALBTIVS** hoc colore usus est, aiebat, inquit, talem imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuisset, talem senem, qualis Maximus fuit, senem nihil temere facturum, utriusq; populo copiam feci. **CAESTIVS** hoc colore usus est. Nouerã uitia filij mei, sciebam esse acrem adolescentem, fortem, sed inconsideratũ, temerarium. Itaq; patris imperium Reipub. causa filij mei, quẽ idoneum ad tantum sustinendum onus non putabam. **FVSCVS ARELLIVS** dixit, in hoc se competisse, ut hostium animi frangerentur, cum audissent posse Reipub. uel in una domo duos eligere. **HISPO ROMANVS** simpliciter putauit agendum. Inepti, inquit, hi colores sunt, componantur competitores: hoc itaque egit colore, ut quaeretur, de exitu comitiorum adolescentulos omnes conspirasse, quasi de ætatis comparatione ageretur, facile itaque uictum senem non ambientem, De me, inquit, queri non potestis, clamaui, non est uobis utilis huius ætatis imperator. Mansit itaque illi & post comitia eadem contumacia, nihil referebat ad patrem, nihil communicabat, itaque captus est, & cum descripsisset quã imperite disposuisset aciem, quemadmodum in exploratis locorum insidijs oppressa eius temeritas esset, adiecit, hoc erat quod uobis clamabam, ducem senem eligite. **OTHO IUNIVS PATER**, praesagij quibusdam & insomnij hanc fortunam praenunciatis agitatur, re comperisse dixit: erat autem ex somniantoribus totus, ubicunq; illum defecerat co-

lor se
LAT
risse.
cons
ri. v
enim
pe fleo
ata il
si tanq
nihil ta
nunqua
sent. ita
temnit
quid fa
ta publ
Priam
uro. :
curiã, q
factum
mere, q
STIV
prodito
ALBV
erat, qu
nõ culp
cere nõ
supplicij
sine reo.
est, inqu
fuit deo,
senes fia

lor somnium narrabat. De eo quod inscio senatu egressus est, LATRO sic colorauit, amentē & attonitū protinus procurrisse. ALBTIVS hoc colore usus est. Semper de duce cito constitui, longū erat expectare, ad summā festinaui, nec occurrere. VARIVS GEMINVS dixit. Maluisse solū ire, hostes enim autoritate legatorum nō moueri, ad lachrymas patrū sepe flecti. SYLO POMPEIVS ait. Putaui utilius esse, priuata illum pecunia redimi, minoris enim posse estimari, quā si tanquā imperator redimeretur. ARGENTARIVS ait, nihil tam iniquum erat, quā legatos ad redemptionem mitti, nunquam enim reddidissent, quē sic desiderari publice iudicassent. itaq; præcurri rogaturus & hoc dicturus. Exercitus contemnit illū, Respub. relinquit. BLANDVS ait, cogitātī mihi quid facerē, contentus ne essem paternis lachrymis, an comitatu publico preces meas adiuuarem, tandem uenit in mentem, Priamum regem ad redemptionē filij sine legatis isse & cum auro. SEPVLLIVS BASSVS ait, non expectasse se curiā, quia putauerit futuros qui redimendum negarent, quod factum apud Romanos sepius erat: itaq; ante se uoluisse redimere, quā posset aliquid de non redimendo constitui. CAESTIVS dixit, non quæsiui secretos tranātes, et occultū iter, proditor scilicet eadē uia ueni qua legati. De uoce filij colorem ALBTIVS hunc fecit, pudebat illum, inquit, quod captus erat, querebat aliquod fortunæ suæ patrociniū, uoluit uideri nō culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse, itaq; nomē adijcere nō potuit. FVSCVS ARELLIVS dixit, alienatū iā supplicij animū & errantē has uoces effudisse sine argumētis sine reo. VARIVS GEMINVS omnia complexus est, potest, inquit, propter hoc, potest propter illud, ego uobis idem suadeo, caute proditionem, hoc si cauere uultis, imperatores senes facite. illud & in hac controuersia & in omni uitandum

nem impudentem, ita tu iam ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamitasti, ego uirginē rapui? neminem habere tam obsequentem maritum potes, hic iam nihil negauit. VARI GEMINI. exponā uobis rerū ordinem sic, tanquam ab eo didicerim, qui quid fecerit, nescit. VIBI GALI. Vbi estis qui dicebatis, nihil interest tua, confitere, cōfiteri, quia honestius putasti raptori nubere. Sit, inquit, mihi heres, si quis intra decem menses natus fuerit, nunquā negat. Surge adolescēs, dic rapui, uitiāui, incipe scire quod nescis, miraris si tibi non credit? multū est de quo timet. PARS ALTERA P. ASPRENATIS, Nescio utro iudicio aduersarius fuerit improbius: priore id egit, ne quā omnino poenā stupri penderet: hoc id agit, ut ipse optet, ex duobus alia legē constitutis supplicijs, utrū uelit pendere. Fatetur enim impudē se habere maluisse, quā ducere uxorem, uxore ducere maluisse quā mori: antea legem uitiationis euertere conatus est, nunc transferre uult, aduocatos rogat, iudices rogat, omnes potius quā uitiatam. Utinam non hoc illum liberaret metu, quod iudices mouit clementia sui: nobis clamabat se innocentem, etiam si quid peccasset mori non recusare. Aderat raptori populus, nec quisquam magis suspectā faciebat uitiatæ causam, quā lenitas optionis. Si tibi iam de stupro tuo liquet, est quædā proxima innocentiae uerecundia, præbere se legibus: tu uero meruisti quidem mortem, illa inficiationem: ignorasti an peccasset, innocens esse uoluisti, causam haberes, reuertere ad partem puella, quandoquidē toties iam rogas, quæ rogari ipsa deberas. LATRO tres fecit quæstiones, an illa interrogatio iusta fuerit, Non fuit, inquit iusta: non enim constabat te raptorem esse, Nihil r. port, inquit, an negauerit, erat enim raptor etiam ita si negabat, & iusta fuit optio. An si iniusta optio fuit reuocari possit, optio inquit, semel puellæ datur, immutat illis est.

semel
poteft
ciuile,
fi uol
nunqu
fit sequ
an si p
adolefc
mutat
fitionem
inquit,
hoc, inq
tra ait,
ris, faci
fi non li
nuptias
illa non
nem uoc
optio, se
pta ait,
non iud
puella, q
dicatum
bere quā
an rapt
partem
cuius in
qui iteru
lo animo
nel parti
bat quæ

semel emissa est. iudex quam tulit de reo tabellam reuocare nō potest, quæ sitor nō mutauit pronuntiationem suam. Nihil tam ciuile, tam utile est, quā breuem potestatem esse, quæ magna est: si uolet & alteram suam optionem reuocare, & deinde tertiam, nunquā constabit quid futurū sit, cum illa quod optauerit, possit sequenti semper optione rescindere. Tertiā fecit quæstionem, an si possit aliquando reuocari optio, nūc debeat. Hæc defensio adolescentis qui negauit se uitiasse. **FVSCVS** & ordinem mutauit quæstionū & numerū auxit: fecit enim primam quæstionem, an rapta non possit amplius optare quàm semel: potest inquit, lex enim non adiecit quoties optet, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud, non adijcit, neq; amplius quàm semel. Contra ait, lex iubet te alterutrum optare. Tu hodie si mortem optaris, facies quod nunquam factum est, utrunq; optaueris, etiam si non licet, inquit, amplius quàm semel & mortem optabis & nuptias. Ego nondum optaui, optio est enim, quæ legitime fit, illa non est facta legitime: si prætor defuisset, nunquid optionem uocaret? Si rapta defuisset, raptor non fuit. Non est illa optio, sermo est. An proximo iudicio confirmata sit optio, rapta ait, agebatur apud iudices, utrū deberet rapte esse optio, non iudicatum est raptam esse debere, rapta sit. Non inquit puella, quæ situm est enim an ego in raptorem ius haberem, iudicatum est habere me, uti debeo. Non possum ante legem habere quàm raptorem. Nouissimam quæstionem fecit æquitatis, an rapte debeat esse optio. **PASSIENS** hanc ultimam partem sic diuidebat, an si adolescens malo aduersus puellam animo inficiatus est raptum ut nuptias effugeret, dignus sit qui iterum fortunam subeat optionis recusate, deinde an malo animo fecerit. **VARIUS GEMINVS** ultimæ quæstionem in partem, inquit, quid debeat fieri, queritur. Duo hæc adijciebat quæ per se queri putabat, an si puella pro certo adolescentis

mortem

mortem optatura est, non debeat illi permitti optio tam crudeliter usuræ sua potestate: deinde, an mortem optatura sit. Quid est inquit, quare uelis optare nisi quod nuptias non uis? Hoc non tantum patimur, sed rogamus. Color pro adolescente introductus est à Latrone talis, ut diceret, se ebrium fuisse, & ignorare quid fecerit, hoc die magis credere de facto suo quam scire: recusasse autem non ne duceret uxorem, sed ut sua uoluntate duceret, & iudices non audisse sollicitos, facile fuisse quasi de nuptiis ageretur. **VARIUS GEMINVS** raptam confessus est, & dixit, nihil tam contrarium esse adolescenti, quam etiam negare, ne non tantum raptam, sed etiam iudicem offendat. **CAESTIVS** nec Latronem secutus est dicentem, nescisse se hodie, nescire, nec **VARIUM GEMINUM** confitentem, se non rapuisse apertius negauit. Vtrum, inquit, inuenire non poterat iudices. Tertiam sententiam secutus est. Si rapuit indignum est puellam inuitam raptam esse, si non rapuit, nonne indignum est fieri illum maritum? **SYLO POMPEIVS** dixit adolescentem uerecundam natura & rustici pudoris non sustinuisse confessionem. Non placebat Latroni color. **MINUS**, inquit, ignosceret illi si scit se rapuisse & sciens mentitus est. Contradicebat **Sylo**, posse illi fidem fieri aliquem nescire an rapuerit? **HISPANVS CORNELIVS**. Non subducere illi, inquit, maritum uolui, sed honestiorem dare. Digna est, inquit, tam misericors puella que non uideatur nupsisse raptori. **HISPO ROMANVS** ait, illos sodales qui ipsum impulerant circumstetisse & dixisse, Non est hæc quam rapuisti, alia mutti timuit, ne illi qui eam rapuerat faceret iniuriam. **ARGENTARIVS** dixit, uellem mortem optasses, non esset hic raptor iudicatus. Non causa tua illum premit, sed optio. Dum unusquisque iudex dicit, quid habet quod tantopere recuset, putet de capite agi, & ipse ait, se non uelle ducere uxorem, sed titulum recusare. Nempe uictus ducet uxorem.

rem, &
dum.
bito, &
pertur

L V



aduocet
nita &
VOTI
ut ne ex
ait, Vtra
scam. Q
ceat. Om
molest.e
explicat
se appro
matores
Accedit
responde
hil est qu
tu est, V
test, qui c
sustinetur
scere. Cu

rem,

rem, Non est sollicitate de eo iudicandum, cui damnato gratulandum. SYLO hoc colore usus est. Confusum adolescentem subito, & tanto tumultu parum sibi constuisse, & negasse, quia perturbatus erat, perseuerasse quia negauerat.

LVCII ANNAEI SENECAE CONTROVERSIARVM LIB. V.

Seneca Nouato & Melae filijs S.



AM uidebar promissum meū implese. Circūspiciebam tamen nunquid me præteriret. Vltro Votieni Montani mentionem intulistis, & uelim uos subinde aliqua nomina mihi offerre, quibus aduocetur memoria, quæ, quando senilis marcet per se, admonita & aliquando lacepsita, facile se colliget. MONTANVS VOTIENS ADEO nunquã ostentationis declamauit causa, ut ne exercitatus quidẽ declamauerit, Rationem querenti mihi ait, Vtram uis? honestam an ueram? Si honestã, ne male assuescam. Qui declamationẽ parat, scripsit non uincat sed ut placeat. Omnia itaq; lenocinia ita conquirat, argumentationes quia molestæ sunt, & minimum habent floris relinquit, sententijs explanationibusq; audienteis delinire cõtentus est. Cupit enim se approbare, non causam. Sequitur autẽ hoc usq; in forũ declamatores uitium, ut necessaria deserant, dum speciosa sectantur. Accedit etiam illud quod aduersarios quamuis fatuos fingant, respondeant illis & quæ uolunt & cum uolunt. Præterea nihil est quod errorẽ aliquo damno castiget, stulticia eorũ gratuita est, Vix itaq; in foro futurus periculosus stupor discuti potest, qui creuit dum tutus est. Quid quod laudationibus crebris iudicatur, & memoria illorum assuevit certis interuallis quiescere. Cum uentũ est in forũ, & desijt illos ad omnem gustum plausus

plausus excipere, aut deficiunt, aut labant. Adijce nunc, quod ab alijs nullius interuentu excutitur. Nemo ridet, nemo ex industria obloquitur, familiares sunt omnium uultus. In foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat: hoc quod uulgo narratur an uerum sit, tu melius potes scire, Declamatoriae uirtutis LATRONEM PORTIUM unicū exemplum, cum pro reo in Hispania rustico Portio propinquo suo diceret, usque eo esse confisum ut à solocismo inciperet: nec ante potuisse confirmari, ac parietes desiderantem, quam impetrauit ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicata enutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, coelum denique pati nesciant, Non est autem utilis exercitatio, nisi quae operi simillima est illi quod exerceat, itaque durior solet esse uero certamine. Gladiatores grauioribus armis discunt quam pugnant, diutius illos magister armatos quam aduersarius sustinet. Luctantes binos simul ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistant. Cursores quod intra exiguum spacium de uelocitate eorum iudicetur, id saepe in exercitatione decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine, Multiplicatur ex industria labor quo condiscimus, ut leuetur. Quod cernimus in scholasticis declamationibus, contra uenit, omnino molliora et solutiora sunt, in foro partem accipiunt, in schola eligunt, illic iudici blandiuntur, hic inserviunt, illic inter fremitum consonantis turbae intendendus animus est, uox ad aures iudicis perferenda est, hic ex uultu dicentis pendent omnium uultus. Itaque uelut ex umbroso et obscuro procedentes loco clarae lucis fulgor obcaecat, sic istos à scholis in forum transcuntes, omnia tanquam noua et inusitata perturbant, nec ante in oratorem corroborantur, quam multis perdomiti contumelios puerilem animum scholasticis delitijs languidum uero labore durarunt. LEPTODVS, uir egregius et qui declamatorio non studio. Ate dicitur

AD
des pec
lius eius
Callias
soluit, fil
adulteri
TII S
in malis
bito quin
mobilem.
rium car
inquit fili
nubi cont
ad uandici
si tales sol
suo relinq
generosus
potes hab
cerem: non
quidem. H
illius calan
nam uobis
ciatis cens
habuit, que
gri domo
ne Cynegy
redemptor
ciat, dicat, r
tam tam ho

CONTROVERSA XXV.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrunq;
 corpus interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Milcia
 des peculatus damnatus in carcere alligatus decessit, Cimon fi-
 lius eius ut eum sepeliret uicarium se pro corpore patris dedit.
 Callias sordide diues natus redemit eum à Repub. & pecuniã
 soluit, filiam ei suam ipse collocauit, quam ille deprehensam in
 adulterio deprecante patre occidit. Ingrati reus est. **A. L. B. V.**
TII SYLLI. Non me mouet periculum meum, semper nos
 in malis nostris non fortunam, sed causam spectauimus. Non du-
 bito quin Callias redempturus Milciadem, si iam habuisset filiã
 nubilem. **M. V. S. A. E.** aliud alius pati non potest, mihi adulte-
 rium carcer est. **A. R. E. L. L. I. F. V. S. C. I. P. A. T. R. I. S.** Nihil
 inquit filia plus possum dare quã Cimonem uirum, quando
 mihi contingerent ex eo nepotes: ferrũ ex lege mihi traditum,
 ad uindictam pudicitie, proijciam? Perdidisti pecuniam Callias
 si tales soluisti manus: damnatus peculatus nihil aliud heredi
 suo relinquit quã se patrem. **C. A. E. S. T. I. I. P. I. I.** Non potest
 generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone ne-
 potes habere concupisisti. Quid magis in me probasti quã car-
 cerem: non sum innocentior quã pater, nec liceor, quã liccor
 quidem. Hoc unum interest inter parẽtis & filij fortunã, quod
 illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Expo-
 nam uobis quã in neminẽ meorum ingratus sim. Vnius Mil-
 ciadis census inuentus est Cimon filius, nec hic quidem quicquã
 habuit, quod dare pro patre præter seipsum posset. In Cyne-
 gyri domo sperare nuptias poterã, in Callimachi, nec uerebar,
 ne Cynegyrus plures suas estimaret manus. Redemptus Cimõ
 redemptoris infelicitas est. **V. O. T. I. E. N. I. M. O. N. T. A. N. I.** fã-
 ctus, dicat, nõ accepi beneficium, alter reddidit: certus reddam
 tam honeste desideraris quã dedisti. Ego adulteros di-
 mit

mittam? quid aliud facerem, si alligatas haberem manus? egit me attonitum dolor. Non me hercule sic exorasset Milciades pater. Nihil Calliæ debeo nisi libertum. Est uir egregius Callias, est misericors. Sed utinā tantum aduersus bonos malorum iniuria esset. Si nunc manus Cimonis alligantur, quantum fuit beneficium quod tunc solute sunt? Non iste, iniquiore animo filiam amisit quam ego uxorem, sed equiore animo impudicā patri uoluit. Vis diuitias tuas abscondere, cum in eos inciderint qui mendicitate censentur? Nihil habet domus nostra melius quod ostendat quam paupertatem. Da pecuniam Milciadi, qua damnationem luat, nocens erit, da Cimoni qua patrem redimat, pius non erit. VIBII GALLI. Nullibi mihi felicior uideor quam quod Milciadis precium sui, alligatus iacebat Persicæ potentie uindex, libertatis publicæ assertor, iacebat crimen ingrati ciuitatis. Adulteram dimittam patri, adulteram cui non tam glorior, quod filius sim Milciadis, quam quod uicarius. Quia tu poenam putas, pro Milciade alligari? si adulterum solum dimitterem, exulandum est. Quid faciam? occidam? plusquam prestitisti, exigis, pro carcere exilium. Non occidam? plusquam prestitisti exigis. Vnum beneficium dedisti, duo petis. Vterque magnū beneficium dedisti. Tantundem datis recepisti, Cimonem quod Milciadem redemit, tu quod Cimonem. Videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium. Vbi sunt illæ manus quæ soluere Milciadem? Non mihi occurrat indulgentia uxoris, non Callias socer, nō ullius, aut rei, aut beneficij memoria, feci quod soleo, nihil aliud aspexi quam patrem. MENTONIS. Cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualium misereri soleas. Turpe est ab eodem mitti & adulteros & Cimonem. Ego sum qui referre gratiam et mortuis quidē desino. Ita mihi ueros habere liberos contingat, quod quantum sit Milciades expertus est. PORTII LATRONIS.

Ego
manu
in ho
Perfa
phum
hoc ut
tuerat
Quis
nit. Mi
ne fune
sercor
Dignu
in hanc
prefer
diui eff
te nost
luisse.
sem. v
ciet, ut
sunt hor
tes, ego
ligatas
me prot
Callias e
pro uno
te carcer
nūquā eff
sum, quā
nerū Cim
suis plenā
dedi quoc

Ego adulteros dimittam? ardet cupiditate uindictæ animus. Has manus continere non possit Milciades, quas alligare potuit. Si in hoc solutus sum, redde me carceri. Ille Græciæ seruator & Persarū uindex orientisq; domitor, cui modo tam insignē triūphum fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc uidelicet ipsum, ut innocentia eius, quæ alioquin latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur, damnatus est innocens, Quis in ciuitate misericors est? nunc occasio misericordiæ uenit. Milciades redimendus est. Redemi corpus tuum Milciade, ne funeri quidē interfuturus, in quod me ipsum impēderā. Misericor accusatoris mei, non quia perdidit filiā, sed quia habuit. Dignus erat Callias habere tales quales redemit, quod si me in hanc stuprorū patientiam redemisti, matrimonio carcerem præfero. Honestius patri alligor, quàm adultero soluor. Ut a diui esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in ciuitate nostra quenquā qui Cimone[m] redimere quàm Milciadē malisset. Ego ne patrē quidē meum nisi innocēs fuisset redemissem. **BLANDI.** Obijciat licet uincula, nunquam tamen efficiet, ut non magis carcere glorier quàm matrimonio. Diuersi sunt hominū affectus. Tu fortasse Callia uincula ferre non potes, ego adulteram uxorē. Effugient ergo adulteri tanquā alligatas Cimone[m] manus? **ARGENTARI.** Redemptum me protinus appellare cœpit de filiæ nuptijs. Statim inquam Callias experitur an gratus sim, habes Calliam sine Cimone, pro uno rogat duos eripit? **FVLVII SPARSI.** Dic nūc, te carcere exemi, dū ego respondeā, ego me carceri tradidi: nūquā effici poterit ut melius actū putē quod à Callia redēptus sum, quā quod pro Milciade alligatus. Filia tua abstulit tibi generū Cimone[m]. Ductus est pater meus in carcerē etiā nū captiuis suis plenū. **IVNII GALLIONIS.** Beneficium, inquit, tibi dedi quod filiā tibi collocaui, nunc uero Milciade grauiorem

K fortunam

fortunam carcere sustines, Callias tecum cōmunicare dignatus est. Ego me redemptū putabā, filia istius emptus sum. Steterunt ante oculos meos maiorum imagines, emissusq; sede sua Milciades maiestate imperatoria refulsit, & iterū meas inuocauit manus. **IUNII BASSI.** Calliaē filiā uxorem duxi. Hanc tibi pater iniuriā feci, dum ingratus esse nolo. Placeas tibi licet & istas iactes diuitias, tantidē tamen redemū patrem, quanti à te redemptus sum. **DIVISIO.** LATRO in his quæstiones diuisit, an quisquis gratiā retulit cum possit ingrati teneatur. Multa, inquit, interueniunt propter quæ nō debet facere etiā si possum. Si non tenetur quisquis nō retulit gratiā cū posset, an hic teneatur. Hoc in hæc diuisit, an possit ob id damnari, quod lege fecit, deinde an facere debuerit. Nouissime an si affectu & indignatione ablati, nō fuit in sua potestate, ignoscendū illi sit. Hoc nō tanquā quæstionē, sed ut illi mos erat pro tractatione aut loco. **MONTANVS** Votienus quæstionem hanc adiecit, an gratiam retulerit Cimon Calliaē. Tuli inquit, filiā tuā uxore, filia tua Milciadis nurus facta est, non putas beneficiū, habere cōmunes cū Milciade nepotes? **GALLIO** illā quæstionē durā mouit, sed diligēter executus est, quæ solet esse ingrati in controuersijs prima, an beneficiū acceperit. Non erat, inquit, mihi pœna in carcere esse, mea uoluntate illo peruenerā: ita putas libentius in cubiculo iacuisse? Nullus tum erat locus Athenis honestior, quā qui Milciadē habuerat. Deinde & illā subiunxit quæstionē, an teneatur is qui beneficiū acceperit quod nō petiuit. Non rogavi, inquit, te, dedisti istud iactationi tuæ, putasti ad gloriā tuā pertinere, ita tu non accepisses beneficiū, si tibi soluere Milciadē cōtigisset. **SYLOPOMPEIUS** à parte Calliaē duo beneficia dixit dedisse, quod redemisset, & quod egenti filiam collocasset: hoc quod secundum posuit, nemo alius pro beneficio imputauit, in quo

adeo non est dubium an beneficium non dederit, ut dubium sit an
 receperit. NIGER Brutidius illas praeterea quaestiones fecit,
 an si sua causa fecit hoc Callias, ut redimeret Cimonem, an sit be-
 neficium: beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa praesta-
 tur in quem confertur. Vbi aliquis ex eo aut sperat quid aut
 praeparat, non est beneficium, sed consilium: & diu executus est,
 & argumentis & exemplis. Deinde an sua causa fecerit Cal-
 lias. Voluisti, inquit, opinionem sordidam illustri facto effugere, pe-
 titisti ex hoc aeternam memoriam. Non magis poterat ignotum esse,
 a quo Cimon solutus esset, quam pro quo alligatus. Voluisti ha-
 bere generum nobilem, pium. HISPOROMANUS duram quaestio-
 nem fecit, an retulerit gratiam hoc ipso quod occidit. Liberavi,
 inquit, te dedecore summo, inuito tibi beneficium dedi, non est
 quod mireris. Nam & me tuum non rogantem redemisti. hoc lo-
 co commemoravit illos patres, qui filias uittatas occiderunt, qui
 incluserunt. COLOR et GALLIONI ET LATRONI ET
 MONTANO placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumelio-
 se & redemptorem & socerum et infelicem, CAESTIVS mul-
 ta in avarum & in foeneratorem, & mensularium & lenonem dixit,
 dum uult illud probare, reddidisse se beneficium, quod tale socer-
 um habere sustinisset. LATRO dixit, filiam tuam dimittam,
 quid adultero facimus: pro una rogas, duos eripis. Hanc HY-
 BREAS alter dixit sententiam. Haec tota diuersa senten-
 tia est a priore, etiam si ex eadem est petita materia. Illa non est si-
 milis, sed eadem quam dixit prior ADDEVS rhetor ex Asia-
 nis non proiecti nominis, deinde ARELLIVS FUSCUS
 sic putauit ARELLIVS Fuscus, Non dices me Cal-
 liam ingratum, unde redemeris cogita, merui. Deinde Fuscum cum
 haec a discipulis sententia ei obijceretur, non inficiari, transtulisse
 se eam in Latinum, & aiebat non commendationis se id aut furti, sed
 exercitatiois causa facere. DO, inquit, operam ut cum optimis sen-
 tentiis

tentijs certem, nec illas corrūpere conor, sed uincere. Tum deinde retulit quandā Thucydidis sententiam. deinde Salustianam. Res secundæ mire sunt uitijs obtentui: cū sit præcipua in Thucydide uirtus breuitatis, hac eū Salustius uicit, & in suis illum castris cecidit. Nam in sententia Græca tam breui habes, quæ saluo sensu detrahas, deme uel uel deme constabit sensus etiam si non æque comptus, æque tamen integer. At ex Salustij sententia nihil demi sine detrimētis sensus potest. T. autē Liuius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsam sententiā & tanquā translata, & tanquam corruptam dum transfertur, obijceret Salustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum præferat, laudat quem non timet, & facilius putat posse à se Salustiū uinci, si ante à Thucydide uincatur. **CÆSTIVS** colorem hunc pro Callia habuit, obiecit ultro Cimoni, quod passus est uxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superueniret pater, ut spectator calamitatis suæ fieret. Iam, inquit, etiam si dimiseris ingratus es, ego non expectauerā dū rogarer. **HISPO ROMANVS** hunc colorem secutus est, & dixit adolescentē tumidū, & nobilitatis suæ cogitatione insolentem, inuisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem socerum suum dici Calliam. Ne omnem operam dedisse, ut mores puellæ in uitia non tantum labi pateretur, sed ipse impelleret, ut haberet iustam dimittendæ causam, nec eam occasione intermisisse, sed expectasse etiā dum superueniret pater: hoc se cogitasse, expectat me, uult mecum pares rationes facere: fecisset si non ostendisset patri adulteram filiam. **GORGONIVS** in hac controuersia secundo genere cacozelix usus dixit, istum publicū adulterium esse, sub Milciadis trophæis concumbere. **DORION** cum descripsisset gloriæ sibi fuisse carcerem, nunquam non se illam fortunam ostentasse dixit.

Maieſtatis læſæ fit actio.

Flaminus prætor inter cœnam à meretrice rogatus, quæ aiebat ſe nunquã decollari hominẽ uidiſſe, unũ ex damnatis occidit, accuſatur maieſtatis. MENTONIS. Iam etiam perituri dormiebant, peragitur totus ordo ſupplicij, ne quid ſe meretrix negaret uidiſſe. O miſerum ſi quis meretricẽ offendiſſet. O miſeram matrẽ ſamiliæ, ſi cuius ſcœminæ meretrix inuidet, nihil petẽti prætor negaturus eſt. MVSÆ. Hic eſt Flaminus qui exiturus in prouinciã uxorẽ à porta dimiſit. ARGENTARIJ, Obijcio luxuriã, obijcio lenocinium, obijcio hiſtrionicam, iocos mimicos, in conuiuio nihil aliud quã occidit: qui in carcere nixerunt, in conuiuio perierũt. BLANDI. Feriatur in foro, oẽs uideant, meretrix audiat. Reliquiæ prætoris unco trahebantur. Maieſtatem læſam dixiſſem, ſi exeun- ti tibi lictor à conſpectu meretricẽ non ſummouiſſet. VIBIJ RVFFI. Paratus erat accuſator cum commentarijs, aiebat, quid ſi meretrix deſyderarit? In hoc te cum uxore non miſimus, ut ſalua prouincia ſit. optemus meretrici bonam mentem. Dedimus tibi legatum, dedimus quæſtorem, ut tu cũ meretrice cœnares? meretrix uxoris loco accubuit, imò prætoris. P. ASPRENATIS. Vni fortãſſe osculo donauit homicidium, etiã carniſices cœnaturi manus abluunt. PORTIILATRONIS. Ne à ſobrio quidem lictore percuffus eſt. Non inquiero in totum annum, una nocte contentus ſum. Bibe lictor, ut fortius ferias. Ecquid intelligitis quomodo dãnatus ſit, qui ſic occiſus eſt? quid ſcio, an in cuius gratiam occiſus eſt, in eiſdem etiam damnatus ſit? quantum tibi perdiderat, tantum tu meretrici dediſti. Si negaret, quos teſtes haberem? quis enim in illo conuiuio fuit, cui tecum ſit credendum? facilius eſt, ut qui meretrici dederit homicidium, neget, quã ut qui hoc quoq; dedit, quicquam inde minuerit. Nunquã iſtud mulierũ oculis oſtendi

solet, aut ista iam sæpe uidisset. IVLII BASSI. Inter temulentas reliquias sumptuosissimæ cœnæ, & fastidiosos sub ebrietate cibos, modo excisum caput humanum fertur, Inter purgamenta & iactus cœnantium, & sparsam in cõiuiio scobem, humanus sanguis euerritur. Gratulor sorti tuæ prouicia, quod desiderate tale spectaculum meretice, plenum carcerem damnatis habuisti. Scruum si uerberare uoluisses extra conuiuiam abduxisses. ROMANI HISPONIS. Quis ferret te si in triclinio tuo iudicium coëgisses? Scelus est in conuiuiio damnari hoïem, quid occidere ad arbitrium meretricis? de reo pronuntiaſti, nisi forte facilius in honorẽ eius decollas quã iudicas. FVLVII SPARSI. Contactam sanguine humano mensam loquor, strictas in triclinio secures. Quis credat ista aut cõcupisse meretricẽ, aut fecisse prætorẽ? Cadauer, secures, sanguinẽ loquor, Quis inter hæc de conuiuiio cogitat. Homine, inquit, occidi, nunquam uidi, alio quã Flamini prætorẽ, oia alia uidisti. SYLONIS POMPEI. Virum nobilissimum & tãtis honoribus functũ turpiter meretrix clementẽ fecisset, crudelem fecit. Nunquã uidi, adijce si uis, nec alio prætorẽ uidere potes. ALBVTII SYLI. Si quis aut est iudices, qui desideret, ut prætoris referã crudelitã, quot præter hunc iugulauerit, quot innoxios damnauerit, quot carcere incluserit, huic ego me satisfacturũ polliceor uno cõiuiio, cũ sua prætoris reum euoluã. Instituuntur ab isto in prouincia epulæ, et magnifico apparatu extruitur cõiuiũ, distinguuntur argẽteis poculis aurea, quid multa? è carcere in conuiuiũ prætoris, cui stupenti misero meretrix arripet, Interim uirgæ promittuntur, & uictima crudelitatis ante mēsam ac deos trucidatur. Me miserũ, imperij Romani terrore lusiſti. O qui crudelitate superasti oēs tyrannos, soli tibi inter epulas uoluptati fuit morietium gemitus, hic ultimus apparatus cœnæ fuit, In eodẽ triclinio uideo prætorẽ,

amatorem,

amatorē, scorta, cædes, meretrix prætori, prætor prouinciæ imperat. In cōiuiuo cōstituitur catenatus, qui cū languētis prætoris istius aspexit oculos, existimās ipsum prætoris beneficio dimitti, gratias isti agere, & utrisq; manibus mensam tenens, Dij, inquit, immortales tibi parē gratiā referant. Quicumq; in eodē triclinio accubabat, alius ubertim demisso capite flebat, alius auertebat ab illa crudelitate oculos, alius ridebat, quo gratior esset meretrici. Hic iste inter uarios conuiuariū uultus submoueri iubet miserū, stare ad præbendas ceruices in iocum. Interim distinguitur mora poculis, nec sobrij quidem carnificis manu, cuius Romanus occisus est. Non peto quo minus securi percutatur. Illud rogo, legi potius quā scorto cadat. Memento terrōre imperio quæri nō oblectamēta mulierculis. Quid ego nunc referā iud. ludorum genera, saltationes, et illud de decoris certamen, prætor ne se mollius moueret an meretrix. **CAPITONIS.** Exurgite nunc Bruti, Horatij, Decij, & cætera decora imperij. Vestri fasces, uestræ secures, in quantū proh bone Iupiter dedecus reciderūt. Istis obscœnæ puellæ iocatur, Quid si per deos immortales nullo solēni die, populo inspectante, in foro conuiuū habuisses? nō minuisses maiestatem imperij nostris? atqui quid interest cōuiuium in forum, an forū in conuiuū attrahas? Deinde descripsit qualiter in foro decolletur. Ascendit prætor tribunal inspectante prouincia, noxiæ post terga ligantur manus, stat intento ac tristi omnium uultu, fit à præcone silentium, adhibentur deinde legitima uerba, canitur ex altera parte clasicū. Nūquid uobis uideor describere cōuiuiales iocos? Heu quā dissimilis exitus initijs adest. Accusauit te, quis? Pop. Ro. Iudicarunt te, qui? te prætor damnatū pronuntiauit, occidit meretrix. **BUTEONIS.** Ut iste cū amica cœnaret iucundius, homo occisus est. Nunquid iudices unquā pro rostris uicisti prætorē cū meretrice cœnantē? **VOTIENI MON-**

TANI. Qui sic conuiuatur, quo modo irascitur? Dānatori iurant nihil se gratiæ, nihil precibus dare. Postulo, ut in hęc legē iures, Maiestas Pop. Ro. per oēs nationes, per oēs diffusa prouincias ī sinu meretricio iacet. Ea imperat prætori nostro, que prostitit: cuius osculo nemo se abstinuit, nisi qui pepercit suo. Conuiuas tuos ipsa narra, fuere credo tribuni, fuere præfecti, fuere equites Romani, cū ijs ergo prætor. CASSI SEVERI. Ne de seruo quidem aut captiuo omni loco aut omni genere, aut per quos libebit, aut cū quibus libebit, supplicium sumi fas est, adhibeturq; ad ea magistratus ob custodiam nō lætitiā. TRIARI. Quo crimine damnatus est? cædis, non tamen in cōuiuio occiderat, Animaduerte diligēter meretrix, ne iterum homicidium roget. MONTANVS VOTIENSIS has putabat quæstiōes esse, an quod quis in magistratu peccauit proles uindicari possit, maiestatis læsæ reus. Vnū enim quod tueri se factō nō potest ad ius cōfugit, et dicit se hac lege nō teneri. Num quicquid peccauit in magistratu aliquis, maiestatem lædit. Puta aliquē, dum magistratus est patrē suum occidere, ueneno uxorem suā necare puta, nō hac lege causam dicet, sed illis parricidij & ueneficij. Vis scire nō à quo fiat ad rē pertinere, sed quid fiat? priuatus potest accusari maiestatis læsæ, si quid fecerit quo Pop. Rom. maiestatem læderet. Puta amicā habet præconsul, ideo maiestatis damnabitur? Quod amplius dico, puta matronā corrumpit, dum præcōsul est, adulterij causam dicet nō maiestatis, singula, inquit, æstima quæ obijcis. Si tantū amicam habuisset, nunquid accusares? quod animaduertisset in aliquem nullo rogāte nunquid accusari possit? Si non omne nō recte factum hac lege uindicari potest, an id quod sub autoritate publica geritur? Nam cū adulteriū cōmittit tanquā ciuis peccat, item cū ueneficium, cū animaduertit autoritate publica utitur, In eo autē quod sub prætextu publicæ maiestatis actione uin-

dicand

dicandum est. Dic enim mihi, si cū animaduertere debeat, nec legitimo cultu ac more solenni usus interdiu, tribunal conscenderit conuiuiali ueste: si cū classicum canere debeat, symphoniā canere iusserit, nō lædet maiestatem? atqui quod fecit foedius est, & comparauit. Deinde si potest uindicare maiestatis lege id quod proconsul, maiestatis publicæ & iuri & apparatus est, peccauit, an hoc possit? nō potest, inquit, nihil enim detractū est populi Rom. magnitudini. Is lædit populi Rom. maiestatem, qui aliquid publico nomine facit, tanquam si legatus falsa mandata offert, nō aliter quā populū Rom. dederit. Imperator foedus percussit, uidetur populū Rom. percussisse, & cōtinetur in toto fœdere: nunc nec uiribus quicquā populi Rom. detractū est, nec opinioni eius imputatur, si quid fecit, nō populū Ro. At ex te ceteros æstimant. Non ne & ante hunc alij fuerunt ex quibus æstimari possit? & post hunc erunt. At singulorū uitia nemo uerbis ascribit. Attamen factū ipsum turpe est: sed multa alia, nec ideo illis populi Rom. maiestas læditur. Nemo penē sine uitio est, ille iracundus est, ille libidinosus est, non tamen si cum aliquo imitatus est malis, eo statim maiestas læditur: deinde ad facti ipsius æstimationē uenit, & dixit hæc obijci, quod meretricem habuit, quod aliquē occidit, quod noctu, quod in cōuiuio, quod rogante meretrice. SYLO POMPEIUS has adiecit questionēs, an si quod ei facere licuit, fecit, non possit maiestatis accusari, potest, inquit: næc enim lex quid oporteat querit, sed quid liceat. Licet ire in lupanar. Si præcedētibus fascibus prætor deducetur in lupanar, maiestatem lædet, atqui quod licet fecerit. Licet qua quis uelit ueste uti. Si prætor ius in ueste feruili uel muliebri dixerit, uiolauerit maiestatem. Deinde illam facit questionem, an ei hoc facere licuerit: non licuit, inquit, in illo loco, aut illo tempore, aut ex illa causa occidere, quædam licent, tēpore & loco mutato nō licent. De colore, inquit,

queritur, quo uti debeat is qui pro Flaminio dicit. Quædam controuersie sunt, in quibus factum defendi non potest, excusari potest, ex quibus est et hæc. Non possumus efficere ut propter hoc non sit reprehendendus, non speramus ut Flaminium iudex probet, sed ut dimittat, sed sic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, non scelerato tamen. Item negabat se pro Flaminio narraturum MONTANVS, sed his que obijciuntur responsum. Aiebat autē illam sententiā Ruffi Vibij, colorem actionis esse bonum, Senetionis esse, bonum se habere animū pro reo, in quo libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem. Ipse Montanus illum locum pulcherrime tractauit, quā multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit, In Gurgite luxuriam, in Manlio impotentiam, cui non nocuit & filium & uictorem occidere, in Sylla crudelitatem, in L. Lucullo auaritiam. In prætorē, inquit, cum illi constiterit abstinentia, diligentiam excutiatis quomodo una nocte cœnauerit, utrum tamen, inquit, iniqui est quod obijciunt, quod damnatus perierit meretrice postulante, prætori perire damnato. Colorem FVSCVS ARELLIVS hunc introduxit, ebrium fuisse, nescisse quid fecerit. SYLO POMPEIVS hoc colore usus est, non putauit ad rem pertinere, ubi aut quando periret qui perire deberet. TRIARIVS ineptum introduxit colorem. Sermo erat, inquit, in conuiuio, contemni nimiam prætoris lenitatem: alios fuisse prætores qui quotidie animaduertent, huius anno nullum fuisse occisum. Dixit aliquis ex conuiujs. Tu ergo nunquam iratus? dixit & mulier, ergo nunquam iratus, quod dementia sua contemptui esset. Curabo, inquit, sciant non deesse mihi sceleratum, quem uidere lucem ultra non oportet: occisus est, quia damnatus sub prætorio fuerat. Quo tempore? Est enim illud tempus quo nocens perire non debeat.

G A L L
me herc
neret. E
pte: in
gitima s
runt: ta
summo
nerbera
SYLO
hoc uer
iudicio c
miam ta
quicquā
tibi dicit
ARGE
niolentij
oge, in fo
quam se
cussurus
VIBIV
propinat
non esse
inepte tu
auditorē
ūi mos e
ipse tanta
Julio, nec
Romano
cōtenti e
scipuli L
cepit, e

GALLVS VIBIVS dixit, meretrix orauit, timebam
 me hercules, ne exorasset ut occideretur, aut indemnatus ui-
 neret. Ex altera parte multa bene dicta sunt, multa corru-
 pte: in descriptione supplicij utiq; illi qui uoluerunt omnia le-
 gitima supplicij uerba in sententias trahere, in uitia incide-
 runt: tanquam dixit **TRIARIVS**, Summoue, audis lictor,
 summoue à prætoze meretricem: hoc loco non male adiecit,
 uerbera, sed uide ne uirgæ tuæ pocula nostra disturbent.
SYLO POMPEIVS dixit, despolia, meretrix agnoscis
 hoc uerbū? certè prouincia agnoscit. Sylo Pompeius homo qui
 iudicio censebatur, & ipse ad hanc descriptionem accessit, ni-
 mium tamen mali fecit, ait animaduerte meretrix, age lege,
 quicquā enim lege hic agitur? **HISPANVS** dixit, age lege,
 tibi dicitur Flamini, uue sine meretrice, cœna sine carnifice.
ARGENTARIVS in quæ solebat schemata, attrectationē
 uolentissimam fregit, age lege, scis, inquit, quid dicat. Inter diu
 age, in foro age, stupet lictor, id est, quod dicit meretrix tua nū-
 quam se uidisse. **MONTANVS VOTIENS** dixit, per-
 cussurus lictor ad prætozem respexit, prætoz ad meretricem.
VIBIVS GALLVS dixit, lictori quia bene percusserat
 propinatum est. Illud quod tanquam Latronis circumfertur,
 non esse Latronis pro testimonio dico, & Latronē à sententia
 inepte tumultuosa uindico: ipse enim audiui Florum quendam
 auditorem Latronis dicentem, non apud Latronem, neq; enim
 illi mos erat quemcunq; audire declamantem: declamabat autē
 ipse tantum, & aiebat se non esse magistrum, sed exēplum, nec
 Iulio, nec alij contigisse suo, quā apud Græcos Nicetæ, apud
 Romanos Latroni, ut à discipulis nō audiri desyderarent, sed
 cōtenti essent audire. Initio cōtumeliæ causa à deridentibus, dē
 scipuli Latronis auditores uocabātur, deinde in usu uerbū esse
 cepit, & promiscue poni pro discipulo auditor, hoc erat non
 patien

patientiam suam, sed eloquentiā uendere. Vt ad *Florum* reuer-
 tar, ille dixit in *Flaminio*, Resulsit inter priuata pocula publi-
 cæ securis acies, inter temulentas ebriorū reliquias humanum
 euertritur caput. Nunquā *Latro* sic cōposuisset, ut quia publicā
 securim dicturus erat, diceret, priuata pocula: neq; in tam mol-
 lem cōpositionem eius sententia euauisset, neq; tam incredibi-
 leis unquam figuras cōpingebat, ut in ipso triclinio inter lectos
 & iocos & mensas percussum describeret. Ille eum in hac con-
 trouersia descripsisset atrocitatē supplicij, adiecit, quid exho-
 ruiſtis iudices, meretricios lusus loquor. Et ille dixit, minus no-
 tam sententiā, sed minus bonam. In socium nostrum prætor po-
 puli *Romani* animaduertit, cum priuata uoce, tumultuario tri-
 bunalī, ebrius fortasse, nec calciatus quidē, nisi si ut omnia expe-
 ctaret meretrix, diligenter exegit. **RUFFVS VIBIVS**
 erat qui antiquo genere diceret: belle cessit illi sententia sordidioris
 notæ: prætor ad occidendū hominē soleas poposcit. Alte-
 ram eiusdem generis, sed non eiusdem successus sententiā, cum
 deplorasset cōditionem uiolatam maiestatis, consuetudinē me-
 iorum descripsisset, qua semper uoluissent ad suppliciiū aduoca-
 ri, sententiam dixit: at nunc à prætore lege actum est ad *lucerna-*
nam. **POLLIO TAMEN ASINIVS** aiebat hanc se sen-
 tentiam recipere. **VIBIVS** de oratoribus, qui uerba antiqua
 & sordida consecratur, & orationis obscuritatem seueritatem
 putat, aiebat *Milciadem* rhetorē eleganter dixisse tamen
 in ijs etiam si minus est insanie minus spei est. Illi qui tumēt,
 abundantia laborant, plus habent furoris, & plus etiam corpo-
 ris. Semper autem ad sanitatē procliuius est, quod potest detrā-
 ctione curari, illi succurri non potest, qui simul & insanit &
 deficit. Sed ne hoc genus protegere uidear, in *Flaminio* tumi-
 didissime dixit **MVRRHEDIVS**, Prætozem nostrum in illi
 ferali cœna saginatum meretricis sinu excitabitis occisuri. Et

illud
 carce
 ut im
 noēi
 minibi
 non ci
 senten
 & qu
 casoz
 lam re
 CINI
 nio: &
 niam, c
 gan de
 tur. Et
 xit in h
 GLAV
 san dese
 hoc idem
 nam no
 rodem lo

PER u
 eta si
 piat. Qui
 patri nat
 rā ex illi
 repetit un
 est ne cum
 tribus: si a
 rui, utr

illud tetracolo, seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut impleretur circuitus: quem enim sensum habet, seruiebat dies nocti. Hanc ideo sententiam retulit quia & in triculis & in omnibus huius generis sententijs curamus ut numerus constet, non curamus ut sensus. Omnia autem genera corruptarum quoque sententiarum de industria pono, quia facilius quid imitandum, & quid uitandum sit docemur exemplo: & certe illud genus cacozeliæ est, quod amaritudine uerborum quasi aggrauatur. Iam res petit, ut in hac controuersia referamus id quod LINCINIUS NEPOS dixit, Reus damnatus est legi, periit fornicii: & illud quod SENIANVS dixit, habet sui generis insaniam, cum diceret, nocte non debere sumi supplicium, post longam descriptionem cum nunc demum uictimæ quidem occiduntur. Et ad hanc controuersiam græci apposuerunt manum, dixit in hac NICETES EVCTEMON dixit

GLAUCIPPVS CAPPADOX cum cœnam luxuriosam descripsisset indignam maiestate prætoris adiecit hoc idem elegantius dixit ADDEVS cum descripsisset cœnam nocturnam NICETES dixit, ARTEMON eodem loco aliã dixit sententiam SIC GLYCON dixit.

CONTRouERSIA XXVI.

PER uim uicq; gesta ne sint rata. Pacta, conuentaq; legibus facta sint. Expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Quidã duos filios expositos sustulit, educauit, querenti patri naturali pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset, pactum interpositum est, reddit illi suos filios, repetit unum. ARELLII FVSCI PATRIS. Aequum est ut cum alienis diuidamus liberos, quos non diuidimus cum matribus: si alterum non abstuleris, utrumque habebis. quid faciã: utrumque peti, utrumque desideravi, pro utroque pactus sum. ALBVTII

SYLII. Vnà nati sunt, unà expositi, unà educati, redditi potissimū distrahuntur, distraxit illos fortuna aliquādo à parentibus, nunquā ab ipsis. Misere mīni iudices, grauis inuidia est. I V LII GALLIONIS Duos exposui, qui alterum eligere nō poterā, periclitor ne qui cum duobus liberis in iudicium ueni, sine ullo reuertar. Nam quē perdā eligere nō possum, causa patris mei fuit, ut haberē filios, consummatio, ut perderē, pro filiis tibi debeo, nō filios. Pete quantū uis pro disciplinis, imputa quantum uis pro alimētis, licet plus petas dum minus reddā. Maiores nostri uiderūt quā effusa esset indulgentia pro suis timētū, quā parata quicquid posceretur dare. Itaq; pro patre lex nō cū educatore pacta est. Nō potui obligari de eis, qui in mea potestate nō erant: si uis ex æquo diuidamus, at habeatur utriusq; ratio: habecā ego tandiu duos quādiu tu habuisti, nolite timere pueri, nō diducā uos, aut utrunq; habebo aut neutrum: in auctione fratres quāuis hostilis hasta nō diuidit. Plus quidam est geminos esse quā fratres, perdit uterq; gratiā suam, nisi cū altero est. FVLVII SPARSI. Ignoscere mīhi aduersarius debet meos retinenti, cū ipse alienos concupiscat, repetit quod adhuc habuit, retineo quod modo ignoui. Agnitio diuidet quos iunxit etiā expositio. CORNELII HISPANI. Dic uter obsequentior sit, uter indulgētior, uterq; inquis. Miraris si iam meos diuidere nō possum? omnia pro filio paciscor, præter filiū. VOTIENI MONTANI, Ego uero ne patrociniū quidē habeo. Si tam facile filios remitto, libet exponi. Reddere istud est liberos an eripere? Vtroq; modo per dendi erāt, uel pacti essent uel negati, pactus sum flens tremensq; tanquam cū exponerē. CAESTII PII. Ne diuiderē filios, unā exposui, iste quoq; duos sustulit, qui tantū uno cōtentus est, iterū cogor exponere. IUNII GALLIONIS. contra, expeditæ partes uestræ sunt, utrunq; ex hoc iudicio potestis patrem di-

mittere. MENTONIS. Iste assuevit carere liberis, etiam si unum accipiā necesse est torquar, duobus assuevi. Quid unquam commisi? & habes domi quos de me interrogas, nihil unquam sine illis feci, nisi indicium uim uocas, quæ te patrem facit sine herede herere, qui paulo ante habui filios duos tales, ut ex illis unus quilibet satis sit. POMPEI SYLONIS. Videte quā mode ste agam, ego sustuli, ego educaui, ego reddidi, iste eligat. VIBII RVFFI. Salui sunt, inquit, liberi tui, post hanc uim meam iste me osculatus est. PASSIENI. Cedō mihi tabulas testamenti, plures in testamento habeo quam in pacto: hoc testamentum delere non cogito, si meos filios heredes facere non possum, tuos faciam, preces meas ad filios transferam, hoc enim nomen licebit, putato, mihi usurpare dum litigo. ARELLII FVSCI PATRIS. Fertis hoc optimi iuuenis? ego uos expositos sustuli, ego educaui, ego ægrotatibus assedi, senem me fecistis & reliquistis? ARGENTARIUS, In ista uis duos filios perdidit. DIVISIO. LATRO sic diuisit, in re uis aut necessitas sit, Nulla, inquit, uis est, arma lex & uincula, & ultimum periculum cōplectitur, quorum nihil fuit in tua persona. Illic, ait, uis est & necessitas, ubi uelim nolim succumbendum est mihi, cum esset necesse, non enim poteram habere alterum filium, nisi alterum promissem, Respondetur, primum non est uis ubi aliquid expediendæ rei causa patiendum est, sed ratio: tanquam, quia non possum domum habere, nisi hic emero, nulla alia uenalis est, hanc occasionem uidet uenditor & premit, non tamen hanc emptionem rescindes, alioquin in infinitum calamitas excedet. Dicit alius, necesse mihi erat, tibi necesse carere, primum etiam non poteras, deinde & alia uia poteras inuenire, sperare alium indicem. An aliter inuenire non poteras? ergo tibi plus præstiti. An si est in re uis & necessitas, ita tamen rescindatur que per uim & necessitatem gesta sunt, si uis & necessitas à nascente adhibita est, Nihil inquit mea, an tu cogaris, si non à

me cogere. Meam culpam oportet esse, ut mea poena sit. Non inquit, neque enim lex adhibenti uim irascitur, sed passio succurrit, & iniquum illi uidetur, id ratum esse quod aliquis non quia uoluit pactus est, sed quia coactus est: nihil autem refert quam per quem illuc necesse fuit: iniquum enim quod rescinditur facit fortuna eius qui passus est, non persona facientis. Deinde an ab hoc uis admota sit, Tu inquit mihi uim admouisti, qui non aliter indicabas, quam si pactus essem. Non est, inquit, admouere uim aliquid cum certa conditione promittere, si qua uis est a te tibi adhibita est, quod & sponte & ad exonerandum se uenisset, ut tantum patri redderet, quantum educatori superfuisset. Pro educatore GALLIO hunc colore secutus est, se misericordia motum. Cum uideret, inquit, morbidum sine herede esse, dixit modo ipse qui auidus est, possumus duo patres esse, & dixit illam amabilem sententiam. Da itaque nunc poenas misericors. MONTANVS VOTIENSIS sic cepit, Si quis me uidit, iudices, modo duorum liberorum patrem, nunc solitudine periclitantem, certum habeo, dicit crudeliter indicem. Et summissis cum aduersario egit, rogauit, ut altero contentus esset. Et illam sumpsit contradictionem, nescio, inquit, utrum: & dixit, mihi crede qui illos optime noui, utrum uis elige, ideo sic pactus sum quia nihil intererat. HISPOROMANVS erat natura, qui asperiorum dicendi uiam sequeretur. Itaque hoc colore egit ut inuheretur tanquam in malum patrem, & diceret, crudeliter exponentem, perfide recuperantem. In hoc inquit repetit, non quia habere uult, sed quia eripere, irascitur mihi quod duos educasti quod indicasti. Et cum descripsisset se ueritatem exponentis adiecit. Etiamnum mihi uidetur eiusdem animi, eiusdem duritiae, quia nihil putat se debere ei, qui liberos suos educauit. Durus est pater, crudelis est, nolite credere ex illa feritate tam subitam mutationem. Sinite me in uno filio experiri. Dixerat in hac controversia illam questionem, qua dicebat se nequaquam

adhibuisse. Quid? ergo quis adhibuit uim? tu tibi, non est quod dicas alium. quis sibi ipsi uim adhibet? solet fieri, ecce ego ipse mihi nocui: & illud dixit. Placet mihi in irritum reuocari que gesta sunt, dono quod indicauerim. ARGENTARIUS dixit, ex altera parte, miseriorem se nunc esse, quam cum ignoraret suos, & cum tormenta patrij animi descripsisset, ait, etiam nunc pacisci uolo, quid do, ut liberos meos recipiam? quid do ne agnouerim? indignabatur CAESTIVS detorqueri ab illo toties, & mutari sententias suas, quid putatis, aiebat, Argentarium esse, certissimum ius est. Solebat & Graece dicere, Fuerat enim Argentarius Caestij auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem, quid putatis esse Caestium, nisi Caestij cinerem: & sic solebat iurare, p manes praceptoris mei Caestij, cum Caestius uiueret. Oibus autem insistebat uestigijs Caestij, & eque ex tempore dicebat, & eque contumeliose, multa interponebat, illud tamen optima fide praestitit, cum uterque Graecus esset, ut nunquam Graece declamaret, illos semper admiraretur qui non fuerunt contenti unius linguae eloquentia, cum Latine declamauerant, tota posita sumpto pallio, quasi persona mutata redibat, & Graece declamabant, ex quibus fuit SABINVS CLODIVS, in quem uno die et Graece et Latine declamantem multa urbane dicta sunt. Dixit Aterius quibusdam quaerentibus pusillas mercedes eum accepisse cum duas res doceret, nunquam magnas mercedes accepisse eos, qui Ermeneumata docerent, MECOENAS dixit, CASSIVS SEVERVS uenustissimam rem ex omnibus, qui ab auditione eius cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit male uicit. GLYCON dixit, GALLIO autem elegantissime dixit a parte patris, cum in ultima parte testamenti figuram tractaret, quando ego mortuus ero, tunc mihi heres sit, uis interrogem uter? TRIARIUS dixit, a parte educatoris, Ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui.

Qui patrem pulsauerit, manus ei præcidantur. Tyrannus
 patrē in arcē cū duobus filijs accersit, imperauit adile-
 scentibus, ut patrē cæderent. Alter ex his præcipitauit se, alter
 cecidit, postea in amicitiam tyranni acceptus occiso tyranno,
 præmiū accepit, petuntur manus eius, defendit pater. **CÆ-
 STII PII.** Felicior essem si plurcis reos defenderē. **TRIA-
 RII.** Hæc uulnera quæ in ore uidetis meo, postea feci quàm di-
 missus sum. **IVNI GALLIONIS.** Gratias ago filio, quod
 me non reliquit solū tyranno, quod manus illius sunt, ego iussu
 itaq; crimini meo assum. Amicus, inquit, tyranni fuit, age hoc
 tantū filius meus in arce simulauit? Procūbo ad genua uestra
 iudices, ille contumax, qui cū uapularē nō rogauit. **MVSAE.**
 Occisus est tyrannus, à quo putatis, nisi ab eo qui patrē pulsare
 non poterat? præcidetis tyrannicidæ manus: quid hoc est? inte-
 ger tyrannus iacet, præciduntur tyrannicidæ manus: patri præ-
 cidite, ne iudicē filiū propter quē ne à tyranno quidē impune
 uapulauit: postquā occupauit arcē, secuti sunt illū homicidæ, se-
 cuti uenefici, secuti quisquis pulsare patrē poterat: necesse fuit
 patrem cædere, tam hercules quàm necesse fuit spoliare tem-
 pla, uirgines rapere. Aiebam, fili fortius feri, tyrannus spectat,
 Si talis erat filius meus qualē describitis, nescio cui magis ex-
 pedierit tyrannū uiuere. O quantum istis debemus manibus,
 per quas iam nihil necesse est. Occidit tyrannum, sic huius ira-
 tæ manus feriunt. Cum occideret tyrannum, sic aiebat. Pater
 te interficit, pater ferit, sic feriunt qui uolunt. Tecum fili incon-
 sideratæ pietatis queror. Validius patrem cecidisti quàm iussit
 tyrannus iratus, iacenti ipsas cadaueris manus in me ingressisti.
FVLVII SPARSI. Tales fuerunt ex quibus posset alter
 contemnere tyrannum, alter occidere. **IVLII BASSI.** Cō-
 pressas filij manus in os meum imegi, cædentem consolatus
 sum.

sum. PORTII LATRONIS. Cæde, inquit, patrem dum ego negligens sum, occupauit se ex arce filius, hoc nō est patri parcere sed sibi. Dura fili, ad tyrannum tibi per patrem eundem est. Tenent ecce cruentum tyranni caput, nunc illas præcidite. BLANDI. Vt uidi tyrannicidam ex arce descendentem, nihil prius quàm manus osculatus sum. POMPEI SYLONIS. Vtrū ex filiis meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. nemo ius habet in istas manus, meæ sunt istæ. Etiam cum tyranno seruirent, mihi paruuerunt, ita mihi superstiti filio mori liceat, ut ego illum qui mori maluit parricidam uocauit. ARELLII FVSCI PATRIS. Rogo uos per securitatem publicā, per modo restitutæ libertatis letitiam, per coniuces liberosq; nostros: nemo tam suppliciter audiuit me rogātem cum uapularem. Quā languidæ cædentis erant manus, non putares illas tyrannicidium posse facere: istæ mihi salutaris porrexerunt cibos, istæ potiones, nunquā tamen indulgentiores sensi manus, quā cū me cederet. VOTIENI MONTANI. Percant, inquit, potius quàm sint, qui tam fortiter loquantur. Vix inuentus est qui tyrannum occideret. Fili fortius, inquit, feri, ne nos colludere tyrannus intelligat: suspensas leuiter admouebat manus filius, simulabat istus, pater gemitus. Si qua est fides, iratus filiū extuli, quod me non ceciderat. Necessitas magnū humanæ imbecillitatis patrociniū est. Hæc excusat Saguntinos, quamuis nō ceciderint patres, sed occiderint, hæc excusat Romanos quos ad seruillem delectum Canensis ruina cōpulit, quæ quicquid cōegit defendit. Ille quoq; mihi pepercisset si unicus fuisset, ille me fratri relinquebat, hic tyranno. Etiamnum, inquit, in facie tua uulnera apparent, Fili nocet tibi quod tam cito occidisti tyrannum. MENTONIS. Queritis quis hæc fecit uulnera: ille cuius cecidit me in funere manus. Ita mihi libero & uiuere contingat & mori, ita oculos

meos filij manus operiāt, ut ego inter liberos meos fortior steti. Ex altera parte ARELLII FVSCI PATRIS. Tūdiu cecidit patrem donec placeret tyrāno satellites, quid tu? Tu tyranniciū facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? Pater, inquit, adest: malo, non enim tantū patrem, etiā patronum cæcidisti. IVLII BASSI. Quoniam eō scelerum peruentū est, ut parricidæ pater adsit, non istius aduocationi adsum, defendit enim quāuis nocentē. Ecquid agnoscitis indulgentiā illius? Frater qui maluit perire quā patrē cedere, infelix causam suā cū fratre iungebat: exclamat iste, nihil illi mādaui, ego tibi & pro illo satisfaciā, ut ualidius, inquit, cæderet. Pro Repub. inquit, feci. Vis tu pudorē habere, nec imputare Reip. idem quod tyranno? Pater, inquit, mihi adest. At mehercules frater non adesset. Habuisti, inquit, quod tyranno iactares. Frater maluit mori, quisquis cædendus erat, quamuis quisquis iste tradebatur. Tyrannum, inquit, occidi, at patrē quantulum minus quā occidisti? POMPEII SYLONIS. Gaudeo in subsellijs istius esse patrē, quo modo enim aliter efficere potuissim ut uulnera eius uideretis? Non multū refert mea ubi sit, ab hac parte crimen obijcitur, ab illa ostenditur. Grauior testis esse solet qui à reo surgit. Talis prorsus pater, quē nemo alius posset cedere, nisi amicus esse posset tyranni. Frater perijt ne parricidū aut faceret aut uideret, In illa præcipitia nō minus inquā fratrem fugit quā tyrannum. CORNELII HISPANI. Descēdebat cruentus pater, uexato laceratōq; corpore uix agnoscendus, putares duos fuisse qui cæcidissent: fecit quod debebat qui patrē cæciderat, amicū occidit. CAESTII PII. Ego, inquit, cæsus sum, pœnam remitto. Mirarer nisi pro tam bono patre fuisset qui mori uellet. Dignus est quē inuitum uindicetis, quia apud uos tantum crudeles patres uindicantur. Pater, inquit, iussit ergo frater tuus impius fuit, qui pa

tri non paruit. Si quado lente parebant satellites, aiebat tyrannus, nō spectatis quemadmodum patrem cæciderit. Qui patrē ceciderit, manus eius præcidantur, hanc legem moriens laudavit tyrannus. Nouissime inter filium & patrem tyrannus intercessit, an non quisquis patrē cæciderit puniatur. In lege, inquit, nihil excipitur, sed multa quamuis nō excipiantur intelliguntur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est, quædam uerò tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent. Quid legis interest, excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsauit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit. Quid opus est cauere lege, ne puniatur infans si pulsauerit patrem? quid opus est cauere ne puniatur, si quis aut patrem sopitū, aut subita corporis grauitate collapsum excitauit, cum illa non iniuria, sed medicina fuerit? Nondum de propria, sed de communi causa loquor. Si officiose quis cæcidit patrem, non pulsauit, puniri debet? Hanc quæstionem in partes plureis diuisit, an tutus sit qui tyranno iubente fecit. Cogitate quàm multa tyrannus exegerit. Pro publica innocentia est, nō licere hoc quoque tyrannis, ut nos faciant nocentes. Tyranno iubente fecit, miserius fuit ipso uapulante. Ille non dicitur sacrilegus qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyrannum, aut qui funestas tyranni imagines inter effigies deorum immortalium consecrauit. An tutus sit qui patre iubente fecit, non cæcidit, sed paruit: & illud dixit in narrationibus, Stabat contumaci frater uultu, intellexit non posse cogi à tyranno. An tutus sit qui pro patria facit, an hic pro patria fecerit. Item an illo tunc tempore cogitationem tyrannicidij habuerit, & hoc animo cæciderit, ut aditum faceret sibi ad amicitiam tyranni. MONTANVS & illam quæstionem ultimā fecit, An etiam si quid peccatum est, tãto merito redemptū sit? GALLIO illā quæstionē primā fecit. An ultio cæsi patris, nul-

lius sit patris. Inuitū, inquit, me nemo uindicaret, si à quolibet alieno cæsus essem, & nollem agere iniuriarum, nemo nomine meo ageret: atqui nihil interest: poena maior est eius q̄ cæcidit, ius idem eius qui cæsus est. Cōtra ait omnibus actionē dari, non enim priuatā esse iniuriā sed publicā: itaq; nec taxatione defungi damnatū, aut iniuriarū poena, sed manus p̄dere: ad oēs partes pertinere hoc exēplum, ad oēs filios, et ad ipsam Rempub. tales esse qui fiant tyrāni, certe qui tyrannorum amici. Et ultimas has fecit quæstiones. An si pio animo fecit non teneatur, an bono animo fecerit. Et in illa quæstione Latronis, an tutus est qui patre uolente fecerit, Nunc, inquit, fingis in filij patrociniū, sed tunc noluisse. Et adiecit, ne dixeris idem uoluisse patrē quod tyrannū. Queritis utri paruerit? Tyrannus illum amauit tantquam sibi paruisset. Pater, inquit, uoluit: ita tu non tyranno tantum, sed patri parricidio dignus es. Cū descripsisset impium in fratrem, impium in patrē, adiecit, Tyrannū quoq; tunc cū amare deberes occidisti. MONTANVS partem accusatoris declamauit, & hoc colore usus est: indulgentissimū fuisse in filios patrem, nimiam pietatē eius fuisse notam tyranno. Itaq; illum qui quæreret pudicis dolore ex impudicitia, contumacibus ex seruitute, pijsimo patri tormentū quæsisse ex filiorū impietate: et dixit illum animose loquentem, qui iussus est prior patrem cedere. Quid si non cecidero, inquit, quid facturus es? torquebit occides? plus est quod imperas, quā quod minaris. Certamen erat in uno homine, utrum plus posset natura an tyrānus. Cede, inquit, non cædo: uerbera, non serio. Hæc fratre audiente. Et illud dixit cū promitteret amicitia tyrannus, magis præmitti extimuit tyrannici imperij quā imperiū. Et cū descripsisset cætrices pulsati patris, Et forma est adhuc faciei, dixit, ab utroq; cæsum p̄uies. MONTANVS tamen aiebat, nihil posse melius dici, Ex hac parte tyrannus iubet, ex altera lex uetat, mo-

videris si cecideris, morere ne cadas. CAESTIVS dixit, Tyrannus imperat ut patrē cadas, non est nouum, nolūisti facere. Laudaturum me putas? ego uerò nō laudo, alterius ista gloria est, tu fratrem imitatus es. ARGENTARIVS dixit, Tu patrem cecidisti, cū & legem nosse, & fratrem. MONTANVS dixit, Parricida esse uolūisti, uiolasti patris corpus, fratris beneficium. Ab altera, hoc colore omnes declamauerūt tanquam patre iubente fecisset. TRIARIVS dixit, In filij mei manus incurri. BASSVS IULIVS. Ego me filij mei manu cecidi. HATERIVS dixit, Ago gratias tyrāno, quod alterum filium meū custodiri iussit, ne mori posset. CAESTIVS ait in narratione. Tyrānus iubet cadere, exposita tormenta sunt, quid faciat? moriatur inquis? hoc dicis, ne cadat patrē, occidat. FVSCVS ARELLIVS dixit, Cōplecti uolo istas manus optime de me etiam ante tyrannicidium meritas. GALLIO dixit, Viderit quantū sibi se putet debere Respub. ego plus me quā illā debere sibi iudico, difficilius est quod me iubente fecisti. MONTANVS VOTIENVS dixit in narratione, Si perseueras fili, fratrem sequar. Videris utrum patrē cadere malis an occidere. Hanc controuersiam & ab Iulio & à Sabino bene declamari memini, cū describeret tyrannū occisum, & cum ingenti gloria ex arce deductū. O te parricidam, nisi post tyrannicidū quoq; intelligas, quanto melius frater tuus beneficio perierit quā tu occideris. Illud non probaui, quod multa in re seuera tentauit false dicere. Erat autem urbanissimus homo, ut uobis saepe narraui, ut quicquid illi in eloquentia deerat, urbanitate pensaret. Meminimus cū illum Syriacus Vallius homo disertus accusaret, et uideret Latinū Calumniā testem circa coronā iudicij obuersari, et toties occurrere eunti Syriaco, & querere, quid haberet spei, deinde post iudiciū, cū Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curā sui egisset, At mehercules,

L 4 inquit,

inquit, timebam, ne uno rhetore plus haberemus: & testis productus cum interrogatus esset, an accepisset à patre sestertiat dixit quod accepisset, an haberet, negauit. Deinde interrogatus an Calumniam haberet, Ipse, inquit, negligentiam meam nosti, an habeam nescio, accepisse me scio: & in Domitium nobilissimum uirum in consulatu cum thermas prospicientis uiam sacram edificasset, cœpisset deinde rhetores circumire & declamare. Ego, inquit, sciebam hoc te facturum, & matri tuæ querenti de tua desidia dixeram

Duas eius urbanas res præterire non possum, secutus erat in prouinciam Cretam Occium Flammam proconsulem, Græci cœperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratum gereret. Mos autem est barbam capillumq; magistratui Cretensium summittere. Surrexit Sabinus & silentiū fecit, deinde ait, hunc magistratum ego Romæ bis gessi, bis causam dixerat. Græci non bene intellexerunt, sed bene interpretati à Cæsare petebant, ut honorē Sabinus & tertio gereret. Postea deinde offendit illos tota comitum cohors, oppressi sunt in tēplo ab omni multitudine quæ postulabat, ut Romam Sabinus cū Turdo proficisceretur. Erat inter infames maxime et inuisos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum se, ut inde posset exire, Sabinus silentio factus, ait, Ego ad Cæsarem non sum iturus cum mattea. Postea hoc Sabino cū causam diceret obiectū est. Multa illum diserte dixisse memini, cum introductus esset ex carcere in senatum postulaturus, ut diariam acciperet, tunc dixit de fame questus, nihil onerosum à uobis peto, sed ut me aut mori uelitis aut uiuere: atq; illud dixit, Nolite, inquit, superbe audire hominē calamitosum. Sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat. Et cum dixisset Senianus locupletes in carcere esse, homo, inquit, adhuc indēnatus, ut possim uiuere, parricidas panem rogo. Cū mouisset hoies & flebili oratione et diserta, redijt t-

men d
queng
res est
illud se
posse
catur i
buisse q
degene
Voluit,
luctor,
mantes
uocato,
Non ius
patre co
consiliu
tyranni
se patri
feci. Ill
ter non
pla, lege
num effu

QV
rapuit, q
præconē
LIONI
meo rapi
miserū m
Habui fil

men ad sales, rogauit ut in Latumias transferretur, ne inquit, quæquã uestrũ decipiat nomen ipsum Latumia, minime lauta res est: hoc retuli ut et ipsum hoïem ex aliqua parte nossetis, et illud sciretis quã difficile est, naturã suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri ne in declamationibus iocaretur qui iocatur in miserijs ac periculis suis, in quibus iocari cum nõ debuisse quis nescit? potuisse, quis credit? MVRRHEDIVS nõ degenerauit in hac controuersia, nã colorẽ stultissimũ induxit. Voluit, inquit, & hic fratris sequi exẽplum, dum retineo, dum luctor, uisus est patrẽ cecidisse. Vnũ ex his quos audiui declamantes scio MENTONEM usum nõ patrono patre, sed aduocato, ipsum tyrannidam induxit dicentẽ, et colore usus est. Non iussum se à patre, quia aiebat incredibile omnibus uideri patrẽ coram tyranno cedi se iussisse, sed in ijs esse tyrannidæ consiliũ, ut per hoc ad amicitia perueniret, per amicitiam ad tyrannidam. Hæc eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus asserẽtem. Nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. Illud dixit, iam tum factum esset tyrannidium, si me frater non reliquisset. Et illud dixit. Vos ego tunc respexi templa, leges, Respub. nam si me tantum spectassem, facile tyrannum effugissem, illã, quã frater effugerat.

CONTROVERSA XXVIII.

Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubia cruditatis et ueneni signa insecuta sunt. Tertiuũ filiũ maternus auus rapuit, qui ad uisendos ægros nõ fuerat admissus: querẽti per præconẽ, dixit apud se esse, accusatur de ui. IUNII GALLIONIS. Violentus & impotens senex hoïem liberũ è sinu meo rapuit, quod seruare tibi difficile est, auo dona, Quoties miserũ me puer audies? nouerca, quis est? fugitiue reductus es. Habui filiam quãuis iste unus filius super sit foecundam. Quã

indulgenter puerperia diuisit, natus est filius, dixit, filius hic meus est: natus est alter, dixit, hic matris est: natus est tertius, dixit, hic aui est. Cū quæreret filiū, erant qui suaderet et diceret, tace. meruit excludi. CAESTII PII. Quā causam rapiendā habebat impotens senex, nunquid fratres eius occiderā? Ignoscite mihi si tantū filiae meae mādāta narro, hanc solam ex meis morientē uidi, habui filiam, de omnibus meis habui dicendum. Habitu uagabatur lugubri sordidaq; prætexta, oēs illius miserabantur, quosdam etiā dicēteis audiui, quid? iste puer matrem non habet? patrem non habet? auum nō habet? ARELLI FVSCI PATRIS. Tres filios filiae meae debes, unū mihi, sine apud me nutriatur. Quid times ne admittare cū ueneris? exposuisse hactenus iuuet. Iam nunc fortuna, aut nouerca narranda est, ut uidit me, hæsit cōplexibus meis, puerū osculabar miser, interrogabā de fratribus, dum interrogo, dū fleo, perueneram domū. Rogo ne hoc causam meā peiorē fecerit, quod ille quē rapui unicus erat. VOTIENI MONTANI. Multis præconem, adijce illi oīa insignia, hic puer matrē perdidit, fratres amisit, nouercā habet. Affirmo tibi non indicabit quisquis fuerit, erras & uehemēter erras, filios quos perdidisti, nō queris, queris quem non perdidisti. Vtra tandem iustior querela est? pater ab auo unum repetit, auus duos à patre. VIBII RUFFI. Raptor ille & impotens, dum moriuntur nepotes mei, ad ianuam steti, plus habeo, quod auo, quā quod reo timendum sit. FVLVII SPARSI. Vnus perit, alter perit, toties fortunam accusas, nunquam nouercā. Facinus indignum, puer ad supplicium indicari à patre queritur. Ad ægrostantem nepotē ueni, non sum admissus, hæc uis uera fuit. ARGENTARII. Pater quos conscios habuit nescio, domi non fui, amissa filia uolui aliquē adoptare ex nepotibus, sed aiebam, quid necesse est? quoties uidere uolam in domū ueniam, quoties uolam

uolam in domum abducam, agamus tanquā affines. Tres habes filios, diuidamus, & uide quā non improbam diuisionē desiderem, ex tribus unum posco. Vtinam oēs quos perdidit, quæreret. **BLANDI.** Cum tradere uellem puerum, nescio quis exclamauit, puer nunc peristi, nihil uobis subtraham? quid nisi præconi omnia indicauit. **MENTONIS.** Rapui nepotē, habeo, redderem, si pater quæreret. **DIVISIO, MONTANVS VOTIENSIS** in has quæstiones diuisit, an in re uis sit, nulla, inquit, uis est, quæ arma, quæ pugnam, quæ uulnera non habet. Volo mihi describi comitatum istius tumultus, quæ turba est: unus puer et unus senex. Rapuisti, inquit, filiū meum, imò nepotem suum sustulit, imò uenientē non potuit excludere. An si pro illo fuit, fieri uim quæ facta dicitur, non teneatur qui fecit? Vis iniuriosa damnatur, solet enim esse & salutaris. Cum latrones aliquid obsiderent, si perfodissem uillam armata manu, coniugem, liberos eius rapuissem, accusari possem. Quod uicit puer beneficiū meum est. Et medici alligant, et corporibus nostris, ut medeantur uim afferūt. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accusatio nouerca, & insectatio patris tam patienter suos perdentis. **GALLIO** & illam quæstionem fecit, & prius sumendam quæstionem putauit ex persona quā ex re. An cum auo nepotis nomine agi possit? Non magis, inquit, quā cum patre filij nomine, non magis quā cum matre. Habet sua iura natura, & hoc inter auum patremq; interest, quod alio suos seruare licet, patri etiam occidere. Non potes, inquit, sic mecum agere tanquam cum alieno, ut dicas, quid tibi cum illo qui est intestati filius? tuus hæres futurus sit, quem dementem alligaturus es: quædam iura non lege, sed natura nobis attributa. Si nepotem suum auus peccantem aliquid, & inter lasciuos iocos petulantius lasciuientem feriret, num iniuriarum quisquam cum illo ageret? Et ultimam
illam

illam GALLIO fecit, cū tractasset illa, licet mihi ut profum facere, deinde huic profuit. An auo ignoscendum sit cū pro nepote, affectu latus, fecerit. Hoc loco tractauit quā indignū esset damnari illū ob hoc. LATRO duas ultimas quæstiones aliter posuit, & plus cōplexus est. Etiam si uim fecit, an tamē damnari nō possit, si bono animo fecerit: ait enim & de animo fieri cōtrouersiam auo, & dicere patrem, non ut nepotē seruaret fecit sed ut infamaret uxorem meam, tanquā ueneficam, me tanquam ueneficæ emancipatum, cui male liberi sui cōmitterentur. Colore ergo hoc Latro eodem usus est pro patre, ut diceret ne uix quidem uxore bene sibi cum socero conuenisse, suas uerō professas inimicitias illum gessisse secum, languente uero genero illum uenisse cum conuitio, cum uociferatione, nefaria & dicentem & auspicantem: auctores habere amicos se, ne admitteret hominem, nō ad officium nepotum, sed ad inuidiam & contumeliam generi uenientem, qui ad sanos nepotes nunquam dignatus esset accedere: medicos uero suasisse ne ueniret, & puerum confunderet & impleret suspicionibus. SYLONIS POMPEI color fuit, ut Latroni uidebatur, qui controuersie repugnaret: dixit enim uenisse auum ad imbecillum puerum, ad ægros non semper proximos admitti, utiq; ad eos qui grauius ægrotant, sæpe & patrē non admissum. Sic auo quoq; intempestiue uenienti dictum, nunc non potes, statim cū conuitio abisset, in altero idem fecisset. LATRO aiebat hunc colorem optimum esse, si recitasset, se recipi nō posse: quia ponatur, non est admissus, sub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum, nunc nō potes, sed ex toto non potes. GALLIO utrunq; miscuit, & hoc colore, qui uideri non potest alioquin thema euertere, parcius usus est. Dictū est, inquit, illi, quiescit puer, paulum cōmorare, medici uetuerūt quenquā admitti: scitis solere dicere illos, nec si pater uenerit: protinus iste clamare cœpit, testor me nō

admitti, & tantum non tabellis signatis denunciare. Auum distuleram, accusatorem exclusi. Iterum, inquit, uenit cū conuicio, iam unum occidistis, alterum occidistis. Nihil est miserius, quā ubi alicui ex miseria sua inuidia queritur. Non est admissus, cum diceret se nepotem suum, non uidere uelle, sed inspicere. Sic egit. Veni non ut istum accusarem, sed ut me defenderem. GALLIO hoc colore usus est. Non admissi auum, quia dictū erat mihi, hoc illum animo uenire, ut raperet. Ex altera parte colorē hunc CAESTIVS introduxit, Timuisse se de puero: frustra inquit, duos occiderat nouerca, & ait, uellem ad uos nocentior uenirem reus, uellem tres raperem. ARGENTARIVS hoc colore usus, Rogatū à puero auū: negabat, inquit, posse se uiuere si in illa relinqueretur domo. HISPANVS hoc colore usus est, affectu esse ablatum. Sustuli, inquit, nepotē meum, non potui, inquit, faciari osculis, non potui ab illo tam cito distrahi, nolite mirari, post longum tempus illum uideram. ALBTIVS hoc colore usus est, ut diceret, Noluisse illum in tam infāusta domo educari, ex qua duo iam fratres elati essent, ei qui postea decessit inter causas moriendi casum fratris fuisse. Et seruauit hunc colorē, ne quid in nouercā, ne quid in patrem diceret: aiebat iustissimū futurum auum, si tantum se defendere uoluisset. quid ergo? quare rapuisti? amabam, huic maxime ab initio animum meū addixeram. In domo uestra nihil præter ipsam domū timui. Si apud me duo decessissent, ex domo mea illū transtulisset. MARCELLVM MARTIVM aiebat sic narrasse, puer me secutus est, non criminor uobis illum, quicquid est potius quā illius periculo fiat, ego rapui. Vbi est, inquit. Viuit, saluus est, ueniet cū uoles aspicere: redde, inquit, patri suo, ego asper, age, monstrabo si uis, quis ante me tibi filios abstulerit. VARIVS GEMINVS eundem sensum dixit. Quæ est ista autoritas præpostera, querere duos, à ter-

tio

tio incipis. MONTANVS VOTIENSIS, homo rarissimi
 etiam si nō emendatissimi ingenij, vitium suum quod in oratio-
 nibus non euitabat, in scholasticis quoq; euitare non potuit: sed
 in orationibus, quia laxior est materia, minus earundem rerum
 annotatur iteratio. In scholasticis eadē sunt quæ dicuntur, quia
 pauca sunt, notantur. Memini illum pro Galla, non nisi apud
 cētumuiros tyrociniū ponere. Ex uncia hæres erat patris sui
 Galla, obijciebatur illi ueneficiū, dixit rē disertissimā & omni-
 bus seculis duraturā, qua nescio, an quicquā melius in eo genere
 causarū dictū. Vnciā nec filiæ deberi, nec ueneficæ. Non fuit cō-
 tentus, adiecit, In paternis tabulis filiæ locus, aut suus debetur,
 aut nullus. etiamnū adiecit, Relinquis nocēti nimium, innocenti
 parū. Ne sic quidē satiare se potuit, adiecit, Nō potest filia tam
 anguste paternis tabulis adherere, quas aut totas possidere de-
 bet, aut totas perdere: & plura multa quæ memoria nō repe-
 to. Ex eis quædam in oratione contulit, & alia plura quàm di-
 xerat adiecit, nihil non ex eis bellum est, si solum sit, nihil non
 rursus ex eis alteri obstat. Idem in hac declamatione fecisse eū
 memini. Erras pater, inquit, & uehemēter erras, quos perdi-
 disti non quæris, quem quæris nō perdidisti. Deinde, puer iste
 inuētus perit. Deinde, quisquis puero fauet, ne inueniatur optet.
 Deinde, puer nisi auum sequitur, fratres secuturus est. Desine
 quærere, quem si inueneris, sic perdes, ut inuenire non possis.
 Et deinde, rapuit istum auus, ne raperet nouerca. Et deinde,
 unum tantum pater ex liberis suis quærit qui saluus est. GLY-
 CON hunc sensum semel dixit, sed genere corrupto.
 Habet hoc MONTANVS vitium, sententias suas repetendo
 corrumpit, dum nō est cōtensus, unam rem semel bene dicere,
 efficit, ne bene dixerit: & propter hoc & alia quibus orator
 potest poëtæ similis uideri, solebat Scaurus Montanum inter
 oratores Ouidium uocare. Nam & Ouidius nescit quod bene
 cessit

cessit
 rus no
 etia, ut
 ipse se
 iccit,
 iccit, A
 nō min

V
 liam su
 uenefici
 esse: pet
 PII. N
 tren. N
 amauit,
 sciam m
 FVLV
 ne mori
 cloris q
 lum m. g
 cidere p
 bies est,
 dem ser
 nera sua
 gerat, n
 tradunt,
 tis affe
 MONT
 cere poss
 uibile est
 cessit

cessit relinquere. Non multa referam quæ Montaniana Scaurus notabat. Vno hoc contentus ero. Cum Polyxene esset abdu-
cta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit, Cinis
ipse sepulti in genus hoc pugnat: poterat hoc cōtentus esse, ad-
iecit, Tumulo quoq; sensimus hostem. Nec hoc cōtentus est, ad-
iecit, Acacidæ secunda fui. aiebat autem Scaurus rem ueram,
nō minus magnam uirtutē esse, scire desinere, quā scire dicere.

CONTROVERSI A XXIX.

Venefica torqueatur, donec conscios dicat. Quidā mortuā
uxore ex qua filium habebat, duxit uxorem, & ex ea fi-
liam susceperat: decessit adolescens, accusauit maritus nouercam
ueneficij: damnata cum torqueretur dixit sibi consciam filiam
esse: petitur ad supplicium puella, pater defendit. **C A E S T I I**
P I I. Non est quod putetis has lachrymas filie esse, aut me pa-
trem. Non prodesset tibi puella ne hoc quidem, quod te frater
amauit, nisi mater odisset: hoc me odisti nouerca, quod scisti cō-
sciam me, eligi poenæ. Dixit ante actam eius uitam excutiamus.
F V L V I I S P A R S I. Nefaria mulier filie quoq; nouerca,
ne mori quidem potuit, nisi & occideret. Inter gladiatores ui-
ctoris quoq; conditio pessima est cum moriente pugnantis. Nul-
lum magis aduersarium timeas, quā qui uiuere nō potest, oc-
cidere potest. **V I B I I G A L L I.** Concitatissima in mortē ra-
bies est, desperatione ultima in furorē animus impellitur. Que-
dam feræ tela omnia cōmordent, & ad mortis autorē per uul-
nera sua ruunt. Abscissa missione gladiator quem armatus fu-
gerat, nudus insequitur. Præcipitati non quod impulit tantum
trahunt, sed quod occurrit, & naturali quodam deploratæ mē-
tis affectu morientibus gratissimum est commori. **V O T I E N I**
M O N T A N I. Dum filium uindico, ubi grauissime mihi no-
cere possit ostendit. Veneficium simile est mendacio. Si incre-
dibile esse in sorore parricidium creditis, non timeo, ne quis
hoc

hoc in sorore credat, quod ego uix probaui in nouerca. Natam mihi filiam quasi futuræ pacis obsidem sustuli, aiebam dum matris meministi, obliuiscetur nouercæ, at illa dū nouercæ meminit, matris oblita est. Filia, inquit, mihi conscia est, post hanc uocem remissa putares tormenta, similis facta torquenti est: soror fratri uenenum dedit, quādiu luctati sumus, ut crederetur nouerca priuigno dedisse. Nouerca quod uolueras consecuta es, damnaſſe iam pœnitet. ARGENTARIJ. Facio rem iudices nouam, liberos meos à nouerca uindico. Peto ne, quia filium uindicaui, filiam perdam: nisi succurritis, nouerca uicit, ego iactus sum. Duxi nescio peiorem uxorem an nouercam, hoc mihi carior est quod tam inuisa matri fuit. CORNELIJ HISPANI. Si conscia eſſet neminem expectarem, scitis quem admodum ueneficam oderim, instabam tormentis, aiebam morere peius quàm odisti. Non satis mihi ardere ignes uidebantur, non satis insidere uerbera, dixi, si quid adijcere tormentis tuis possum, puto iubebo filiam afferri. Vocet huc aliquis matrem, quid expauiſti puella? quid ad sinus meos refugiſti? quid extimuiſti tanquam nouercam? MARYLLI. Ne inter supplicia quidem deſijt occidere, & hanc quisquam putet non potuisse uenenum sine conscia dare puella: quæ occidiſſe fratrem dicitur, quid ante peccauit? Nouerca quoq; non ante occidit priuignum quàm filiam, & bonæ ſpei eſt. quæritis argumentum? matri ſuæ non placet. ARELLIJ FVSCI, etiam cineribus tuis infeſta eſt nouerca, quod unum poteſt perſequitur ſororem tuam. Quid adhuc poteſt noſſe niſi fratrem? Proſit illi apud uos quod illam pater laudat, & proſit quod talis mater accuſat. MENTONIS. Non miſereris huius, miſerior eſt quàm frater, ille habuit ſine dubio nouercam torqueri. Conſecuta es mulier quod uoluisti, ſolus omnium magis ſenſi, cum nouercam perdidisti. PORTIJ LATRONIS. Habui filiam

tam
cidiff
ut pa
nō eſ
tes
cet, q
illa ue
nouer
rem n
fuiſſe,
matri
dium.
occidiſ
ntrum
conſciu
tam ſer
at ego t
tua con
fratrē f
preſit, i
Filia, in
C. HA
meū occ
per eſſer
quantū r
aſſerte m
citas, n
ALTB
cuiſmodi
tar, uener
ſcelera et

tam bonum, ut illum amare posset etiã nouerca, nisi in eam in-
 cidisset quæ posset etiã filiã odisse. Huc mea scelera reciderunt
 ut parricidiũ puellare sit, ita si magnitudinẽ rei non intelligit,
 nõ est idonea parricidio. Sed ueneficæ, inquit, filia est. Si parẽ-
 tes inspiciuntur, cur non potius patri uideatur similis cui pla-
 cet, quã matri cui displicet? Deniq; non recuso quo minus in
 illa uel matris exigatur imitatio, illa cũ huius ætatis erat, nec
 nouerca erat nec uenifica. ALVTII SYLII, duxi uxo-
 rem nullis adhuc inquinatam fabulis, nec miror innocentẽ tũc
 fuisse, adhuc puella erat. BLANDI. Vt scelerata sit, nempe
 matri sue similis est, ante ueneficiũ oportet faciat, quã parrici-
 dium. Filia, inquit, conscia est. Dij te perdant, etiã cũ torqueris
 occidisti. Seruus tortus Catonẽ consciũ furti dixit, quid agitis?
 utrum plus creditis tormentis an Catoni? BVTIONIS. Si
 conscius à te puella quæretur, nominato patrẽ. Quod nouerca
 tam sero, puella tam cito. Filia, inquit, conscia est. Male percas,
 at ego te putabã unius nouercã. TRIARII. Filia, inquit,
 tua conscia est. Videbatur sibi post hanc uocẽ uicisse. Amissum
 fratrẽ fleuit in funere, totius populi habitũ lachrymis suis ex-
 pressit, itaq; illam nouerca peius perire uoluit quã priuignum.
 Filia, inquit, conscia est. Hoc ultimũ fuit nouercæ ueneficium.
 Q. HATERII. Succurrite quæso ne cũ torta sit quæ filium
 meũ occiderat, filiã etiã dum torquetur occiderit. Liberos sem-
 per effero, unius mulieris aut mendacio, aut ueneno. Non flet
 quantum reæ satis est, quemadmodũ illi extorquebo lachrymas?
 offerre mihi imaginẽ fratris, uideo subito desiderio fletus con-
 citatos, nõquid talẽ uultũ cũ mater torqueretur habuit? PARS
 ALTERA TRIARII. Si odissemus te, pateremur cum
 eiusmodi filia uiuere? Quarundã ferarũ catuli cũ rabie nascũ-
 tur, uenena statim à radicibus pestifera sunt. Quantum illi ad
 scelera ætas adijciat, quod illã nouerca peperit. Quid illa quæ

fratrē in morā patri sequenti sparsit? Habemus exemplū, quod
 & sorori conueniat & uirgini. **DIVISIO.** **CAESTIVS**
 in duas partes coniecturā diuisit. Et primū quæsiuit, an conscia
 illi opus fuerit: deinde si opus fuit, an hanc habuerit. Non ser-
 uauit autē modū. Nam & illū locū diu tractauit, non posse so-
 rorem in mortē fratris impelli. Et iterū tam puellā uoluit uide-
 ri, ut nulli esset idonea ministerio. Itaq; elegantissime deride-
 bat **MONTANVS VOTIENS** in hac controuersia
 ineptias rhetorū, quod sic declamarent, tanquā hæc quæ nomi-
 nata est infans esset, nec intelligerent si tales esset, ne futuram
 quidē ream. Itaq; hoc debemus, inquit, proponere nobis puellā
 eius ætatis, in qua torta, credibile scelus illud quidē, sed intole-
 rabile esse aiebat. Induxerat **Cæsius** matrē dicentē filie, da
 fratri uenenū. **TRIARIVS** multo rem magis ineptā, quia
 non inuenit illā, sed cōcupiuit, nā excessus sententiā traxit. In-
 duxerat nouercā dicentē, da fratri uenenū. Fecit illā respon-
 dentē, Mater & mihi da, quid enim est tam absurdū, quā ma-
 trem sic locutā cū puella? da fratri uenenū. Non ferebant nec
 illā **Triarij** sententiā, qua aliter **HATERIVS** usus est, cum
 ad epilogum peruenisset, hoc loco debebat reus flere, non fiet
 puella, inueniat quemadmodū fleat aliquis, hoc est imaginē fra-
 tris. Illa enim si tam puella est ut dicat, mater quid est uenenū,
 non potest tantæ pietatis esse, ut eā imago fratris in lachrymas
 concitet. Tantus autē error est in omnibus studijs maxime in
 eloquentia, cuius regula incerta est, ut uitia quidā sua & intelli-
 gant & ament. **CAESTIVS** pueriliter se dixisse intelli-
 gebat. Mater quid est uenenum? Deridebat enim **Murrhedū**,
 qui hanc sententiam imitatus est in epilogo, cum alloqui coepisset
 puellā & diceret, Componere te in periclitantium habitum,
 profunde lachrymas, manus ad genua demitte, rea es: fecerunt
 respondentem puellam, Pater quid est rea? Et aiebat **Cæsius**,
 quod

quod
 nunc
 quia
 R V
 obiar
 lud in
 se per
 ferena
 solere.
 lam an
 ter eia
 inter se
 inquit,
 dim si
 ercitat
 cum e
 ficæ ex
 querat
 parteis
 Ego illi
 omnia e
 in prim
 opus &
 hec, qua
 in eadē a
 coniuen
 Ex alter
 dedisse, u
 ueneficij
 quid nou
 dixit, inq

quod si ad deridendum me dixit, homo uenustus fuit. Et ego nunc scio, me ineptam sententiã dicere. Multa autem dico non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt. Et illud RVFFI VIBII tolerabilius aiebat esse, sed et ipsum aliqua obisurgatione dignũ: aixerat in epilogo, Nutrix ream tolle. illud in Haterio qui & promisit oratorẽ & præsstitit, negabat se perferre quod dixerat, Hæc rea non mittenda in exiliũ, sed ferenda est. Cum sciret, inquit, in exiliũ exportandos locari solere, quid enim intelligi uult hac sententiã, nisi ex toto puellam ambulare non posse usq; in exiliũ? Verum est, sed nec mater eius potuisset. SYLO à parte patris cõparationem fecit inter se matris & filia, totam hac figura declamauit. Nõ sum, inquit, uobis dicturus qualis debeat esse uenefica, operam perdam si cõpẽro describere, debere esse ætate prouectã, usu exercitatã, inuisã uiro, quæ possit etiã filia occidere. Superuacua est uti pluribus uerbis, in hac ipsa causa habemus ueneficæ exemplar, comparemus inter se duas reas: nec est quod queratis aliquẽ, qui cognitionẽ uestrã per omnes cõparatiõis parteis ducat. Ego uobis dicam, quomodo illam accusauerim. Ego illi obieci anteaactã uitã, uos illi potestis obijcere. Et sic omnia circumijst, & cõparando defendit illã quæstiunculã, quæ in prima parte tractata erat à quibusdam. Non illi utiq; fuisse opus & cõscia, sic transcurrit, aiebat, inquit, tota actione rea, hæc, quã cõsciam habuerã, ego negabã illi opus fuisse, aiebã, in eadẽ domo eras, uenenũ notũ erat, nouerca occasio facilis commiuenti, non eras suspecta, nemo te timebat propter sororẽ. Ex altera parte hoc usus est colore. Nouerca uideo uenenum dedisse, ut filia sua sola hæres esset, eandẽ illi & cõscia fuisse ueneficij & causam. Omnes declamatores aiebat uoluisse aliquid noui dicere, eo loco quo nominabat nouerca filia cõscia, dixit, inquit, HYBREAS Hanc sententiã FVSCVS

ARELLIVS cum esset ex Asia non casu dixit, sed transu-
lit ad uerbum quidē. Quid ergo, inquit, mētita est de filia sua,
imò de mea? Modestius hanc sententiā uertit HATERIVS
quid ergo, mentita est, quæ nihil lamentabatur de accusatoris
sui filia? CAESTIVS dixit. Nominauit priuigni sui soro-
rem. ALBVTIVS dixit, quid habuit quod dubitaret, an
parceret filia eius à quo occidebatur, sorori eius quæ occide-
rat. TRIARIVS dixit. Quid ergo mater mentita est? tolle
matris nomen, post damnationem nouerca est. BLANDVS
dixit. Nominabo istā quæ patri affuit, istam quæ mortuo fra-
tre ac matre non fleuit. SYLO POMPEIVS dixit. Filia,
inquit, mihi conscia est, post hoc eundē uultum eius notari, quæ
uiderā moriente priuigno. MONTANVS VOTIENVS
Marcellum Martiū amicū suū cuius frequenter mentionem in
scriptis suis facit, tanquam hominis disertī, aiebat hanc dixisse
sententiā. Inuenit quomodo damnata accusaret, moriens occi-
deret, torta torqueret: non est hoc indicatiū, sed alterū nouerca
ueneficiū. Labro dixerat, cū descripsisset tormenta, in stabā su-
per caput non accusator, sed tortor, ipse igneis subijciebā, ipse
ad intendendū eculeū manus admouebā. Ego non bibam san-
guinē istius, non eruā oculos? filiū mihi eripuit, nisi citius illum
oppressissem & filiā abstulisset. TRIARIVS dixit, cū ac-
cusarē, obieci ueneficiū. In ultima parte inter preces meas ex-
citaui puellam ad ultionē fratris sui. Hæc res maxime iudices
mouit, hæc maxime nouercam offendit. ALBVTIVS dixit.
Postquam nominauit filiam ad me respexit, uidelicet ut sciret,
an satis torsisset. NICETES egregie dixit in eodem loco.
MONTANVS cum diceret illum locum, quamuis se-
leratos parentes, uelle tamen innocentes liberos esse suos, di-
xit. Potest ista filiam ueneficam fingere, si potest facere, diffi-
cilius est filios inquinare quàm perdere: & illud, fauete secun-
uantes,

iudic
fauet
tius n
perit
ca. S
cum a
fides,
puella
talitas
fij. Om
dolorē
minau
stabat
forasse
retur. N
dabat,
affectib
bam om
set liber
cere uol
erat.

L V



bis, iam
mea par
feriā rem

indices, cum ingentia scelera serat, ne etiam immatura tulerit, fauete, nullū scelus commissum sit, nisi quod solet, fauete ut potius non desierit nouerca parricidium facere quam soror coeperit: damnare illū potui, effugere nō potui. Sero fecisti nouerca. Si hoc ante dixisses, potuisti praeuagationē pacisci, recte cum damnareris animosa eras, recte nihil potes facere: si qua fides, accusator insidias reæ timui, nusquam à sinu meo dimisi puellam, ipse omnes prae gustauit cibos. O incauta futuri mortalitas. Postquā ad tortorē per duxi nouercā, timere de filia desij. Omnes illo colore usi sunt, Nominatam à nouerca filiam in dolore patris. GALLIO plura dixit. Fortasse, inquit, hāc nominauit, ut ueros conscios cælaret, fortasse ut quia acerrime instabat accusator, hoc metu territus finē tormentis imponeret, fortasse in dolore tormentorū stupefacta nesciuit quid loqueretur. Nouissime dixit, fortasse in hoc, ut quæ poenas ueneficij dabat, accusationis exigeret. Illū sensum adiecit. Ex meis hoc affectibus æstimo, cū tum ira, tum odio furerem, circumspectebam omnes ultionis uias, oblitus innocentiae, si proprios habuisset liberos nouerca occidissim. In hanc ipsam quoties impetū facere uoluissim, propter hoc à me tuta erat, quod à matre non erat.

LVCII ANNAEI SENECAE

CONTROVERSIARVM LIB.

VI. & ultimus.

SENECA Nouato Senecæ ac Melæ filijs salutem. Quod ultra mihi molesti sitis, nō est. Interrogate, si qua uultis. Sinite me ab istis iuuenilibus studijs ad senectutē meā reuerti. Fateor uobis, iam res est tædio. Primo libenter assilui, uelut optimā uitæ meæ partē mihi reducturus, deinde iam pudet, tanquā diu non seriā rem agā. Scholastica studia leuiter tractata delectāt, con-

tractata & propius admota, fastidio sunt. Sinite ergo me semel exhaurire memoriã meam, & dimittite uel adactũ iureiurando, quod sermẽ dixisse memini me quæ scivi, quæq; audiui, quæq; ad hanc rem pertinere iudicau. Pertinere autẽ ad rem nõ puto, quomodo Lucius Magius gener T. Liuij declamauerit, quamuis aliquo tempore suum populum habuit, cum illum homines non in ipsius honorẽ laudarent, sed in soceri ferrent, quomodo L. Apprenas aut Quintilianus senex declamauerit, transeo istos quorũ fama cum ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, unique estis. Non noui quenquam, cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. Dicebat negligenter in ipsis subsellijs, sæpe dum amicitur dicebat; deinde litiganti similior quã agẽti, cupiebat euocare aliquam uocem aduersariorũ, & in altercatione uires suas nouerat: nihil erat illo uenustius, nihil paratius, genus dicendi antiquum uerborum quoq; non uulgariũ grauitas, ipse cultus habitusq; corporis, mire ad autoritatẽ oratoriam aptatus. Sed ex ijs omnibus scire posses non quantum oratorẽ præstaret Scaurus, sed quantum desereret. Pleraq; actiones male, in omnibus tamen aliquod magni neglectiq; ingenij uestigiũ extabat, raro aliqua actio bona, sed quam fortune imputares. Sed illũ longa imò perpetua desidia eò perduxerat, ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem ædidit, quæ deinde senatusconsulto combustæ sunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed extant libelli, qui cũ fama eius pugnant, multoq; solutiores ipsis actionibus. Illas enim cum desituerit cura, labor adiuuabat, ij coloris minus habent, negligentie non minus. Declamantem adiuimus, nouissimẽ quidem lepidẽ ita, ut quod difficillimũ erat sibi displiceret. De Labieno interrogatis. Declamauit nõ quiddem populo, sed egregiẽ. Non admittebat populum, & quia nondũ hæc consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ei

fructe

fructe
esset
fama
uolent
odiu
cum
opor
mini
antiq
dius,
ut lib
lania
similit
nonda
noua p
cender
no her
cerone
si inge
quidem
in cap
quod q
Quæ u
delicet,
noua, q
subdux
admod
studijs
quanta
melius,
& inge

frivole iactationis, affectare censoriū supercilium, cū alius aīo
 esset, magnus orator, qui per multa impedimenta cluctatus ad
 famam ingenij, confitentibus magis hominibus pervenerat, quā
 uolentibus. Sūma quidem egestas erat, summa infamia, summū
 odium, Magna autē debet esse eloquentia, quæ inuitis placeat,
 cum ingenia fauor hoīm ostendat, fauor alat, quantam uim esse
 oportet, quæ inter obstantia erumpat. Nemo erat quin cū ho-
 mini oīa obiecerat, ingenio multum tribuerit. Color orationis
 antiquæ, uigor nouæ. Cultus inter nostrū ac prius seculum me-
 dius, ut illum posses utraq; pars sibi uendicare. Libertas tanta,
 ut libertatis nomē excederet, ut quia passim ordines honoresq;
 laniabat, Rabienuis uocaretur: animus per uitia ingens, & ad
 similitudinē sui ingenij uiolentus, & qui Pompeianus spiritus
 nondum in tanta pace posuisset. In hunc prinū excogitata est
 noua pœna. Effētū est enim per inimicos, ut oēs eius libri in-
 cenderētur. Res noua & insucta, supplicia de studijs sumi. Bo-
 no hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ci-
 ceronem inuenta est. Quid enim futurū fuit, si triumuiros libros,
 si ingenij Ciceronis proscriberent? Sunt dii immortales lenti
 quidem, sed certi uindices generis humani, & magna exempla
 in caput inuenientium regefferunt, ut iustissima patiendi uice,
 quod quisque alieno excogitauit supplicio, sepe excipiat suo.
 Quæ uos dementissimi hoīes tanta uecordia agit, parum ui-
 delicet, in pœnas notæ crudelitatis est? Conquirite in uosipos
 noua, quibus pereat et si quid ab omni patientia rerum natura
 subduxit, sicut ingenium memoriamq; nominis, inuenite quem-
 admodum perducatis ad eandem rem corporis, Malam ficem
 studijs subdere, & in monumenta disciplinarū animaduertere,
 quanta & quam non contenta certa materia seuitia est? Dij
 melius, quod eo seculo ista ingeniorum supplicia coeperūt, quo
 & ingenia deserunt. Eius qui hanc in scripta Labieni senten-

tiam dixerat, postea uiuentis adhuc scripta combusta sunt, iam non malo exēplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec superstes esse ingenio suo uoluit, sed in monumenta se maiorum suorū ferri iussit, atq; ita includi, ueritus ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur: non finiuit tantum seipse, sed etiam sepeliuit. Memini aliquando cum recitaret historiam magnā partem illorū liberorū cōuoluisse, et dixisse, hæc quæ transeo post mortem meam legentur. Quanta illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Cassij Seueri hoīs Labieno iunctissimi belle dicta res ferebatur, Illo tempore quo libri Labieni ex S.C. urebantur, nūc me, inquit, uiuū uri oportet, qui illos edidici. Monstrabo uobis bellum libellum, quem à Gallione uestro petatis, Recitauit rescriptū Labieni pro Battillo Mecœnate, in quo suspicietis adolescētis animū, illos dentes ad mordendum prouocantis. Puto iam nihil, quod interrogetis restat. Musa rhetor quæ inter dū soletis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multū habuit ingenij, minus cordis. Omnia usq; ad ultimū tumorem perducta, ut nō extra sanitatē, sed extra naturā essent. Quis enim ferret hoīem de typhonibus dicentē, cœlo repluerunt, de sparsionibus, odoratos hymbres, et in cultum uiridium, cælatas syluas, & in pictura, nemora surgentia. Aut illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cū uos me illò perduxeritis, Quicquid auium uolitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarū discurret, nostris sepelitur uentribus. Quære nunc, cur subito moriamur. Mortibus uiuimus. Non ergo & si iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis satisfieri. Non sum ex iudicibus seuerissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam, multa donanda ingenijs puto, sed donanda uitia non portenta sunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta sunt, non subtrahantur, nō plura uideantur, nos subijciatis. Oscus non incōmode dixit, sed sibi nocuit: cum nihil sine schemate

mate dicere cupit, oratio eius non figurata erat, sed praua. Itaq; non inurbane Pacatus rhetor, cū illi Masiliæ mane occurrisset, schemate illum salutauit. Poteram, inquit, dicere aue Osce. Ipse ab eloquentia multū aberat, natus ad cōtumelias omnium ingenijs inurendas. Nulli non impressit aliquid, quod effugere non posset. Ille Passieno prima eius syllaba in Græcum mutata obscœnum nomen imposuit, declamatori subtili & arido: ille Sparso dixit scholam cōmunem cum rhetore quodam habenti, tu potes controuersiam intelligere, qui nō intelligis te laterem lauare. Sparsus autē dicebat ualenter, sed dure. Ad imitationem Latronis se addixerat, non tamen unquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret. Vtebatur suis uerbis, Latronis sententijs. Cum Basso certamen illi fuit quem uos quoq; audistis, homine deserto, cui demptam uelim quam cōsectabatur amaritudinem, & simulationē actionis oratoriæ, Nihil indecentius, quàm ubi scholasticus forum quod nō nouit imitatur. Amabam itaq; Capitonem, cuius declamatio est de Popilio, hæc quæ meo Latroni subiicitur. Bona fide scholasticus erat, in his declamationibus quæ illi bene cesserunt, nulli non post primū Tetracolum præferendus, Primum Tetracolum quorū faciã quæritis, Latronis, Fusci, Cæstij, Albutij, Gallionis. Hi quoties conflixissent, penes Latronem gloria fuisset, penes Gallionē palma, reliquos ut uobis uidetur componite. Ego uobis omnium feci potestatem, hoc minus nobiles finite in partem abire, Paternum, Moderatum, Fabium, & si quis est nec clari nominis, nec ignoti. Dum in his ad satietatē uestram me præstiterim, permittite me mihi & aliquos ex sinu proferre, quibus quo minus ad famam peruenierint, nō ingenium defuit, sed locus. Bene declamauit Caius Sylo, cui Cæsar Augustus, cum frequenter causas agentem in Trachinensi colonia uidisset, plenum testimonium reddidit, dixit enim, nūquam audiui patrem familiã disertiozem. Erat qui

patrem familiam præferret, oratorem subduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere. Solebat declamare studiose Turrinus Clodius, cuius filius fraterno uobis amore comanicus est, adolescens summæ eloquentiæ futurus, nisi mallet exercere quantum habet, quam consequi quantum sequi posset. Sed Turrinus Clodius multum de uiribus remiserat, dum Apollidorum sequitur, & summam legem dicendi cum putat. Tantum tamen illi superfuit uirium, quantum ualeret, etiam si ars abesset. Sententias dicebat excitatas, insidiosè aliquid petentes. Nunquam non de colore Latroni controuersiam fecit. Latro nunquam solebat disputare in conuiuio, at aliquando declamare ex tempore solebat. Dicebat quosdam esse colores prima facie duros, asperos, eos non posse, nisi actione probari. Negabat nisi actitata quoque illis placere posse, nisi totum nossent: se & suas uires nosse, & illarum fiducia alijs metuenda & prærupta audere. Multa se non persuadere iudici sed auferre. Turrinus contra nihil probare, nisi tutum, non quia imbecillus erat, sed quia circumspectus, causam nemo respondit paratius: & pecuniam itaque & dignitatem eloquentiæ debuit, ut si quid illi defuit, scias loco defuisse, Inde filius eius idem meus, nunquam enim illum à uobis distinxi, habet in dicendo paternam diligentiam, quæ uires ex industria retundit. Hoc & in ipso genere uitæ sequitur ad summam eiusurus iuuenis, nisi modicis contentus esset. Ideo dignus est cuius tam modestis cupiditatibus fortuna præstet fidem. Horum nomina non me à nimio fauore, sed à certo posuisse iudicio sciatis, cum sententias eorum retulero, aut pares notissimorum autorum sententijs aut præferendas.

CONTROVERSA XXX.

I Niuriarum sit actio. Quidam cum haberet filium & diuitem inimicum, occisus, in spoliatus inuentus est. Adolescens

forat

sordidatus diuitem sequebatur. Diues eduxit eum in ius, & postulauit siquid suspicaretur accusaret se. Pauper ait, accusabo cum potero, & nihilominus sordidatus diuitem sequebatur. Cum peteret honores diues repulsus est. Accusat iniuriarum pauperem. VIBII GALLI. Gratias ago diuiti, quod quos odit reos iam facere contentus est: interdum publico nobis interdicitur, quærite quid nocte fiat: non ambulabis, inquit, eadem uia qua ego, non calcabis uestigia mea, non offeres delicatis oculis sordidatam uestem, non flebis inuito me, non tacebis: perieramus si magis iratus esset. ALBVTII SYLLII. Quod sordidatus sui luctus est, quod fleui pietas est, quod non accusaui timoris est, quod repulsus est, uestrum est. Non taceam? quid adhuc uiuo? quod tacui. Nostis populi loquacis suspiciones. Quare iste honores illo uiuo nunquam petijt? ego uerò omnes quaeso, omnes ut me in inquisitionem paterne mortis adiuuent, & ad tua genua diues uenissim nisi timerem, ne inuidiam tibi fieri diceres, & iam pridem hoc animo sequor, occasionem loquendi capto: nec mehercules possum dicere inhumanitate tua fieri quod non audeo, quod uitium me meum sequitur. Taceo, utinam hoc uitium meum habuisset & pater, dum libere loquitur multos offendit: neque te, puto, solum in ciuitate habuit inimicum. Ut iste ait, causam meam populo probaui. IULII BASSI. Quando autem istis diuitibus non sordidati sumus. Accusa, inquit, pauper diuitem, egens candidatum. Ego accusem? ambulare mihi meo arbitrio non licet. In ius uocauit: reum, inquit, me perage, perora. quis hunc locupletem auderet accusare? cur, inquit, me sequeris? quasi aliud iter pauperes, aliud diuites habeant. CAESTII PII. Non essem reus si accusassem, barba demissa, sordidatus cum criminibus meis ad uos ueni. Omnia licet fiant non desinam inquirere percussorem, &

fortasse

fortasse iam inueni. Cum subito pater meus in media ciuitate, quid me intueris? quid obseruas? quid dicam? subductus est.

ARELLII FVSCI PATRIS. Incedere magno comitatu, splendido cultu, non est fortunæ meæ, ista diuites possunt, satis est si uiuimus. Cū spoliatū cadauer nō sit, quis fuerit percussor, nescio, quisquis fuit quasi diues spolia cōtempnit. Quare, inquit, me sequeris per publicū? facinus indignū cōmissum est, diues & pauper eadem uestigia incessimus. OSCI. Accusa, inquit, ubi est qui primo cœperat? Vellem pater meus quoq; à te non discessisset, uiueret. Quare, inquit, me reum facis, qui accusatorē me non times? Mortuo patre, timeo ne quis iniuriam sibi fieri putet, si dixerō, occisus est pater meus, à quo? si permittis, nescio. IVNII GALLIONIS. Quid iste accusanti fecisset qui persequitur tacentem? cur non agis? quia uis tecum agi. Nunquid nunc tibi iniuriam facio sordidatus? quod reo licet, lugenti non licet? Quid potui patri meo minus præstare? in honorē eius uestem mutauī. FVLVII SPARSI. Sordidatus es, inquit, fles, hoc dicis pauperis occisi filius pauper es. Pater meus in media ciuitate saluis legibus occisus est, quis hoc sine lachrymis narrare possit? non deponā has sordes, nisi inuenero cui induam. Quis occidit patrem meum? nescio. Nihil amplius testari possum, quàm hanc uocem meam. Adhuc nescio. Delibero interim ut induam uestem quam patri meo reliquerit percussor. Cur me sequeris? Magistratus seruos post terga suas non summouent. ARGENTARII. Non uis patrem meum fleam? laceffere nos ultro non solebat. CLODII TURRINI PATRIS. Quare, inquit, sordes sumpsisti? quid igitur? Ne lugebo quidē quē uindicare nō possum? Nulli iniuriā facio nisi patri, quē adhuc tacitus fleo. PORTII LATRONIS. Cuius necessarius, ita crudeliter interempti patris dolor est. Nihil fortius est quàm quod gemit, Accusa, inquit, me, Vnde

tam securus est inuenisse uideris quis alius occiderit. Non erat præda quã grassator sequeretur, sed erat firmissimũ ignoti monumentum, cõtumax aduersus fastidium diuitiarũ innocentia. Hæc ab inimico petita sunt spolia. Nescio quo modo miserũ esse interdũ in miseria iuuat, & plerunq; omnis dolor per lachrymas effluit. Nimum funere meo exultat. Non solebat uiuo illo prouocare nos ut reus fieret. Si quis omnium mortalium miserationum inter necessarias super occisum patrem lachrymas, increditam adhuc inertiam miratus est, in hac indignitate presentis periculi omnem suam ponat admirationẽ. Si pauper accusandi diuitis animos non sumpsit, miramini? quia tacet, reus est. Per has lachrymas, per hunc squalorem, per hæc necessaria omnibus periclitantibus instrumenta, non inuidiosum uestra misercordiam præmiũ petimus, ut absoluto sic esse tanquã reo liceat. Potens iste & graciosus, & quod ne ipse quidem negat diues fuit, & qui nihil unquã sibi putaret timendum, etiam reo. Crescere deinde indies odium alterius impotentia, alterius libertate. Diues nihil aliud quã nos pauperes existimare, nos nihil aliud quã innocentes, inter quotidianas acies semper inuicti: quis de nostra interim morte cogitauerit, nescio, quod dissimulari non potest, scio quis optauerit. Venit iste cum turba clientium & parasitorum, & aduersus paupertatem totam regiam suam effundit. Cur me non accusas? non postulas? uix temperabat quin diceret, Quid ego in te accusatorem non audeam, qui occidendum eum curauit qui tantũ mecum litigauerat? Ciuitates plerunq; finitimæ inter repentinã discordiam bello tument. Inter ciuilia bella tantum in ultionem satis est, quantum quisq; ad maledicendum occupauit. M. Cicero quã uolentia in absentiam Metelli strepit. M. Cato Pulchro obijciente furtorum crimina audiuit. Quæ maior indignitas esse potuit illius seculi, quã aut Pulcher accusator, aut reus Cato? In Cn. Pompeium
terra

terra mariq; uictorē fuit qui carmen cōponeret, uno, ut ait, digito caput scalpentem. Fuit aliquis qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. M. Bruti sacratissimam eloquentiam lacerat, cum quidam eius ciuili sanguine non inquinatas solum manus, sed infectas ait: atq; ille tamen cum tres consultatus, ac tres triumphos scinderet, adeo nō timuit, ne esset reus, ut etiam disertus esse curauerit. Solus hic est in uestra ciuitate innocentiōr Catone, nobiliōr Metello, fortiōr Pompeio. LATRO sic diuisit, an in re iniuria sit: nulla, inquit, iniuria est, sordidatus sum inquam, multi faciunt, omnia iniurię genera comprehensa sunt. Pulsare non licet, conuitium facere cōtra bonos mores nō licet. Hoc loco SCAVRVS dixit. Noua formula iniuriarum componitur, quod nihil contra bonos mores fuit, etiam si in re iniuria est. An si non malo animo fecit, tutus sit An malo animo faciat. Hoc latro in duas quęstiones diuisit, an si credidit, ob hoc ipsum patrem suum occisum, & propter hoc secutus est, ignoscendum illi sit. Deinde an credidit. GALLIO illam primam fecit quęstionem. An quod liceat cuiquam facere si faciat, iniuria non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare quā uelis, sumere nihil, inquit, ut & alienum iniuriarū facere. Sordidatus es, non queror: sed si sordes tuę inuidiam mihi concitant, queror. De colore quęsitum est. Quidam aperte inuecti sunt in diuitem, quidam ex toto nihil dixerūt, quidam secuti sunt mediani uiam: cum pręter hęc nihil sit, LATRO solebat uideri inuenisse quartum genus, ut hoc modo in diuitem diceret. Tu quidem non fecisti, sed tamen ego habui causas propter quas possem decipi, & de te aliquid frustra suspicari, quia inimicus eras, quia in spoliatus pauper inuentus est. Hoc est autem medium illud genus, nec dimittendi diuitem nec accusandi. Nam & dimittere non debet quem distulit, & accusare propter hoc ipsum nō debet, quia distulit. ALBTIVS

nihil dixit in diuitem. Hoc colore declamauit. Committit iniu-
 riarum, inquit, si qui non postulauit accusat. Quare, inquit, seque-
 ris me? ut aliquando mei miserearis, ut desinas afflictam domum
 persequi, ut scias me in hoc habitu accusare non posse, ut conca-
 piscas gloriam uindicatæ mortis. Tu solus potes si uoles inue-
 nire quis occiderit, tu accusare. At me quidam propter hoc suspe-
 ctum habent. Potes discutere istam suspicionem, quare quis fecerit.
 Ut scias, inquit, te inuidiam mihi facere, cum dixissem: accusa
 me, non negasti te accusaturum, sed respondiisti, accusabo. cum
 potero. Ignosce mihi non magis adhuc quenquam accusare pos-
 sum quam absoluere. Quæro quis fecerit. Hæc leuia argumeta
 sunt, hæc uana sunt quæ alios tangunt, quod inimicus est, quod
 ille in spoliatus inuentus est, non est quare accusem, est quare su-
 spicer. RUFFVS VIBIVS hoc colore posuit. Sordidatus
 sum, lugeo, sequor te, ut tutior sim, timco nescio quem illum qui
 patrem meum occidit. Scio me quamdiu tecum sum perire non
 posse. Dum hunc colorem sequitur MVRRHEDIUS ineptis-
 sime dixit, quare te sequor? pater meus quia solus inambulabat,
 occisus est. OSCIO color non placuit Gallioni. Sequor inquit ut
 inueniam quis fecerit, hoc mecum cogito, quisquis est ille qui fe-
 cit, uolet hoc inimico imputare, ad diuites ueniet. Multo, inquit,
 hoc iniuriosius est, si inquirendi causa facit, si non tantum in con-
 uitium sed et periculum diuitis sequitur. GALLIO subtiliter
 agendum putauit, et ad positionem controuersie colorem actio-
 nis dirigendum, ut diceret, suspicor a te patrem meum occisum,
 quis enim illum alius oderat magis? quis impotens alius est? ue-
 stem enim illius sine dubio nescio quis percussor non concupi-
 scebat. Dicet aliquis, quid ergo? si inimicus est, protinus inter-
 fector est? non, ideo non accuso. HISPOROMANVS pa-
 lam accusauit et dixit, Non causam sibi esse, sed iure etiam hanc
 sententiam in proœnio magno cum assensu hominum dixit,
 cum

eum accusatorem habeo qui se reum non esse miratur. **BASSVS IVLIVS** in hac controuersia dixit. Quare me sequeris per publicum? facinus indignum iudices factum est, pauper & diues eandem terram calcamus. Consectari autem solebat res sordidas, & inueniebat qui illas unice suspiceret, Memini illum declamantem declarasse cōtrouersiam de lenone, qui decem iuuenibus denunciauit, ut in lupanar accederent, & foueā igne repletam terra superiecta obruit, in quam adolescentibus lapsis & consumptis accusatur Reipub. lese, Apud illum declamantem. **ALBVTIVS** fastidiosus auditor, eos quibus inuidere poterat admirabatur. Hanc Bassi sententiam non me hercules referrem, si canem ad ostium alligasses. Idem Latronis illas sentētias aiebat tumidas magis esse quā fortes. Summa hominum admiratione circumferebatur, Lugent argumēta patres & ossa liberorum coniecturam diuidunt: & illam, Producta sacerdote statuam: & illam, Super cineres liberorū nostrorum lupanar de quantum est. Ipse utiq; laudabat: hæc autem docuerat. Nam in hac ipsa controuersia ne Bassus quidem uidebatur aliquid dixisse, sordidius dixit ipse. Ita ne peribunt decem iuuenes propter dipondios tuos **EUKTEMON** à filij parte cum patrem suum narrasset solum sine comite oppressum & occisum dixit, **HERMAGORAS** dixit.

Illud in narratione.

ARTEMON dixit.

CONTROVERSA XXXI.

Vir fortis, quod præmiū uolet, optet. Si plures erunt, iudicio cōtendant. Pater & filius fortiter fecerunt. Petit pater à filio, ut sibi cederet, ille non uult, iudicio cōtendit, uicit patre, accepit præmio statuas patris, pater ipsum abdicat. **IVNII GALLIONIS**. Dubito qui de euentu huiusce iudicij optē, cū crimē meū sit, uicisse. Videtis quæ admodū in hoc quoq; iudicio opera sua iactat, & miratur quisquā si hoc patre natu

glorie

gloriae cupidior est. Facile is habetis patres, uiros fortes inuigite. Dissidemus quia nimium similes sumus, cum exiremus in aciem, aiebat, si adolescens essem, nemo pugnaret fortius. Maiorum quoque suorum uirtutes referebat, sed omnibus se praeferebat. Cum ad aetate tuae peruenero, non contendam cum aliquo: quamuis si exemplum tuum sequi uolucro, etiam cum filio contendam. Quia patriae iudicium habeo, patris perdidit. Dicam abdicati, non luxuriabor, non amabo: hanc emendationem criminum meorum non possum promittere. Ego uero pugnabo, et fortiter et fortissime. Vidi patrem iam senem lorica induentem, multum est pugnare cum exemplo. Iudicium uocatur quo pater et filius spolia contulimus. Ecce amitto, ego tibi cedere possum, seni non possum. Quod contendi legis, quod uici iudicium, quod pugnaui patris est: uolui cedere, concurrerunt iuuenes, aetatis causa agebatur, Vici non filius patrem, sed iuuenis senem. Ego uici, sed omnes patri gratulati sunt: parui adolescens, magnis exemplis deceptus sum, dum cogito mecum Horatium Hetruscas acies corpore suo submouentem, et Mutium in hostilia arma ruentem, et dum te Deci cogito, qui et ipse noluit patri cedere: transibo in subsella tua, complectar inuitum, licet repugnes fortior sum. FVLVII SPARSI. Necesse fuit mihi fortiter militare, pugnandum habebam non imperatori tantum sed patri. Si tu uicisses, diceretur patri cessit, abdicacionem enim timuit. Solebas enim optare semper, ut contingeret tibi habere filium meliorem. Iudicium uocas duplicem domus nostrae triumphum. CLODII TURRINI. Tu Mutio diceres, non est quod ostendas istam manum, tu Scipioni post deletam Carthaginem, tace. Loquax est uirtus, nec ostendit se tantum sed ingerit. Aiunt, ecce nunc quidam pater cessit filio, et in hoc abdicat, ut uerum uideatur fuisse certamen. Opta pater ut et a nepote uincaris. Postea, inquit, fortiter pugnare poteris: unde scio? uulneribus me senem feci. Quis te felicior?

licior? tu omnes uicisti, te filius: quanto honestius, modo pater
 & filius inter se contendunt, honestiorē facturus uictum uter
 uicisset. Dubito quid faciā? taceam? sed silentiū uidetur cōfessio.
 Narrem uirtutes meas? sed illud quoq; nouū accidit mihi, quod
 uni mihi abdicato meas narrare non concessit. Proceſsi in acie
 corā patre, fortiter, inquit, pugna. Turpe est adolescenti uinci à
 sene. Auidus sum gloriæ, hoc si uitiū est, paternū est, fortis sum,
 nunquid improbas pater? At iam abdicabis, si uiro fortissimo
 sum fortior, dicam tamen audacter fortissimus sum, nec timeo
 in ea ciuitate hoc crimen, in qua fortes etiā senes nouimus. IV-
 LII BASSI. Ad te quoq; ignominia meæ pars redundat.
 Pudeat te pater si à filio abdicando uictus es. ARELLII
 FVSCI. Ignosce, iuuenis erraui, ambitiosus nō ero, cū senex
 fuero. GAVII SYLONIS. Vtrū putas uicisse, ego præ-
 miū tantū habeo, tu & præmiū & uirū fortē. Permittēte le-
 ge fecit, imo in eadē re, & habet legē & timet. Contra ait, si
 quid fecit quod non licet, lex uindictabit, si quid quod licet, non
 oportet. Pater nō queritur de scelere filij, sed de officio. Deinde
 utatur quisq; sua lege, tibi illud licuit, & mihi hoc licet: ab-
 dicare liberos liceat, est aliqua lex quæ filio patrē præferat.
 Si potest abdicari, etiam propter id quod lege permittente fe-
 cit, an abdicari etiā propter hoc non possit, quod præmiū acce-
 pit. Non potest, inquit, in ea re priuatim puniri, in qua publice
 honoratur. Eidem rei non potest præmiū dari, & nota denun-
 tiari. Cetera iura puto paterno imperio subiecta esse, hoc ma-
 ius ius est cæteris, quod uictoria summa uirtute queritur. Non
 potes propter hanc legē filium abdicare, propter quam à filio
 uictus es. Si potest abdicare, an debeat: hoc diuisit. An etiam si
 non debeat cum patre contendere, ignoscendum tamen sit, si
 adolescens gloriæ cupiditate lapsus est, Deinde an contendere
 debuerit. Tum, inquit, & honestum certamen erat & tutum.

Quid enim est gloriosius quàm aut uirum fortem uincere, aut uinci à filio? si non debuisset contendere, non uicisset. Et potuit fieri, ut si hic tibi cessisset, alius quis ad certamen procederet, qui nunc non processit, quia sciebat nihil sibi profuturum si te uicisset, cū deberet à filio tuo uinci: nulla laus tibi fuisset, apparuisset enim illā uictoriā non uiri fortis fuisse sed patris. Silentio uirtutes nostræ transissent, nunc illustratus es, dum conferruntur. TVRRINVS hoc loco belle dixit. Plures tibi inuidere cœperunt, postquā uictus es. Itaq; noui generis res accidit, filius uicerat, Omnes aiebant, O felicem patrem. Nouissimam fecit quæstionē, An etiā si quid iudicio peccauit, premio emendauerit. Hoc loco dixit GALLIO illam sententiā, quæ ualde excepta est: cū diu deprecatus esset, ait, si nihil proficere, quid me facturū putas? ad tēplū iturū, aut ad deos supplicē? ad tuas statuas confugiā. SYLO POMPEIUS tentauit & in hac controuersia illum quæstionē, quā in oībus uirorū fortium abdicationibus putabat esse tenendam, An uir fortis abdicari possit, aiebat in nulla magis controuersia illā posse tractari. Non potes, inquit, cū abdicare, qui te potest uincere. Miraris si patri ac legi subducitur, quæ & comparatur & præfertur? Colore pro adolescente GALLIO illum dixit. Mæe, inquit iuuenis, ætatis causa agi uidebatur, cū dubitaret ex ordine suo quem dicentem, nihil agis, ego tibi cedo, illi non cedo. CAESTIUS hoc colore usus est, putasse se ipsi patri honestius hoc esse, certe domui, laudes utriusque in foro inspicere. MONTANVS VOTIENS ait, cognoui non quid imprares, sed quid præcepisses: dixeras semper, cū me hortareris ad gloriam, ut nulli cederē. Inuidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua uidebatur, cū quæreretur, utrum pugnasses felicius an genuisses? Non est quod putes me uisum illis fortiorem, decepti sunt pater, iudicauerunt non quod erat, sed quod te malle cre-

diderunt. ARGENTARIVS ait, occasione beneficij questu non cōcupiui accipere, præmiũ habet alter, alter accipit. FVSCVS ARELLIVS PATER ait, si nauigare imperasses, per hybernos fluctus egissem ratẽ, si peregrinari, nihil fuisset iubente te durũ: hanc rem imperabas difficilem forti uiro, uinci. BLANDVS hoc colore narrauit. Pater mihi obiecit, quod illi una re non cesserim: Ego multiplicabo crimina mea. Nunquã illi, quoties recte faciendũ fuit, cessi, semper uolui uideri frugaliior, uideri uolui laboriosior: nam cũ ad uires uentum erat, etiam ipse cedebat, non ego illum uincebam sed etas. TVRRINVS hoc colore usus est. Volui inquit cedere, sed erant qui dicerent non licere. Hoc enim modo legẽ saluberrimam tolli. Disputaturi contra præmiũ patris uidebantur & dicturi scilicet, non licet inter se cedere fortibus, non ipsorum tantũ causa agitur sed publica. Omnium interest scire, quis sit fortissimus. His uocibus hominũ missus sum ad id certamen, in quo ad istũ utraq; pertineret uictoria. Quid putatis me dicturum: fortiorẽ me uisum: falsum est, cũ hoc quoq;, quod ego fortis erã, istius esset. Quid ergo? quare uicerim queritis? Visum est ad ruborem totius iuuentutis pertinere, neminẽ pugnassee fortius, quã senem. Et cũ dixisset, se præmia in patrẽ contulisse, dixit, uici te pater, sed nẽpe uici tibi. ALBVTIVS hoc colore narrauit, noluit, inquit uideri per collusionẽ patri tituli fortissimi uiri contigisse. Non cessi ante iudiciũ, ut in iudicio decerem effeci. Nihil aliud quã laudauĩ patrẽ, uirtutes eius retuli, uisus sum propter hoc ipsum præmio dignus. SYLOGAVIVS ait, solebas mihi pater inter dignorũ uirorũ exempla narrare quẽdam etiã domestica: aiebas autem, patrem, fortem uirum habuisti, uide ut tu sis fortior, processĩ tecum in aciẽ, nec illinc inulti redimus, omnis gloria in una domo erat. Iubebat Resp. fortes uiros recognoscere. O quantã ego cupi-

ditatem

ditatem gloriæ in patre meo uidi, quàm iuuenilem contentionē,
 me inuitabat imperio, iubebat exemplo. Ventum est in iudiciū
 omnium quos ego noui, res inuidiosissimā quærebatur de patre
 meo, utrum fortior esset an felicior. OSCVS hoc colore nar-
 rauit. Accederent & dicerent, roga patrē tuū, cedat tibi, non
 est utile Reip. hostiū excitare animos. Excitabuntur si scierint,
 neminem in hac ciuitate esse fortiorē quàm senem, illi me coë-
 gerunt, quasi tunc quoq; aliquid præstaturus essem Reip. ueni-
 re in iudicium, in quo quid habet? ego sum iudicatus iunior.
 DENTO dixit, timeo ne ob hoc ipsum patri uilior fiam, ego
 sciam an usquā gloriosus sit. TRIARIVS hoc colore usus
 est. In iudicio uolui tibi cedere, ut non imperare uidereris sed
 uicisse & cessi, defunctorie causam meā egissem, notū sit illum
 cedere, quia parū est illi non putabat. NICETES in hac con-
 trouersia dixit, SCAVRVS hunc sensum aliter dixit.
 O si auus meus interesset iudicio, quàm libenter spectaret &
 discordiam nostram. Clamasset mihi, non est quod cedas, ipse
 mihi nunquam cessit. LABIENS, partem patris declama-
 uit, et dixit quod etiā defertoribus licet. Nolo habitare cū ad-
 uersario meo, non capit idē contuberniū fortem uirum & ui-
 ctum. Statuam, inquit, tibi posui, imò ne possem unquam me ui-
 ctum obliuisci, ignominiam meam in æs incidisti.

CONTROVERSA XXXII.

Dementia sit actio. Bello ciuili quedam uirum secuta est,
 cum in diuersa parte haberet patrē: uictis partibus suis
 & occiso marito, uenit ad patrem, non recepta in domum, di-
 xit, quæadmodū tibi uis satisfaciā: ille respondit morere: suspen-
 dit se ante ianuā eius. accusatur pater à filio dementia, POR-
 TII LATRONIS. Sic sibi satisfieri ne uictor quidem uo-
 luit, excusauit uictos qui restituit. Quoniā reposcis uitā, quam
 dedisti accipe: nullum fuit in proscriptione mulierculæ caput.

OSCI. Inquinasti filiæ sanguine penates, quanquam quid ego dico penates tanquã in domo perierit? Allatũ ad se Cæsar Põpeij caput fleuit, hoc illi propter filiã præstitit. ARELLI FVSCI, quemadmodũ tibi uis faciã satis? hoc ipso satis fecisse debuerat, filiã habuit piã, & in maritũ & in patrẽ. Alterum usq; in mortẽ secuta est, alteri etiã per mortẽ satisfecit: quã periculose cum offendo, qui simul irasci coepit, nescit ignoscere.

CLODII TVRRINI PATRIS. Morere. Quid aliud meruerat, si satis facere nollet. Nisi occupasses soror, fortasse pater tibi satisfecisset. Hoc certũ habeo, unusquisq; uestrũ suadebat puellæ, ad iratum patrẽ uenis, in quas potes te cõpone blanditias, roga, deprecare, si nihil proficies, habes quemadmodum cogas, moriturã te denũcia: hoc quod ignouisti uictor, ad uiros pertinet, illi tibi gratias agunt, nã foeminas ne si irasceris quidẽ proscrispisses. Quare secuta es uirũ. A deo tibi uetera exempla exciderunt bonarũ coniugũ, quibus filiã tuã solebas sanus hortari? Aliqua spiritum uiri redemit suo, aliqua se supra ardentis rogũ misit, impediisset se puella uiro, nisi seruasset patri.

FVLVII SPARSI. Filia ante limen paternũ in cruore suo uoluitur, quid exhorruisti? paterna satisfacio est. Nostis domus nostræ legẽ, aut dicendũ mihi aut moriendũ est. Qualis est ista satisfactio qua filia exoratũ patrẽ sibi non sentit?

ALBVTII SYLI. Vtræ meliores partes essent soli uidebãtur iudicare dii posse. Si uis satis facere mihi, morere. Quod ad me attinet, irascere malo. Si parriciidũ est fuisse in diuersis partibus, nõquam defendisset apud Cæsarem Ligariũ Cicero. Marce Tulli quam leue iudicasti crimen de quo confessus es. Dona filiam si misericos es deprecanti, si hostis edicto, si pater naturæ, si iudex causæ, si iratus es fratri.

BVTEONIS. Ante ipsum limen domus decessit, ne dubitari possit utrũ marito perisset an patrẽ: ubi studuisti? ubi audisti? nego te istuc in bello didicisse.

RYLLII. Meruerat inquit mori, etiannū accusas? certe iam tibi satisfactū est. O nouum monstrū, irato uictore uiuendū est, exorato patre moriendū est. **PASSIENI.** Vtinā interuenissem, non satisfecisses sola patri: furiosum te dicerē, si pro genere non rogasses. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. **LABIENI.** Hoc obsequio consequatur, deniq; ut intra domū moriatur. **M. Cato** quo uiro nihil speciosius ciuilis tēpestas abstulit, potuit beneficio Cæsaris uiuere, sicut **Tullius** si uoluisset. Optima ciuilibus belli defensio, obliuio est. **MVSÆ.** Allato ad se capite **Cn. Pompei** Cæsar auertisse oculos dicitur, quod tu ne in morte filiæ quidē fecisti. **CORNELII HISPANI.** Peruigata est illa crudelis belli fortuna oēm ordinē, & usq; ad ultimæ plebis supplicia descendit, nihil in ciuitate nostra immune uictoris iræ præter foeminas fuit. Hanc laudē miseræ urbi seruare licuit. At tu pater noster ut uictor insanis. **MENTONIS.** Semel repulsa iterū redit, iterū repulsa tertio rogat: nō fatigatur, scit exorari etiā hosteis. O te crudelem nisi iam tibi et pro genere sati: factū est. Nō ignoro in quanto periculo sim. Nescit placari iratus, & hoc etiā si filiæ excanduit. **TRIARI.** An non exorares uictorem pro alio patrē? Morere, illi quoq; quibus animaduertere in dānatos necesse est, non dicunt, Morere, sed age, lege, crudelitatē imperij uerbo mitiore subducunt. **DIVISIO.** **LATRO** usus est in hac controuersia illa calcata questione. An possit agi cū patre ob ulla aliam rem, quā ob dementiā. Impotens sum, immūtis, nō tamen demēs. Mores tuos patri debes approbare, nō patris exigere. Dic desipis, nihil intelligis. Ego sanitatis meæ si potuero argumenta colligā, dicā in senatu non stulte sententiā. Quid tibi uideor fecisse demēter. Partes male egi: damnare non potes patrē propter uerba imō propter uerbū. Si damnari dementiæ aliquis pater etiā non demens ob aliquod improbandum factū potest, an hic possit. Hoc

in duo diuisit. An etiam si hoc aīo dixit, ut filiam mori uellet, damnandus tamen nō sit. Hæc accusatio filiaē cōtrarias partibus à patre sequētis, cū illam ipsa natura publicis excepisset malis. Animaduertit Manlius in filiū et uictorem, animaduertit Brutus in liberos nō factos hosteis, sed filiuos. Vide an sub ijs exēplis fortius loqui liceat. Deinde an nō eo animo dixerit, ut eam mori uellet. Dixit inquit iratus cū uellet castigare nō occidere. **TURRINVS CLODIVS** belle dixit, nolite mirari si durioribus utar, nō sum processurus ultra uerba, minabor, deinde ignoscā, fecit et uictor. **GALLIO** & illam quæstionē fecit, an non ob id puella perierit, quod pater illi tam dure respōderit. Perijt, inquit, propter desiderium uiri, alioquin unius uerbi amaritudinem mortē pensasset? Imò mulier præceps, temeraria, insano flagrans amore & attonito, quæ uirū patre relicto secuta fuerat res uiri consecuta est. **SYLO POMPEIUS** huic quæstioni præponebat illam ex qua in hanc transitus sit, an etiam si propter hoc uerbū patris perijt, damnari tamē pater non debeat, nec enim euentus imputari debet cuiusq; rei, sed consiliū. Si post hoc uerbū puella uixisset nunquid patrem dementiæ damnare posses? atqui hoc uerbo si quid factū est, non à patre, sed à puella factū est. Non oportet autē illius temeritatem dementiā uideri patris. Post hanc quæstionē faciebat illam, an ob hoc perierit. Color à parte accusatoris simplex est, ait patrem durum fuisse, crudelem, bono publico eum fuisse periturum, dixit dure inquit, eo uultu, ea affirmatione, ut uideretur non iubere tantū, sed occidere. Hoc loco dixit **TURRINVS CLODIVS**. Hoc post bellum imò post edictum: & adiecit, nunc intelligit Respub. imperator quantum tibi debeat, cui sine sanguine satisfactum est. Omnes enim dixerunt patre nolente illam uixisse. **GALLIO** dixit, nondum mihi uidebatur scire quid meruisset. Volui illā intelligere crimen suū. **CAESTIUS**

hoc

hoc loco. Contumaciter, inquit, rogauit, sic quomodo perijt, nō uultu demisso, non summissis oribus, nondum tanquam uicta. Primum quare ad me non fratrem suum misit, an etiamnum fratri irascitur? ARGENTARIVS. Nos duces exorauimus quorū liberi in diuersis partibus fuerāt, diximus, ignosce nobis seueris esse, si licuerit esse securis. Quid peccaui quod filiam ex hostium castris uenientem non primo uerbo recepi? TIRRINVS CLODIVS ait. Volui fratri sororis dare beneficium, eo durius loquar, ut ille me pro sorore sua deprecetur. Primum quare me solum rogat, cum debeat duobus satis facere? SYLO GAVIUS dixit, Volui inquam mora torquere, sine inquam iterum ac tertio roget. Nec mitissimus quidem uictor statim ignouit. LABIENVS ait. Non sum statim exoratus, et si uixisset, non essem fractus primis uocibus eius, ne tertio quidem rogatus aut quarto. At uictor cito exoratus est. Noli mirari, facilius est ignoscere bello quam parricidio. HISPANVS de morte eius hoc dixit. Iterum illam nobis iur abduxit. ALBVTIUS. Tuto me ait, putauit loqui fortius, non dubitauit enim quin frater illi dicturus esset, non est quod timeas, exorabitur, si difficilius erit, illū ego rogabo, & si rogasses adulescens fecissem, non magis tibi ego quam sorori tue maritus. MONTANVS VOTIENVS dixit. Non est quod putes illam cecidisse ira patris: cui uixerat, perijt, illa se cui addixit impendit. Et eundem sensum in argumentis cum dixit, nō propter patrem illam perisse, quid ergo inquis? propter quem? Scis illam uirum habuisse, pro quo mori posset.

CONTROVERSIA XXXIII.

Reipublicæ læsæ sit actio. Quidam expositos debilitabat, et debilitatos mendicare cogebat, ac mercedē exigebat ab eis. Reipub. læsæ accusatur. PORTII LATRONIS. Astimate quale sit scelus istius, in quo læsi patres liberos suos

aut ut agnoscant, aut recipiant, etiam confessas iniurias tacent. Vestigialis istius crudelitas fuit, eo magis quod omnes prae-
 istum misericordes sumus. Mendicantes, nisi tot mendicos fecis-
 ses. Efficit scelestus iste, ut nouo more nihil esset miserius ex-
 positis quam tolli, parentibus quam agnoscere. CASSI
 SEVERI, Huic caeci innitentes baculis uagantur, huic trun-
 ca brachia circum teruntur, huic conuulsi pedum articuli sunt,
 et torti tali, huic clisa crura, illius inniolatis pedibus cruribusq;
 foemina contudit, aliter in quemq; seuiens ossifragus iste, alte-
 rius brachia amputat, alterius eneruat: aliu distorquet, alium
 delumbat, alterius diminutas scapulas in deforme tuber extun-
 dit, & risum in crudelitate captat. Produc agendum familiam
 semiuuam, tremulam, debilem, caecam, macam, famelicam, osten-
 de nobis captiuos tuos. Volo mehercules nosse illum specum
 tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium
 spoliarium, suae cuiq; calamitas tanquam ars assignatur. Huic
 recta membra sunt, & si nemo obsistet naturae, proceritas mu-
 tabitur. Ita frangatur, ut humo se alleuare non possit, sed pe-
 dum crurumq; resolutis uertebis reptet: huic extirpentur
 radicitus: huic speciosa facies est, potest formosus mendicus
 esse, reliqua membra inualida sint, ut fortunae iniquitas in be-
 neficia sua seuientis magis hominum animos peruellat. Sui
 satellitibus tyrannus, calamitates humanas dispensat. VIBII
 GALLI Intuemini debilia infelicitum membra, nescio qua
 tabe consumpta, illi praecisas manus, illi crutos oculos, illi
 contractos pedes. Quid exhorrescitis? sic iste miseretur,
 tot membra franguntur, ut unum uentrem impleant, & o
 nouum monstrum, integer alitur, debiles alunt. ALBVI
 TII SILI. Perissent inquit, ita non sic infelicitus super-
 sunt, qui perituri fuerant? Perissent inquit, interroga patres,
 utrum maluerint. Eruantur inquit oculi illius, huius praecidantur
 manus.

manus. Quid si aliquis ex istis futurus sit tyrannicida? quid si
 sacerdos? Nec puto incredibile loquor, ex hac fortuna origo
 Romanæ gentis apparuit. Egregius educator plus acceptum
 crudelitati, quàm expensum misericordiæ refert. TRIARIUM.
 Perissent inquit, puto. Experireris nos nō esse crudeles, tamen
 nemo nō nostrū, cum istis stipem porrigeret, mortē precatus
 est: Surge tu debilis, conatur & corruit. Surge tu mute, sed
 quid excitaris? rogare non potes, surge tu cæce, sed ad quorum
 eas genua nescis ò te inter omnes debiles ante hoc iudicium fe-
 licissimū, quod iustum dominū non uidebas, in hoc iudicio in-
 felicissimū, quod istum reum non uides. Expositos aluerunt
 etiam seræ, satis futuræ mites si præterissent. CORNELII
 HISPANI. Ergo si illis tēporibus iste carnifex apparuisset,
 conditorē suum Roma non haberet. Timeo ne hoc profuit reo,
 quod nemo ex his quenquā uideri uult suū. IULII BASSI
 Intuemini utranq; partem, & ci succurrite, quæ miserabilior
 est, liceat uidere mercenarios suos: hic cæcus est, hic debilis, hic
 mutus, his tu mori non permittis? Vis in te iudices more tuo
 misericordes sint, tuo exemplo. ARGENTARIUM. Quorum
 cū ubiq; audiatur preces, in sua causa tantum cessant. Adijcia-
 mus aliquid ad quæstū, deme huic oculos, illi manus. AREL-
 LII EVSCI PATRIS. Præcidatur, inquit, lingua, genus
 est rogandi rogare nō posse. Misere mini horū omnium iudices,
 & misereri etiā singulorū soletis. CAESPII PII. Ut hanc
 causam suscipere, ne ab eis quidē rogatus sum, pro quibus ago,
 quid enim miseri rogare sciūt, nisi stipem? quid infelix iste pec-
 cavit aliud, quàm quod natus est? CLODII TVRRINI PA-
 TRIS. Age si quis agnouerit suū, petes alimēta tanquā alue-
 ris? nō est quod timeas, nemo cognosceat. O miserū, si quis alimē-
 ta suo dat, ò miserū si negat. Ita nos istis uindictam negaturos
 putas, quibus ne id quidem negamus, quod tibi daturi sint? Et
 quod

quod est indignissimū, crudelis cū sit, misericordia publica alit.
 Venite miseri, & hodie primū uobis rogate. MENTONIS.
 Errant miseri circa parentū suorum domos, & fortasse aliquis
 à patre alimenta non impetrat. Nulli plus reddunt integra mā
 cipia. Cur tu tā exiguū refers? uia este quas poterat, ut non ro
 gares, ut non acciperes: spiritū tamen relinquerē tibi, nisi cru
 delior futurus essem in relinquēdo. Tibi captura quotidiana nō
 respondet, apparet nōdum hominibus satis miserū uideri. G A
 VII SILONIS. Tu inquit, in illa uicinia mendicabis, tu ad
 limē accedes, & crudelis miseris parētum domos demonstrat:
 hic non facile stipem impetrat, etiamnū aliquid illi detrahatur.
 IVNII GALIONIS. Serua oculos ut uideat quem roget,
 serua manus ut habeat quibus stipē accipiat. Occurrunt nuptis
 omina dira, sacris publicis tristia auspicia, feriatis maxime ac
 solennibus & hilaritati dicatis diebus semianimes istū greges
 oberrant, à te fortasse aliquis acceptam stipem portat ad deos.
 FVLVII SPARSI Scio, iudices, uarijs quēq; causis ad
 accusandum solere compelli, quosdam ambitio glorię, quam ex
 damnato petierunt, prouocauit, alios odia & similtates pro
 traxerunt. Non dubito fuisse quosdā qui prēmū peterent: ego
 omnibus ceteros impellentibus causis uaco. Quę enim gloria
 est in tam sordido reo? quę similtas, ijs ut noceas quos contra
 exisse pudeat? aut quod prēmū, cum stimulant ij qui se alere
 non possunt? Non is est qui rogare nesciat, etiam docere solet.
 Quos affectus uestros optare debeam, nescio, si misericordię
 propiores fueritis, crimina rei uobis ostendā si ocium fuerit.
 At reum hunc publice pascimus. Exigitur à te talio, nō tales to
 tidem membra quot debes. Lupa oblita feritatis placidior uel
 lut foetibus suis prębuisse ubera fertur. Sic lupa uenit ad infan
 tes, expectemus hominē, gratulor tibi Roma quod in cōditores
 tuos homo nō inciderit. Ergo cū de publica misericordia cogi
 taret

tares tam crudelis esse potuisti. Proxima, inquit, die hic plurimū retulit, faciēdus est huic similis alter: hic satis retulit, fiat & alius miser ad hoc exemplū. Ite nunc inquit, & alimenta mihi querite. Tu, inquit, qui oculos nō habes, per oculos rogato. Tu inquit qui manus perdidisti, per manus rogato: tu per illa membra quæ trahis debilia: per ea quisq; quæ non habet, ambiat. O miseros qui sic rogāt, miseries qui sic rogantur. Ecce nescio quis, meus, inquit, filius si uiueret, huic fortassis similis esset: nū, inquit, ego meū transeo. Alius inquit, potuit meus in eundem incidere dominū, quid si incidit: omnes omnibus conferunt, dum unusquisq; timet ne suo neget. Pars altera ARELLII FVSCII. Debilitasti inquit, plus illis patres nocuerant. LATRO sic diuisit, an læsa sit Respub. Primū quod Reipub. crimen constare oportet, in hunc reū quæri. An læsa sit Resp. non solet argumētis probari. Manifesta statim Reip. damna sunt, si muri diruti sunt, si classis incensa est, si exercitus amissus, si uectigalia diminuta: hoc damnū quod tu obijcis, non uidebat. Dic mihi quādo Remp. læsa sit: cū unum expositū debilitauit? atqui etiam qui occidit unum, nō tamen Reip. læsa tenetur reus, sed cædis, etiā qui duos, etiā qui plures. Dic mihi, quis numerus efficiat, ut læsa uideatur Resp. duo debilitantur, nondū Resp. Iuuenes qui suadere infantes perdidit, & infelices. Potuerunt, inquit duces fieri, potuerunt etiā sacrilegi esse & homicidæ, potuerunt & perire. Attamen crudelē rem facit & lanista, nec damnatur Reip. læsa: et leno qui cogit inuitas pati stuprū, nec lædit Rēp. Ego nūc nō laudari reum desidero, sed absolui, noceat hoc illi, cum honores petit. Potest aliquis & nō esse homo honestus, & esse innocēs reus. Deinde an læsa sit Resp. an ab hoc læsa sit: nō à me inquit, sed à parentibus qui proiecerūt. Hic crudelis & multum illis abstulerit, uitā reddidit. Contra ait, illi singulos exponunt, tu omnes debilitas: illi spem, tu instrumēta uiuendū

uendi detrahis. Deinde an teneatur Reipub. læsæ, si fecit quod ei facere licet. Non potuit inquit, ulla res lege damnari, quæ legi innititur. Si domū meam diruam, nūquid dices me Reipub. lædere? Et poteris describere, quàm inhumanū sit, illos parietes maiorū in nostram usq; per ductos memoriā in hostilē modum deiici. In agris meis arbuta succidere uelim. Deinde an hoc licuerit illi facere, licuit inquit. Expositi, inquit, in nullo numero sunt, serui sunt: hoc legum latori uisum est, deniq; si nō licet, habēt legem talionis, agere singuli iniuriarū possunt. Reip. quidem læsæ non potest agi eorum nomine qui extra Reip. sunt. Non potest pro omnibus agi, pro quibus singulis non potest. Scio quosdam putare quæstionē esse, an possit à priuato homine lædi Reip. SPARSVM certe ita declamare memini. Quod si quisquam recipit, & illā recipiet. An à muliere possit, an à sene, an à paupere possit, quorū nihil unquā queritur. Sed dici tamen solet, quomodo tum illa quæstio tractatur, an Reip. læsa sit, toties reus in argumenta non læsæ Reipub. dicit, ne potuit quidem lædi à priuato, à paupere, ab ægro, ab infante. GALLIO fecit illam quæstionem, an in expositis lædi possit Reip. Non potest inquit. An lædi possit in aliqua sui parte, hæc nulla Reipub. pars est, non in censu illos inuenies, non in testamentis. Sed hæc quoq; in illā incurrit, an Reipub. læsa sit: dicitur enim ne lædi quidē potuit in eis quos nō habebat. Pro illo qui debilitat expositos pauci admodū dixerūt. Dixit GALLIO, & hoc colore usus est. Egentem hominem, & qui ne se quidem alere, nedum alios possot, sustulisse eos, qui iam relicti sine spe uix spiritum traherent, quibus non iniuria fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficium daretur, si uita seruaretur. Faciant inuidi alicui oculos deesse, alicui manus, dicant illum per hunc uiuere. Gallio illud quoq; in argumentis tentauit. Adeo inquit hæc res non nocuit Reipub. ut possit uideri etiam

profu

profuisse. Pauciores erunt qui exponāt filios. TURRINVS
 CLODIVS hoc colore usus est. Multos patres exponere so-
 litos inuites partus. Nascuntur inquit quidā statim aliqua par-
 te corporis multati, infirmi, & in nullam spem idonei, quos
 parentes sui proijciunt magis quā exponūt, aliqui etiam uer-
 nulas, aut omine infausto editos, aut corpore inuálidos abij-
 ciunt. Ex his aliquos hic sustulit, & eas partes quæ cuiq; pos-
 sent miserabiliores esse, miseratus abstulit, stipem rogant, &
 unius misericordia uiuunt, omnium aluntur. At res foeda est, mē-
 dicos habere, à mendicis ali, inter debiles uersari. Age non pu-
 det uos ex hoc producere contubernio reum, à quo dicatis læ-
 sam Remp. & sic descendit ad argumenta, ut diceret, quomo-
 do hic potuit lædere? SILO POMPEIUS illo colore usus
 est. Misericordē hunc fuisse, uoluisse uitā dare, sed non potuisse
 alere, itaq; eò cōpulsus, ut unusquisq; aliquā partem corporis
 pro toto dependeret. LABIENS tam diserte declamauit
 partem eius, qui debilitabat expositos, quā nemo alterā par-
 tem, cum illam omnes disertissimi uiri, uel ad experimenta su-
 rum uirū dixerint. Illum autē locū uehementissime, dixit, uaca-
 re homines huic cogitationi, ut curent quid homo mendicus in-
 ter mendicos faciat. Principes inquit uiri contra naturam diui-
 tias suas exercent, castratorum greges habent, exoletos suos
 ut ad longiorem patientiam impuditiæ idonei sint, amputant.
 Et quia ipsos pudet uiros esse, id agūt, ut quā paucissimi sint.
 His nemo succurrit delicatis & formosis debilibus. Curatis
 quis ex solitudine infantes auferat, perituros nisi auferantur,
 non curatis quod isti beati solitudines suas ingenuorum erga-
 stulis excolunt, non curatis quod iuuenum miserorum simpli-
 citatem circumueniunt, & speciosissimum quemq; ac maxime
 idoneum castris in ludum conijciunt. In mentem uobis uenit
 misereri horum quod membra non habeant? quid illorū quod
 frustra

frustra habent? Hoc genere seculi uitio, egregia figura, inquinatum & infamem reum, maiorum criminum impunitate defendit. Celebris hæc apud Græcos controuersia est. Multa ab illis pulchre dicta sunt, à quibus non abstinuerunt nostri manus, multa corrupte, quibus non cefferunt, NICETES dixit. hunc dixit sensum P. ASPRENAS, eodem modo uno uerbo magis propiore usus hos alit, qui alimenta poscit, quibus crudelis est qui negat. Circa hunc sensum est & ille à QUINTILIANO dictus. Nescio utrum ne uos miserabiliores dicam, quod alimēta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim, quia debiles estis. Ei datis per quæ debiles estis. ADDEVS rhetor. Hunc sensum quidam Latini dixerunt, sed sic, ut putē illos nō mutuatos hanc sententiã, sed irritatos. BLANDVS dixit, Porrigit aliqua mendico rogata stipem, utiq; si peperit, si exposuit. O te quàm misera cogitatio porrigentis est, hic fortasse meus est. OSCVS dixit, Qui iam porrexit pluribus stipem, suo negat. ARELLIVS FVSCVS dixit, Alit rogata filium mater misera, si scit suum esse, misera si nescit. ARTEMON dixit, Hanc sententiã LATRO PORTIVS uirilius dixit, qui non potest furto suspectus esse, Græcos enim & cōtemnebat & ignorabat: cū descripsisset debiles artus omniū, & alios incurfantes alios repentes, adiecit, prob Dij boni ab his aliquis alitur integer? DAMAS SCOMBRENVS dixit, Hūc sensum CAESTIVS trāstulit. Effecisti inquit, ut maius periculū esset educari quā exponi. FVSCVS ARELLIVS aliter dixit, illa adhuc in misera sortis infantia timebātur, feræ serpentesq; & inimicus teneris artibus rigor, & inopia, inter expositorū pericula nō numerabamus educatorē. GLICON corruptã dixit sententiã. Sed nostri quoq; bene insanierūt. MVRRHEDIVS dixit: Producitur miserorū lōgus ordo, maior pars se sine se trahit. ET LICHTIVS

NIVS NEPOS, ut soluendo sis in pœnas, quoties tibi re-
 nascendum est: Illud SPARSVS dixit, quod non corruptũ
 tantum, sed contrarium dicebat esse Montanus. Solus plura
 habes membra, quàm tot hominibus reliquisti. Ita enim hic
 potest uideri læsisse rempublicam, si multi sunt debilitati. Ap-
 pareret autem non multos esse, si plura habet membra quàm
 debilitatis reliquit. Et illud æque ab illo aiebat corrupte di-
 ctum, prodiderunt plures membra. Græcas sententias in hoc
 refero, ut possitis æstimare primum quàm facilis Græcæ clo-
 quentiæ in Latinũ transitus sit, & quàm omne quod bene po-
 test dici, cõmune omnibus gentibus sit. Deinde ut ingenia in-
 genijs conferatis, & cogitetis Latinam linguam facultatis
 non minus habere, licentiæ minus. LABIENI sententiam
 separavi, quia locuti de illa homines erant. Sed ubi quotidia-
 num diurnum & mendicantium quæstus recognoscit, tu ho-
 die minus attulisti, cedo lora, gaudeo me non omnes emancas-
 se. Quid flet? quid rogas? plus retulisses, si sic rogasses. Dixe-
 rat & illam sententiam, Date miseris, quod unum percipere
 gaudium possunt. Aliquis ex illis damnatum istum uideat, ali-
 quis audiat GLICON dixit Vnicus summus ama-
 tor Ouidij, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem
 Ouidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias
 aiebat esse memoria tenendũ: occiso Achille hoc epiphonema
 apponit, Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,
 Hoc fuit. CASSIVS SEVERVS dixerat, Ostende no-
 bis captiuos. IVLIVS BASSVS dixerat, Ostende no-
 bis merendarios tuos. LABIENVS commodius uideba-
 tur dixisse, Ostende nobis alumnos tuos. P. ASPHRE-
 NATES dixit, Cum induxisset stipem porrigentem men-
 dico. O felicem patrem: & hoc qui dicit fortasse pa-
 ter est.

Controuersia XXXIIII.

Læſæ religionis ſit actio. Parrhaſius pictor Athenienſis, cū Philippus captiuos Olynthios uenderet, emit unū ex his ſenē, perduxit Athenas, torſit, & ad exemplar eius pinxit Promethea. Olynthius in tormentis perit, ille tabulā in tēplo Mineruæ poſuit, accusatur religionis læſæ, **GAVII SYLONIS** Infelix ſenex uidit iacentis diuulſæ patriæ ruinas, abſtractus à coniuge ſuper exuſtæ Olynthi cinerē ſtetit, iam ad figurandū Promethea ſatis triſtis eſt, quo proh Iupiter, quē enim melius inuocē aduerſus Parrhaſium, quā quē imitatus eſt? Olynthum tantū picturæ tuæ excipio. Numquis ut naufragiū pingeret, merſit? cæditur, parū eſt inuritur, etiamnum parū eſt, laniatur, hoc inquit in irato Philippo ſatis eſt, ſed nondum in irato Ioue. **IVLII BASSI** Producitur puer, ſuperuacuum eſt inquit, nondū quantū ſatis Prometheo poteſt cernere. Vltima Olynthij deprecatio eſt, Athenienſis redde me Philippo. Non eſt iſtud donū, ſacrilegiū eſt. Seruus inquit meus fuit. Putes Philippū loqui. Adem Mineruæ tanquam caſtra Macedonū fugiunt. **CLODII TVRRINI.** Parū inquit triſtis eſt, niſi quia Athenienſem dominū ſortitus eſt. Dabo tibi Parrhaſi maiora tormēta, duc illū ad iacentem Olynthū, duc illō ubi liberos, ubi domum perdidit, ſcis certe quā triſtē illū emeris. Olynthijs urbē aperuimus, tēpla præcluſimus: ergo minime Olynthius tortus eſſet, ſi oēs illos Macedones emiſſent. Torquetur, hoc nec ſub Philippo factū eſt, moritur, hoc nec ſub Ioue. **ARGENTARII.** Hoc hoſpitiſio Olynthius Athenis exceptus eſt: tantū ergo Olynthius poſſit, Parrhaſius quid nō? & oculos noſtros torquet, ibi ponit tabulā ubi fortasſe nos tabulā ſcederis poſuimus. Hoc Promethea facere eſt, non pingere. Aiebat tortoribus, Sic intendite, ſic cædite, ſic iſtum quem fecit, cū maxime uultum ſeruare, ſit ſibi

sibi ipsi exēplar. CAESPII PII. Emi, inquit, imò si Athe-
niensis es redemisti, si nescis Parrhasi in isto tēplo pro Olyn-
thijs dona soluuntur. Crudelis ille Græciæ carnifex, istum ta-
men nihil amplius quàm uēdidit: producitur nobilis senex, lō-
ga miseriarū tabe confectus, reductis introrsus oculis tam tri-
stis, quasi iam tortus esset. Ut admoueri sibi catenas uidit, su-
peruacue inquit sunt, si ad aliū dominū peruenissem, Athenas
fugerē, Istud tibi in nullo Olynthio permitto, nisi Laſthenem
emeris. TRIARI. Corrupuisti duo maxima Promethei mu-
nera ignem & hominē. Quēcunq; præco flentē uiderat, scie-
bat te emptorē, miserabantur oēs. Te fortasse & Philippus
reduci iuſſiſſet, si Atheniensem uidisset emptorē, quod ego ſā-
bulosum esse nō dubito. Sed utrū uult Parrhasius eligat, parū
pie, aut infamū auctione imitatus est. Clamabat iste, nondū sa-
tis tristis es, nondū satis inquā adiecisti ad priorē uultū, talis
in auctione Philippus. MVSÆE. Narraturus sum Olyn-
thij senis ignes, uerbera, tormenta, aliquis me nunc queri de
Philippo putat. Dij de eſq; te per dant, misericordē Philippum
fecisti. Si isti creditis, tratū Iouem imitatus est, si nobis, iratū
Philippū uicit. Pinge Philippū crudelē, oculo effoso, iaculo
perfractū, per tot damna à dijs immortalibus tortū. COR-
NELII HISPANI. Vltima membrorū meorū tabes tor-
mentis immoritur. Parrhasi quid agis? nō seruas propositum:
hoc supra Promethea est: tantū patiendū est, pingēte Parrha-
sio, quantū irato Ioue. ARELLII FVSCI PATRIS.
Pinge Promethea, sed homines facientē, sed igneis diuidentē,
pinge, sed inter munera potius quā inter tormenta. Inter al-
taria, Olynthij senis crucē posuit. Miserrime senex, forte ex
seruis tuis aliquis felicius seruit, utiq; felicior est, quisquis Ma-
cedoni seruit. FVLVII SPARSI. Si ad currendū pro-
fectus es, queror, quod utinā Philippe his auctione cū exce-
ptione

ptione fecisses, ne quis Atheniensis emeret. Non uidit Phidias
 Iouē, fecit tamē uelut tonantē. Nec stetit ante oculos eius Mi-
 neruz, dignus tamē illa arte animus & cōcepit deos, & exhi-
 buit. Quid facturi sumus, si bellum uolueris pingere, diuersas
 uirorū statuemus acies, & in mutua uulnera armabimus ma-
 nus, uicti sequētur, uictores cruenti reuertētur? Ne Parrhasij
 manus ludat temere coloribus, internicioni humane timendū
 est? Si necesse est aliquē torqueri, eme nocentē seruū, ut eodē
 tēpore ex eo exēplū sumas & suppliciu. Statuitur ex altera
 parte Parrhasius cū coloribus, ex altera tortor cū ignibus,
 flagellis, eculeis. Ista aut uidentē, aut expectantē Parrhasi pa-
 rum tristē putas? Dicebat miser, nō prodidi patriā. Atheniēses
 si nihil merui, succurrite, si merui, reddite Philippo: Inter ista
 Parrhasius dubiū est studiosius pingat, an ille scuiat, torqucat,
 uerberet. Sic iste carnifex colores tēperat. Quid ais? parū tri-
 stis uidetur, quē Philippus uēdidit, emit Parrhasius? Etiānum
 torque, etiānum bene habet, sic tene. Iste uultus esse debuit la-
 cerati, hic moriētis. PORTII LATRONIS. Si uidetur
 tibi, istis muneribus arā misericordie orna. Nemo ergo ex
 Olynthijs miseriūseruit, quā qui Atheniensem dominū sor-
 titus est. Miser ubicunq; Philippū non uiderat, pacē putabat.
 Alliga inquit, aiebat. Solutus apud Philippum fuit. ALBV-
 TII SYLLI. Expecta dū Euthycrates aut Lasthenes cā-
 piatur. Pythia somnia Parrhasi me tortor effecit. Philippus
 quoq; uēdidisse cōtentus est. Producitur senex nobilis, flēs, re-
 spiciēs patriā, placuit isti uultus, habuit aliquid Promethei si-
 mile, etiā antequā torqueat, diligētē agit causam, ut Philip-
 pus Olynthio nō est, ego pecuniā perdidī, redi ad auctorem.
 Propter hominē Prometheus distortus, propter Promethea
 hoies ne torseris, Philippus sic rogabatur, liceat Olynthijs ui-
 uere. Parrhasius aliter rogatur, Olynthijs mori liceat. Tristē

nolo facere. Nemo faciet, si Philippus non fecit, Hęc cōtrouersia magna pars declama: orū sic dixit, ut nō cōtrouersia diuideret, sed accusationē, quomodo solēt ordinare actionē suā in foro, qui primo loco accusant. In scholastica, quia nō duobus dicitur locis, semper nō dicendū tantū, sed respondendū est: obijciunt quod hominē torserit, quod Olynthiū, quod deorū supplicia imitatus sit, quod tabulā in tēplo Mineruę posuerit. Si Parrhasius respōsurus nō est, satis bene diuidūt. Nihil est autē turpius, quā aut eā cōtrouersia declamare, in qua nihil ab altera parte responderi poterit, aut nō refellere, si responderi potest. GALLIO serē simlē diuisionē in Parrhasio habuit, ei quā habuerat in illa cōtrouersia, cuius mētio est in hoc ipso libro, debilitabat expositos, detractis quibusdā. Diuisit autem sic, An læsa sit religio, quid perdidit inquit? nihil. Nondum de iure cōtrouersia facio. Perdidit unū senē Olynthus, fac Atheniensem, nō ages mecū reipublicę læsę, si Atheniensem senatorem occidero, sed cædis: ita uero Atheniensium corrūpitur opinio, misericordia semper censi sumus. Nunquā unius factō publica fama corrūpitur. Solidior est opinio Atheniensium, quā ut labefactari ullo modo possit. Læsa est inquit respub. Si quis Olynthi depositū negauerit, uidebitur, ut existimo non remp. sed hominē læsisse. Olynthijs hoc tribuisti, ut eodē loco essent, quo Athenienses. Læsiisti inquit rem publicā, lædunt remp. qui aliquid illi auferūt, non qui adijciūt, qui diruunt tēpla, non qui ornāt. Peccauerunt ergo & sacerdotes, qui tabulā receperūt, quare tamen non reciperēt? Deorū adulteria picta sunt, posite sunt pieturę Herculis liberos occidentis. Deinde an ob id accusari possit læsę reipub. quod ei facere licuit. Ea lege persequere, quia non licuit: dicis mihi, hoc facere nō oportet: huic rei æstimatio immensa est. Itaq; nulla uindicta est. Et id tantū punitur, quod non licet. Satis abundeq; est, si opifex rerum im-

peritus ad legem innocens est, An hoc ei facere licuerit. Hoc in illa diuiditur, An Olynthius fuerit apud Atheniensem, etiam antequam fieret decretum. Seruus inquit est meus, quem ego emi belli iure. Vobis Athenienses expedit, alioquin imperium vestrum in antiquos fines redigitur, quicquid est bello partum. Et est contra. At ille seruus alij emptori esse potest, Atheniensi non. Quid enim si Atheniensem a Philippo emisisset? Atqui sciebas Olynthios nobis coniunctos esse foedere. Vt scias, inquit, seruos fuisse, decretum postea factum est Atheniensium, quo iuberentur & liberi & ciues esse. Quare hoc illis ius, si iam habebant, dabatur? Deinde an decreto hoc non contineatur, liberi ut fiant, sed ut esse liberi iudicentur. Hoc censuimus Olynthios ciues nostros esse, ita & ille ciuis noster fuit. Non inquit, nam decretum in futurum factum est, non in praeteritum: vis hoc scire? Non quisquis Olynthium seruum habuit, accusabitur, quod ciuem in sua seruitute tenuerit. Si quid tunc inter necessaria seruilium officiorum ministeria percussit aut cecidit, iniuriarum accusabitur. Atqui quantum ad ius attinet nihil interest occiderit, an ceciderit. Nam aut nec caedere licuit aut occidere. A parte Parrhasij fecit hunc colorem, emptum esse a Parrhasio senem, inutilem, expiraturum. Si uerum uultis inquit, non occidit illum, sed deficientis, & alioquin expiraturi morte usus est. Torsit inquit tamen: si lucri causa, obijce, nempe crudelitatis precium Athenae habent. In argumentis dixit, quantum semper artibus licuisset, medicos ut uim ignoratam morbi cognoscerent uiscera rescidisse, hodie cadauerum artus rescindi, ut neruorum articulorumque positio cognosci possit, ALBERTIVS hoc colore, calamitosum fuisse, orbem palam mortem optantem, nec aliter illum Philippus uendidisset, nisi putasset illi poenam esse uiuere SYLO POMPEIVS, putabat commodius esse, si hoc animo isset Parrhasius ad auctione, ut al-

quem

quem in hunc usum emeret: poterit enim uideri elegisse uilissimum & maxime inutilem. FVSCO ARELLIO placebat, emptum quidem illum in alios usus, sed cum deficeret, & mori uellet, in id quod unum ex cadauere artifex poterat impensum. GALLIO ad neutrum se alligauit, nec dixit quo animo emisset. GALLIONIS color intolerabilis est, dixit enim senem ex noxijs Olynthijs emisse, quod si licet illi fingere, non uideo quare non eadem opera dicat, & conscium proditionis Latheni fuisse, & se pœnæ causa torsisse. HISPOROMANVS ignoratiam illam excusauit. Pictor inquã intra officinam suam clausus, qui hæc tantum uulgaria iura nouerit, in seruum nihil non domino licere, pictori nihil non pingere, mancipiũ suum operi suo impendit. Non omnia inquit narras, Olynthius fuit ille qui perijt. Quid autẽ ad rem pertinet, cuius nationis seruus fuerit? Audes inquit seruũ dicere Olynthium, etiam post bellum, & ante decretum? alioquin quod uos illi dedistis beneficium, nisi quod iam illos nec torquere liceret, nec occidere? Græci nefas putauerunt, pro Parrhasio dicere, oẽs illum accusauerunt, in eosdem sensus incurrerunt. GLICON dixit, TRIARIVS hoc ex aliqua parte cum surriperet, inflexit. Hos aiebat SEVERVS CASSIVS, qui hoc facerent, similes sibi uideri furibus, alienis poculis ansas mutantibus. Multi sunt qui detracto uerbo, aut mutato, aut adiecto putant se alienas sententias lucrificasse. TRIARIVS autem sic uertit, Corrupisse duo maxime Promethei munera, ignẽ & hominẽ, sed egregie illam surripuerunt, EVCTEMON qui dixit, sanius quã GLYCON DAMVS corrupitissime. hic est CRATON uenustissimus homo, & pro homo et professus. ASINIVS qui bellum cum omnibus Aeticiis gerebat, cum donaret illi Cæsar talentum in quo xxiiij. sestertia sunt Atheniensium more hic Cæsari quod illum

nunquã nisi mense Decembri audiret, dixit & cõmendaretur à Cesare, PASSIENS Nec curaret interroganti, quare non cõplecteretur tanti uiri gratiam Sæpe solebat apud Cesarem cum imagine conflagere hominẽ acidæ linguæ, & qui nimis liber erat, puto quia diu nõ fuerat ex captiuo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario usq; ad amicitia Cesaris, felix usq; eo utranq; fortunam cõtēpsit, & in qua erat, & in qua fuerat, ut cum illi multis de causis iratus Cesar interdixisset domo, combureret historias rerum ab illo gestarũ, quasi & ipsi ingenio suo interdiceret, disertus homo & dicax, à quo multa improbe, sed uenuste dicta, ne modũ excedam, excurro & ad Parrhasiũ reuertor. NICETS dixit HISPO ROMANVS dixit, ignes, ferrum, tormenta pictori isti à Philippo officina est. SPARSI sententia in descriptione picturæ habet aliquid corrupti, & ubicunq; sanguine opus est, humano utitur, dixit enim quod fieri non potest. Illum locum omnes tentauerunt, quid si uolueris bellum pingere? quid si incendium? Quid si parricidium? A Græcis DORON furiose dixit, Sed nihil est quod minus fieri possit, quàm quod à METRODORO dictum est, TRIARIVS dixit, Nondum dignum irato Ioue genuisti. HATERIUS dixit sanius, Nondum uultus ad fabulam conuenit: & illud, Parrhasi, ut omnia fiant ad exemplum, uiuat qui tortus est, Si uultis audire supra quod nõ possit procedere insania, LICINIVS NEPOS ait, Si uultis digne punire Parrhasium, ipse se pingat. Non minus stulte AEMILIANVS quidam Græcus rhetor, quod genus studiorum amabilissimum est. HEXARIDA fatuus dixit, OTHO PATER cum pro Parrhasio dicret, hoc colore derisus est, quia conciderant inquit per proditores Olynthij, uolui pingere iratum proditori suo Iouẽ. GARGIUS multo stultius, quare Pro-

methet

methei Parrhasius supplicium pinxisset? Ego, inquit, ardente Olyntho non odissem ignium autorem. LATRONIS illa celebris sententia est, quam SPARSVS quoque subtractis quibusdam uerbis dixit in descriptione mortuorum. Parrhasi emorior, sic tene: hanc sententiã aiunt et DIOCLEM CARISTIVM dixisse non eodem modo HISPO rideon honeste ROMANVS fecit, multo enim uehementius insanit quã nostri fanatici. Voluit uideri uolturios ad tabulam Parrhasij aduolare, fabula eleganti, ad turpem sententiam perductus traditur ZEVSIN ut puto pinxisse puerum, uiam tenentem, & cũ tanta esset similitudo uuae, ut etiam admirationem faceret operi, quendam ex præceptoribus dixisse, aues male existimare de tabula, non fuisse enim aduolaturas, nisi similis esset. ZEVSIN aiunt obleuisse uiam, et seruasse illud, quod melius erat in tabula, nõ quod similis SYPIRIDIO æque familiariter in templum uolturios subire putauit, quã passeret aut columbas. Dixit enim. Sed nolo Romanos in ulla re uinci. Restituet aciem MVREDIVS, qui dixit, Pinge Triptolemũ, qui iunctis draconibus sulcauit auras. Inter illos, qui de Prometheo corrupte aliquid dixerant, & APATVRIVS locum sibi uindicat, dixit enim, O.

CONTROVERSA XXXV.


EVr concione prohibeatur. Quidam cum diuitem prodigionis postulasset, noctu parietem eius effodit & scrinium in quo erant missæ ab hostibus epistolæ sustulit, damnatus est diues. Accusator concionari cum uellet à magistratu prohibitus agit iniuriarum. PORTII LATRONIS, id solum sustulit, quod fur reliquisset, nihil tam fur timuit, quã ne domus res suas non agnosceret. Fac mihi inuidiam, prodidi furtum meum: ago magistratui isti gratias, cum ad illum furtum meũ detulisset, furem summoueri non iussit. Ruentem ciuitatis

statum unius parietis ruina reposui. OSCI. Sollicitus erat, ne quod perdiderat, quaereretur. Indicium profiteor, multos furti conscios habeo, at illud tuto illi ostendi, hoc furtum non solus habeo. Furtum est quod timet dominus agnoscere? potui non esse pauper, habui quod magno uenderem. Teneo ecce epistolas in quibus manifesta proditoris argumeta sunt, in quibus hostium consilia. Te interrogo, si furtum est, repono. MVSAB. Furtum uocas, quod qui perdiderat, negabat suum? furtum fecisset ex hostibus. CLODII TVRRINI, Furtum uocas, quod qui perdiderat, supplicium tulit, qui surripuerat premium? Vtri permisissetis loqui, si eodem tempore fur uenisset et dominus? Potui rempublicam magno uendere uel proditori. ARELLII FVSCI PATRIS. Mille nauium domini Graeci furto Troiam cepistis. Si bene furto euertuntur urbes, quanto melius seruantur? Si non indicauero cuius sit, nemo cognoscet. VIBII RVFFI, Cuius ego si potuissem, non parietem tantum, sed pectus ipsum perfodissem. Nondum totum consummaui officium, non est tam angusta Respublica, ut ab uno opprimi possit. CAESTII PII. Nolite a me omnia exigere quae scio, multa sunt, quaedam & in concione dicenda.

Hoc furtum liberos nostros docete, Rogo uos iudices per furtum meum, quoties furtum meum protuli, tacet dominus, ego fur. Ecce altera iniuria, non tu inquit perfodisti domum. Tace, ego noui ista melius. Narrare soleo, non negare quae scio.

Libri sexti & ultimi Controueriarum finis.

L. ANN

L
N

unde sc
est Ego
uerum p
tere. Si
Quis un
fuerit a
in caelum
non passu
in caelo
August
terrogat
faciet. N
caelum a
dit quod
rum, etia
ego quae
felicem h

L V C I I A N -
 N A E I S E N E C A E
 I N M O R T E M C L A V -
 D I I C A E S A R I S
 L V D V S .

*



VID actum sit in caelo ante diem tertium
 Eidus octobris, Asinio Marcello, Acilio
 Auiola, Cos. Anno nouo, initio seculi felicissi-
 mi, uolo memoriae tradere. Nihil offense uel
 gratiae dabitur. Haec ita uera si quis quaesierit
 unde sciam. Primum, si uoluero, non respondebo. Quis coacturus
 est? Ego scio me liberum factum, ex quo suum die obiit ille, qui
 uerum prouerbiu fecerat, Aut regem, aut fatuum nasci oport-
 ere. Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam uenerit.
 Quis unquam ab historico iuratores exegit? Tamen si necesse
 fuerit auctore producere, querite ab eo, qui Drusillam euntem
 in caelum uidit. Idem Claudium uidisse se dicet iter facientem,
 non passibus aequis. Velit, nolit, necesse est illi omnia uidere, quae
 in caelo agantur. Appiae uiae curator est: qua scis & diuum
 Augustum, & Tiberium Caesarem ad deos isse. Hunc si in-
 terrogaueris, soli narrabit, coram pluribus nunquam uerbum
 faciet. Nam posteaquam in senatu iurauit se Drusillam uidisse
 caelum ascendentem, & illi pro tam bono nuncio nemo credi-
 dit quod uiderit, uerbis conceptis affirmauit, se non indicatu-
 rum, etiam si in medio foro hominem uidisset occisum. Ab hoc
 ego quaecumque audiui, certa, claraque afferro, ita illum saluum &
 felicem habeam.

BEATI

BEATI RHENANI SELESTADIENSIS, IN LVDVM L. AN-
 nzi Senecæ de morte Claudij Cæsaris scholia.



Quid actum sit. Claudius Cæsar Drusi Germanici filius, qui Caio proxime successit, talem egit principem, ut neficias stultior ne fuerit, an crudelior. Hunc Annens Seneca hoc libello, quem ludum de morte Claudij Cæsaris inscripsit, mirè taxat & suis (quod aiunt) coloribus graphicè depingit. In causa autem non nihil fuisse crediderim, quæ sic Claudium infestaretur, quod sub eo exulauit. Cuius rei ipse meminit in lib. De breuitate uitæ ad Paulinum his uerbis de Cæsare blandiuscule loquens. Nec enim sic me deiecit, ut nollet erigere, imò ne deiecit quidem, sed impulsus è fortuna & cadentem sustinuit, & in præceptum euntem, leniter diuinæ manus usus moderatione deposuit. Hæc Seneca. Cæterum cum Agrippina Claudio nupsisset, ne malis tantum facinoribus innotesceret, ueniam exilii pro Anneo Seneca simul præturam impetrat, lætum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius, utq; Domitii pueritia tali magistro adolesceret, & consiliis eiusdem ad spem dominationis uteretur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii, & insensus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Hæc Tacitus.

In cælo. Ridicule cœpit, pollicens se traditurum, quæ in cælo ante diem tertium Eidus Octobris acta sunt, quasi illic sint Calende. Sic Homerus subinde describit, quid interea dii fecerint in cælo. locus est ex imitatione: nam ita exordimur annales. Ante diem tertium.) Excessit enim Claudius tertium ante eidos Octobris, Afinio Marcello, Acilio Auiola Coss. lxxij. ætatis imperii xiiij. anno. Ac ueneno quidem occisum conuenit, ubi autem, & per quem dato discerepat. Autor Tranquillus & Tacitus. Eidus autem per ei diphtongum græcam scriptum est, qua utebantur antiqui in his, quæ i extensum habent, id quod in uetustis inscriptionibus etiamnum uisitur.

Felicissimi. Ob Claudium sublatum.

Ego scio me liberum factum. Innuit tyrannidem Claudii, uel optimis optima, cum loqui tunc agere prohibentis.

Aut regem aut fatuum. Hic stultitiam Claudii notat, neque in falso. Nam mater Antonia portentum cum hominis dicebat, nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum, ac si quem fo-

cordiæ argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Auia Augusta pro despectissimo semper habuit: non affari, nisi rarissime: non monere, nisi acerbò & breui scripto, aut per internuncios solita. Soror Livilla quum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam, tam indignam sortem populi Romani palàm & clarè detestata est, ut scribit Tranquillus. Hoc autem proverbio, Aut regem, aut fatuum nasci oportet, antiqui regum uecordiam taxabant. Nam quemadmodum in fatuis, risu, quæcunq; fecerint, excipimus, sic regum quoq; facta nemo non probat. Proinde uerissimum est facultatibus licentia; & adsentationibus ali principum uitia, quod de Antonio Velleius Patereulus scriptum reliquit. Cæterum nisi stulti fuissent olim reges, non essent tot libri illorum fatuitatibus referti, hoc est, factis, non tam stultis sæpenumero quàm sceleratis, ac impiis cædibus & bellis, quibus in hoc mundo nihil stultius. Qui huius proverbiij explicatiorem interpretationem legere cupit, Erasmi Roterodami, quem equidem ut præceptorem & ueneror & suspicio, Chiliades adeat. Illic enim præter eruditionem, quæ huic nusquam deest, etiam ad uitam rectius instituendam, saluberrimam inueniet cohortationem.

Quis unquam ab historico. Salsissimè taxat uanitatem historicorum, qui scribunt quicquid uolunt, nullo fideiusso.

Autorem producere. Autor est, non solum is, cuius status & autoritate sit aliquid, uerum is, unde rumor est ortus. Produci autem testes dicuntur.

Querite ab eo, qui Drusillam. Caius Cæsar (ut refert Suetonius) Drusillam sororem uitiassæ uirginem creditus est, quam mox Lucio Calsio Longino consulari collocatam abduxit, & in modum iustæ uxoris propalam habuit. Eadem defuncta iustitium iniecit, in quo risisse, lauisse, cœnasse, cum parentibus, aut coniuge, liberis uel capitale fuit, cuius amorem quanti faceret, uel hac re docuit, quòd post mortem eius repente noctuq; ab urbe profugiens, transcursa Campania, Syracusas petiit. Rursusq; inde properè rediit barba capilloq; promisso. Nec unquam postea, quantiscunq; de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per nomen Drusillæ deierauit. Seneca quoque nosster in libro De breuitate uitæ, Suetonio adstipulatur, affirmans Caium post mortem Drusillæ, furiosa inconstantia modo barbam capillumq; submittentem, modo Italiæ ac Siciliæ oras errabundum permetientem, nunquam satis certum fuisse, utrum lugeri uellet, an coli sororem. Eodè enim tempore, quo templa illi constituebat & puluina, eos qui parum

mœsti

mœsti fuerant, crudelissima afficiebat animaduersione. Hanc igitur Druſillam, quidam cum eſſet uia Appiæ curator, in qua ſepeliebantur Romani, ut gratificaretur Caio, cœlum aduentem ſe uidiſſe in ſenatu iureiurando affirmauit: quod cum illi nemo crederet, ſed rideretur potius, ſanctè promiſit, ſe nihil amplius, ne ſi hominem quidem in medio foro occiſum uidiſſet, deinceps indicaturum.

Non paſſibus æquis. Particula eſt carminis Vergiliani in Aeneide. Reſpexit autem ad id, quod Tranquillus de eo refert, his uerbis. Cæterum ingredientem deſtituebant poplites minus firmi.

Velit, nolit. *Εἰ ποὺ γινῶς* dixit.

Appiæ uia. Hæc ſic nominata fuit ab Appio, qui eam muniiuit, ut autor eſt Liuius in nono primæ Decadis. Eſtq; præcipua uiarum, ducens Brundiuſum, in qua erant conditoria ſepulcrâq; Romanorum.

Diuum auguſtum. De quo ſic inquit Suetonius. Nec deſuit uir prætorius, qui ſe eſſigiem cremati euntem in cœlum uidiſſe iuraret.

Soli narrabit. Notat morem eorum, qui huiuſmodi portenta ſpargunt in uulguſ. Primum unicuiquam narrant, uelut arcenum, quod ſileri uelint, deinde fama ſerpiſ, alio aliis per manus tradente.

Conceptis uerbis. Conceptis uerbis proprie iuramus, cum (ut Latine dicam & eleganter) alio præſente, ac iuſiurandum dictante, aliquid expreſſis ad certam formulam uerbis, promittimus. Plautus in Bacchidibus, Ego iuſiurandum conceptis uerbis dedi, daturum id me hodie mulieri ante ueſperam, nunc pater ne petierem cura.

Etiã ſi in medio foro. Taxat obiter urbem Romanam, in qua tanta erat impunitas malis, ut homines ſæpenumero in medio foro occiderentur. Id quod paſſim fiebat Romæ ſub Alexandro, frequentiſſimo foro, in meridie,

*Iam Phœbus breuiore uia contraxerat ortum
Lucis, & obſcuro creſcebant tempora ſomni.
Iamq; ſuum uictrix augebat Cynthia regnum,
Et deſormis hyems gratos carpebat honores
Diuitis autumnus, uſq; ſenſcere Baccho
Carpebat raras ſeruus uindemitor uuas.*

Iam Phœbus. Chronographia est. Et tacite notat poëtas quosdam, qui huiusmodi descriptionibus explent uolumina. Quos taxauit & Horatius in arte poëtica, cum lucus & ara Dianæ, Et properantis aquæ peramœnos ambitus agrôs, Aut fluuen rhenum, aut pluuius describitur arcus.

Gratos carpebat honores. id est, fetus. Sic Horatius, miris honores uocat, quicquid frugum terra producit.

Puto magis intelligi si dixero, mensis erat October, dies quintus eiusdem Octobris. Horam non possum tibi certam dicere, facilius inter philosophos, quàm inter horologia conueniet. Tamen inter sextam & septimam erat. Nimis rustice acquiescunt oneri poëtæ, non contenti ortus & occasus describere, ut etiam medium diem inquietent.

Tu sic transibis horam tam bonam?

Iam medium cursu Phœbus diuiserat orbem,

Et propior nocti fessus quatiebat habenas,

Obliquo flexam deducens tramite lucem.

Puto magis intelligi. Poëtas notat nimis anxie tempus describentes, & id multis carminibus, cum interim quatuor quum maximum uerbis, & quidem expressius dici posset.

Facilius inter philosophos. Festiuè dictum in horologiorum discrepantiam. Simulq; philosophorum perpetuum illud dissidium latenter taxat. Nam cui non notum est, quàm inter se philosophi omnes in *διαφέρεται* (quod aiunt) dissideant? Plato si quidem (ut in hanc digressiunculam expatiemur) unum Deum unigenitum ex seipso natum censuit, Anaximander cœlestia sydera, Deos esse. Thales animam mundi, deum putat, Aristoteles formam separatam, sphaeræ quidem uniuersi innitentem, Democritus mentem ignitam, mundi animam, Epicurus specie humana deos esse, Pythagoras, monada, Stoici deum ignem esse, necnon spiritum, qui mundum uniuersum penetret. Denique Euererus Tegeates, & Theodorus Cyrenensis, nullos esse deos. Quid cum de principiis rerum disputant, nonne diuersissima sentire uidentur? Anaximenes Milesius, aërem esse rerum principium, astruxit. Thales aquam, Anaxagoras Clazomenius particulas similes,

Herac

Heraclitus ignem. Archelaus Atheniensis, aëris infiniti raritatem ac densitatem, Empedocles amicitiam & litem, Pythagoras numeros, & horum commensiones, Plato deum, materiam, & ideam, Zeno deum & materiam, & quatuor elementa, Aristoteles, entelechiam, materiam, & priuationem, elementa quatuor, & quintum quoddam corpus. An uerò de mundo inter illos conuenire putase Nullibi magis dissident. Nam Plato deum ad sui exemplum ait, mundum affinxisse, Aristoteles sempiternum esse uult, Epicurus planè interitum, Xenophanes sempiternum, corruptionis expertem, Pythagoras & Stoici genitum à Deo, sed ex sua quidem natura nequaquam interitus immunem. Plato quoque animantem esse mundum asseuerat, seq; ex tabescentibus alere, Democritus, Aristoteles, & Epicurus id constanter negant. Adde quod Thales unum mundum esse censuit, Democritus & Epicurus innumerabiles, ac horum discipulus Metrodorus, absurdum esse dixit, in agris unicum nasci spicam, unumq; in infinito mundum, innumeros autem esse quod innumerabiles eorum sint causæ, Seleucus infinitè mundum, Empedocles mundum quidem unum, sed uniuersi tantum exiguum esse particulam. Quid de anima, nonne pugnantia statuisse uidentur. Pythagoras animam definiit, numerum seipsum scientem, Aristoteles entelechiam primam corporis, Dicearchus quatuor elementorum harmoniam, Thales naturam irrequietam, sese mouentem, Asclepiades medicus, sensum coexercitationem, Plato substantiam intellectu præditam, Stoici spiritum feruidum, Anaxagoras aëri similem, Democritus ignitum quiddam, Epicurus elementarem temperaturam. Neque uerò secius de animæ principatu, qua uidelicet in parte sit, longe lateq; dissident. Herophilus enim in uentriculo cerebri sedem animæ ponit, Plato & Democritus in toto capite, Erasistratus circa membranam cerebri, quam Epicranidem uocat, Strato in superciliorum interstitio, Parmendes & Epicurus in toto pectore. Diogenes in arteriaco cordis uentriculo, Stoici in toto corde uel spiritu qui circa cor uersatur. Nonnulli in ceruice cordis, quidam in præcordiis, Empedocles in sanguinis concretionem. Ad hæc nonne de sole & luna inter se ridicule propemodum euariant. Anaxagoras, Democritus & Metrodorus solem esse aiunt globum ferri candentem, uel saxum ignitum, Philolaus solem uitri modo pellucens, ab igne cœlesti splendorem accipere, Xenophanes nubem flagrantem. Lunam uerò Heraclitus terram dixit nebula obuolutam, Stoici temperamentum ex igne aëreque, Pythagoras igni tum

lunæ

Lunæ corpus, Xenophanes esse nubem cõstipatam, Democritus conglobationem igitam. Sic de magnitudine horum discordes sunt. Anaxagoras enim solem putat Peloponeso maiorem. Heraclitus latitudine pedali, Anaximander terræ æqualem, circulum uerò quo uehitur, septies & uicies terra maiorem. Lunam similiter terra maiorem Stoici censent, Parmenides soli æqualem esse contendit. Sed quid hæc uerbosus persequimur, cum bona pars librorum utriusq; linguæ, id genus opinionibus sit referta, & quidam luculenti scriptores de his ex professo tractarint. Satis superq; sit, è tanta copia nos uno atq; item altero argumento breuiter indicasse, quàm nihil inter ueteres philosophos uspiam conueniat. In quorum locum superioribus seculis, Scotus, Thomas, Aegidius Romanus, alii (si diis placet) successerunt, inter quos uon minus quàm antiquos illos discrepat, ut uel hac re priscos Academicos, Stoicos, Peripateticosq;, maxime referre uideantur. Proinde neutiquàm absurdum erit, si iocum Senecæ uerterimus, ut dicamus, Facilius inter horologia conuenire, quàm inter philosophos.

Nimis rustice. Exactam poëtarum curam, etiam in minimo temporis articulo describendo ridet.

Clodius animam agere cœpit, nec inuenire exitum poterat, Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, unam de tribus Parcis eduxit, & ait, Quid fœmina crudelissima hominem miserum torqueri pateris? nunquàm meritum, ut tamdiu cruciaretur. Annus sexagesimus & quartus est, ex quo cum anima luctatur. Quid huic inuides? Et respondit, Patere Mathematicos aliquando uerum dicere, qui illum postquàm princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum si errant.

Animam agere. Agere animam, est niti ad mortem. Tacite uerò ridet Claudium, qui crebro uentris crepitum solebat edere. Nam anima pro uento quoq; ponitur. Agebat igitur animam, uentrem ea non potuit erumpere, quod aliquoties accidit, conanti uentris exprimere flatum.

Qui semper ingenio. Propter cognitiones causarum, quibus exilabat populum. Est enim Mercurius ἀγοραῖος.

P

Nunquàm

Nunquam meritum. Locus est ex ambiguo: nam utrumque potest intelligi, indignum longo cruciatus, & dignum praesentaneo, subitoque exitio.

Cum anima luctatur. Rursum alludit ad crepitum.

Patere Mathematicos. Verba sunt Clothus. Notat Gene-
thliacos, qui mendacissimi, medaciorum praesidem Mercurium co-
lunt, quem ne offendant, rarius uera dicunt. De Mathematicis non
minus scite quam uere Tacitus in decimo septimo, Genus homi-
num, inquit, potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate
nostra, & uetabitur semper, & retinebitur. Eodem autore de Ma-
thematicis Italia pellendis sub Claudio factum senatusconsultum
atrox & irritum.

Efferunt. Efferimus mortuos, quod Graecis dicitur *επιπράδα*.

*Horam eius nemo nouit, nemo enim illum unquam natum
putauit. Tum ille, Fac quod faciendum est.*

Dede neci, melior uacua sine regnet in aula.

*Sed Clotho, Ego mehercule, inquit pusillum temporis adijce-
re illi uolebam, dum hos pauculos qui supersunt, ciuitate do-
naret. Constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos,
Britannos, Sauromatas, & si qui ultra glaciale Boream in-
colunt Barbari, togatos uidere. Sed quoniam placet aliquos
peregrinos in semen relinqui, & tu ita iubes fieri, fiat. Ape-
rit tunc capsulam, & treis fusos profert. Vnus erat Auguri-
ni, alter Badæ, tertius Claudij. Hos, inquit, treis uno anno exi-
guis interuallis, temporum diuisos mori iubebo. Nec illum
incomitatum dimittam. Non oportet enim eum, qui modo se
tot milia hominum sequentia uidebat, tot praecedentia, tot
circumfusa, subito solum destitui. Contentus erit his interim
conuictoribus.*

Horam eius nemo nouit. Si expectas ut Mathematicus
tibi quicquam praedicat, opus est ut illi genituram tuam edisseras,
quod ab Augusto factum refert Tranquillus, cum in Apolloniz
secessu. Theogenis Mathematici pergulam comite Agrippa con-
scendisset.

Natum putauit. Indicat Claudii obscuritatem, quem nemo
senferit

senserit nascentem. Tullius se quosdam reges natos nescisse dixit, pro eo quod est prorsus ignorare.

Dede neci. Carmen Vergilii ex quarto Georg. de apibus.

Dum hos pauculos. Multis enim iā ius ciuitatis donauerat.

Ciuitate donaret. Donare ciuitate, est ius ciuitatis tradere, & planè facere ciuem. Hoc etiam Romanam ciuitatem dare Suetonius dixit. sic de Galba imperatore scribens, ciuitatem Romanam raro dedit.

Constituerat enim. Indicat indulgētiam Claudii, qua etiam externos minimeq; merentes honoribus afficiebat. Nam ut scribit Tacitus, A. Vitellio, L. Vipsano consulibus, cum de suppleudo senatu ageretur, primoresq; Gallia, quæ Comata appellatur, foedera & ciuitatem Romanam pridem assequuti, ius adipiscendorum in urbe honorum expetere, & id senatui non placeret, Claudius contra disseruit, maiores suos origine Sabina simul in ciuitatem Romanam, & in familias patritiorum adscitos, hortari ut paribus consiliis Republicam capeſſat, transferendo Romanam, quod usquàm egregium esset. Orationem itaq; principis sequuto patrum consulto, primi Edui senatorum in urbe ius adepti sunt. Præterea (ceu refert Tranquillus) ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulſit, Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrem quoq; ademit. Latum clauum (quamuis initio affirmasset, non lecturum se senatorem, nisi cuius Romani abnepotem) etiam libertini filio tradidit. Triumphalia ornamenta Syllano filia suæ sponſo nondum puberi dedit. Aulum insuper Plautium, qui suam uirtutem certis experimentis in expeditione Britannica probarat, Imperatoriæ maiestatis oblitus, ouantem sequutus est, & capitoliū conscendenti, læuum latus texit.

In semē relinqui. Belle dictum, à segetibus aut leguminibus sumpta metaphora.

Qui modo se tot. Videtur alludere ad triumphum Claudii, quo ob receptam Britanniam apparatu maximo triumphauit, ad cuius spectaculum, ut testatur Suetonius, commeari in urbem, non solum præsidibus prouinciarum permittit, uerum etiam exulibus quibusdam.

His. Augurino & Bada.

Hæc ait, Et turpi conuolens stamina fuso,

Abrupit stolidæ regalia tempora uitæ.

Et Lachesis redimita comas, ornata capillos,

Pieria crinem lauro frontemq; coronans.
 Candida de niueo subtegmine uellera sumit,
 Felici moderanda manu, quæ ducta colorem
 Assumpserunt nouum, mirantur pensa sorores.
 Mutatur uilis precioso lana metallo.
 Aurea formoso descendunt secula filo.
 Nec modus est illis, felicia uellera ducunt,
 Et gaudent implere manus, sunt dulcia pensa.
 Sponte sua festinat opus, nulloq; labore,
 Mollia contorto descendunt stamina fuso.
 Vincunt Tithoni, uincunt & Nestoris annos.
 Phœbus adest, cantuq; iuuat, gaudetq; futuris.
 Et lætus nunc plectra mouet, nunc pensa ministrat.
 Detinet intentas cantu, fallitq; laborem.
 Dumq; nimis citharam, fraternaq; carmina laudant,
 Plus solito neuere manus, humanaq; fata,
 Laudatum transcendit opus: ne demite Parca,
 Phœbus ait, uincat mortalis tempora uita,
 Ille mihi similis uultu, similisq; decore,
 Nec cantu, nec uoce minor, felicia lassis
 Secula præstabit, legumq; silentia rumpet.
 Qualis discutiens fugientia lucifer astra.
 Aut qualis surgit redeuntibus hesperus astris.
 Qualis cum primum tenebris aurora solutis
 Induxit rubicunda diem, sol aspicit orbem
 Lucidus, & primos à carcere concitat axes.
 Talis Cæsar adest, talem iam Roma Neronem
 Aspiciet, flagrat nitidus fulgore remisso
 Vultus & affuso ceruix formosa capillo.
 Abrupit. Mortem Claudii significat.
 Regalia tempora. Rursum allusit ad prouerbum, Aut re-
 gem, aut fatuum nasci oportet. Regis enim nomen apud Roma-
 nos,

nos, ut tyrannicum & barbarum, iniustum habebatur.

Et Lachesis. Poëtice natiuitatem Neronis describit. Sed & uanum augurem. Putabas optime Seneca, morte Claudii libertatem obuenisse Romanis. At quando Romæ sæuior unquam tyrannis fuit, quam sub Nerone, de quo tu tamen adeo præclara, sed planè falso Apolline uaticinaris. Id quod tandem ipse expertus es, dum ad necem te compulit.

Vincunt Tithoni. Tithoni & Nestoris longæuitas uel uulgo nota est.

Intentas cantu. Pro cantui passim id apud poëtas obuium.

Mibi similis. Apollinem enim ut citharædum pingunt. Talis in theatro sæpe uisus est Nero, Qui etiam statuas suas citharædico cultu posuit.

Nec cantu. Neronem in primis musicæ studiosum fuisse, neque quicquam eorum omisisse, quæ generis eius artifices & phonaici, uel conseruandæ uocis causa, uel augendæ factitabant, testis est Tranquillus. Apollinem enim æquiparare cantu, Solem aurigando uideri uolebat.

Legumq; silentia. Eleganter oppressas leges, silentia legum uocat. Iuxta illud, Silent leges inter arma.

A carcere. Sumpta est à certaminibus equorum metaphora, in quibus repagulum illud, unde fit initium cursus, carcer dicitur, quemadmodum meta ubi sistitur. Hinc à carcere, siue à carceribus, pro eo quod est, ab initio, prouerbiali figura iactatum. Carcerem in hac significantia græci *βαρβία* appellant.

Hæc Apollo. At Lachesis quæ & ipsa homini formosissimam fauoret, fecit illud plena manu, & Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes χαίρειν.

Et ille quidem animam ebullit, & eo desijt uiuere uideri. Expirauit autem dum comædos audit, ut scias me non sine causa illos timere. Vltima uox eius hæc inter homines audita est, cū maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur. Væ me, puto, concacauit me. Quid ante fecerit, nescio, omnia certè concacauit. Nec post boletum oppiparè medicamentis cõditum plus cibi sumpsit. Quæ postea in terris sunt acta, superuacuum est referre. Scitis enim optime, nec periculum est,

ne excidant memoriae, quae publicum gaudiū impressit. Nemo felicitatis suae obliuiscitur.

Plena manu. Hoc est, largiter & copiose. Prouerbiū est, quo utitur Cicero ad Atticum, libro secundo. At hercle alter familiaris tuus Horatius, quā plena manu, quā ornate nostras laudes in astra sustulit.

Desiit uiuere uideri. Sic scriptum est in exemplari ueteri. Significat autem eum fuisse non hominem, sed somnium hominis. Nam sequitur paulo post, uisus est quasi homo.

Comædos audit. Qui per simulationem fuerāt inducti, uelut desiderantem oblectaturi. Autor Suetonius.

Illa parte. Fœditatem assidue pedentis innuit: id uel ex hoc intelligas, quod edictum meditatus est, quo ueniam daret in conuiuio flatum, crepitumq; uentris emittendi.

Post boletum. Quem Agrippina medicatum uenenoq; infectum auidissimo ciborum talium obtulerat. Hinc boletos Nero, quasi deorum cibum, Græco prouerbio collaudare solebat.

Nemo felicitatis suae. Epiphonema est.

In cœlo quae acta sunt, audite. Fides autem penes autorem erit. Nunciatur Ioui uenisse quendam bonae staturae, bene canum, nescio quid illum minari, assidue enim caput mouere, pedem dextrum trahere: quæsisse, cuius nationis esset. respondisse illum, nescio quid perturbato sono, & uoce confusa, non intelligere se linguam eius, nec Græcum esse, nec Romanum, nec ullius gentis notæ. Tum Iupiter Herculem, quia totum orbem terrarum pererrauerat, & nosse uidebatur omnes nationes, iubet ire, & explorare, quorum hominū esset. Tum Hercules, primo aspectu sanè perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra timuerit, ut uidit noui generis faciem, insolitū incessum, uocem nullius terrestris animalis, sed (qualis esse marinis beluis solet) raucam & implicatam, putauit sibi tertium decimum laborem uenisse. Diligentius autem intuenti, uisus est quasi homo. Accessit itaq; & quod facillimū fuit, Græculo ait, Τίς, πόδες εἰς ἀνδρῶν, πόδι τοι πτόλις, ἴδὲ τοῦτες? Vbi
hec

*hæc Claudius, gaudet esse illic philologos hoïes, sperat futurũ
aliquẽ historijs suis locum. Itaq; & ipse Homericò uersu Cæ-
sarem se esse significans ait,*
*Erat autem sequens
uersus uertor æque Homericus,*
*Et imposuerat
Herculi minimo discrimine fabulam, nisi fuisset illic Febris,*
*quæ sano suo relicto, sola cũ illo uenerat. Cæteros omnes deos
Romæ reliquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat. Ego tibi
dico, quæ cum ipso tot annos uixi, Lugduni natus est. Marci
municipẽ audis, quod tibi narro, ad decimum sextũ lapidem à
Vienna natus est. Gallus germanus. Itaque quod Gallum fa-
cere oportebat, Romam cepit. Hunc ego reddo tibi Lugduni
natum, ubi L. Licinius multos annos regnauit. Tu autem qui
plura loca calcasti, quam ullus mulio perpetuarius, Lugdu-
nenses scire debes, & multa milia inter Xanthum & Rho-
danum interesse.*

Bonæ staturæ. Autoritas enim dignitasq; formæ nõ defuit,
uel stanti, uel sedenti, ac præcipue quiescenti: nam & prolixo nec exi-
li corpore erat, ut refert Tranquillus.

Bene canum. huic enim specie canicieq; pulchra.

Caput mouere. Habuit enim Claudius caput cũ semper, tum
in quantulo cumq; actu, uel maxime tremulum.

Pedem dextrum. Nam ingredientem destituebant poplites
minus firmi, quod supra retulimus.

Tertiumdecimum laborem. Duodecim labores Hercu-
lis à nullo Poëta non sunt celebrati. De his & Vergilij titulo car-
men extat

Græculo. Nam non mediocri cura Claudius Græca studia
sequutus est. Ac sæpe in senatu legatis perpetua oratione respondit.
Multum uerò pro tribunali etiam heroicis locutus est uerbis, ut
scribit Suetonius.

Ait. *Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθεν τοι πατρίς, ἡ δὲ τῶν ἄλλων.* Hoc est,
Qui nam es, unde uenis, tibi quæ patria atque parentes? Hoc carmen
ex primo Odysseæ, in hunc locum substituiimus. Verba sunt Tele-
machi, Mineruam alloquentis quæ illi Mente Taphiorum regis spe-
cie tum apparuerat.

Philologos. Erāt philologi, qui multiplici uariaq; scientia cẽse-
bantur

bantur, qualis fuit primum Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi uendicauit. Deinde Ateius Romæ tempore Salutii, quemadmodum refert Tranquillus de claris Grammaticis. Hic de Græcis dicit, tanquam loquacibus, aut uerborum phaleras sectantibus.

Historiis suis. Scripsit enim & Græcas historias Thyrenicon x x. Carchedonicôn octo.

Homerico uersu. *Σηπταστήτης βασιλεύς, ὃν τε Ζεὺς ἑὸν ἔδωκεν,* id est, Sceptra ferens rex sum, rerum à Ioue tradita cura est. Carmè hoc ex primo Iliad. Homeri coniecturâ sequenti, restituiimus.

Erat autem sequens. *Ἄμ' ὄγε φέρεγός ἐστιν, ἐπεὶ πρῶτος αἰὶ ἀνάσσει.* Quod multis præsit, uult hic præstantior esse. Ex eodem Homeri lib. Carmen autem hoc à superiori tertium est. Ridet stultitiam eorum, qui quòd reges sint, ac multis imperent, sese meliores putant. Nisi quis hos duos ex Odysseæ secundo uersiculos malit, *Σηπταστήτης βασιλεύς ὅστι φέρεται αἰσιμα ἰδὼς.* id est, Sceptra gerens rex sum non mente decentia noscens. *Ἄμ' αἰὲ χαλεπὸς τ' ἔσθ, καὶ ἀστυχὰ πέποι,* id est, Immitis fuerit, semper simul impia tractet.

Febri. Plinius indicat Romæ febrì delubrum in palatio publico fuisse. Porrò subsignificat insaniam Claudii, qua per omnem uitam laborauerat.

Cæteros omnes. Tacite notat impietate & *ἀδιδόνη* Cælaris, quam nemo deorū comitatus sit, præter febri, & hanc infestam.

Lugduni. Claudius natus est Iulio Antonio, Fabio Africano Coll. Calend. Augusti, Lugduni eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est, autor Tranquillus.

Marci mu. Legèdum credo Munatii. L. enim Munatius Planus, Lugdunum Coloniã duxit, & Rauricam, ex qua Basilea deriuata est urbs amœnissima, necnon optimis iuxtà ciuibus ornata. Municipales sunt, qui in ciuitatem Romanam recepti, muneribus capeflendis apti fiunt. Iocatur itaq; in Claudium, perinde ac si Munatio honores consulares debeat, non parenti Druso. Si Marci legas, Ancum Martium intelligas, quartum Romanorum regem. Meminit & T. L. uius Marci Cornelii, quem scribit in x. tertiæ decadis, prorogato imperio Galliam prouinciam obrinuiffe.

Vienna. Vrbs est Galliæ.

Germanus. uerus. Quod enim natiuum est, germanum etiam dicere solemus. Sic Plauto germana illuuias dicta: Germanum etiam appellamus quod cognatum est. Sic inuidentiam & detractionem germana uitia dicimus. Est & Germanus ex Germania aliquis: unde

hic

hic amphibologia, quam iocantes affectare solent.

Itaque quod Gallum. Quomodo Galli urbem Romam ceperint, narrat L. Iuius in quinto primæ Dec.

Romam cepit. Iocus est in amphibologia. Capit hostis qui populatur, & capit qui suscipit.

L. Licinius. L. Florus meminit L. Licinii Luculli.

Qui plura. Ridet Herculem per innumeras regiones diuagatum.

Mulio per. De Quartariis mulionibus meminit Fest. hic *μυλωνες* Seneca perpetuarium dixisse uidetur, aut qui in solidum, aut semper sit uector, aut (quod magis arridet) qui perpetua nec interrupta uectatione suos uectores aliquo perducatur. Ad uehicularii mulis usi sunt anti qui, non equis: unde muliones uehicularii, quiq; mulis questum faciebant.

Milia. Miliaria.

Xanthum. Fluius est Troiæ, qui & Scamander dicitur, Taxat Claudium, qui cum in Gallia natus esset, Græcus uideri gestiebat, ut quem patriæ suæ puderet.

Rhodanum. Rhodanus fluius est Galliæ notissimus, qui ex alpiibus non longe quidem à Rheni, Danubiiq; fontibus oritur, ac Lugdunum latus, Ararim ibi suscipiens, mox Isaram, Druentiamque tribus ostiis in mare Thyrrhenum influit. Huius Strabo meminit & Cæsar.

Excandescit hoc loco Claudius, & quanto potest murmure irascitur. Quod diceret nemo intelligebat: Ille autem Febrim duci iubebat, illo gestu solutæ manus, et ad hoc unum satis firmæ, quo decollare homines solebat. Iusserat illi collum præcidi. Putares omnes illius esse libertos, adeo illum nemo curabat. Tum hercules, Audi me, inquit, tu, & desine fatuari: uenisti huc ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi uerum, ne tibi alogias excutiam, dicito. Et quo terribior esset, tragicus fit, & ait.

Exprope properè, sede qua genitum dicas,

Hoc ne peremptus stipite ad terram accidas.

Hæc claua reges sæpe mactauit feros.

Quid nunc profatu uocis incerto sonas?

Quæ patria, quæ gens mobile eduxit caput,
 Ediffere. equidem regna tergemini petens.
 Longinqua regis, unde ab Hesperio mari.
 Inachiam ad urbem nobile aduexit pecus,
 Vidi duobus imminens fluuijs iugum
 Quod Phœbus ortu semper obuerso uidet.
 Vbi Rhodanus ingens anme prærapido fluit,
 Ararq; dubitans quò suos cursus agat,
 Tacitus quietis alluit ripas undis.
 Est ne illa tellus spiritus altrix tui?
 Hæc satis animose, & fortiter. Nihilominus mentis suæ non
 est, & timet.

Duci. Ducuntur hi proprie, quos carnifices ad supplicia rapiunt.
 Suetonius in Caligula: Stans tantummodo intra porticum mediam,
 à caluo ad caluum duci imperauit.

Solutæ manus. Innuit Claudium signo solutæ manus, ut ho-
 mines capite truncarentur, iubere solitum. Belle igitur dicit, solutam
 etiam manum Claudii, in hoc satis adhuc fuisse firmam, ut homi-
 nem capite priuaret.

Putares omnes esse liberos. Notat hic Claudium, ut
 qui nimium in liberos suos indulgens esset. Vnde fiebat, ut ab
 his, quos non modò præmiis ingentibus, sed & quæsturis præto-
 riisq;ue ornamentis ornari patiebatur, quibusq;ue multa per phas &
 nephas acquirere rapereq; permittebat, contemneretur, despiceretur,
 illuderetur.

Vbi mures ferrum rodunt. Hoc ad excitandum risum
 dictum, significare autem uult magnam rerum mutationem, lociq;
 diuersitatem. Quasi diceret, Si mures hæc ferrum rodunt, quales nos
 esse putas? Theophrastus autor est (ut refert Plinius libro octauo,
 capite quinquagesimo septimo) mures in Gyaro insula, cum inco-
 las fugassent, ferrum rosisse. Hic autè ridicule de cælo dictum, quasi
 & illic oporteat esse mures, sed præstantiores.

Alogias. Stultitias, ἀλογίας Græci eam animæ partē dicunt,
 quæ rationis experta est.

Tragicus. Et hoc, ut alia multa ad risum iocose dixit. Nota
 est Tragicorum amarulentia, tumiditasq;.

Exprome. Carmen est Iambicū quod cōstat in locis paribus
 sempe

femi
 Iam
 H
 M
 mod
 cipit
 origi
 de ge
 de H
 H
 In
 Inach
 Argo
 hæc fi
 uis, r
 No
 Vi
 Iug
 Ar
 tur no
 separa
 Eduor
 gagon
 Cla
 lexit n
 idem g
 Itaque
 fortiss
 alios,
 qui me
 tibi an
 lio &
 rim, q
 si incid
 Augiæ

semper ex Iambo aut tribreui, in imparibus indiscriminatim ex Iambo, Spondeo, Dactylo, Anapæsto, tribreui.

Hoc stipite. Clauam obiectat.

Mobile caput. Suprà retulimus Claudium fuisse capite admodum tremulo.

Tergemini re. Notum est quo pacto Hercules Geryoni tripiti boues eripuerit, & secum in Græciam duxerit. Qui fabulæ originem nosse uolet, Palæphatum euoluat. Arrianum quoq; legat de gestis Alexandri Magni, lib. 2. qui Hecatæi Abderitæ sententiam de Hercule & Geryone refert.

Hesperio mari. Hispanico.

Inachiam ad urbem. Hoc est, Argos Peloponenfi caput. Inachia (autore Stephano) Peloponesum significat, non tantum Argos, ab Inacho fluuio. Vnde gentile Inachus. Verba Stephani hæc sunt, *Ἰναχία, ἢ πελοποννησος, ἡ μόνου τὸ ἄργος ἀπὸ ἰνάχου τῷ ποταμῷ, τὸ ἰδνικὸν Ἰνάχιος.*

Nobile pecus. Boues Geryonis.

Vidi. Rediens ex Hispania.

Iugum. Cacumen montis.

Ararq;. Araris fluuius, qui per concisionem Arar dicitur, oritur non longe à monte Vosgo (qui Germaniam à Gallia hodie separat) in collimitio Burgundiæ, Lotoringiæq; ac decurrens per Eduorum, Sequanorumq; fines, Lugduni Rhodanum influit. Nunc sagonam uocant.

Claudius ut uidit uirum ualentem, oblitus nugarum, intellexit neminem parem sibi Romæ fuisse, illicq; non habere se idem gratiæ: Gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Itaque quantum intelligi potuit, hæc uisus est dicere. Ego te fortissime deorum Hercules, speraui mihi affuturum apud alios, & si quis à me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. Nam si memoria repetis, ego eram qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio & Augusto. Tu scis quantum illic miseriarum contulerim, quum causidicos audirem, & diem & noctem. In quos si incidisses, ualde fortis licet tibi uidearis, maluisses cloacas Augiæ purgare. Multo plus ego stercoreis exhausti. Sed quomam

niam uolo. Non mirum, quod impetum in Curiam fecisti, nihil tibi clausi est. Modo dic nobis qualem deum istum fieri uelis, ἐπιπέσει δὲ θεός, non potest esse, ὅτι αὐτὸς τράγμα ἔχει, ὅτι ἀλλοίως ἀγέχει.

Gallum in suo sterquilinio. Simili prouerbio nostrates uulgo dictitant. Canem in suo sterquilinio, siue in suarum ædium uestibulo ferociorem esse. Non deest autem in Galli uocabulo latens morfus. Nam in Gallia Lugduni uidelicet natus est Claudius, ceu supra quoque retulimus.

Fortissime deorum. Belle tribuit eam Herculi fortitudinem inter deos, quam inter homines habuit.

Mihi affuturum. Opitulaturum.

Rotundus. Perfectus. Horatius Grauis dedit ore rotundo Musa loqui. Figura enim orbicularis, quam & cælum possidet, perfectissima est.

Stoicus? Quomodo potest rotundus esse (ut ait Varro) sine capite, sine præputio? Est aliquid in illo Stoici dei: iam uideo, nec cor, nec caput habet. Si me Hercules à Saturno petisset hoc beneficium, cuius menssem toto anno celebrauit Saturnalia, eius princeps non tulisset. Illum deum à Ioue, qui quantum quidem in illo fuit, damnauit incæsti.

Stoicus? Subaudi deus fiat Claudius?

Sine capite, sine præputio. Nam negant Stoici inesse deo humanæ formæ lineamenta. Iocatur itaque non tam in imperfectum Stoicorum deum, quam in Claudium ipsum, ueluti carentem capite eo, quod stultus esset, & carentem præputio, uel ob morbum, uel quod iam ob ætatem ad Venerem inutilis foret.

Nec cor, nec caput. Quia Stoici deum faciunt incorporeum, & mentem duntaxat, cui nulla sint membra. Id torquet in stultitiam & amentiam Claudii. Apud Græcos obscœnus sermo, ἀνοήτους dicitur, & cordatos uocamus prudentes.

Hercules. Iurantis est, & sunt uerba alicuius diuorum. Ridiculum autem iurare deum per Herculem.

Hoc beneficium. ἀποθέσει uidelicet, hoc est, deificationem.

Cuius menssem. Saturnalia Romæ celebrari mense Decem-

bri solebant, ita ut intra quinque, aut quum plurimum septem dies finirentur. Claudius autem qui nunquam temere (quemadmodum testatur Tranquillus) triclinio absecessit, nisi distentus ac madens, toto anno uisus fuit Saturnalia celebrare. De saturnalib. Claudii Caesaris ad Lucilium his uerbis scribit Seneca, noſter quæ mire faciunt ad hunc locum. December est mensis, inquit, quo maxime ciuitas desodas, ius luxuriæ publice datum est, ingenti apparatu sonant omnia, tanquam quicquam inter Saturnalia non interſit, & dies rerum agendarum. Ad eò nihil interest, ut non uideatur mihi errasse, qui dixit olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum.

Lucium Syllanum, generum suum, occidit. Oropenq; sororem suam festiuissimam omnium puellarum, quam quoniam omnes Venerem uocarent: maluit Iunonem uocare. Quare, inquit, quæro tantum sororem suam stultè studere, Athenis dimidium licet, Alexandria totum. Quia Romæ, inquit, mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, ego nescio, etiam cœli scrutatur plagas, deus fieri uult. Parum est quòd templum in Britannia habet, quod nunc barbari colunt, & ut deum orant.

L. Syllanum. Hic Claudii gener à Vitellio, cum ad id instigaret Agrippina Augusta, de incestu fororis suæ Iuniæ Caluinæ accusatus, quæ ante Vitellii nurus fuerat, ordine senatorio motus est, nec longe post, mortem sibi consciuit. De hoc multa apud Corne. Tacitum lib. xij. Fit huius quoq; paulo post mentio.

Mures molas lingunt. Causatur molliciem Romanorum, ut qui prouisi sint ad libidinem, sed non nisi pulcherrimas sollicitent. Mures enim urbani farinam absumunt, & delicatissimis ad satietatem usque uestuntur, cum rustres interim, fruticulos depalcant. Quin adeò molles sunt, ut nec caseum arrodant, sed lingant molitam farinam. Apparet hoc dictum fuisse familiare Claudio, de muribus ferrum arrodentibus.

Hic nobis curua corrigit. Subest, ut opinamur, sensus oblorenus, uelut si diceretur, Claudius adeò circa Venerem est intemperans, ut ad libidinem suo nos exemplo incitet. Etenim ut Claudianus uerisimè cecinit, Mobile mutatur semper cum principe uulgus.

uulgus. Corrigere est emendare, est & rectum facere, atque ar-
rigere.

In cubiculo. Alludit ad hoc quod refert Suetonius. Mortem uidelicet eius calatam fuisse, donec omnia circa successorem ordinarentur. Iacuit itaque corpus mortui Claudii dies aliquot in cubiculo. Et hæc uerba & superiora, & quæ proxime sequuntur, intellige Romæ fuisse in senatu dicta, cum deliberarent, esset ne in numerum deorum referendus Claudius, id quod etiam ex sequentibus magis patescet. Fingit autem Curiam in cælo, qualis erat Senatorum Romæ.

Templum in Britannia habet. De hoc sic Tacitus, ubi de Camuloduno loquitur. Ad hæc templum diuo Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominationis aspiciebatur.

Tandem Ioui uenit in mentem, priuatis intra curiam morantibus sententiam dicere, nec disputare. Ego, inquit. P. C. interrogare uobis permiseram, uos mera mapalia fecistis. Volo seruetis disciplinam curiæ. Hic qualiscunq; est, quid de nobis existimauit? Illo dimisso primus interrogatur sententiam Ianus pater, is designatus erat in Calen. Iulias postmeridianus Cos. homo, quatum uia sua fert, qui semper uidet ἀμα πρὸς αὐτὸν ὄπισσω. Is multa diserte, quod in foro iuuat, dixit, quæ notarius persequi non potuit, & idè non refero, ne aliis uerbis ponam, quam quæ ab illo dicta sunt. Multa dixit de magnitudine deorum, non debere hunc uulgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat deum fieri, iam fama minimum fecit, etiam pessimum quemq; illum affectare. Itaq; ne uideat in personam, non in rem dicere sententiam, Censeo ne quis post hunc diem, deus fiat ex his qui ἀρχὸς κακῶν ἔστω, aut ex his, quos alii ἑστωσὶν ἀρχαί.

Vos mera mapalia. Promiscue sententiam ferentes, non seruato ordine alius alium turbantes. Mapalia sunt turguria rusticorum. Estq; uocabulum Punicum. Alludit autem ad prouerbium, Rus ciuitas. Confine est Epicharmicum illud, ἀρχὸν τῶν κακῶν αὐτὸν.

mens. i. E ciuitate rus facis.

Qualiscunq; est. Quàm contemptim hoc de Cesare dicit Iupiter.

Dimisso. Secedere iusso.

Ianus pater. Per Ianum hic aliquem senatorem intelligit. Sed & Acron in Satyram Horatii, cuius initium, Sic raro scribis, testatur Iano tris in foro fuisse statuas: ad unam conueniebant creditores, & sceneratores: ad alteram, qui scenus redderent: ad tertiam, qui locarent scenus. Indicat igitur hic fuisse maximum quæstum Claudii.

Semper uidet. Vel quod bifrons, uel quod tres haberet statuas. Et addidit ridicule, quantum uia fert, quasi uidere sit uideri.

Quod in foro iuuat. Notat ambitionem fori, quod à patre non iam non ueritas, sed eloquentia exigeretur, & iudex non tantum doceri cuperet, sed etiam delectari. Quemadmodum indicat & Quintilianus.

Ne aliis uerbis. Ridicula religio in re conficta, sed festiuiter simulata.

De magnitudine. Subnotat locos cõmunes, in quibus ostentandi ingenii causa, nimium solent immorari Rhetores.

Iam fama minimum fecit. Duo notat, passim collectos sordidos in ordinem senatorium, & pessimos etiam imperatores, in deorum numerum relatos, magis iam ex more, quàm ex merito.

Illum. Honorem.

In personam non. Nam cum in genere dicit, in rem pronunciat, non propriè in Claudium.

Qui contra hoc S. C. deus factus, dictus, pictus ue erit, eum dedi laruis. Sed proximo munere inter nouos auctores, serulis uapulare placet. Proximus interrogatur sententiam Diespiter Nicepotæ filius & ipse designatus Cos. numulariolus. Hic quæstu se sustinebat, uendere ciuitatulas solebat. Ad hoc uelle accessit Hercules, & auriculam ei tetigit. Itaque in hæc uerba censet. Cum diuus Claudius ad diuum Augustum sanguine contingat, nec minus diuam Augustam auam suam, quam ipse deam esse iussit, longèq; omnes mortales sapientia antecellat, sitq; e R. P. esse aliquem, qui cū Romulo

mulo possit feruentia rapa uorare. Censeo ut diuus Claudius ex hac die deus fiat, ita uti ante eum quis optimo iure factus sit. Eamq; rem ad metamorphoseis Ouidii adiuiciendam. Variæ erant sententiæ, & uidebatur Claudius sententiam uincere. Hercules enim qui uideret ferrum suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat & aiebat, Noli mihi inuidere, mea res agitur, deinde si quid uolueris, in uicem faciam, Manus manum lauat.

Dictus pictusue. Est non nihil festiuitatis in imitationem his modis loquuntur iureconsulti, & qui senatusconsulta conscribunt.

Dedi laruis. Terriculamentis inferorum. Laruæ sunt noxiæ inferorum umbræ. Et dedimus noxiæ animal quod læsit. Fecit iniuriam laruis, qui mortuus pro deo uoluerit haberi: cum nihil sit, nisi umbra.

Diespiter. Iouis cognomentum est, quem sic uocant, quasi dici patrem.

Et auriculam ei tetigit. Auris memoriæ dicata. Vnde qui attestantur, aut admonent, auriculam uellere dicuntur.

Ad diuum Augustum sanguine. Fuit enim nepos Augusti. Nam patrem Claudii Cæsaris Drusum, cum Liuia Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit. Autor Tranquillus.

Quam ipse deam esse iussit. Auix enim Liuiæ (ut refert Suetonius) diuinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum decernendum curauit.

E R. P. ex usu Reipub. Romanæ.

Eamq; rem. Innuit ἀποθέωσις Claudii plane esse fabulam, ac proinde dignam, quæ fictis Ouidii transformationibus infulciatur. Describit enim Ouidius *παρὰ τοὺς ποταμούς* fabulosas, ut Aegles puellæ in populum arborem, Hecubæ in canem.

Ferrum suum in igne. Hoc est, rem suam agi rogatus enim erat, ut Claudio patrocinaretur. Sumpta est metaphora à fabro ferrario. Suballudit autem ad hoc quod Hercules etiã ex homine deus factus esset, id quod tanta nunc ambitione Claudius assequi nitebatur. Ac profecto Hercules Claudii, Deū Romæ effecit, hoc est, precibus & instinctu Agrippinæ, hoc modo dati ueneni suspicionem euitare uolētis, senatus quasi ui impulsus, Claudio diuinos honores decreuit.

Noli mihi inuidere. Expresit Seneca morem, etiamnum magis communem quam utilem.

Manus

Manus manum lauat. Prouerbum est de opera mutuum praestanda. Graece sic effertur, *χέρ χέρᾱ νίπτει*.

Tum diuus Augustus surrexit sententiae suae loco dicendae, & summa facundia disseruit. P. C. uos testes habeo, ex quo deus factus sum, nullum uerbum me fecisse, semper meum negotium ago. Sed non possum amplius dissimulare, & dolorem quem grauiorem pudor facit, continere. In hoc terra marique pacem peperit? Ideo ciuilia bella compefcui? Ideo legibus urbem fundauit, operibus ornaui? Et quid dicam, P. C. non inuenio, omnia infra indignationem uerba sunt. Confugiendum est itaque à me ad Messalæ Coruini disertissimi uiri illam sententiam. Praecidit ius imperij hic P. C. Qui uobis non posse uidetur muscã excitare, tam facile homines occidebat, quam canis excidit.

Tum diuus Augustus. Quoniam superiora ad senatum Romanum retulimus, Hic sub Augusti persona Neronem Caesarem intelligere poteris. Nam Nero Claudium diuinis honoribus destituit, omnibus rerum uerborumque contumeliis mortuum infectatus, ac modo stultitiae, modo saeuitiae arguens ut refert Tranquillus.

P. C. Patres conscripti.

Ex quo deus factus sum. Ridet Augusti diuinitatem. Nam haec uiuo quoque diuini honores contigerunt. Mortui non loquuntur.

Meum negotium ago. Salse significat iam priuatum nec curare, quid agatur usquam.

In hoc. Ad hoc. Et pronuncianum cum exclamatione.

Operibus. Ut foro cum aede Martis ultoris, Templo Apollinis in palatio, Aede tonantis Iouis in capitolio.

Infra indignationem. Quasi dicat, Etiam si multa nunc allegem, adhuc non uidebor indignatus, sed iuste conqueri.

Praecidit. Verba sunt ex aliqua oratione Messalæ. Subest autem iocus ex ambiguitate. Nam praecido significat amputo, & aliud obsecenius, quam ut libeat exponere.

Sed quid ego de tot actibus iuris dicam? Non uacat deplorare publicas clades, intuenti domestica mala. Itaque illa omit-

tam, haec referam. Nam τὸς ἰσχυρὸς ἀγρὲν senescit ἢ νόσος. Πυργολωνεύς iste, quem uidetis per tot annos sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam retulit, ut duas amitas suas, proneptes meas occideret, alteram fame, alteram ferro. Vnum abnepotem L. Syllanum. Videris Iupiter an in tua certè mala uenit, si hic inter nos futurus est. Dic mihi diue Claudii, quare quenuquam ex his, quos, quasq; occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc fieri solet in caelo? non fit.

De tot actibus iuris. In cognoscendo enim ac decernendo mira uarietate animi fuit, ut inquit Tranquillus.

Duas amitas. Nam Iulias alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defensione ulla data occidit. Hic Drusus autem & Germanicus Tyberii Caesaris fuerunt filii.

Quos quasque. Imitatio festiuitatè habet, simul & emphasim. Sic enim loquuntur in iudicialibus causis. Et intelligimus illi nec foeminis pepercisse.

Ecce Iupiter, qui tot annos regnat, uni Vulcano crus frengit, quem ῥίψε ποδὸς τεταγῶν ἀπὸ βουλῆς θεοπεισίω. Et iratus fuit uxori, & suspendit illam, nunquid occidit?

Ecce Iupiter. Alludit ad id, quod est apud Homerum, in fine primi Iliados. Iupiter aliquando cum Iunone, quod inter coniuges non ita rarum est, rixatus, cum uerba huic infligere cœpisset, Vulcanus qui forte tum aderat, accurrens Iunoni subsidium ferre uolebat. At Iupiter iratus, hunc pedibus arreptum, è caelo rotauit, qui cum totum diem decidendo consumpisset, tandem in Lemnon insulam (mane enim deiectus fuerat) sub uesperam lapsus, ibi statim ab indigenis subleuatus est. Quod apud Homerum his carminibus ipse testatur, dum Iunonem monet, ne marito aduersetur, sin illius in se furorem concitet, Vulcanum nequaquam suppetias laturum, utpote qui Iouis iram olim senserit. Ἦσθι γὰρ με ἡγεῖ ἀπὸτ' ἀλεξίμενοι μεμαῶτα.

ῥίψε ποδὸς τεταγῶν ἀπὸ βουλῆς θεοπεισίω

πᾶν δ' ἡμᾶρ φερόμεν, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι

κάππεσσι ἐν Δίμῳ δλίγ' ἄλετι θυμὸς ἐνὶ ἡν.

Ἐνθά μιν σίνης ἀνδρῶν ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα.

Quos uersus sic nos, ut sententiam redderemus, ex tempore latinos fecimus.

Me

*Mesquidem laesa nuper tibi adesse uolentem,
Arreptum pede de magno deiecit olympo.
Atq; diem totum delapsus ab aethere tandem
In Lemnon eccidi, exanimi uix pectore spirans.
Hic ubi me pia gens delapsam attollere curat.*

Huius fabulae sic meminit Phurnutus simulq; rationem reddit,
 ἔπιθλώαι δὲ ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐξ οὐρανῶ ἐς γῆν λίγυετῆ Διὰ τὸ τοῦ
 πρώτου ἰσως ἀρχομύθου χρῆσθαι τυρῆ, ἐν κερωνβολεν καιομένην
 τοῦ πριτυχῆρ μολὲ πω ἐπινοία τοῖς πυρρίοις ἐπιπυρῆν δυναμένους,
 id est, Vulcanus à Ioue proiectus in terram, è caelo dicitur, quod hi
 forsan, apud quos primum in usu fuit ignis, ex iactu fulminis hunc
 nacti fuerint, quum instrumenta, quibus ignem excuterēt, nullo ad-
 huc ingenio reperissent.

Iratus fuit uxori. Cum Hercules olim ex iussu Iunonis na-
 nigationem instituisset, hæc ut suum odiū nusquam non ostende-
 ret, illi, exorato Borea, uentos aduersos immisit. Iupiter ob id indi-
 gnatus, Iunonem ex alto suspendit, geminam incudem pedibus ap-
 pendens. Sic enim Iliados decimoquinto loquitur, hoc illi in memo-
 riam reducens, ἢ οὐ μίμησ' ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐν δὲ ποδοῖν ἀκ-
 μονας ἴνα δύνω. Quorum ueruum hic sensus est, Ex alto ne tenes
 quod cū suspensa fuisti, Nos pedibus geminā incudem demisimus?
 Cuius fabulae quæadmodū & superioris causam assignat Phurnutus,
 περὶ τῶτο παραθεδομένου μύθου, his uerbis, Εἴσημ ὁ ποταῆς μύθου
 πηλαῶ παραφέρω τοτο καθ' ὃν θεὸς ἐμυθένετο μακρομαύραι τὴν
 ἡμῶν χρυσαῖς ἀλύσοι, τῶ χρυσοσανίε τι ἔχον τὰ ἄστρα ἡγεῖ ἐν τῶν
 ποδοῖν αὐτῆς δύνω ἀκμονας ἐξυρτηνίνας, τὴν γῆν δυνονότι ἡγεῖ τῶν θά-
 λατῶν. ὑφ' ὧν τίνετῆ κατῶ ὁ ἀὴρ μηδετέρωθεν ἀποσπασθῆναι
 δυναμένω. Ex antiqua fabula uidetur, inquit, poëta hoc afferre,
 qua iouem fabulabantur, Iunonem aureis catenis suspendisse, nempe
 quod auri fulgorem, stellæ possideant. Ac ad pedes eius appendisse
 duas incudes, mare uidelicet & terram, à quibus deorsum tenditur
 aër, sic ut ab horum neutro diuelli possit. Huius etiam fabulae me-
 minit enarrator τῶν Στρωτικῶν Γρηγορίου Nazianzeni.

*Tu Messalinam, cuius æque auunculus maior eram quàm
 tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dij tibi malefaciant, adeò istud
 turpius est, quod nescis, quàm quod occidisti. Iste C. Cæsa-
 rem non desijt mortuum prosequi. Occiderat ille socerum,*

hic generum. Caius Cæsar Crassi filium uetuit Magnum uocari, hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam, Bassioniam, Assarionem, nobiles tamen. Crassum uerò tam fatuum, ut etiam regnare posset.

Messalinam. Hæc fuit uxor Claudii, quam mori compulit, ut est apud Tacitum. Fuit igitur immitior Ioue.

Nescio, inquis. Alludit ad hoc quod Tacitus refert. Messalinæ enim iam mortem expectanti, Claudius ubi uino incaluerat, nuntiari iubet, ad dicendam causam postero die adesset, quod Narcissus accusator intelligens, ne, si euaderet, in se pernities uerteretur, denuntiat centurionibus & tribuno, qui tum aderant, exequi cædem, ita imperatorem iubere, illi eam interfecerunt. Nescire autem uisus est. Nam occisa Messalina (inquit Suetonius) paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non ueniret, requisit. Tantæ fuit & obliuionis & inconsiderantiæ.

C. Cæsarem. Caium Caligulam putat, is fuit Claudii ex fratre nepos, qui incredibili sæuitia aduersus omne genus hominum grassatus est. Quem rerum natura (uelut alio loco scribit Seneca) non nisi in exitium, opprobriumque humani generis edidit.

Occiderat ille socerum. Syllanum enim socerum Caius ad necem, secandasque nouacula fauces compulit, causatus in eo quod ingressum se turbatius mare non esset sequutus, ac spe occupandi urbem siquid sibi per tempestatem accideret, remansisset, quum Syllanus impatientiam nauis uitasset, & nauigandi molestiã Autor Tranquillus.

Hic generum. L. Syllanum, de quo ante & paulo post.

Crassi filium uetuit. Cn. enim Pompeio stirpis antiquæ, Magni cognomen Caius ademit, ut meminit etiam Suetonius.

Hic nomen. Fecit enim generum suum: nam Antoniam filiam matorem, illi uxorem dedit.

Caput tulit. Ambiguum est, Potest enim intelligi, caput tulit, hoc est, exeruit caput, & ad honores eleuauit, & caput tulit, hoc est, amputauit. Tam fatuum, ut etiam regnare posset.) Alludit ad nulgi dicterium, quo regum stultitiam pascim notabant. In quam

& ab Erasmo declamatum est in proverbio, Aut regem, aut factuum nasci oportet, quod in huius ludi exordio statim usurpauit Seneca.

Cogitate P. C. quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat. Principes pietate, & iustitia dii fiunt. Scilicet hic pius & iustus, quoniam Dryudarum perfidæ gentis Gallicæ immanem religionem, à qua ciues submoueram, prorsus extirpauit, ut Romæ nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, x x x. Senatoribus, innumervis Eq. Ro. mactatis, principium dedit. Hunc nunc Deum facere uultis? Videte corpus eius dijs iratis natum. Ad summam tria uerba dicat, & seruum me ducat. Hunc deum quis colet? quis credet? deniq; dum tales deos facitis, nemo uos deos esse credet.

Scilicet. Ironiæ cum inficiatione accommodata est particula. Quemadmodum & illud apud Poëtam, scilicet, hic superis labor est.

Dryudarum. Dryudarum religionem (inquit Suetonius) apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus sub Augusto interdictam penitus aboleuit. De Dryudibus Gallorum sacerdotibus, multa meminit Cæsar in sexto.

Immanem religionem. Nam pro uictimis homines mactabant, ut refert Cæsar.

Vt Romæ nuptiarum. Sensus est, Claudius hanc ob causam Dryudarum religionem deleuit, ut fratris sui filiam Agrippinam ducere posset, quod non licebat ante. Nam Claudius senatum ingressus, decretum postulauit, quo iuste inter patruos, fratrumque filias, nuptiæ etiam in posterum statuerentur, Extat apud Tacitum, in hanc rem Vitellii oratio coram senatu habita.

X X X. Senatores. De hoc sic Suetonius, Die ipso Claudii & Agrippinæ nuptiarum in quinque & x x x. Senatores, trecentosq; amplius equites Rom. tanta facilitate animaduersum, ut de nece consularis uiri renunciantem centurione, factum esse quod imperasset, negaret Claudius quicquam se imperasse, nihilominus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod

ad ultionem imperatoris ultro procurrissent.

Tria uerba. Quod Balbus esset, & tamen iudicis est, tria uerba dicere, quæ diebus nefastis non licebat. Est autem iucunda *πρωτοϋαξία* in dicat & ducat.

Summam rei P. C. si honestè inter uos gessi, si nulli diu-rius respondi, uindicate iniurias meas. Ego pro sententia mea hoc censeo. Atque ita ex tabella recitauit: Quandoquidem diuus Claudius occidit consocerum suum Appium Syllanum, generos duos, Pompeium Magnum Antonie ex Petina, L. Syllanum Octauiæ ex Messalina, socerum filie sue Crassum frugi hominem, tam similem sibi, quàm ouo ouum, Scriboniam socrum filie sue, Messalinam uxorem suam, & ceteros quorum numerus inueniri non potuit: placet mihi in eum seuerè animaduerti, nec illi rerum iudicandarum uacationem dari, eumq; quàm primum exportari cælo, intra dies x x. excedere olympo, intra diem terras.

Summam rei. Imperii.

Ex tabella recitauit. Alludit ad consuetudinem antiquam, qua in senatu cententes, de scripto sententiæ proferebant, & recitate uerbum hoc significat.

Appium Syllanum. Quem cum Messalina & Narcissus, conspirassent perdere, diuisis partibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se uim ei ab Appio illatam. Altera in admiratione firmata, sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus obuersari retulit. Nec multo post ex comperto irrumpere Appius nunciatus, cui pridie ad id temporis, ut adesset, præceptum erat, quasi planè repræsentaretur somni fides, arcelesi statim ac mori iussus est. Hæc Suetonius.

Crassum frugi. Huius meminit quodam loco Tranquillus.

Tam similem sibi, quàm ouo ouum. Prouerbiū est, quo utimur, propinquam similitudinem indicantes. Vide Chiliades Erasmi Roterodami.

Nec illi rerum iudicandarum uacationem. Quemadmodum ipse uiuens pro conditione cuiusque ciuis uacationem legis Papiæ constituerat, hoc est, ut ea lege non tenerentur.

Pedibus in hanc sententiam utum est. Nec mora, Cyllenius illum

illum collo obtorto trahit ad inferos è cælo, unde negant redire quenquam. Dum descendunt per uiam sacram, interrogat Mercurius, quid sibi uelit ille concursus hominum, num Claudii funus esset? Et erat omnium formosissimum, & impensa cura plenum, ut scires deum efferrî, tibicinum, cornicinum, omnisq; generis aeneatorum tanta turba, tantus conuentus, ut etiam Claudius audire posset. Omnes læti, hilares. Populo Romano ambulabat tanquam liber. Agatho, & pauci caufidici plorabāt, sed planè ex animo. Iurisconsulti è tenebris procedebant, pallidi, graciles, uix habentes animam, tanquam qui tum maxime reuiuiscerēt. Ex his unus cum uidisset capita conferentes, & fortunas suas deplorantes caufidicos, accedit, & ait, Dicebam uobis non semper, Saturnalia erunt. Claudius ut uidit funus suum, intellexit se mortuum esse, Ingenti enim τὰντῶσει χορμῶς Nenia cantabatur Anapæstis:

Pedibus in hanc sententiam. Non pauci sunt qui opinantur, pedarios senatores appellatos, qui sententiam non uerbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent, inquit Gellius lib. 11. Vnde dictum est in sententiam ire, & pedibus ire in sententiam.

Cyllenius. Mercurius, à Cyllene monte Arcadiæ sic dictus.

Vnde negant. Versus est Catulli, de passere mortuo Lesbix: Illuc unde negant redire quenquam.

Viam sacram. Via est Romæ sic dicta. In hac apparet illum fuisse sepultum.

Ut scires deum efferrî. locus est à stultitia. Nam hoc ipsa pognat cum ratione dei, efferrî mortuum.

Ut etiam Claudius. Tam stupidus & somnolentus, denique mortuus.

Pauci caufidici plorabant. Meritò lugebant caufidici ob mortuum Claudium, quippe qui in se nimia facilitate usus esset. Scribit enim Tranquillus, se à natu maioribus audisse, caufidicos ad eò patientia Claudii abuti solitos, ut descendente à tribunali non solum uoce reuocarent, sed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenso retinerent.

Sed planè ex animo. Obiter taxat publicū morè quo lugebāt etia conducti. Iuuenalis, Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.

Dicebam uobis non semper. Hoc est, prædicebam uobis, non semper adeo fauentem Cæsarem habebitis, cuius abutimini patientia. Saturnaliorum licentia nota est. In quibus serui quoque libertate gaudebant, & domini uicissim seruis ministrabant. Sub Claudio plus poterant aduocati quam iure consulti. Sapiit prouerbium simile illi, *ἄρα σε λόγος ἐν ἐρ' ἀνθρώπων*, id est. Foras Carus non amplius Anthiheria.

*Fundite fletus, ædite planctus, fingite luctus.
Resonet tristi clamore forum, cecidit pulchre
Cordatus homo, quo non alius fuit in toto fortior orbe.
Ille citato uincere cursu poterat celeres,
Ille rebelles funderè Parthos, leuibusq; sequi
Persida telis, certaq; manu tendere neruum.
Qui præcipientes uulnere paruo figeret hostes.
Pictaq; Mœdi terga fugacis. Ille Britannos
Vltra noti littora ponti, & cæruleos
Scuta Brigantas dare Romuleis colla cæthenis
Iussit, & ipsum noua Romanæ iura securis
Tremere Oceanum. desflete uirum quo non alius
Potuit citius discere causas, una tantum
Parte audita, sæpe & neutra. quis nunc iudex
Toto lites audiet anno? tibi iam cædet
Sede relicta, qui dat populo iura silenti,
Crætaea tenens oppida centum, cædite mœstis.
Pectora palmis, ò causidici uenale genus.
Vosq; poëtæ lugete noui, uosq; in primis
Qui concusso magna parasti lucra frutillo.*

Fundite. Anapæstica sunt familiaria Tragædiis, licet recipiant Dactylos & Spondeos. Postremo tamen loco, non admittunt nisi Spondeum aut Anapæstum.

Rebelles Parthos. De Parthis sub Claudio Mithridatem regem expetentibus, ac de eorum dissensione, lege Tacitum in xij.

Qui. id est, quo, scilicet neruo.

Vulnere

Vulnere par. Sagittæ.

Picta; terga. Propter scutum pictum.

Britannos. Nam, ut inquit Suetonius, à Gessoriacò (nunc Caesarij uocant) in Britanniam transmisit, ac Cn. Sentii & Auli Plautii ductu, sine ullo prælio, aut sanguine, intra paucissimos dies parte insulae in dedicatione recepta, sexto quàm profectus erat mense, Rom. rediit, triumphauitq; maximo apparatu.

Brigantas. Populi sunt Britanniae, de quorum discordiis meminit Cornelius Tacitus in duodecimo: nunc eam regionem Valli habitant. Ponit etiam Brigantium oppidum Ptolemæus in descriptione Rhetiae.

Eripsum noua. Hoc dixit propter Orcadas insulas, quas Claudius imperio Romano primus adiecit, ut testatur Eusebius.

Non alius citius. Locus est ex ambiguo. Nam cito cognoscit, qui statim intelligit, & absoluit. Et cito cognoscit, qui pronunciat non auditis partibus, ita ut Claudius solebat.

Toto anno. Ius enim laboriosissime dixit, etiã suis suorumq; diebus solennibus nonnunquam, festis quoque antiquitus & religiosis. Autor Tranquillus.

Qui dat. Iudex inferorum Minos, qui quondam Cretae praefuit. Hunc post mortem ob iustitiam suam poëtae apud inferos ius dicere finxerunt. At Cretenses, ut quos ciuilitate & moribus erudit, ad Iouem tanquam praefectorem itasse memorant, in Ida monte speluncam ostendentes, atque illi in nonum annum, consueisse, nec non didicisse, quae ad Rempublicam instituendam utilia forent. Id quod Max. Tyrius his uerbis innuit. *τί ἡ οἱ κρήτες, ἧσαι ἔ δουλοῖσι πρὸ βασιλεῦ τῷ μίνω λομνήσιες λαλῶς ἀραδιέντες ἄλ ἀρετῆ, διδάσκαλον αὐτῷ ἐπισημίσαι τὸν δία. εἶναι μὴ ἀνίσθη ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀντροῦ Διὸς, φοιτῶντα ἡ τὸν μίνω δι' ἐνάτης ἔτος συγγινόμενον τῷ δία μαυδάνειν παρ' αὐτῷ τὰ πολιτικὰ, ἔτοι κριτῶν λόγοι.* Meminit huius Homerus *Odyssæ. xi.*

O caufidici uenale ge. De rhetoribus dictum, *ὑποτιθέσι τῶν χάρις τοῖς λήμμασι καὶ τῶν φωνῶν περιόρασις*, qui muneribus linguam uenditant. Sic Velleius Paterculus uetustissimus scriptor, quem nos nuperrime in Murbacensi bibliotheca reperimus, aliquando studiosis impertituri, Plancum proditorē, qui ab Antonio ad Caesarem transfugerat, in omnia & in omnibus uenalem perquam eleganter appellat.

Concusso fritillo. Nam (autore Suetonio) Claudius alea studiosissime lusit, de cuius arte librum emisit. Solitus etiam erat in

gestatorio ludere, ita esse do alueoq; adaptatis, ne lusus confundereetur.

Delectabatur laudibus suis Claudius, & cupiebat diutius spectare. Iniicit illi manum Talthybius deorum nuncius, & trahit capite obuoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium. Et inter Tiberim & uiam rectam descendit ad inferos. Antecesserat iam compendiaria uia Narcissus libertus, dominus domini, ad patronum excipiendum, & uenienti nitidus, ut erat à balineo, occurrit & ait, Quid dii ad homines? Celerius praecedito, inquit Mercurius, & uenire nos nuncia. Ille autem patrono plura blandiri uolebat, quem Mercurius iterum festinare iussit, & uirga morantem impulit. Dicto citius Narcissus euolat. Omnia procliuia sunt, facile descenditur. Itaque quamuis podagricus esset, momento temporis peruenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus, uelut ait Horatius, bellua centiceps, sese mouens, uillosq; horrendos excutiens: pusillum subperturbatur, ut illum uidit canem nigrum. Nam albam canem in delitijs habere consueuerat, ille autem totus informis est, nec quem uelis tibi in tenebris occurrere. Et magna inquit uoce, Claudius Caesar uenit.

Talthybius. Est Talthybius, praeco apud Homerum in primo Iliad. quem Agamemnon ad tentoria Achillis misit.

Αλλ' ὄγε τάλθυβιον τε καὶ ἰρυσάτω πρὸς ἄνε, id est,

Est hic Talthybius affatus fuit Eurybatenq;.

Est & nuncii nomen apud Euripidem, qui Hecubam iussit filiam suam Polyxenam sepelire.

Narcissus. Ab epistolis Claudii ante omnes dilectus.

Dominus domini. Scribit enim Cornelius Tacitus, Claudium libertos, quos rei familiari praefecerat, sibiq; ac legibus adaequasse. De immodicis Narcissi diuitijs & Claudii in eum indulgentia sic scribit Satyricus, Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica regna Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi Indulsit Caesar cui Claudius omnia.

Virga. Caduceo.

Facile descenditur. Alludit ad poetam, Facilis descensus avernus.
Velut ait Horatius. Est apud Horatium in Oda, qua arborem alloquitur, cuius casu penè perierat, ubi inquit, Demittit arbor bellua centiceps Aures, & intortis capillis Eumenidum recreantur angues.

Nec quem uelis. Superstitiosa siquidem antiquitas nigri seu deformis occursum, infelicis ominis loco ponebat. Et tempus nocturnum aliqui per se subinaustum habetur. Hinc illud apud Saryrographum, Et cui per mediam nolis occurrere nocte. Ab historicis memoriae proditum est, quo pacto quidam imperator, quod in uia Maurum histrionem habuisset obuium, mortem sibi sit ominatus.

Ecce extemplo cum plausu procedunt cantantes,

Hic erat Cos. desig. Iunius Prætorius, Sex. Trallianus, Heluius Trogus, Coriotectus, Valens Fusidius, Equites Roman. quos Narcissus duci iusserat. Medius erat in hac canentium turba Nestor Pantomimus, quem Claudius decoris causa minorem fecerat. Necnon ad Messalinam cito rumor percrepuit, Clauadium uenisse. Conuolarunt primum omnium liberti, Myron, Ampyronas, Ampæus, Pheronas, Posides, hasta pura insignis, Felix cum Pallante fratre, Harpocras, Polybius, quos omnes Claudius Quæstorij, Prætorijq; muneribus ubi imperitus esset, præmiserat. Deinde præfecti duo Iustus Catonius, & Ruffus Pompeij F. Deinde amici Saturnius Luscius, & Pedo Pompeius, & Lupus, & Celer Asinius, consulares. Nouissime fratris filia, sororis filia, generi, soccri, socrus, omnes planè consanguinei. Et agnate factio Claudio occurrunt. Quos cum uidisset Claudius exclamat, Quomodo uos huc uenistis? Tum Pedo Pompeius. Quid dicis homo crudelissime? Queris quomodo? Quis enim nos alius huc misit quàm tu omnium amicorum interfector? In ius eamus, ego tibi hic sellas ostendam. Ducit illum ante tribunal Acaci, is lege Cornelia, quæ de sicariis lata est, querebat, postulat, nomen eius recipit, edit subscriptionem. Occisos Senatores

natores xxx. Equites Rom. cccxv. atque plures. Ceteros cccxi. ὄσα λέμαδός τε νόვის τε. Exterritus Claudius oculos undecunq; circumfert, uestigat aliquem patronum qui se defenderet. Aduocatum non inuenit. Tandem procedit P. Petronius, uetus conuictor eius, homo Claudiana lingua disertus, & postulat aduocationem, Non datur. Accusat P. Pompeius magnis clamoribus. Incipit P. Petronius uelle respondere. Aeacus homo iustissimus uetat illum loqui. Altera tantum parte audita condemnat & ait, Ingens silentium factum est. Stupebant omnes nouitate rei attoniti, negabant hoc unquam factum. Claudio iniquū magis uidebatur quā nouū.

Trogus. Saufelli Trogi meminit Tacitus.

Quos Narcissus duci iusserat. Hi iussu Narcissi fuerant occisi.

Pantomimus. Mimus imitorem significat, Pantomimus eum qui omnes personas effingit repræsentatq;.

Posides. Libertorum præcipue suspexit Posidem spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares uiros hasta pura donauit, Vt refert Suetonius.

Felix. Hunc cohortibus & alis prouinciæq; Iudææ præposuit, trium reginarum maritum. Autor Tranquillus & Tacitus. Apud Felicem Paulus apostolus à Iudæis accusatus, se excusauit, ut scribit Lucas in Actis apostolicis, & meminit Eusebius.

Cum Pallante fratre. Hic fuit à rationibus Claudii, quem & Narcissum, de quo paulo ante, decreto quoque senatus non modo præmiis ingentibus, sed & quæstoriis prætorisq; ornamentis ornari libenter passus est, Tantum præterea acquirere & rapere, ut quærente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum, abundaturum si à duobus libertis in consortium reciperetur ut prodit Suetonius. De his & Plinius meminit, sic scribēs, Multos postea cognouimus seruitute liberatos, opulentiores, pariterque tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum. Cornelius Tacitus, ubi de Pallante loquitur, Fixum est, inquit, ere publico senatusconsultum quo libertinus sestertii ter millies possessor antiquæ parsimonix laudibus cumulabatur. Hinc cecinit Iuuenalis, Ego possideo plus Pallante & Licinis. De monumento Pallantis, ad Montanum Plinius iunior meminit.

Harpocras. Huic lectica per urbem uehendi, spectaculaq; publice edendi ius tribuit.

Polybius. Hic à studiis Claudii, sæpe inter duos consules ambulabat.

Lege Cornelia. Lege Cornel. de sicariis tenetur, inquit Martianus iureconsultus, libro Pandectarum quadragesimo octauo, qui hominem occiderit, cuius uel dolo malo incendium factum erit, qui uel hominis occidendi furtiuè faciendi causa cum telo ambulauerit. Pœna huius legis est, in insulam deportatio, & omnium bonorum ademptio: Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, quàm ut legis pœnam sustineant, ut habetur eodem titulo. Mire uero hic expressit morem pristinum iudiciorum.

Claudiana lingua. Siue quod Gallus esset, siue quod balbus, siue quod semper ageret Claudii negotia. Iocus est ex amphibologia.

Homo iustissimus. Iustum enim par pari referre. Sic ille tractauerat reos. Alioqui iniustissimum est reum non finire loqui.

Nouitate rei. Quod uidelicet una tantum accusationis parte audita, statim iudicasset.

Quàm nouum. Sæpe enim inauditos reos damnauerat.

De genere pœnæ disputatum est, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerent, si minus dii latura fecissent, Tantulum siti periturum, nisi illi succurreretur. Nonnunquam Sisyphum onere releuari. Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit ulli ex ueteranis missionem dari, ne uel Claudius unquam simile speraret. Placuit nouam pœnam excogitari debere, instituendum illi laborem irritum & alicuius cupiditatis, spes sine fine effectus. Tum Acacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et iam coeperat fugientes semper tesseras querere, & nihil proficere,

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,

Vtraq; subducto fugiebat tessera fundo.

Cumq; re collectos auderet mittere talos,

Lusuro similis semper, semperq; petenti,

Decepere fidem, refugit, digitosq; per ipsos

*Fallax asiduo dilabitur alea furto,
Sic cum iam summi tanguntur culmina montis.*

Irrita Sisyphio uoluuntur pondera collo

Apparuit subito C. Caesar & petere illum in seruitutē cōpit, producit testes, qui illum uiderant ab illo flagris, ferulis, colaphis, uapulāntem. Adiudicatur C. Caesari, illum Aeacus donat. Is Menandro liberto suo tradidit, ut à cognitionibus abesset.

Tantalum siti. Tantalus stagno apud inferos labrotenus immerfus, & pomis circum os ex arbore propendentibus, siti tamen & fame torquetur: nam si bibere uelit, refugit aqua, si pomum arripere tentet, arbor sursum reflit. Ouidius. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus.

Sisyphum onere. Sisyphi saxum illud ingens apud inferos, ubi in montem protrusum fuerit, statim delabitur, iterum inani conatu sursum ferendum. De huius & Tantali poenis lege Homerum xj. Odysseæ, circa finem ubi Vlyxes refert, quæ apud inferos uiderit.

Ixionis miseræ rotam tam sufflammandam. Ixion apud inferos rotæ alligatus, asidua circumfertur. Meminit huius Lucianus in dialogis deorum.

Ex ueteranis missiōnem. Utitur metaphora militari. Militibus enim datur missio, cum citra ignominiam exauctorantur.

Alea ludere. Qua uiuens adeo studiose ludit. C. Caesar. Nam Caligula Caesar Claudii ex fratre nepos, hunc (ut scribit Suetonius) non nisi ad ludibrium seruauit: quid mirum igitur si à Caio in seruitutem poscatur.

Ab illo flagris. De his, qui iussu Caligulae uapularunt, in hunc modum scribit Seneca noster libro iij. de ira. Modo C. Caesar, Sextii Papinij cui pater erat consularis, Bethenum Bassum, quæstorem suum procuratoris sui filium, aliosq; & equites Romanos, & senatores uno die flagellis cecidit.

Cognitionibus. Cognitiones sunt causarum, ut cum dicimus, Senatus Romani cognitionem certæ legi non fuisse obnoxia. Ac proculdubio Caium hic notat, ut qui cognoscendi prouinciam sæpe libertis suis committeret, quo magis à curis liber aktiori ocio frueretur.

BEATVS RHENA- NVS LECTORI S. D.

NVLLI parentes æque uehementer liberos suos charos habent, ac scriptores ingenii sui monumenta amāt. Ipse sanè libelli istius autor non sum, sed quando olim interpretandum duxi adiectis scholiis, illum quoq; iuris mei feci, hoc est tuendum, ornandum, emendandumq; suscepi. Porrò semper optaui ut interim alicuius exemplaris manuscriptori copia mihi fieret propter collationem, quæ non solum diligentia, sed & tempore indiget. Id uerò uix tandem & ad modum sero factus sum, quum uidelicet operum Senecæ æditio ista secunda, iam non procul à fine abesset. Scriptura erat planè miserabilis, sed quæ tamen aliqua uestigia haberet uerborum Græcorum. Quibus quum in primis opus sit ad autorem intelligendum, dedi operam ut illa restituerem. Et quoniam ex Homero uidebam quædam esse citata, perlegi totum Homeri poëma. Reperi nonnulla, quædam nimio inueniendi studio inter festinandum fefellerunt, neque enim certa erant uestigia in codice scripto, sed in quibus coniecturam sequi oporteret. Porrò multa meo Marte felicissime restitui, quum Græca, tum Latina, quæ hic subdemus unà cum coniecturis nostris. Nec pigebit & diuersam lectionem annotare.

Anno nouo. In exemplari manuscripto legitur, Anno nono.

Ab historico iuratores exegit. Melius diuisim leges, ab historico iurato res exegit.

Ab hoc ego quæcunq; aud. Videtur huiusmodi continere lectionem manuscriptus codex, Ab hoc ergo quæ tum audiui, certe clara offéro.

Crescebant tempora somni. In exemplari uetusto scriptum cornua.

Augebat Cynthia regnum. Illic legitur lignum non regnum. Sed utrunq; mendose. Tu scribe lychnum. Eleganter autem uocat lychnum Lunæ, quod alieno lumine egeat nempe Solis.

Vnam de tribus Parcís. In codice ueteri non est Parcís sed lacuna uacua, fortassis Græce scriptum fuit *μοίρας*.

Nunquam meritum. Vetus habet, Nec unquam tamdiu cruciatus esset.

Patere Mathematicos. Coniicio legendum, Patiar Mathematica

*Lychnum legendum pro regnum.

thematicos. Nam sunt uerba Paræ.

Omnibus annis. Non est in ueteri.

Horam eius nemo n. Sic illic legitur. Et tamen non est mirum si errant, & horam e.n.n. Nemo enim ip.

Sauromatas & si qui ultra glaciale Boream incolunt Barbari. Hæc uerba non sunt in codice Vuiffemburgensi. Doctus aliquis adiecit ad explendam fortassis libri lacunam.

Mollia contorto distendunt. Castigauimus descendunt exemplar antiquum sequuti. Tametsi distendunt quoque possit legi, si quis ad Parcas referat.

Felicia lapsis. Reposuiuis lapsis. Sic enim in ueteri libro scriptum est. Intelligit autem lassos incommodis & calamitatibus temporum Claudianorum.

Vultus & affuso. Non displicuit adfuso pro effuso. Cernici capillus adfunditur.

Quid autem fecerit. Correximus, Quid ante se.

Nec post boletum o.m.c.p.c. sumpsit. Hæc sententia non est in codice Vuiffemburgensi.

Scitis enim opt. Vetus. Scitis enim certissimo, n.p.e. ne excidant, quæ memoriæ publicum gaudium impresserunt. Vbi legendum aut impresit, aut publica gaudia. Et imposuerat Herculi minimo disc. fabulam. Manuscriptus codex non fabulam habet, sed fabros. Eam dictionem doctus aliquis mutarat in fabulam in ædificatione Romana, quam nos primum secuti sumus. Cæterum antequam uidissem librum uetustum pro fabulam putabam substituendum rabula. Verum posteaquam fabros illic scriptum comperi, planè puto legendum Allobrox. Sunt autem Allobroges ad Rhodanum uergentes Galliarum populi. Vbi natus est Claudius, quorum caput erat olim Vienna, Delphinatensis hodie uulgus appellat. Nec caret contumelia nomen, quod cum primis ea gens quondam Romanis infesta fuerit. Porro facile potuit in fabros uerti incognitum uocabulum Allobrox. Sic autem malim legere quàm Vaser. Omnino nec fabulam nec fabros huc pertinet. Nam imposuerat Herculi, hoc est deceperat Herculem. Id enim impono significat absolute cum datiuo constructum.

Marci municipem audis. Liber uetustus habet, municipem audes, & mox pro, Hunc ego reddo tibi, Hunc ego tibi recipio Lugd.n. Cæterum indicauimus aliàs uideri nobis hic legendum Munatii pro Marci, ut de Munatio Planco intelligatur, qui

colonia

**Allobrox
Claudius.**

colonias in Gallia deduxit Lugdunum & Rauricam, quæ supra Basileam uno milliario Germanico sita est. Ei Munatio nuperrime huiusmodi memoria posita est hic in foro non procul à Curia, me autore. L. Munatio Planco, cui Romano, uiro consulari & pretorio, oratoriq; ac M. Ciceronis discipulo, qui post deuictos Rhetos æde Saturni de manubiis extracta, non modo Lugdunum, sed & Rauricam coloniam deduxit, quæ Augusta fuit appellata, ab Octauiò Augusto tum rerum potiente, S.P.R. Basiliensis tamen Alemannorum transducti coloni, subactis Rauracis Romanisq; depulsis, amore tamen uirtutis quæ etiam in hoste ueneratione meretur, uetustissimo tractus huius illustratori, culpa temporum profus abolitam memoriam de postliminio renouarunt. Anno M. D. XXVII.

Inscriptio apud Basileã.

Citius mihi u. nt. alogias excutiam, dicito. Dicit non est in codice manuscripto. Doctus aliquis adiecit. Venustior erit oratio si subaudiatur. Nam iratis sermo breuis & abruptus conuenit. Itaq; uerbum sustulimus.

Exprope propere, sed de qua genitum dicas. Exemplar uetus habet, Exprime propere, sed qua genitus cluas. Hoc carmen nescio quis mutauit in ædicatione Romana quemadmodum & nos legere coacti sumus, sed profus infeliciter. Nam quid opus erat pro elegantissimo & ueteri uerbo cluas, supponere dicas. Ego carmen sic restituendum arbitror. Expromere properes qua gente natos cluas.

Ad terram occidas. Vetus habet accidas. Et mox, regna tergemini petens, quæ lectio nobis quoque probatur.

Et si quis à me notorem petisset. Non admodum mihi placet notoris uocabulum. Quanto uerò tantopere Claudius lingua Græca delectabatur, quid si putemus hic non à me notorem, sed amyntorem à Seneca fuisse scriptum. Significat autem ἀμύντωρ Græcis defensorem & uindicem, nisi libeat autorem legere pro patrono. Paulo post sequitur contulerim, quod fortassis esse debebat exantlarim.

Maluisses cloacas Augiæ purgare. Sic enim hunc locum ex codice manuscripto restituiimus. Hic Augias tantum firmi collegerat in stabulis suis, ut ἀγέου βεβρωία Græcis in proverbium abierit, quoties hominem significare uolunt aut rem supra modum immundam. Augiæ meminit Philostratus lib. VI II.

Sed non miror quod i. in c. f. quoniam uolo. Hic locus sic legitur in libro uetusto, Sed quoniam uolo nō mirum, quod

in curiam impetum fecisti, nihil tibi clusi est, quemadmodū & nos reposuimus. Cæterum aut mendosus est locus, aut, quod potius credo, Græca hic desunt, & diuersas sententias librarius confudit. Fuit autem in hunc fortassis sensum aliquid scriptum. Sed bono animo sis, quoniam uolo tibi patronus esse. Et sunt uerba Hercules Claudio respondentis. Interim irrupit Hercules in Curiam quam Seneca fingit in cælo, neque enim ciuilitatem didicerat inter homines omnia cum impetu facere solitus. Itaque Semidei illi qui intra Curiam erant de Claudio recipiendo consultant, irrupentem illum & clusa omnia suis uiribus perfringere solitum sic alloquuntur. Non mirum inquit, quod impetum in Curiam fecisti, quasi dicant, hoc tibi nouum non est. Nihil tibi clusi est, Modo dic nobis qualem deum. Et quæ sequuntur.

Deus Epicuri.

Ἐπιούρειος θεός non potest esse. Hæc uerba *Ἐπιούρειος θεός* præsidio tenuium uestigiorum eruta reposuimus, nisi manus *Ἐπιούρειος θεός*. Restituimus & ea quæ mox sequuntur *ὄντε αὐτὸς πᾶσι γινώσκῃς, ὄντε ἀποσι παύσαι*, hoc est. Neque ipse negotium habet, neque aliis exhibet. Quam sententiam uelut aduerfantem diuinæ providentiæ hæctenus exposit optimus quisque, sed in primis Christiani scriptores. Cæterum eleganter in Epicuri deum iocantur Semidei isti, quando regnant, irascuntur, pugnant dii si quid poetis creditur. Epicurus autem hebetem & ignauum deum inducit. Sed & in Stoicorum deum iocantur tanquam monstruosum: nam negant deum Stoici membra habere, puta caput, pedes, uentrem, & quæ sub uentre sunt. At dii uulgares & poetici de loco in locum migrant, comessantur, amant. Proinde Stoicus deus, inquit, quomodo potest rotundus esse, sine capite & præputio? Quasi dicat, imperfectum quiddam est Stoicus deus & monstri simile. Concedunt tamen Claudium posse Stoicum deum fieri, quod corde & capite careat, hoc est prudentia & mente, propter stultitiam.

Deus Stoicorum.

Si me hercules à Saturno p. Cum hoc loco & hiis quæ sequuntur diutissime luctatus sum, nec succurrebat exemplar manuscriptum. Opinor autem legendum, Iustissime hercule à Saturno petisset hoc beneficium. Et quæ sequuntur. Sunt quæ uerba semidei cuiuspiam in illa curia quæ in cælo Seneca fingit. Nam hoc animaduertere debet lector, semideos illos nunc nullo ordine obseruato loqui. Vnde postea Iupiter illos obiurgat. Ego P. C. inquit, interrogare uobis permiseram, uos mera mapalia fecistis. Quasi diceret, in dicendis sententiis non seruatis ciuilem consuetudinem, sed rusticano more, quicquid in buccam uenit promiscue blatteratis.

Eius

Etus princeps non tulisset. In hiis prodigiöse corruptis locis nihil prorsus erat præsidii à codice manuscripto. Deprehendi tandem legendum non eius princeps, sed Caius princeps. Sequitur mox. Illum deum à Ioue. Liber uetus habet illum Ioue, sic ut inter illum & Ioue sit lacuna media. Porro persuasissimum mihi est dictiones istas deū à Ioue, nihil ad sensum facere. Doctus quispiam sic tumultuarie locum castigauit, deum &, à, p ræpositionem apponens, haud re diligentius perpensa. Ego legendum reor, illum *ἀποθεώσθαι*, hoc est in deorum numerum referri: nam dubio procul ignota uox Græca librario occasionem dedit, ut omitteret. Sequitur damnauit incesti, Lego damnatum incesti. Sequitur. Oropenq; sororem suam. In manuscripto codice est, oro per quod for suam. Coniicio scribendum, eo quod sororem suam. Sequitur, quam quoniam omnes, scribo, quum omnes uen. dispuñtō relatiuo quam. Sequitur adhuc. **Quam** inquit, quæro tantum sororem suam stulte studere. Sic & in exemplari scripto legitur propemodum, ita uide licet. **Quare**, inquit, quæro inquit, sororem suam stulte stude. Locus est non solum mendosus sed & obscurus. Diuinatione planè hic opus est. Fortassis legendum **Quare** inuidit Romæ historiã suam. Aufcultare Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum. Ut huius semidei sententiã taxet quod Græcas historias suas Claudius Alexandriæ curãrit recitandas singulis annis, & quidem opus utrunq; totum, per uices seorsim in duobus Museis, institutis stipendiis, ueluti contempta Roma. **Quam** rem hiis uerbis narrat Suetonius. Denique, inquit, & Græcas scripsit historias Tyrrenicōn xx. Carhedonicōn v i i i. Quarum causã ueteri Alexandriæ Museo additum ex ipsius nomine, institutumq; ut quotannis in altero Tyrrenicōn libri, in altero Carhedonicōn diebus statutis uelut in auditorio recitarentur toti à singulis per uices. Hactenus ille. Videt libros illos historiarum autore Tranquillo totos fuisse lectos singulis annis. Id ergo est quod dicit Seneca, Alexandriæ totum. Fortassis alterum tantum uolumen singulis annis apud Athenas recitabatur non utrunque, ut sit quod ait, Athenis dimidium. Porro ualidum argumentum, si diis placet, aduersus Claudium, quod Græcis plus fanere uisus sit, quàm Romanis. Iam à nobis castigatæ sententiæ sic poterunt legi, & distingui. Iustissimè hercle à Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensẽ toto anno celebravit Saturnalia Caius princeps non tulisset illum *ἀποθεώσθαι*, qui (quantum quidem in illo fuit) damnatum incesto Syllanum generum

suam occidit, eo quod sororem suam festiuissimam omnium puellarum, quum omnes Venerem uocarent, maluit Iunonem uocare.

Quare inuidit Rom. historias suas? Auscultare Athenis dimidium licet, Alexandria totum. Quia Romæ, inquit, mures molas lingunt. Hic nobis curua corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, e. n. e. c. s. p. Deus fieri uult. Parum est quod templum in Britan. & quæ sequuntur. Porro eius sententiæ quæ incipit, Caius princeps non tulisset, hic est sensus. Caius Caligula Cæsar nunquam permisisset Claudium recipi in numerum deorum, uel ob hoc quod generum suum L. Syllanum incesti statim damnauit accusante Vitellio sed Agrippina subornante, quod illicito sororis suæ Iuniae Caluinæ amore teneretur, quam eidem crimini Caius Cæsar longe magis fuerit obnoxius ob omnes sorores suas adamatas, non unā tantum. Nam ut Suetonius scribit, Caius Caligula cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit. Plenoque conuiuio singulas infra se uicissim collocabat, uxore supra cubante. Solent autem fures furibus, incesti incestis fauere. Blandimur enim hoc modo uitis nostris. Porro non occidit Claudius generum suum Syllanum, sed ipso conuiuente per edictum Vitellii ordine senatorio motus est, & eiurare magistratum coactus, quum forte eo anno prætor esset, & pridie senatus lectus foret lustrumque conditum. Præterea affinitatem Cæsar diremit. Quibus rebus offensus ornatisissimus iuuenis & aliàs clarus insigni triumphalium, & gladiatorii muneris magnificentia, quo die Claudius incestas illas nuptias cum Agrippina celebrauit, ipse sibi mortem consciiuit, siue eo usque spem uitæ produxerat, seu delecto die ad augendam inuidiam, ut ait Tacitus. Atque hoc est quod hic Seneca uult his uerbis, Quantum quidem in illo fuit, damnatum incesti Syllanum generum suum occidit, Nimirum ob præstitam mortis occasionem. Iam satis apertum puto quid sibi uelint illa uerba, eo quod sororem suam s. o. p. quam omnes Venerem uocarent, maluit Iunonem uocare. Significat enim per Venerem non admodum castam fœminam Iuniam Caluinam, quam & Tacitus decoram sed procacem appellat, à fratre Syllano, uxoris penè loco habitam, id quod per Iunonem Ioui nexu coniugali copulatam eleganter innuit. Porro dicitur Claudii, Romæ mures molas lingunt, quo frequenter uti solitus uidetur, perstringit Romanos tanquam delicatos & fastidiosos, qui non quibuslibet scriptis recitandis interesse possint, precibus iam & pretio corrogandi.

Hic

Hic nobis curua corrigit. Si quis hoc simpliciter accipiendum putat, erit *εγωδία* incensoriam Claudii seueritatem. Si referendum ad proxime præcedens dictionem, quid si legas, Hic nos scurra Cæsar regit, ut sit alicuius Mimi clausula.

Tandem Ioui uenit in mentem priuatis. Fortassis legendum, primatis intra Curiam moranteis sententiam dicere n. disp. Ut intelligas uoluisse Iouem senatores primæ autoritatis sententiam dicere omissa ista pedariorum senatorum disputatione.

Homo quantum uia sua fert. Ostendimus aliàs quo sensu sit accipiendum, id, quantum uia sua fert, qui tamen præcedit, homo, quid si legas quantumuis uaser & qui semper uidet, *ἄμα πρόσω ἡγεῖ δπίσω*, hoc est simul ante & post. Quæ Græca uerba restituumus ex uestigiis quæ erāt in codice manuscripto. Clausula est qua Homerus sæpe utitur. Ut Iliados A. & rursus Iliados Γ.

αἰὸς δ ἡγεῖται πρόσω ἄμα πρόσω ἡγεῖ δπίσω Et Iliados Σ.

ὁ γὰρ αἰὸς ὄγει πρόσω ἡγεῖ δπίσω. De polydamante loquitur.

Quod in foro iuuat. Non dubito quin hic legendum sit uinat non iuuat. Notat autem quempiam qui consul factus erat ex numero Numulariorum assidue in foro uersantium. Nam qui inter homines uersantur, plus eloquentiæ plerumque habent.

Iam fama minimum fecit. Exemplar manuscriptum minimum habet non minimum. Fortassis legendum, mimum fecit. Ut sit sensus. Adeo uulgaris res esse cœpit etiam immeritis inter deos consecrare, ut scenicis ludis argumentum subinde præbeat. Nam quid est aliud hic Senecæ ludus de apotheosi Claudii, quàm mimus quidam. Significat autem mimus modo histrionem actorem, modò carmen ipsum siue fabulam. Sic Laberius mimum quendam, ut auctor est Gellius, Cophinam inscripsit, alium Alexandriam, alium Fullonem. Huiusmodi mimus fuit Laureolus quem Catulus Mimographus ædificauit, in quo iudex agebatur in cruce. Laureoli mimi Iuuenalis & Martialis meminere, & Tranquillus in Caio Caligula his quidem uerbis: & quum in Laureolo Mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem uomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundauit. Quem locum sic opinor legi debere

Suetonii
locus.

Tertulliani lo-
cus expositus.

bere, in quo actor prorrepens è ruina, sanguinem uomuit, plures secundarum, Et quæ sequuntur. Iam arbitror liquere quid sibi Septimius Tertullianus omnis antiquitatis peritissimus uelit, quum in libro quo aduersum Valentinianos pugnat, sic scribit, de Enthymesi illa Valentinianorum loquens, ita depulsa, inquit, quo minus pergeret, nec habens superuolare crucem, id est Horon, quia nullum Catuli Laureolum fuerit exercitata, ut destituta, ut passio- ni illisa, in trica multiplici atque perplexa, omni genere eius coepit adfligi. Vult enim dicere Enthymesin non fuisse exercitatum in scena, in agenda fabula illa quam Catulus Mimographus Laureolum inscripsit, in qua iudex in crucem agebatur. Alioqui si illam scenicorum histrionum in representanda in cruce acti præfidis fabula dexteritatem habuisset, fortassis crucem superuolasset, id est, Horon.

Etiam pessimum quemque illum affectare. Hæc clausula non est in codice Vuislenburgensi.

Ex his qui ἀρουρος καρπὸν ἔδουσιν id est agrorum fructu uescuntur. Restituimus hunc locum manuscripti libri nestigiis adiuti. Est autem apud Homerum Iliados 2

εὐδὲ τις ἐστὶ βορῶν οἱ ἀρουρος καρπὸν ἔδουσιν.

Aut ex his quos alit *ἰσχυροὶ ἀρουρα* hoc est frumentiferum rus. Et hunc locum eruimus. Est autem hæc clausula apud Homerum frequenter obuia, ut Odysseæ 1.

καὶ γὰρ νηλεόπρασσι φῖγες ἰσχυροὶ ἀρουρα.

Est uero *ἰσχυροὶ* terræ epithetum

Eum dedi laruis. Sed proximo mun. inter nouos autoratos. Reposuimus ex manuscripto codice pro dedo, dedi. Et pro noxios, nouos. Porro sententia adhuc est imperfecta, nisi pro sed legamus, & prox. Sic autem restitui debet, Qui contra hoc S. C. deus factus, ductus, pictus uel erit, eum dedi laruis, & proximo munere inter nouos autoratos, ferulis uapulare placet. Nam ad hoc uerbum placet in fine, etiam superiora referri debent. Ex hoc loco ueterem spectaculorum motem animaduertere licet, quo ferulis uerberabantur qui nuper se Lanistis addixissent: nam hos uocat autoratos, ubi rudes adhuc primum in harenam prodissent. Solent autem in nulla non arte ludicro aliquo tentari rudes. Sic mos tentandi nouos scholasticos. Athenis obseruatus narratur in uita Magni Basilii, de Basilio & Gregorio Nazianzeno.

Cel

Cof. numulariolus. Hic quaestu se sustinebat, uendere ciuitatulas solebat. Ad hoc uelle accessit Hercules. Hunc locum autem iurare corruptissimum esse. Nam istae dictiones, Ad hoc uelle, plane portenta quaedam sunt mendarum. Diu hic laborari, nec quicquam uenit in mentem quod profus probem. Inter cetera, uisum est legi posse, Cof. numulariolus, hic quaestu se sustinebat, uendere ciuitatulis solebat olei culleos. Accessit Hercules &c. Tum uidendum an pro numulario legendum sit, culleariolus. Sed haec coniectura esto.

Sitq; necesse e R.P. Castigauimus, Sitq; e R.P.

Qui cum Romulo possit feruentia reparare. Exemplar manu scriptum habet, Qui e Romulo possit feruentia rapta notare. Ego castigauit uorare. Ceterum uidendum an pro Romulo scribendum sit rhombulo, Ut hic sit sensus, Expedire esse aliquem qui feruentia rapa uoret e rhombulo, hoc est uase eius figurae cuius est rhombus. Fieri potest ut huiusmodi uase peculiariter usus sit Claudius. Boletorum & similibus ciborum quibus & rapa annumerari possunt, autem illum fuisse Suetonius tradit.

Et uidebatur Claudius sententiam uincere. Vetustior codex habet sententia. Coniicio scriptum a Seneca fuisse, Et uide. Claud. una uincere, subaudi sententia. Pars Claudio fauentium uno tantum calculo uincebat partem diuersam. Attende Claudium paucis fuisse probatum.

Quam canis frustum abscidit. Emendauit, Quam canis excidit, exemplar manuscriptum secutus. Videtur autem Claudius canibus excitis delectatus fuisse. Porro quando manuscriptum exemplar mire corruptum est, suspicari libet hic scriptum fuisse, exta edit pro excidit, ut sit ad Graecum prouerbium allusio *λυων παρ' εντεριου*, id est, Canis iuxta intestina.

Sed quid ego de tot actibus iuris dicam. Fortassis legendum, de tot praestantibus uiris, Aut de dodrantibus usuris.

Nam τὸς ἀγῶνς ἄγρε senescit ἢ νόσος. Hunc locum maximo labore restitui, quod Graeca Latinis literis essent scripta, & Latina non minus deprauata forent quam Graeca, hoc modo, Nam & siphormea Graece nescit ego scio. Sensus est ira morbus aegre senescit. Reddit rationem Augustus cur domestica mala potius commemorare uelit, quam publica. Alludit ad prouerbium, Ira omnium tardissime senescit, quod Graeci dicunt *ἡ θυμὸς ἄσχαλον γυράσκει*, id est, ira postremum senescit.

πυρροπολιίνης iste quem uidetis. Et hoc uerbum ex qua-
libuscunq; uestigiis repolui, Thraſonicum nomen est, ab expugnatis
arcibus & oppidis deductum, quo gloriosum militem Plautus uoca-
uit, Notatur autem hic Claudius qui potentiam suam in miseros &
qui resistere non possent, ostendere uoluerit.

Videris Iuppiter an in tua certe mala. Codex uetustior
habet, uideris Iuppiter an in causa certe in tua. Scriptum opinor à
Seneca, Videris Iupiter non mea mala, certe in tua, si hic inter nos
futurus est.

**Vni Vulcano crus fregit, quem *ῥίψε ποδὸς τετραγῶν ἀπι-
βαλῶ θεσπεσίω.*** Et iratus fuit ux. Sic nos hunc locum restitui-
mus præsidio manuscriptorum codicum. Nam uerba quæ in priore æditio-
ne legebantur, Et in Lemnon cælo deturbauit, non extinxit, doctus
aliquis adiecerat ut lacunam Græcæ carminis expleret. Versus est apud
Homerum Iliados α. quem sic reddere possis, Arreptum pede de
magno deiecit Olympo.

Cogitate P.C. Hæc uerba & quæ sequuntur usq; ad eam sen-
tentiam quæ incipit, Hunc nunc deum facere uultis? non erant in
codice Vuissenburgensi.

Quis credit in eum? Exemplar manuscriptorum habet, Quis
credet? Dum tales deos facitis.

Intra diem terras. Vetus liber habet infra diem tertium. Opi-
nor legendum, intra diem terra.

Omnisq; generis sonatorum. In exemplari manuscripto
legitur senatorum pro sonatorum. Ego castigauit Aeneatorum. Sunt
autem Aeneatores, tubicines, quod tubæ ex ære fiant.

P.R. ambulabat tanquam liber. Vetus codex habet am-
bulat. Malim iubilat siue iubilabat.

Tanquam qui tum max. reui. Hic erat in uolumine Vuif-
semburgensi lacunula quædam. Verbum reuiuiscerent, integre erat
perscriptum.

**Ingenti enim *ἰπιτάσει χορῆνός* Nenia cantabatur Ana-
pæstis.** Hæc uerba nos utcunq; eruimus è uestigiis quæ erant in
exemplari manuscripto, per *ἰπιτάσει*, uocis contentionem intelli-
ge. Cuius contrarium est *ἀνείσι*.

Fingite luctus. In libro ueteri est, fugite mugitus. Opinor le-
gendum, iungite questus.

Cordatus homo. Volumen manuscriptum habet cordatus
iano. Proinde censeo scribendum cordatus Sino, nam præcedentis
dictionis ultimum elementum est s. Ut ad Sinonem Virgilianum
fit

fit allusio.

Dominus domini. Non est in codice Vuissemburgensi.

Centiceps. Hic paulo diuersam lectionem liber manuscriptus continet, nempe hanc. Centiceps. Pusillum superturbatur (album canem in delictis habere consueuerat) ut illum uidit canem nigrum, uillosum. Sanè nunquam uelis tibi in tenebris occurrere.

Claudius Cæsar uenit. Vetus, & magna uoce Claudius, inquit, ueniet. Cum plausu, &c. Nam duæ istæ dictiones, ecce extemplo illic non habentur.

Procedunt cantantes. Ex notulis imperfectis literarum Græcarum quæ erant in libro ueteri, nihil potui certi colligere. Forte *ἄρρωδὴ* Neniam *χορῶν* legendum. Sed hæc coniectura esto.

Hic erat Cos. Mira hic diuersitas exemplaris, quæ plerunque solet accidere in propriis nominibus. Primum erat lacunula, deinde pro Iunio prætor, unus prætorius, pro Tralliano, Trallius, pro Cottiecto, Cottatectus, postremo pro Fusidio Fabius.

Medius erat in hac cantantium turba noster Pantomimus. Sic & in codice manuscripto legitur. Nos tamen pro noster substitutum Nestor. Nam indubiè locus hic de M. Nestore est intelligendus, cuius semel atque iterum in uita Cai Caligulæ meminit Suetonius, adamatum ab illo tradens.

Quem Claudius decoris causa. Nescio an sit legendum Caius, ut intelligas Nestorem amasium ex obeso graciliorem factum.

Conuolarant primum omnium. Vetus liber habet, Conuolarunt omnium liberti, Fortassis scribendum, Conuolarunt obuiam liberti.

Myron, Ampeus Ampyronas. Hic rursus nominum diuersitas & alius ordo. Pro Ampyrona Arropas est in codice manuscripto, & pro Pherona Pheronattus.

Quos omnes Claudius. Volumen antiquum habet, Quos Claudius omnes nec ubi imperatus esset, permiserat. Quem locum doctus aliquis castigare uolens, Senecæ mentem non est assecutus, quem opinor sic scripsisse: Quos Claudius omnes, uelut ibi imperaturus esset, præmiserat.

Exclamat. E' uestigiis hic Græcorum dictionum quæ libellus manuscriptus continet, nihil eruere potui, nisi si quis scriptum fuisse putet, *ὡς ἄσας φίλους ὄρω*, id est omnes amicos uideo.

In ius eamus. In codice Vuissemburgensi tantum est, eamus, & loco duarum dictionum præcedentium erat dimissa lacuna. Nec

R s est

est fellas sed stellas. Nomine sellarum intelligantur subsellia iudicialia. *σέλημ* Græci uocant columnam sepulchralem, in qua ponitur inscriptio.

Equites Romanos. Hunc locum sic arbitror legi debere, Equites Romanos *ccxxi*. Cæteros *ὅσα φάμαθός τε νέως τε*, id est innumeros, quorum uidelicet numerum non minus difficile sit inire quàm aut arenæ aut pulueris. Est Iliados 1.

ὅσ' ἔμωι τέσσα δόιν ὅσα φάμαθός τε νέως τε.

Exterritus Claudius o.u.c.u.a.p. qui se defenderet. Hæc uerba non sunt in codice Vuissenburgeni.

Si minus dii latura fecissent. Hic locus deprauatissimus multum mihi negotii exhibuit. Liber manuscriptus habet, si uni dii laturam fecissent. Coiicio legendum, Semi dei laturam fecisset, id est abiiceret, subaudi Claudius. Nam sic & Linius hoc uerbo factus utitur.

Nonnunquam Sisyphum. Hæc clausula non erat in codice Vuissenburgeni.

Aliquando Ixionis m.r. sufflaminandam. Quid si leges sublaminandam, à lamina deducto uerbo.

Non placuit ullis ex ueteranis. Vetus libellus non habet hæc duo uocabula, ex ueteranis, sed horum loco lacunam.

Pœnam excogitari deb. institui. In manuscripto uolumine legitur, constitui debere, excogitandum illi.

Et alicuius cupiditatis, spes sine fine effectus. Prope modum certus sum sic scripsisse Senecam, Et alicuius cupiditatis specimen sine effectu.

Habes candide lector annotatiunculas nostras in Senecæ libellum, quàm quidem in ista temporis angustia scribere licuit. Porro gratulandum est bonis studiis quod quemadmodum cætera Senecæ opera maximis Erasmi nostri sudoribus adamusim castigata, nunc in lucem prodeunt, sic & hoc opusculum aliquanto factum emédarius & magis quàm antè scholiis illustratum unâ cum illis in publicum exit. Quæ res absq; labore confecta non est. Bene Vale. Batilæ,

Calend. Februariis

Anno

M. D. XXIIX.

Quod sequitur opusculum sine controuersia non est Seneca, licet admixta sint permulta ex eius libris decerpta, studio hominis Christiani. Nam in ipso statim initio occurrit. Scire debes, quia sunt. Ac mox, ex rebus transitorijs. Rursum Cap. de Continentia, à corpore ad spiritum. Mox in eodem. Scito quia profuit, & scito quia prodesse uoluit. Hæc nimirum christianissimum olent. Nec tamen eiusdem hominis uidetur confarcinatio. Nam appendix de moderatione singularum uirtutum ineptior est superiore parte. Caput de prudentia moderanda, deq; temperantia tam erant in exemplatibus uaria, ut palam esset id studio factū. Comperi totum opus mire deprauatum, sed codice descripta ferè omnia restitui.

L. A N N A E I S E N E -

CAE DE QVATVOR VIR-

TVTIBVS LIBER

VNVS.



QVATVOR uirtutum species multorum sapientum sententijs diffinitæ sunt, quibus animus humanus componi ad honestatem uitæ possit. Harū prima est prudentia. Secunda magnanimitas. Tertia continentia. Quarta iustitia. Singulæ tibi in his officijs quæ subsunt annexæ sunt, ac bene moratum uirum efficiunt.

De prudentia.

Quisquis prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte uiues, si omnia prius existimes & perpenses, & dignitatem rebus non ex opinione multorum, sed ex earum natura constituas. Nā scire debes quia sunt quæ uideantur esse bona, & non sunt. & sunt quæ uideantur nō bona esse, & sunt. Quæcumq; autē ex rebus transitorijs possides non mireris, nec magnū existimes quod caducum est: nec apud te quæ habes tanquam aliena seruabis, sed pro te tanquā tua dispenses

& utaris. Si prudētiam amplecteris ubiq; idem eris, & prout
 rerum ac temporum uarietas exigit, ita te accommodes tem-
 pori, nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes, sicut manus
 quæ eadem est cum in palmam extenditur, & cum in pugnum
 astringitur. Prudentis proprium est examinare consilia, &
 non cito facili credulitate ad falsa prolabi. De dubiis non dis-
 finias, sed suspensam teneas sententiã. Nihil in expertum affir-
 mes, quia non omne uerisimile statim uerum est, sicut & se-
 pius quod primum Incredible uidetur, non continuo falsum
 est. Crebro siquidem faciem mendaciū ueritas retinet. Crebro
 mendacium specie ueritatis occultitur. Nam sicut aliquando tri-
 stem frontem amicus, & blandam adulator ostendit, sic ueri-
 similitudine coloratur ueritas, & ut fallat uel surrepat, colo-
 ratur. Si prudens esse cupis, in futurum prospectum intende,
 & quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone. Nihil
 tibi subitum sit, sed totum ante conspicias. Nam qui prudens
 est non dicit, non putauit quidem hoc fieri, quia non dubitat, sed
 expectat: nec suspicatur, sed cauet. Cuiuscunq; facti causam re-
 quire, cum initia inueneris, exitus cogitabis. Scito te in quibus-
 dam debere perseuerare, quia coepisti, quedam uerò nec inci-
 pere, in quibus perseuerare sit noxium. Prudens fallere non
 uult, falli non potest. Boni est uiri etiam in morte neminem fal-
 lere. Opiniones tuæ iudicia sint. Cogitationes uagas & inuti-
 les & uelut somnio similes non recipies, quibus si animus tuus
 se oblectauerit, cum omnia disposueris tristis remanebis: sed
 cogitatio tua stabilis & certa sit, siue deliberet, siue querat,
 siue contempletur, non recedat à uero. Sermo quoq; tuus non
 sit inanis, sed aut suadeat, aut moneat, aut consoletur, aut præ-
 cipiat. Laude parce, uitupera parcius. Nam similiter repre-
 hensibilis est nimia laudatio, ut immoderata uituperatio. Illa
 siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est, Testimonium
 ueritatis

uerita
 pleni
 tribu
 uide
 per au
 tus in
 la sus
 sed in
 sit sap
 quam
 nunqu
 mollit,
 & cito
 ex ape
 remota
 nec qui
 bus pl
 quod p
 altiori
 cadend
 tate pr
 nec tibi
 sit, uel q

MA
 cer. Ma
 sibi, &
 in rebu
 mus fue
 mico dic

meritati, non amicitiae reddes. Cum consideratione promitte, plenius quae promiseris praesta. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur. Praesentia ordina, futura praevide, praeterita recordare. Nam qui nil de praeterito cogitat, perdit uitam, qui nil de futuro praemeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas in animo tuo futura mala & bona, ut illa sustinere possis, & ista moderari. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, & requies ipsa plena sit sapientiae studiis & cogitationibus bonis. Nam prudens nunquam otio marcescit. Habet autem aliquando remissum animum nunquam solutum. Accelerat tarda, perplexa expedit, dura mollit, aequat ardua. Scit enim quid qua via aggredi debeat & cito singula, & distincte cuncta uidet. Consilium peritorum ex apertis obscura aestimat, ex parvulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. Non te moueat dicentis autoritas, nec quis, sed quid dicat intendito. Nec quam multis, sed qualibus placeas cogita. Id quere quod inuenire possis. Id discere quod potes scire. Id opta quod optari coram bonis potest. Nec altiori te rei imponas in qua tibi stanti tremendum, ascendenti cadendum sit. Consilia tibi salutifera aduoca. Cum tibi alludit uita prosperitas, tunc te uelut in lubrico retinebis, ac sistes, nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspicies quod eundem sit, uel quousque.

De Magnanimitate.

Magnanimitas uero quae & Fortitudo dicitur, si insit animo tuo, cum magna fiducia uiues liber, intrepidus, alacer. Magni animi hominis bonum est non uacillare, constare sibi, & finem uitae intrepidus expectare. Nil aliud magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: & cum

illum

illum in potestate tua uideris, uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim honestū & magnū genus uindictæ esse ignoscere. Neminē susurro appetas, neminē suffodias, palam aggredere, nō geres conflictū nisi indixeris, nā fraudes & doli imbecillum decent. Eris magnanimus, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides, ut timidus, nā nil timidum facit animum, nisi reprehensibilis uitæ conscientia: Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

De Continentia.

Continentiam uerō si diligis, circuncide superflua, & in carctum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura poscat, & non quantum cupiditas expetat. Si continens fueris, eo usq; peruenies, ut teipso contentus sis. Nā qui sibipsi satis est, cum diuitiis natus est. Impone concupiscentiæ tuæ frenum & modum, omniaq; blandimenta quæ occultam uoluptatē trahunt, reiice. Ede citra cruditatē, bibe citra ebrietatem. Obserua ne in conuiuio aut in qualibet uitæ cōmunitate, quos non imitaberis damnare iudearis, nec presentibus delitiis inherebis, nec desiderabis absentes. Victus tibi ex facili sit, nec ad uoluptatem, sed ad cibum accede. Palatum tuum famem excitet, nō sapores. Desideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes, ut desinant, atq; quasi ad exemplar cōpositus diuinum, à corpore ad spiritum quantum * potes te festina reducere. Si continentiae studes, habita nō amœne, sed salubriter, nec dominum esse uelis notum à domo, sed domum à domino. Non tibi ascribas quod non eris, nec quod es, nec maius quàm es uideri uelis. Hoc maius obserua, nec paupertas tibi immunda sit, nec persimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida: & si tibi res exiguae sunt, non tamen sint angustiæ. Nec tua desleas, nec aliena mireris. Si continentiam diligis, turpia fugito antequam accidant, nec quenquam alium

* potest.

ueberis plus quàm te. Omnia tolerabilia præter turpitudinẽ
 crede. A uerbis quoq; turpibus abſtincto, quia eorum licentia
 imprudentiam nutrit. Sermones utiles magis quàm facetos &
 amabiles ama, rectos potius quàm obsecundantes. Miſcebis
 interdum ſeriis iocos, ſed tẽperatos, & ſine detrimento digni
 tatis ac uerecundie. Nam reprehensibilis riſus eſt ſi immodi-
 cus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus. Odibile quoq;
 hominem facit riſus, aut ſuperbus, aut clarus, aut malignus &
 ſurtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo ipſos iocos exigis,
 hoc quoq; cum dignitate ſapientie gere, ut te nec grauent tan-
 quam aſperum, nec contemnant, tanquam uilem. Non erit tibi
 ſcurrilitas, ſed grata urbanitas. Sales tui ſint ſine dente, ioci
 ſine* uilitate, riſus ſine cachinno, uox ſine clamore, inceſſus ſi-
 ne tumultu, quies tibi nõ deſidia erit, & cum ab aliis luditur,
 tu ſancti aliquod honeſtiq; tractabis. Si continens es, adulatione
 nes euita, ſi q; tibi tam triſte laudari à turpibus, quàm ſi lau-
 deris ob turpia. Lætior eſto quoties diſplices malis, & malo-
 rum de te exiſtimationes malas, ueram tui laudationem aſcri-
 be. Difficiliſimum continentie opus eſt, aſſentationes adulatione
 ne repellere, quarũ ſermones animũ uoluptate reſoluunt. Nul-
 lius per aſſentationem amicitiam merearis, nec ad tuam pro-
 merendam per hãc aditum pandas. Non eris audax nec arro-
 gans, ſubmittes te, non proicies grauitate ſeruata. Admonebe-
 ris libenter, & reprehenderis patienter. Si merito obiurgabit
 aliquis, ſcito quia proſuit, Si immerito, ſcito quia prodeſſe uo-
 luit. Non acerba ſed blanda timebis uerba. Eſto uitiorum fu-
 gax ipſe, aliorum uerò neq; curioſus ſcrutator, neq; acerbus
 reprehensor, ſed ſine exprobratione corrector, ita ut admoni-
 tionem hilaritate præuenias, & errori facile ueniam dato. Nec
 extollas quenquam neq; deiicias. Dicentium eſto tacitus audi-
 tor, audientium promptus receptor. Requirenti facile reſpon-
 de,

* utilitate

de, contemnēti facile cede, nec in iurgia execrationesq; discedas. Si cōtinens es, animi tui motus corporisq; obserua, ne indecori sint. Nec illos ideo cōtemnas quia latent, nā nil differt, si nemo uideat, cū tuipe illos uideas. Mobilis esto, non leuis, constans nō pertinax. Alicuius rei scientiā habere te, nec ignotum sit, nec molestum. Omnes tibi pares facies, sed inferiores superbiendo non contemnes. Superiores recte uiuendo nō metuas. In reddenda officiositate, neq; negligens, neq; exactor appareas. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Seuerior esto in iudicio quā in sermone: uita quā * uultu: cultor clementiæ: detestator seuitiæ: bonæ famæ neq; tuæ seminator, neq; alienæ inuidus. Rumoribus criminibus, suspicionibus minime credulus uel malignus, sed potius his qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepunt, oppositissimus. Ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus & humilis, occultator uirtutū sicut alii uitiorum. Vanæ gloriæ contemptor, & bonorū, quibus præditus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiam despicias. Rari sermonis ipse, sed loquentium patiens. Seuerus non seuus, sed hilarem non aspernans. Sapientiæ cupidus & docilis, quæ nosti sine arrogantiā postulanti imparties, quæ nescis sine occultatione ignorantæ tibi postula impartiri. Nō cōturbabit sapiens mores publicos, nec populum in se uitæ nouitate conuertet. Iustitiæ post hæc uirtus est.

De Iustitia.

Quid est iustitia, nisi naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta. Iustitia non nostra constitutio, sed diuina lex est, & uinculum societatis humanæ. In hac non est quod æstimemus quid expediat, expetit tibi quicquid illa dictauerit. Quisquis ergo hæc sectari desideras, Deum time prius & ama, ut ameris à Deo. Amabilis eris Deo, si in hoc

* cultu.

illam

illu
Et
ra
bis
sit
fer
pto
Ex
qua
De
nan
est,
Qu
sed a
red
sta c
quen
dum
si stu
pecta
tuoso

H
earum
minos
tor la
notab
semper
mas su
monstr

illum imitaberis, ut uelis omnibus prodesse & nulli nocere. Et tunc te iustum uirum appellabunt omnes, sequentur, uenerabuntur, & diligunt. Iustus enim ut sis non solum non noceris, sed etiam nocentes prohibebis, nam nil nocere non est iustitia, sed abstinentia alieni est. Ab his ergo incipe ut non auferas, ut ad maiora proueharis, & alij ablata restituas. Raptores quoq; ipsos ne alij timendi sint, castiga & * cohibe. Ex nulla uocis ambiguitate controuersiam necces, sed animi qualitatem speculari. Nihil tibi intersit an * firmes, an iures. De fide & religione scias agi ubicunq; de ueritate tractatur, nam si iurciurando deus inuocetur, & non inuocanti testis est, tamen non transies ueritatem, ne iustitiæ transeas legem. Quod si aliquando coarcteris uti mendacio, utere nõ ad falsi, sed ad ueri custodiam, & si contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, sed potius excusaberis, quia ubi honesta causa est, iustus secreta non prodit, tacenda enim tacet, loquenda loquitur, atq; illi aperta & secura tranquillitas, ut dum alij uincantur à malis, uincantur ab illo mala. Hæc ergo si studere curaueris, letus & intrepidus cursus tui finem expectabis, prospicies hæc tristitia huius mundi hilaris, tumiduosus quietus, extrema securus.

De mensura & moderatione Prudentiæ.

His ergo institutionibus obseruatis, quatuor uirtutū species perfectum te facient uirū, si mensuram rectitudinis earum equo uiuendi fine seruaueris. Nam si prudentia terminos suos excedat, callida & puida commiseris, inuestigator latentium & scrutator qualiūcunq; noxarū ostenderis, notaberis timidus, speciosus, attentus, Semper aliquid querēs, semper aliquid timens, semper aliquid dubitans, & subtilissimas suspensiones suas ad animi tui apprehensionē impinguas, monstraberis digito astutia plenus, uersipellis & simplicitatis

S inimicus

* prohibe

* confirmes

inimicus, contemplatorq; culparū, & postremo uno nomine uocaberis à cunctis, malus homo. In has ergo maculas prudentia immensurata perducet, quicumq; in illa mediocri lāce persistit, nec obtusum in se aliquid habeat, nec uersutum.

De moderanda fortitudine.

Magnanimitas autem si se extra modum suum extollat, faciet uirū minacem, inflatum, turbidū, inquietū, & in quascunq; extollentias dictorū, actorumq; neglecta honestate festinū, qui momentis omnibus supercilia subrigens, & bestiaris etiā quietā excitat, aliū ferit, aliū fugat. Sed quamuis audax sit impugnator, tamen multa extra se ualentia ferre non poterit. Sed aut miserum appetit finem, aut erumnosam sui memoriam derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

De modo Temperantiz.

Continentia deinde his terminis te astringat, caue ne parcus sis, ne suspitiose & timide manū contrahas. Ne in minimis quoq; speculū ponas. Nā talis & tā circūcisa uilis putabitur integritas. Hac ergo mediocritatis linea cōtinentiā obseruabis, ut nec uoluptati deditus, prodigus & luxuriosus appareas, nec auara tenacitate sordidus, aut obscurus existas.

Qualiter sit moderanda Iustitia.

Iustitia postremo eo mediocritatis tibi itinere regenda est, * leni. ut nec ductu iugiter * leui immotā semper animi rationem negligentia subsequatur. Dū neq; de magnis neq; de minimis errantiū uitij corrigēdi curā geris, sed neq; licentiā peccādi, aut alludētibus tibi blāde, aut illudētibus proterue permittis, neq; rursus nimia rigiditate, & asperitate, nil ueniæ aut benignitati reseruans, humanæ societati durus appareas. Ita ergo iustitiæ regula tenēda est, ut reuerētia disciplinæ eius, neq; nimia negligētiæ communitate despecta uilescat, neq; seueriori

atrocit

atrocitate diuturna, gratiam humane amabilitatis amittat.

Conclusio præmissorum.

SI quis ergo uitam suã ad utilitatem non tantum pariat, sed
 Smultorũ inculpabiliter cõponere desiderat: hanc prædi-
 ctarũ uirtutũ formulã pro qualitatibus tẽporũ, locorũ, perso-
 narũ atq; causarũ sequatur, eo mediocritatis insistentes, quo per
 abrupta altrinsecus præcipitia, aut ruentem corporis deuitet
 insaniam, aut efficientem puniat ignauiam.

F I N I S.

Gnomologia & hæc est, non ex Seneca tantum. Insunt Mimi,
 & Pythagoræ quædam, postremo fit mentio diaboli. Videntur
 quædam decerpta ex prouerbis Salomonis.

L. ANNAEI SENE-
 CAE CORDVBENSIS DE
 MORIBVS LIBER VNVS.



QUONIAM peccatũ actio est. Actio autẽ omnis
 uoluntaria est, tam honesta quã turpis, er-
 go uoluntariũ est omne peccatũ. Tolle excu-
 sationem, nemo peccat inuitus. Educatio &
 disciplina mores faciunt, & id unusquisq; sa-
 pit, quod didicit. Itaque bona cõsuetudo excutere debet, quod
 mala instruxit. Nihil interest quo animo facias, quod fecisse
 uitiosum est, quia facta cernuntur, animus uerò non uidetur.
 Nulla autẽ laus est, non facere, quod facere non possis. Quid
 homini est inimicissimũ? homo. Libẽter feras, quod necesse est,
 dolor patientia uincitur. Expecta quo nunquã poeniteas. Non
 quã multis placeas, sed qualibus stude. In hoc tantũ incũbe,
 ut libentius audias, quã loquaris. Multos uitam differentes,
 mors iuncta præuenit. Itaque omnis dies uelut ultimus iudi-
 cetur. Tristitiã si potes, ne adniseris, sin minus, ne ostẽderis.

S 2 Amicos

Amicos secreto admone, palam autē lauda. Verba rebus non personis aestimanda sunt. Oratorē te puta, si tibi ante omnes, quod oportet persuaseris. Ut licētiosa mācipia animi imperio coërce, linguā, uentrē, & libidinē. Quod tacitū esse uelis, nemini dixeris. Si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est aliquē odio nocentis, innocentia perdere. Monstro similis est auaritia senilis. Quid enim stultius est quod dici solet, quā uia deficiente uaticū augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortius nasci quā uiuere? Quid dulcius quā habere amicū, cū quo audeas ut tecū omnia loqui? Magnarū uiriū est negligere lædē. Quid sis interest, non quid habeas. Nondū es felix si te turba non deriserit. Si uis beatus esse, cogita hoc primū, contemnere, & contemni. Priusquā promittas, delibera, & cū promiseris, facias. Id agas, ne quis merito te oderit, & si nullos inimicos tibi facies iniuria, multos facit inuidia. Solitudinē querat, qui uult cum innocentibus uiuere. Optimus ergo animus, & pulcherrimus cultor Dei est. Abstine bis ab alieno matrimonio. Prestabis parentibus pietatē, cognatis indulgētiam, omnibus æquitatem. Deuitabis crudelitatem, & ministrā crudelitatis iram. Non aliter uiuas in solitudine, aliter in foro. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod periturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis, cum uitijs bellū. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipse insanit, in id putet etiam ceteros furere. Maximum in eo uitij est, qui non melioribus uult placere, sed pluribus. Vis omnibus esse notus? prius effice ut neminē noueris. Bonū est non laudari, & esse laudabilē. Stultum est timere quod uitare non potes. Male opinentur de te homines, sed mali. Malis displicere est laudari. Male de te loquantur homines, bene autē loqui nesciunt, nō quod merearis, sed quod solent ipsi. Homines de te mala loquuntur. Si merito,

non quod loquuntur molestū est, sed quod non mentiuntur. Si immerito, innocētia mea nunc maxime gaudeo. Apparet enim illos uera obiecturos, si possent. Non es in patria tua. Patria tua est ubicunq; bene es, illud enim per quod bene est, non est in loco, sed in homine. Nihil magnū, nisi magno animo despicias. Quæ sunt maxime diuitiæ? non desiderare diuitias. Quis plurimū habet? is qui nimū cupit. Quid est dare beneficium? Deum imitari. Honestius est cū iudicaueris amare, quā cum amaueris, iudicare. Dissensio ab alio incipiat, à te autē reconciliatio. Succurre paupertati amicorum, imò occurre. Amicos secundæ res parant, aduersæ certissime probant. Peiora sunt tecta odia quā aperta. Itaq; te minus loquax inimicus offendit quā tacitus. Mira ratio est quæ non uult prædicari, quod gaudet intelligi. Ignosci amat, qui quod, odit ostendit. Eleemosyna non tam accipientibus quā dantibus prodest. Et spes præmij solatiū fit laboris. Quæ est maxima egestas? auaritia. Pecuniæ imperare oportet non seruire. Nullū cōsiciū peccatorum tuorū magis timueris quā temetipsum. Alium potes effugere, te autem nūquam. Quis est pauper? qui sibi uidetur. Qui à multis timetur, multos timet. Infelicem erige, submitte felicitatem. Vera felicitas, innocentia est. Nequitia ipsa sui poena est. Mala conscientia sæpe tuta est, segura nunquā. Libidinis initia cōtinebit, qui exitū cogitabit. Beneficij accepti nunquam oportet obliuisci, dati protinus. Inhonestæ uictoria est suos uincere. Satis est poenarū, potuisse puniri. Inimicitias tarde suscipe, amicitias exerce moderate. Simultates depone. Imago animi sermo est. Qualis uir, talis oratio. Magna res est uocis & silentij tēperamentū. Qui æquo animo malis immiscetur, malus est. Neminem laudaueris, neminem cito accusaris, semper puta te cū dijs testimoniū dicere. Vitium est omnia credere, uitium nihil credere. Utendū est diuitijs, nō abutēdū. Nul-

lum putaueris locum sine teste. Excusationē querere uitium.
 Fortior est qui cupiditatem uincit, quā qui hostem subijcit. Est
 difficillimū seipsum uincere. Inique irascitur, qui suis irascitur.
 Amare sic incipe tanquam non liceat desinere. Magnarum re-
 rum etiam si successus nō fuerit, honestus est ipse conatus. No-
 bilitas animi est generositas sensus. Nobilitas corporis gene-
 rosus animus. Honestior est quem senectus ad otium retulit,
 quā quem in otio inuenit, & tunc incipiat laborare. Turpe
 spectaculū præbet animus æger. Nūquam sit tristis facies tibi
 incōmodo alterius. Homo sum quomodo deuitabo secundarum
 rerum inuidiam? Si felicitatē iactaueris cum multis diues eris.
 Quomodo optime potentiam tuebor? impotentia occasionis.
 Locum tenet innocentiæ proximum confessio. Vbi confessio, ibi
 remissio. Iræ seueritas in uitio est. Boni iudicis est dispensare, nō
 tantum quid damnandum sit, sed quatenus. Proximus iustitiæ
 modus seueritas. Quietissimā uitam agerent homines in terris,
 si hæc duo uerba à natura omnium rerum tollerent, meū & tuū.
 Qui paupertatem timet, timendus est. Vires tuas amici magis
 sentiant beneficijs quā iniurijs. Pecunia non satiat auaritiam,
 sed iritat. Homo semper indigens pecunia, scit cū eius moribus
 conuenire. Mihi crede, non potes diues esse, & felix. Auribus
 frequētius quā lingua utere. Quicquid dicturus es antequam
 alijs dixeris, dicito tibi. Nihil interest inter iratum et insanum,
 nisi unus dies. Alter non semper irascitur, alter semper insanit.
 Facillime bonis fruere, si ea uitaueris quæ uituperaueris. Cum
 alienos timueris, teipsum uerere, nā sæpe sine alijs esse potes,
 sine te nunquā. Si bene te instruxeris, pudeat deteriora facere.
 Quod persuaseris erit diuturnū, quod coegeris, erit in occasio-
 ne. Alteri semper ignoscito, tibi ipsi nunquam. Tantum ad uir-
 tutem adijcies, quantum ex uoluptate abstraxeris: stultum est
 somno delectari, & quasi mortē moliri. Bonis nocet, qui malis
 pare

parcit. Multi cum alijs maledicunt, sibijspsis conuictum faciunt. Nihil turpius quàm qui obijcit alteri sibi obijciendum. Vt licentiosa mancipia, animi imperio rege, linguam, libidinem, uentrem, cupiditatemq; comprime, si non potes, paululum remitte. Sæpe ea quæ sanari ratione non poterant, sanata sunt tempore. Qui propter pecuniæ amorem & libidinū moritur, ostendit se nunquam sui causa uiuuisse. Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per uerba discutitur. Sic habita, ut potius laudetur dominus quàm domus. Consuetudinaria res est innocentia, non damnatio, sed causa hominē turpem facit. Merito damnari poena est, damnatio immerita, damnantis est calamitas. Si aliquid cogitaueris, cito apparebit cōuersantibus. Videri uis ab omnibus, nunquam bonæ honestatis simulatio longa est. Quod de alienis tractas, ex tuis iudices, Multi sunt obligādi, pauci offendendi, nam memoria beneficiorum facilis est inuuriarū tenax. Obiurgationi semper aliquid blande admisce, facilius enim penetrant uerba quæ molli uadunt uia, quàm aspera. Nemo enim se mutat, qui mutari se desperet. Quoties scribens aliquid dicturus es, scito morum tuorum te hominibus chirographum dare. Qui in seruos irascitur & crudelis est, satis ostendit potestatem aduersus alienos sibi defuisse. Qui nescit tacere, nescit loqui. Facilius est pauperi contemptū effugere, quàm diuiti inuidiam. Bonus fruitur bona conscientia. Malis hominibus tutissimum est cito fugere. Nulla pusilla domus quæ multos amicos capit. Scire uti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animum remissio. Nunquā scelus scelere uincendum est. Bonus uir est, qui eo perduxit affectu animum, ut non tantum peccare non uelit, sed etiam non possit. Regnantibus peius multo periculum, quàm his qui iudicantur, hij enim singulos timent, illi uniuersos. Nunquid fortis fortem se gloriabitur, quæ corporis ægritudo efficit infirmum? Nunquid diues in opi-

bus suis gloriabitur, cuius spem fur uel tyrannus abruptit? Nunquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnunquam indignis & miserabilibus seruiens? Diabolus aliquando se gloriabitur interfectorem tue misericordie, nunc intergemiscit, socios tue beatitudinis. Fugienda sunt omnibus modis, et abscindenda igni ac ferro, totoq; artificio separanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, à ciuitate seditio, à domo discordia, à cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam amicorum omnia esse cõmunia, & amicum seipsum esse alterum. Duorum temporũ maxime habendam curam, et eorum quæ acturi sumus, & eorum quæ gessimus: post Deum ueritatem colendam, quæ sola homines Dijs proximos facit.

Libri de moribus finis.

DIVI HIERONYMI DE SENECÆ TESTIMONIUM.



LVCIUS Anneus Seneca Cordubensis Photini Stoici discipulus, patrius Lucani poetæ, continentissimæ uitæ fuit. Quem non ponerem in catalogo sanctorum nisi me illæ epistolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum esset Neronis magister & illis temporibus potentissimus, optare se dicit eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium quam Petrus & Paulus martyrio coronarentur, à Nerone interfectus est.

LECTORI ERASMVVS ROTER. S.

HIs epistolis non uideo quid fingi possit frigidius aut ineptius, & tamen quisquis fuit autor, hoc ogit, ut nobis persuaderet Senecam fuisse Christianũ. Diuus Hieronymus non ignarus fuci, abusus est simplicium credulitate, ut Senecæ libros, lectu cum primis dignos commendaret Christianis, qui tamen maiore cum fructu le-

gend

genur, si legantur ut hominis pagani, quemadmodum initio præfari
 sumus. Cum autem hæc scribantur clanculum inter ipsos, quàm nihil
 est in Paulinis epistolis illo Pauli spiritu dignum, quàm uix usquam
 audias nomen Christi, quàm ille non soleat aliud crepare quàm Ie-
 sum Christum. Deinde illum fortissimum Euangelii propugnato-
 rem, quàm facit in his epistolis formidolosum. Obiurgat Senecam
 quod Neroni indicarit epistolas ipsius, quas in hoc scripserat, ut in
 omnibus ecclesiis legerentur, atque adeò seipsum redarguit Aposto-
 las, quod epistolis suis nomen suum soleat subscribere, & huc scilicet
 allegatur illud, omnibus esse placendum, & domino, nempe Cæsari
 gerendum morem. Paulus cuiquam placeret dissimulato Euangelio,
 quam multo ante Romanis misisset liberam ac prolixam epistolam?
 Aut hoc docuit Paulus celandum Christianismum, ut placeas impio
 domino? Deinde Seneca nūtiat Paulo, quod Cæsar immanibus sup-
 pliciiis sciret in Christianos, quasi hoc Romæ cuiquam esset igno-
 ram. Adhæc si quid metuebant, tutius poterant ore colloqui quàm
 epistolis. Nec Paulus amore euangelii grauatus fuisset, uel in Salu-
 stianos hortos uenire, si Seneca metuebat uenire Romam. Quanta
 copia, quanto affectu Paulus scribit uni Philemoni de re uulgari, &
 Senecæ tam celebri uiro scribit, tam ieiune, tam frigide de amplectē-
 do Christum, hoc est de re omnium maxima? Quando uerò sic lo-
 queretur Paulus, & si fors prospere annuerit. Nō ausus est nominare
 Deum, quem Seneca paganus toties nominat in scriptis suis? Illud
 insignite cuiusdam stultitiæ est, quod Seneca mittit Paulo librum de
 copia uerborum, quo posthac melius scribat Romano. Atqui si Pau-
 lus nesciebat Latine, poterat Græce scribere, quum Græce nosset Se-
 neca. Quis conuenit autem, ut cum Seneca doceat Philosophi dictio-
 nem sententiis grauem potius, quàm uerbis ornatam esse debere, nūc
 in Paulo requirat Romani sermonis copiam. Illud omnium impu-
 dentissimum, quod cum faciat Senecam in apostolo desiderantem
 copiam & cultum sermonis, tamē in his epistolis nihilo cultius scri-
 bit Seneca quàm Paulus. Sed par est utriusque balbuties, & sensuum
 frigus atque ineptia. Saltem aliqua ex parte Senecæ phrasim æmula-
 ri debuerat, aliquid ex Paulinis epistolis effingere, uel uehementia &
 sublimitate dictionis. Scurrilis impudentia est sic facere loquentem
 Senecam: blasphemia est sic facere loquentem Paulum. Non dubi-
 to, quin uel mulio uel agaso Senecæ minus inepte fuerit scripturus.
 Paulo uerò quid est minus ieiunum aut somniculosum? Et tamen
 in his epistolis extant uerboſi commentarii. Quid his iudiciis ex-
 cas? Hæc non admonerem nisi talibus impotturis nimium & in

alijs tribuant interdum Christiani. Iam uideamus quæ sit illa mirabilis sententia, quæ commouit Hieronymum, ut Senecam infereret catalogo sanctorum, in quo tamen commemorantur & Iudæi, & heretici ab ecclesiæ consortio digressi. In epistola quæ præcedit penultimam ita scribit, Nam qui tutus est apud tuos locus, uelim ut sit apud meos meus. Hæc Hieronymus tribuit Senecæ modestiæ, at qui Paulus apud Christianos erat summo in pretio, utpote Apostolus, qui plus omnibus laborauit. An Seneca optat talis esse apud suos, hoc est ethnicos? uerum hoc qui finxit, fortassis huc alludit, quod Tacitus refert, illum inuidia multorumq; criminationibus iam grauatum, egisse cum Nerone, ut opes ac dignitatem liceret ipsi resignare qui dederat. Sed quid refert magnus ne sit an humilis, modo sit apud idololatrias: optare potius debuit, ut sibi liceret uel inter humiles Pauli discipulos numerari. Talis uox poterat illum commendare Christianis affectibus. Postremo si uerum est quod hæc fingunt epistolæ, quis unquam Christianus sibi fuit supplicii minister? Quis in uxore tua probauit ut citra necessitatem sibi mortem conscisceret. Sed in balneû calidum illatus quum iam deficeret, sparsit aquam sanguine mixtam, & Socraticum quiddam referens dixit: Hoc libo Ioui liberatori, per Iouem ut aiunt, liberatorè, uerum deum intelligens. Adeò ne moriens quidem ausus est nominare Christum. Sed ego nimis multa de re nihili.

EPISTOLAE SENECAE ET PAULI.

SENECA PAULO SALVTEM.



CREDO tibi Paule nuntiatum esse, quod heri cum Lucilio nostro de apocryphis & alijs rebus sermonem habuimus. Erant enim quidam disciplinarum tuarum comites nobiscum. Nam in hortos Salustianos secesseramus, quo in loco occasione nostri aliò tendentes, hi de quibus dixi, uisis nobis adiuncti sunt. Certe tui præsentia optauimus. Et hoc scias uolo, libello tuo lecto,

id est

id est, cum legissemus de plurimis aliquas epistolas, quas ad aliquam ciuitatem, seu caput prouinciæ direxisti, mira exhortatione uitam mortalem continentes, usq; resecti sumus. Quos sensus non puto ex te dictos, sed per te, certe aliquando ex te & per te. Tanta enim maiestas earum est rerum, tantaq; generositate clarent, ut uix suffecturas putem ætates hominum, quibus institui perficiq; possint, Bene te ualere frater cupio.

SENECAE PAVLVS SALVTEM.

Literas tuas hilaris heri accepi, ad quas rescribere statim potui, si præsentiam iuuenis, quæ ad te missurus eram, habuissem. Scis enim quando, & per quæ, & quo tēpore, & cui quid dari cōmittiq; debeat. Rogo ergo ne putes te neglectū, dum personæ qualitatem respicio, sed quod literis meis uos bene acceptos alicubi scribis, felicem me arbitror tanti uiri iudicio. Neq; enim hoc dicere cēsor, sophista magister tanti principis, etiā omnium, nisi quia uere dicis. Opto te diu bene ualere.

SENECA PAULO SALVTEM.

Quædam uolumina ordinavi, & diuisionibus suis statim eis dedi, Ea quoq; legere Cæsari sum destinatus, & si modo sors prospere annuerit, ut nouas aures afferat, eris forsitan & tu præsens. Sin aliàs, reddā tibi diē, ut inuicem hoc opus inspiciamus, & possim non ei prius edere hanc scripturam, nisi prius tecum conferam, si modo impune hoc fieri potuisset, ut scires & te non præteriri. Vale Paule charissime.

SENECAE PAVLVS SALVTEM.

Quotiescunq; literas tuas audio, præsentiam tuam cogito, nec aliud existimo, quàm omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaq; uenire cœperis, inuicem nos de proximo uidebimus. Bene te ualere opto.

SENECA PAULO SAL.

Nimium tu angimur secessu, quid est, uel quæ res te re-

motum

motum faciunt? Si indignatio domini, quod à ritu & secta ueteri recesseris, & aliorum conuersus sis, erit postulandi locus, ut ratione factum, non leuitate hoc existimetur. Vale.

SENECAE ET LVCILIO

Paulus Salutem.

DE his quae mihi scripsistis, non licet harundine & atramento eloqui, quarum altera res notat & designat aliquid, altera euidenter ostendit, praecipue cum sciam inter uos esse, id est, apud nos, & in uobis qui me intelligant: honor habendus est omnibus, tanto magis quanto indignandi occasione captant: quibus si patientiam demus, omnimodo eos quaqua parte uincemus, si modo hi sunt, qui poenitentiam sui gerant. Bene ualete.

ANNAEVS SENECA PAVLO

& Theophilo salutem.

Profiteor bene me acceptum in lectione literarum tuarum, quas Galatis, Corinthiis, & Achaëis misisti. Et ita inuicem uiuamus, ut etiam cum honore diuino eas exhibeamus. Spiritus enim sanctus in te excelsior, & sublimior, & super te excelsos & sublimiores satis uenerabiles sensus exprimit. Vellem itaque cum res eximias proferas, ut maiestati earum cultus sermonis non desit. Et ne quid tibi frater surripiam, aut conscientiae meae debeam, confiteor Augustum sensibus tuis permotum, cui lecto uirtutis in te exordio ista uox fuit, Mirari eum sic posse loqui, ut qui non legitime inbutus sit, taliter sentiat. Cui ego respondi, solere deos ore innocentium effari, aut eorum qui praeuaricari doctrina quidem sua possunt, & dato ei exemplo Vaticanus hominis rusticuli, cui cum duo uiri apparuissent in agro Reatino, qui postea Castor & Pollux sunt nominati, satis instructus uidetur. Vale.

PAVLVS SENECAE SAL.

Licet non ignorem Caesarem nostrum rerum admiranda-

rum

rum si quando deficiet amatorem esse, permittes tamen te non ledi, sed admoneri. Puto enim te grauius fecisse quod ei in notitiam perferre uoluisti, quod ritui & disciplina eius sit contrarium. Cum & ille enim gentium deos colat, quid tibi uisum sit, ut hoc eum scire uelles non uideo, nisi nimio amore meo facere te hoc existimo. Rogo te de futuro, ne id agas. Cauendum est enim, ne dum me diligis, offensam domini facias. Cuius quidem offensa, nec oberit, si perseuerauerit, neque si non sit proderit. Si est regina, non indignabitur, si mulier est, offendetur. Bene uale.

SENECA PAULO SALVTEM.

Scio te non tam tui causa commotum litteris, quas ad te de editione epistolarum tuarum Cesari feci, quam natura rerum, que ita mentes hominum ab omnibus artibus & moribus relictis reuocat, ut non hodie admirer. Quippe ut is, qui multis documentis hoc iam notissimum habeat. Igitur noue agamus, si quid facile in preteritum iam factum est, ueniam irrogabis. Nisi tibi librum de uerborum copia. Vale Paule charissime.

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

Quoties tibi scribo, & nomen meum tibi subscribo, grauem & sectam meam incongruentem rem facio. Debeo enim, ut sepe professus sum, cum omnibus omnia esse, & idem obseruare in tuam personam, quod lex Romana honori senatus concessit, perlecta epistola, ultimum locum eligere, ne cum aporia & dedecore cupiam efficere, quod mei arbitrij fuerit. Vale deuotissime magister. Data V. Cal. Iulij Nerone IIII. & Messala Consulibus.

SENECA PAULO SALVTEM.

Ave mi Paule charissime. Putas me haud contristari, & non luctuosum esse, quod de innocetia uestra subinde sumuntur supplicia. De hinc quod tam dueros, tamque obnoxios nos reatu omnis populus iudicet, putas a uobis effici, quicquid

in ur

in urbe contrarium fit. Sed seramus æquo animo, & utamur foro, quod sors concessit, donec inuicta felicitas finem malis imponat. Tulit & priscorum ætas Macedonem Philippi filium, & post Darium, Dionysium, nostra quoque Caium Cæsarem. Quibus quicquid libuit, licuit. Incendium urbis Romane manifeste sæpe unde patiatur, constat. Sed si effari humilitas humana potuisset, quid causæ sit, & impune in his tenebris loqui liceret, iam omnes omnia uiderent. Christiani & Iudei quasi machinatores incendij, supplicio affici solent. Grassator iste quisquis est, cui uoluptas carnificina est, & mendacium uelamentum, tempori suo destinatus est, & optimus quisque unum pro multis donatum est caput. Ita & hic deuotus pro omnibus igni cremabitur. Centum triginta due domus, Insulae quatuor, sex diebus arsere, septimus pausam dedit. Bene te ualere frater opto. Data v. Calend. April. Apronio & Capitone Coss.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule charissime. Nisi mihi nominique meo uir tantus & ad id delectus omnibus modis, non dico fueris iunctus, sed necessario mixtus, actum erit de Seneca tuo. Cum sis igitur uertex, & altissimorum omnium montium cacumem, noli latere, ita sim tibi proximus, ut alter similis tui deputer, haud itaque te indignum prima facie epistolarum nominandum censeas, ne tam tentare me, quam ludere uidearis. Quippe cum scias ciuem esse te Romanum. Nam qui tuus est apud tuos locus, uelim, ut apud meos sit meus. Vale mi Paule charissime. Data x. Cal. April. Apronio & Capitone Coss.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule charissime. Allegorice & enigmatica multa à te usque quaque opera conduntur, & ideo rerum tantæ uis & numeri tibi tributi, non ornamento uerborum, sed cultu quodam decoranda est: nec uereare quod sæpius te dixisse

xisse retineo, multos qui talia affectent sensus corrumpere, rerum uirtutes euiscerare. Cæterum mihi concedas uelim, latinitati morem gerere, honestis uocibus speciem adhibere, ut generosi muneris concessio, digne à te possit expediri. Bene uale. Data ij. Nonis Iul. Catone & Sabino Coss.

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

Perpendenti tibi ea sunt reuelata, quæ paucis diuinitus concessit. Certis igitur ego in agro iam fertili semen fortissimum sero, non quidem materiam quæ corrumpi uidetur, sed uerbum stabile dei deriuamentum crescentis, & manentis in æternum, quod prudentia tua assecuta est, indeficiens fore debet, Ethnicorum Israhelitarumq; obseruationes censere uitandas. Nouum te autorē feceris, Christi Iesu præconis ostendendo rhetoricis irreprehensibilem sophiam, quam propemodum adeptus regi temporali, eiusq; domesticis atq; fidis amicis insinuabis, quibus aspera & incapabilis erit persuasio, cum pleriq; eorum minime flectantur insinuationibus tuis, quibus uitale commodum sermo Dei instillatus, nouum hominem sine corruptela, perpetuam animam parit ad Deum isthinc properantem. Vale Seneca charissime nobis. Data Calen. Augusti. Latone & Sabino Coss.

ORATIO ANNAEI SENECAE

QVA NERONI STVDVIT

persuadere, ut sibi liceret omnem
fortunam resignare.

Ex Tacito.

Quartusdecimus annus est Cæsar, ex quo spei tuæ admodum sum, octauus, ut imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atq; opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Utar magnis exemplis, nec meæ fortunæ, sed tuæ. Atauus tuus Augustus, Mar.

Agrip

Agrippæ Mytilenense secretum, C. Meccenati urbe in ipsa, uelut peregrinum ocium permisit, quorum alter bellorum socius, alter Romæ pluribus laboribus iactatus, ampla quidem, sed pro ingētibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentie adhibere potui quàm studia, ut sic dixerim, in umbra educata, e quibus claritudo uenit? quod iuuentæ tuæ rudimentis affuisse uideor, grande huius rei pretium. At tu gratiam immensam, innumeram pecuniã dedisti, adeo ut plerumq; intra me ipse uoluam, ego ne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes, nouitas mea emittit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit & per hæc suburba na incedit, & tantis agrorum spatii, tam lato scenore exuberat? Vna defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. Sed uterq; mensuram impleuimus, & tu quantum princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à principe accipere. Cætera inuidiam augent, quæ quidem ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt. Mihi subueniendum est, quomodo in militia aut uia, fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere uitæ, senex, & leuissimis quoq; curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi, nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut uillarum curæ seponitur, in animum reuocabo. Superest tibi robur, & tot per annos nixum fastigij regimè, possumus seniores amici quiete respondere, hoc quoq; in tuam gloriã cedit, eos ad summa uexisse, qui & modica tolerarunt. Atq; Nero sic ferme respondit. Et quod orationi tuæ statim occurram, id primũ tui muneris habeo, qui me non tantũ præiussa, sed subita expedire docuisti. Auus meus Augustus Agrippæ

pæ & Mœcenati usurpare otium post labores concessit, sed
 in ea ipsa ætate, cuius autoritas tueretur, quicquid illud &
 qualecunq; tribuisset, attamen neutrum datis à se præmijs ex-
 uit. Bellis & periculis meruerat. In his enim iuuetas Augusti
 uersata est. Nec mihi tela & manus tuæ defuissent in armis
 agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, consilio,
 præceptis, pueritiâ dein iuuentâ meâ fouisti. Et tua quidẽ er-
 ga me munera dum uita suppetet, æterna erunt. Quæ à me
 habes, horti & fœnus, & uillæ, casibus obnoxia sunt. Ac li-
 cet multa uideantur, pleriq; haudquaquã artibus tuis pares,
 plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectã-
 tur. Vnde etiam rubori mihi est, quod præcipuus charitate,
 nondũ omnes fortuna antecellis, uerũ & tibi ualida ætas, re-
 busq; & fructui rerũ sufficiens, & nos prima imperij spatia
 ingredimur, nisi forte aut te Vitellio ter Consuli, aut me Clau-
 dio præponis. Sed quantũ Volusio lōga parsimonia quæsuit,
 tantũ in te mea liberalitas explere non potest. Quin si qua in
 parte lubricũ adolescentiæ nostræ declinat, reuocas, inorna-
 tumq; robur subsidio impensius regis? Non tua moderatio si
 reddideris pecuniã, nec quies si reliqueris principẽ, sed mea
 auaritia, meæ crudelitatis metus, in ore omnium uersabitur.
 Quod si maxime continentia tua laudetur, nõ tamen sapienti
 uero decorũ fuerit, unde amico infamiã parit, inde gloriã sibi
 recipere. His adiicit cõplexum & oscula, facetus natura, &
 consuetudine exercitus uelare odium fallacibus blanditijs.

FINIS.

AD LECTOREM.

S tudiosus aliquis cœperat, ex Publii Laberiiq; Mimis insignes
 aliquot colligere sententiã, nam hi duo mimographi magnam
 in hoc genere laudem olim tulerant, præcallebat tamen Publius.
 Sed incertũ, an hic collector destiterit in litera N. an aliquis opus cõ-
 taminarit. Nã ab hac nullũ ferè carmen est. Etiã in cæteris admixtæ
 T sunt



sunt sententiæ oratione soluta, ex Senecæ libris pleraque decerptæ. Versus aut senarii sunt iambici, aut trochaici tetrametri catalectici, paucissimi iambici tetrametri, quorū aliquot nomine Publii & Laberii referuntur, ab Aulo Gellio & Macrobio, nonnulli reperiuntur & apud Senecā, oēs prodigiose deprauati, quos maxima ex parte restitimus. Opusculi hoc Cātabrigiæ reperimus in mēbranis accurate descriptū, literis initialib⁹, colore & auro pictis, sed deprauatissime. Adiecti erant cōmentarii deum immortalē quā absurdū. Neq; eorum quod aiunt, neq; terrā attingebant. Singulis cōmentariolis subiectū erat distichon hexametru, eandē sententiā aliis scilicet uerbis explicans, ad ostentationem opinor copiar. Tales neniā tum uiris etiam prælegebātur, talibus ineptis discruciabantur ingenia puerorum. Et sunt hodieq; qui indignantur linguarum peritiam, & bonas literas reuocatas in ludos literarios.

SENTENTIAE IVXTA LITERARVM ORDINEM.



ALIENVM est omne quicquid optando euenit.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Animus uereri qui scit, scit tuto ingredi.

Auxilia humilia, firma consensus facit.

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium.

Ad tristem partem strenua est suspitio.

Ames parentem, si æquus est, si aliter, seras.

Aspicere oportet quod possis deperdere

Amici uitia si seras, facis tua.

Aliena homini ingenuo, acerba est seruitus.

Absentem lædit, cum ebrio qui litigat.

Amans iratus multa mentitur sibi.

Auarus ipse miserie causa est sue.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat non uidet.

Amans quod suspicatur, uigilans somniat.

Ad calamitatem quilibet rumor ualet.

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam.

Aperte cum est mala mulier, tum demum est bona.

Auarum facile capias, ubi non sis idem.

Amare & sapere uix deo conceditur.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

Astute crines dum cælantur, ætas indicatur.

Forte sic. Astute dum cælat, se ætas indicat.

Auarus damno potius quàm sapiens dolet.

Auro quid mali optes, ni ut uiuat diu.

Animo dolenti nihil oportet credere.

Alienum nobis, nostrum plus alijs placet.

Amare iuueni fructus est, crimen seni.

Anus cum ludit, morti delicias facit.

Amoris uulnus idem qui sanat, facit.

Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat.

Amicos res opimæ parant, aduersæ probant.

Forte sic legendum ut constet senarius,

Amicum opimæ res parant, tristes probant. troch. est.

Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.

Amor ociose cura est sollicitudinis.

Arcum intensio frangit, animum remissio.

Videtur inuersus senarius. Constabit si legas,

Remissio animum frangit, arcum intensio.

Reliqua non sunt uersus in hac litera.

Aberrare à fortuna tua non potes, obsidet te:

A quocunq; descenderis, magno apparatu sequitur.

Accerrima uirtus est, quam ultima necessitas excutit.

Agat princeps curam, non tantum salutis sed honestæ cicatricis.

A superest.

A superest. A duabus causis præstare princeps solet, si aut se uendicat, aut alium.

Bis est gratum quod opus est, ultro si offeras.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Beneficia dare qui nescit, iniuste petit.

Bonum est fugienda aspicere in alieno malo

Beneficium accipere, libertatem uendere est.

Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala

Bis enim mori est, alterius arbitrio mori.

Beneficia plura recipit qui scit reddere.

Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.

Bonus animus lesus grauius multo irascitur.

Bona mors est homini, uitæ quæ extinguit mala.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommo-
dat.

Beneficia se dedisse qui dicit, petit.

Beneuolus animus maxima est cognatio.

Beneficia sæpe dare, docere est reddere.

Bonitatis uerba imitari maior malitia est.

Bona opinio homini tutior pecunia est.

Bonum tametsi supprimitur, non extinguitur

Bis uincit qui se uincit in uictoria.

Benignus etiam dandi causam excogitat

Bis interimitur, qui suis armis perit.

Bene dormit qui non sentit quàm male dormiat.

Bonorum crimen officiosus est miser.

Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.

Bene cogitata si excidunt, non occidunt.

Bene perdit nummos, iudici cum dat nocens.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.

Bonus iudex est, qui nouit dispensare quod dandum est, & quatenus.

Bono iustitiæ proxima est seueritas.

Beneficium est eo carere, quod inuitus possideas.

Beneficium est semper reddere bonitatis uerba

Bonum est reddere bona uerba, etiam inimicis.

Bona quæ ueniunt, nisi sustineantur, cadunt ut opprimant.

Bona, imperante animo, fiet pecunia.

Bonum apud uirum, cito moritur iracundia.

Breuis mens ipsa est memoria iracundiæ.

Bona turpitude est, quæ periculum uindicat.

Bona comparat præsidia misericordia.

Beneficia dignis ubi das, omnes obligas.

Consueta uitia serimus, nisi reprehendimus.

Crudelis in re aduersa est obiurgatio

Cauendi nulla est dimittenda occasio.

Cui semper dederis, ubi neges, rapere imperas.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Cuius mortem expectant ciues, uitam oderant.

Cum inimico nemo in gratiam cito redit.

Citius uenit periculum cum contemnitur.

Casta ad uirum matrona parendo imperat.

Cito ignominia fit superbi gloria.

Consilio melius uincas quam iracundia.

Cuius dolori remedium est patientia.

Cottidie damnatur qui semper timet.

Cum uitia profunt, peccat qui recte facit.

Contumeliam, nec facere fortis potest, nec ingenuus pati.

Conscientia amici nullius inuenit lingue preces.

Contemni est leuius quam stultitia percuti.

Cottidie est deterior, posterior dies.

Comes facundus in uia pro uehiculo est.

Cito improborum leta ad perniciem cadunt.

Crimen relinquit uitae, qui mortem appetit.

Clementia in quacumq; domum uenerit, felicem eam tranquil-
lamq; praestabit.

Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi.

Clementia est lenitas superioris aduersus inferiorem.

Consuetudo peccandi, multitudinem facit peccantium.

Comunctio animi maxima est cognatio.

Discipulus est prioris posterior dies.

Dannare est obiurgare, cum auxilio est opus.

Diu apparandum est bellum, ut uincas celerius.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

De inimico non loquaris malum, si cogites.

Deliberare utilia, mora est tutissima.

Dolor decrefcit, ubi quo crescat non habet.

Dediscere flere foeminam est mendacium.

Discordia fit charior concordia.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.

Difficilem habere oportet aurem ad crimina.

Dum est uita grata, mortis conditio optima est.

Dari bonum quod potuit auferri potest.

Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.

Ducis in consilio posita est uirtus militum.

Diues quod donat timeas, cito raptum uenit.

Dimissum quod nescitur, non amittitur.

Difficilius est moderari, ubi dolori debetur ultio quam ubi
exemplo.

Defunt

Desunt luxurie multa, auaricie omnia,

Etiam innocentes cogit mentiri dolor.

Etiam peccato recte præstatur fides

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Ex uitio alterius sapiens emendat suum.

Et decet & superat miseris cogitatio.

Etiam obliuisci quod sis, interdum expedit.

Ex hominum quæstu, facta fortuna est dea.

Effugere cupiditatem regnum est uincere.

Exuli ubi nusquã domus est, sine sepulcro est tanquã mortuus.

Trochaicus constabit si legas, Exuli cui nusquam domus est sine sepulcro est mortuus. Senarius si sic, Cui nusquam domus est sine sepulcro est mortuus.

Etiam qui faciunt odio habent iniuriam.

Eripere telum non dare, irato decet.

Exilium patitur qui se patriæ denegat.

Versus ita uidetur inuersus.

Se denegare patriæ exilium est pati.

Etiam capillus unus habet umbram suam.

Eheu quã miserum est fieri metuendo senem.

Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem

Excelsis multo facilius casus nocet.

Errat si quis existimat tutum diu esse regem.

Ex seua animaduersione nulla regi gloria est.

Euidere possunt pusilla mala, & uerba dare ingentibus obuiam itur.

Excusationem quærere uitium est, omnia ad deum relinque.

Elemosyna non tam accipientibus, quã dantibus prodest.

Ex spe præmij solatium fit laboris.

Fidem qui perdit quo se seruat in reliquum.

Fortuna cum blanditur, captatum uenit.

Fortunam citius reperies quã retineas.

Formosa facies, muta commendatio est.
 Frustra rogatur, qui misereri non potest.
 Fortuna unde aliquid fregit, casus est.
 Fraus est accipere quod non possis reddere.
 Fortuna nimium quem fouet, stultum facit.
 Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.
 Felix improbitas, optimorum est calamitas.
 Feras, non culpes, quod mutari non potest.
 Futura pugnant ut se superari sinant.
 Furor fit, lesa sepius patientia.
 Ficta cito ad naturam reciderint suam.

Ordo inuersus est, Cito ad naturam ficta reciderint suam.

Fidem qui perdit, perdere ultra nihil potest.
 Facilitas animi ad partem stultitiæ rapit.
 Fides ut anima unde abiit, eò nunquam redit.
 Fidem nemo unquam perdit, nisi qui non habet.
 Fortuna obesse nulli contenta est semel.
 Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.
 Frustra cum ad senectutem uentum est, repetes adolescentiam.
 Falsum maledictum, maleuolum mendacium est.
 Fœminæ naturam regere, desperare est omnium.
 Fer difficilia, facilia ut leuius feras.
 Fortuna nulli plus, quàm consilium ualet.
 Fortuna uitrea est, cum splendet frangitur.
 Feras quod ledit, ut quos prodest, perferas.
 Fortuna quam nemo inuidet gratum facit.
 Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se iudicantibus.
 Frequens uindicta, paucorum odium reprimat, omnium
 irritat.
 Non est carmen: nisi uelis esse trochaicum. Vindicta frequens
 paucorū odium reprimat, omnium excitat.

Graue præiudicium est, quod iudicium non habet.
 Grauiſſima est probi hominis iracundia.

Gravis animi poena est, quem post factum poenitet.

Gravis animus dubiam non habet sententiam.

Graue est malum omne, quod sub aspectu latet.

Gravius nocet, quodcumq; inexpertum accidit.

Gravior inimicus, qui latet sub pectore.

Graviſſimum est imperium consuetudinis.

Graue crimen etiam cum dictum est leuiter nocet.

Gradus à magnis ad maiora fit.

Heu quàm difficile est gloriæ custodia.

Homo extra corpus est suum, cum irascitur.

Heu quàm est timendus, qui mori tutum putat.

Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.

Honestâ turpitudine est pro bona causa mori.

Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.

Heu quàm miserū est discere seruire, ubi sis doctus dominari.

Heu quàm miserum est lædi ab illo, de quo non possis queri.

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Heu dolor quàm miser est, qui in tormento uocem non habet.

Heu quàm multa poenitenda incurrunt, uiuendo diu.

Habet suum uenenum, blanda oratio.

Homo toties moritur quoties amittit suos.

Homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat.

Honestus rumor alterum patrimonium est.

Homo nescit, si dolore fortunam inuenit.

Honeste seruit, qui succumbit tempori.

Homo uitæ commodatus, non donatus est.

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Hæredem ferre utilius est quàm querere.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Hæc clementia principem decet, ut quocunq; uenerit, mansuetiora omnia faciat.

Haud minus turpia sunt principi multa supplicia, quam meo dico multa funera.

Honestius est, cū iudicaueris amare, quā cū amaueris iudicare.

Inferior horret, quicquid peccat superior.

Inimicum ulcisci, uitam accipere est alteram.

Id agas, tuo te merito ne quis oderit.

Inuitum cum retineas, exire incitas.

Ingenuitatem lædis, cum indignum rogas.

In nullum auarus bonus est, in se pessimus.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Inopiæ parua desunt, auaritiæ omnia.

... Carmen inuersum arbitror ita legendum,
Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.

Instructa inopia est, in diuitijs cupiditas.

Inuitat culpam, qui peccatum præterit.

Iucundum est nihil, nisi quod reficit uarietas.

Ingenuitas non recipit contumeliam.

Impune in eum pecces, qui peccat rarior.

Ingratus unus miseris omnibus nocet.

In miseri uitia nulla contumelia est.

Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.

Inuidiam ferre, aut fortis aut felix potest.

In amore semper mendax iracundia est.

Inuidia tacite, sed minute irascitur.

Iratum breuiter uites, inimicum diu.

Iniuriarum remedium est obliuio.

Iracundiam qui uicit, hostem superat maximum.

Iocum tacentem crimen faciat acrius.

In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet.

In uindicando criminosa est celeritas.
 In honesta res est suos uincere, satis est potuisse punire.
 Imago animi sermo est, qualis est uir, talis oratio.
 In felicitate se erigere, est felicitatem submittere.
 In felice felicitas est innocentia, nequitia ipsa poena sui est.
 Inimicum quamuis humilem, docti est metuere.
 In calamitoso, risus etiam iniuria est.
 Iudex damnatur, cum nocens absoluitur.
 Ignoscere humanum, ubi pudet cui ignoscitur.
 In rebus dubijs, plurima est audacia.
 Illo nocens se damnat, quo peccat die.
 Ita crede amico, ne sit inimico locus.
 Iratus etiam facinus consilium putat.
 Inuidia loquitur, non quod est, sed quod subest.
 Irritare est calamitatem, cum te felicem uocas.
 Ius omnem supra iniuriam positum scias.
 Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.
Loco ignominiae est, apud indignum dignitas.
 Laus noua nisi oritur etiam uetus amittitur.
 Lese doloris remedium, inimici dolor.
 Lewis est fortuna, cito reposcit quod dedit.
 Lex uniuersi est, quae iubet nasci & mori.
 Lucrum sine damno alterius, fieri non potest.
 Lasciua & laus nunquam habent concordiam.
 Legem nocens ueretur, fortunam innocens.
 Libido indicium est, quo leuitas sapit.
 Libido etiam cunctos sub uultu domat.
 Lassa crudelitas, non est uocanda clementia.
Malignum fieri, maxime ingrati docent.
 Multis minatur, qui uni facit iniuriam.
 Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Mala causa est, quæ requirit misericordiam.
 Mori est felicis, antequam mortem inuocet.
 Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui.
 Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.
 Malus est uocandus qui sua est causa bonus.
 Monstro similis est auaritia unica.
 Malis displicere, laudari est.
 Malus ubi bonum se simulat, tunc est pessimus.
 Metus dum uenit, rarum habet somnus locum.
 Mori necesse est, sed non quoties uolueris.
 Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.
 Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, sibi adimit.
 Minus est quàm seruus dominus, qui seruos timet.
 Magis hæres fidus nascitur quam scribitur.
 Malo in consilio foemine uincunt uiros.
 Mala est uoluptas alienis assuescere.
 Magno cum periculo custoditur, quod multis placet.
 Mala est medicina, ubi aliquid naturæ perit
 Malæ naturæ, nunquam doctore indigent.
 Miseriam nescire propriam, sine periculo est uiuere
 Male uiuunt, qui se semper uicturos putant.
 Maledictum interpretando facies acrius.
 Male secum agit æger, medicum qui hæredem facit.
 Minus decipitur, cui negatur celeriter.
 Mutat se bonitas, cum irites iniuria.
 Mulier cum sola cogitat, male cogitat.
 Male facere qui uult, nusquam non causam inuenit.
 Maleuolus semper sua natura uescitur.
 Multos timere debet, quem multi timent.
 Male imperando, summum imperium amittitur.
 Mulier quæ nubit multis, multis non placet.

Misera est ægritudo animi, ob alienarum speciẽ miseriarum.

Misericordia non causam sed fortunam spectat.

Magnam fortunam, magnus animus decet.

Magni animi est proprium esse tranquillum iniurias atq; offensiones semper despiciere.

Muliebri est, furere in ira.

Misericordia est uicina miseriæ, habet enim aliquid, trahitq; ex ea.

Malo ueris offendere, quàm placere adulando.

Morbum esse scias, nõ hilaritatẽ, semper arridere ridentibus, & ad omnium æstimationem ipsum quoq; os diducere.

Nihil agere, semper infelici est optimum.

Nihil peccent oculi, si oculis animus imperet.

Nihil proprium ducas, quod mutari possit.

Non cito perit ruina, qui ruinam timet.

Nullus est tantus quæstus, quàm eo quod habes carere.

Nescias quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies.

Nunquam periculum sine periculo uincitur.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Nihil prodest didicisse, si cesses benefacere.

Nulla est tam bona fortuna, de qua nihil queri possis.

Nusquã melius morimur homines, quàm ubi libet uiximus.

Negandi causa nunquam auaro deficit.

Nondum felix es, si nondum te turba deridet.

Nã si nullos inimicos tibi parit iniuria, multos tamen inuidia.

Non aspicias quàm plenas quisq; manus Deo, sed quàm puras admoveat.

Non enim aliter nisi optimus animus, pulcherrimus Dei cultus est.

Non aliter uiuas in solitudine, aliter in foro.

Nihil petas, quod negaturus es.

Nihil

Nihil negabis, quod petiturus es.

Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despicens.

Nihil interest quo animo facias, quod fecisse uitiosum est:

Nam facta cernuntur, animus non uidetur.

Non quàm multis placeas, sed quibus, stude.

Nequitia ipsa poena sui est.

Nam mala conscientia sepe tuta est, secuta nunquam

Neminem cito accusaueris.

Neminem cito laudaueris.

Nullum putaueris esse locum sine teste.

Nulla pusilla domus, quæ multos recipit amicos.

Nunquam scelus scelere uindicandum est.

Nimum altercando ueritas amittitur.

Non multũ supra eum eminet quis, cui se irascendo exæquat.

Nobilis professio sapientia est, quæ distributa suscipit incrementum, auarum dedignata possessorem, cito nisi publicetur elabitur.

Non alia facies est quieti moderatiq; imperij, quàm sereni cœli & nitentis.

Nullum ex omnibus clementia magis, quàm regem aut prelatum decet.

Nemo potest personam diu ferre fictam, ficta cito in naturam suam recidunt.

Nunquam liquidum syncerumq; ex turbido uenit.

Nullum morosius est animal, maiorq; arte tractandum quàm homo, & nulli magis parcendum quàm homini.

OMne peccatum est actio.

Omnia actio est uoluntaria, tam honesta quàm turpis.

Omne ergo peccatum uoluntarium est.

Omne excusationem, nemo peccat inuitus.

- Omne uitium habet patrocinium suum.
 Odia multorum sub uultu, multorum sub osculo latent.
 Omnia tū panāntur, cū non dico si cecideris, sed si turbaueris
 Omnis affectus habet, ut in eo, in quo ipse insanit, in idem pu-
 tet ceteros furere.
 Omnes uitam differentes, mors incerta praeuenit.
 Omnis dies uelut ultimus ordinandus est.
 Opinantur de te homines male, sed mali, displicere enim malis
 laudabile est.
 Oratorem te puta, si tibi ipsi, quod oportet, persuaseris.
 Odium oportet peccandi non metum facias.
 Obiurgationi semper aliquid blandi admisce.
 Optimū est semper ignoscere, tanquam si ipse pecces quotidie.
 Optimum est maiorum uestigia sequi, si recte praecesserint.
 Omnis doctor in uitae ratione peccās, turpior est, ob hoc quod
 in officio, cuius magister esse uult, labitur.
 Omni rei moderatio est ahibenda, quae sanabilia ingenia di-
 stinguere à deploratis sciat.
 O uita misero longa, felici breuis.
 Peccandi duo sunt genera, aliud ex proposito, aliud ex ne-
 gligentia.
 Reriq; metu cessant peccare, non innocentia, profecto tales ti-
 midi, non innocentes sunt dicendi.
 Prius quàm promittas, deliberes, & cum promiseris, facias.
 Prius si negaueris, fecisse postea fallere est.
 Propter causam multa amico dabis, multa etiam causae con-
 tra amicum.
 Pro eo religiosior eris, quo melior.
 Praestabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem.
 Praestabis amicis fidem, omnibus aequitatem.
 Pacem cum hominibus habebis, bellum cum uitijs.

Pecuniæ imperare oportet, non seruire.
 Pecunia si uti scias ancilla est, si nescias, domina est.
 Pecunia non satiat auarum, sed irrat.
 Putandus est recte fortior qui cupiditates quàm qui hostes
 subiicit.
 Patria est, ubicunq; bene uixeris.
 Peiora sunt tecta odia quàm aperta.
 Propterea loquax inimicus minus quàm taciturnus offendit.
 Proximum ad innocentiam tenet locum uerecunda peccati
 confessio.
 Pleriq; cum stultis male dicunt, ipsi sibi conuitium faciunt.
 Perturpe est enim quod obiicitur, in obiiciente cognosci.
 Pulcherrimum est omnia præstare nihil exigenti.
 Principium discordiæ est, aliquid ex cõmuni propriũ facere.
 Pleriq; famam, pauci conscientiam uerentur.
 Potest non esse honestum quod non est liberum.
 Parcendum est improbandis ciuibus, nõ aliter quàm membris
 languentibus.
 Principum sæuitia bellum est.
 Pestifera uis ualere ad nocendum.
 Prope est ut libenter damnet qui cito.
 Prope est ut non æque damnet qui nimis.
 Peccandi uerecundiam facit ipsa clementia regentis.
Quidam quosdam occidunt inimicos non quia habeant,
 sed quia meruerunt.
 Quam inimicum est nocuisse, uel quia oderis lædere.
 Quanto iniquius est odisse quia læseris.
 Quam magnarum uirium est negligere lædentem.
 Qui enim uindicat, sentit.
 Quis sis interest, non quis habearis.
 Quamuis agas id, ut ne quis merito tuo te oderit, erunt ta-
 men

men semper qui oderint.

Quam magnum est non laudari, & esse laudabilem.

Qui succurrere petitulo potest, cum non succurrit, occidit.

Quid est homini inimicissimum? alter homo.

Qui propter pecunie uel libidinis amorem moritur, ostendit se nunquam sui causa uixisse.

Quae sunt maximae diuitiae? non desiderare diuitias.

Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.

Quid est dare beneficium? imitari Deum.

Quis est pauper? qui sibi uidetur diues.

Quidam inimici graues sunt, amici leues.

Quietissime uiuerent homines in terris, si duo uerba tollerentur. s. meum & tuum.

Qui paupertatem timet, timendus est.

Quod tacitum esse uis, nemini dixeris:

Quia non poteris ab alio silentium exigere si tibi ipse non praestas.

Qui aequo animo malis miscetur, malus est.

Qui seruis crudelis est, ostendit in alios uoluntatem non deesse, sed potestatem.

Qui ob hoc iniuriam facit, quia potest, cito desinet, quia fecit.

Quid dulcius quam habere amicum, cum quo omnia audeas, cui sic credes ut tibi, cui sic loquaris quasi tecum.

Quam multi tales amicos habere uoluerunt, & ipsi tales esse non possunt.

Quomodo se fortuna & fauor inducit hominem.

Quicquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem inclina uel praepondera.

Quid eo infelicius, cui iam malum esse necesse est?

Quid potest ab eo quisquam sperare quem malum esse docuit.

Quotidie damnatur qui semper timet.

Quotidie est deterior posterior dies.

Quam miserum est ab illo lœdi, de quo non possis queri.

Quid refert quantum habeas, multo illud plus est, quod non habes.

Repelli se homines facilius, quàm decipi ferunt.

Respue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram.

Reuera memoria beneficiorũ fragilis est, iniuriarũ tenax.

Ridiculum est odio nocentis, perdere innocentiam.

Res uera est qui à multis timetur, multos timet.

Regibus est peius multo quàm seruiantibus, reuera quia isti singulos, illi uniuersos timent.

Res ipsa ut ipsa re possimus efficiet, si polliceri properamus honesta.

Rem maximam promittit sapientia, ut te reducat tibi

Recta ingenia debilitat uerecundia, praua confirmat audacia

Res optima est non sceleratos extirpare, sed scelera.

Recte parentem & inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam

Res magnæ clementiæ est, indulgendo corrigere peccata magis quàm uindicando.

Rege incolumi mens omnibus una est. amisso, rupere fidem.

Regibus certior est, ex mansuetudine securitas.

Sunt quorum corpus innoxium est, & in mille facinorum furias mens ociosa discurrit.

Si in clientelam felicitis hominis potentisq; perueneris, aut ueritas, aut amicitia perdenda est.

Si uis beatus esse, cogita hoc primum contemnere & contemni.

Si multis placuerit uita tua, tibi placere non poterit.

Solitudinem quærit, qui uult cum innocentibus uiuere,

Stultum

Stultum est timere, quod uitari non potest.

Semper dissensio ab alio incipiat, à te reconciliatio.

Succurre paupertati amicorum, inò potius occurre,

Secrete amicos admone, lauda palàm.

Si bene te institueris, pudeat te fieri deteriozem.

Si quis irascitur, pœnas ab alio expetit, à se exigit.

Seuerissime enim nos aduersum peccantes gerimus, & ipsi eadem committimus.

Seueritas assidua, amittit auctoritatem.

Sicut formosa pictura est, cuius nulla pars errat: sic formosus homo, in quo nulla peccati macula est. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc omni genere uitæ teneamus, ut nobis inexorabiles simus, exorabiles illis qui non nisi sibi dare ueniam nesciunt.

Si inuitus pares, seruus es: si uolens, minister.

Scias eum multis uirtutibus abundare qui alienas amat.

Si non inuideas maior eris, nam qui inuidet minor est.

Scis quid inuidia est? dolor animi est ex alienis commodis.

Scito etenim illud, quia nulli inuidetur, nisi prædito bonitate.

Sunt multi qui plurimum uerbis, non re contemnunt, sed ipsa quæ spernunt clam furantur.

Seueritatem abditam, clementiam in procinctu habet.

Sapiens nihil facit quod non debet, & nihil prætermittit quod debet.

Seruis imperare moderate, laus est.

Si uis amari ama.

Sapiens & si contentus est se, tamen amicū uult habere: sed hoc ob nihil aliud, nisi ut exerceat amicitia, ne tam magna uirtus iaceat: non ad hoc ut dicit Epicurus, ut habeat qui sibi assideat, succurrat: sed ut habeat cui assideat quando libet.

Timidus cautum se uocat, sordidus parcum.
 Tutissima res est nihil timere, præter Deum.
 Tene semper uocis & silentij temperamentum.
 Tamen & in hoc incube ut libentius audias quàm loquaris.
 Tacere qui nescit, nescit loqui.
 Tristitiam si potes, ne admiseris.
 Turpe præbet spectaculum, animus æger.
 Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor rerum per uerba
 discutitur.
 Transibit sermo in affectum, si honesta loquamur.
 Tolerabilior est qui mori iubet, quàm qui male uiuere.
 Tolerabilior pœna non posse uiuere quàm nescire.
 Talem diligentiam exhibe in amicitijs comparandis, ne in-
 cipientes amare quem deinceps possis odisse.
 Tu primum exhibe te bonum, & sic quaeras alterum tui
 similem.
 Turpius nihil est quàm cum eo bellum gerere, cum quo fa-
 miliariter iuxeris.
 Tam omnibus ignoscere, quàm nulli crudelitas est.
 Tam diu à periculo aberit populus quàm diu sciet ferre
 frenos.
 Tyrannus à rege distat factis, non nomine.
 Tam deest auaro, quod habet, quàm quod non habet.
Vix quisquam in bonum, nisi ex malo transit.
 Vis omnibus esse notus, prius effice ut neminem no-
 ueris.
 Vis habere magnum honorem, dabo tibi magnū imperium,
 impera tibi.
 Vide si adhuc malus est, similibus parce:
 Verum si esse desijsti, quare alijs locum emendationis ab-
 cidas.

Vitium prius fuit observatio, nunc mos est.

Verum non dicimus nec audimus.

Vtilis educatio & disciplina, mores facit.

Vnde & bona cōsuetudo excutere debet, quæ mala incussit.

Viriliter seras quæ necesse est, dolor enim patiētia vincitur.

Verba rebus non personis accipienda sunt.

Vires tuas amici beneficijs, inimici iniurijs sentiant.

Vita omnis brevis est, ideo immortalitas est mors honesta.

Vir est bonus qui intantum perduxit animum suum, ut non modo nolit peccare sed etiam non possit.

Vt aliquid auri extrahamus, terram peruertimus, ut summum bonum occupemus, scrutari pectus piget.

Virtutem cuius progressum uideris, nō exitum eius finemq; desperes.

Vlcera animi magis quàm corporis sananda sunt.

Volunt homines ita præceptum esse ut uiuunt, non ita uiuere ut præceptum est.

Vtendum est diuitijs & non abutendum, ut nec à superioribus contemnaris, nec ab inferioribus timearis.

Vbi usitata remedia non procedunt, tenta contraria.

Vbi discrimen inter bonos malosq; sublatum est, confusio sequitur & uitiorum eruptio.

Venia est pœnæ debitæ remissio.

Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius quàm nocent.

Vitam lex homini esset, ut cum telo suo frangeretur, nec sepius liceret nocere quàm semel.

Zelum de Deo tantum habeas, non contra homines.

Zelari autem hominibus uitiosum est.

AD ILLVSTRISSI-

MVM PRINCIPEM ET CLARIS-

SIMVM ANTISTITEM AC DOMINVM

D. Ioannem Taueram S. S. Rom. ecclesiæ, tituli diui Ioannis ante portam Latinam presbyterum Cardinalem, Archiepiscopum Toletanum, Hispaniarum primatem, maximum Castellæ Cancellarium, ac Regii Senatus Principem, Ferdinandi Pinciani utriusque linguæ in Salmanticensi Gymnasio professoris in Senecæ philosophi castigationes Præfatio.



QVANTVM, quanq; celebre sit illustrissime ac clarissime Præsul inter omnes fermè Latinæ linguæ autores, qui ad nostra usque tempora peruenerunt, Annæi Senecæ Philosophi nomen, quotq; elogiiis, laudibus & titulis honestatum, nemo est (si modò in studiis humanarum disciplinarum aliquid promotuit) cui non sit compertissimum. Cornelius Tacitus libro historiarum ab Augusti excessu XIII. amœnum Senecæ ingenium uocat, orationemq; ad usum Neronis principis ab eo compositam multum cultus prætulisse scribit. Idem autor libro xv. nouissimo quoque obitus momento eloquentia suppeditante, aduocatis scriptoribus pleraque tradidisse prodit, quæ post eius mortem in uulgu emanarint. Columella quoque uir ipse eloquentissimus, & qui nunquam pro dignitate satis extolli possit, libro rerum rusticarum tertio Senecam uirum excellentis ingenii & doctriinæ fuisse memorat. Hieronymus deniq; inter sacros scriptores omnium confessione primus, non dubitauit Senecam ob diuinum propè ingenium, eminentissimamq; eius, ac castissimam eruditionem in numero sanctorum scriptorum reponere. Sed citandis innumeris aliis (quos afferre possem) autoribus superfluo. Neque enim committendum est, ut rem apud omnes testatissimam nimia laudandi sollicitudine dubiam faciam. Tanta enim Senecæ nostri gloria, tanta in omni disciplinarum genere claritas, ut nullius testimonii summus uir & extra omnem ingeniorum aleam positus egere uideatur, præcipue quum extent eximia ipsius in utraque Philosophia monumenta, quæ satis magnam ac locuples testimonium perhibent eminentissimi eius ingenii, altissimæq; & incomparabilis sapiētiae. Sed enim quemadmodum

tempus

tempus edax rerum atq; inuidiosa uetustas (ut Naso eleganter canit) paulatim lenta consumunt omnia morte, ita ingeniis quoque quæ ab hac saltem communis calamitatis sorte excipi debuissent non pepercere, sed in doctissimorum scriptorum ac de omni posteritate benemeritorum monumenta etiam atq; etiam grassata sunt. Quorum maiorem partem nobis omnino interceperunt: aliam autem quam, ueluti humani generis misera, reliquam nobis fecere, ambustam, mutilam, laceram, ad nos transfuserunt. Accessit secunda doctrinarum pestis, crassa uidelicet, ac supina librariorum ignorantia, iam inde à prisca illis temporibus ad nostram usque ætatem ueluti per manus tradita, ac tantum non hæreditario iure relicta. Hoc igitur biceps malum quum in uniuersum, tam Græcis quàm Latinis autoribus sine ullo disciplinarum meritorum uel discrimine perniciosissimum extiterit, nescio quo aduerso Hispanæ nationis fato in Senecam nostrum supra cæteros omnes atrocissimum exercuit lanienam, uix uti in tanto tanque memorando autore una aut altera linea (proh dolor) sine offensione & insigni aliqua macula transcurrî posset. Conati sunt tamen professores nonnulli nostrorum temporum celebres, qui in uarios Latinæ linguæ autores obseruationes composuere, opem aliquam tantæ iacturæ afferre, pleraq; in eo uitiosa loca restituentes, alia quæ expositionis indigere uidebantur enucleantes, multa in meliorem statum redigentes, homines prorsus quàm optime de tanto autore meriti, nec debita laude fraudandi. Inter quos præstantissimam in hac prouinciâ operâ nauauit ætatis nostræ scriptor Erasimus Roterodamus: ante quem summam etiam laudem consecutus est Matthæus Fortunatus æditis in naturales Senecæ quæstiones annotationibus. Sed tot tantaq; erant portenta & monstra quæ Senecæ possessiones & latifundia obsederant, ut mirandum non sit, si homines alioqui doctissimos & lynceis oculis præditos aliqua fefellerint. Nos igitur uelut spicilegium facientes tantorum messorum uestigia consectati non pauca obseruauimus, laboriosa sane ac exquisita diligentia usi, exemplaribus scriptis & peruetustis. xv. & eo pluribus summa industria & labore hinc inde conquisitis. Harum igitur nostrarum castigationum in omnia Senecæ Philosophi opera, quæ ad quinque ferme millium numerum excreuerunt, triplex est (ut sic dicam) status. Quædam enim ueluti maiorum gentium ipsæ sese intrepide constanterq; defendunt, locumq; semel occupatum pertinaciter tuentes depelli ab eo nulla ui patiuntur. Aliæ non perinde ut priores iure suo confisæ, ita animatæ in

medium prodierunt, ut si quæ potiores superuenerint in earum locum subrogari deposcentes, omni contentione seposita, iure, lite, & causa cedere paratæ sint. Tertiæ & postremi ordinis admonendi magis lectorem causa adiectæ sunt, quàm quòd fiduciam haberent auxilium aliquod præsentaneû studiosis subministrare posse. Quædam enim eius notæ fuerunt, ut quamuis prima fronte nullius utilitatis adminiculi uel speciem præferant, dissimulari tamen non debuerint felicioribus ingenii ueritatis explorandæ, ac è tenebris in lucem aliquando eruendæ ansam suppeditaturæ. Brevitati in primis studuimus, uel operis conditione id exposcente, in quo maiorem partem castigationum nostrarum fulciendam habuimus, non uaria & remota autorum lectione, (ut aliàs fieri affolet) sed sola antiquorum codicum fide, uel quod bonis horis studiosorum lectorum parcendum erat, in tanto præsertim antiquissimorum & eminentissimorum auctorum prouentu, qui felici quadam nostrorum temporum forte quotidie eruderantur. Quam ob rem non est quod quisquam aut in dicendo cultum, aut in prodendo reconditam aliquam doctrinam (quæ duo alio qui in me sunt perquam exigua) in præsentî opere desideret. De reliquo illud habemus persualium, si benignus lector ea quæ in Seneca à nobis obseruata sunt curiose rimari uoluerit, cum auctoris uerbis cõtrulerit, minutissima quæq; expenderit, & cuncta ad examen censuramq; uocauerit, fore ut laborem à nobis susceptam neq; superuacaneum, neq; poenitendum putet. Quum igitur nostra hæc qualis qualis foetura publicû acceptura esset, reformidaretq; in conspectum hominum progredi, nisi sublimi aliquo & excelso patrocinio cõmunita, te Aristoteles clarissime ex omni Hispanorum principum albo delegimus, cuius splendidissimum nomen in ea inscriberetur. Idq; fecimus plurimis & iustissimis rationibus compulsi. Tum quòd hominis Hispani compositio, & in autorem Hispanû ac inter Hispanos omnes auctores celeberrimum consentaneum fuit, ei potissimum præfuli ac protomystæ nuncupari, qui inter cæteros omnes Hispaniæ principes principem locum obtinet. Deinde quod (ut ait Papinius) qui bona fide deos colit, ueneretur & sacerdotes. Cui igitur qui se literarum cultores profitentur causatius monimenta sua dicere possunt, quàm ei principi qui literarum claritate magis etiam quàm tot honoribus, dignitatibus, titulis cæteris omnibus antecellat. Sed non est huius loci eminentissime Præful omnes fortunæ, naturæ, & sublimis animi tui dotes consecrari. Speciem dignâ imperio, ut dixit Euripides, & repetitû est à Platonico Porphyrio. Summam

In obsequiis rebus prudentiam, Altissimum & praesentaneum consilium, Aequitatem iustitiamq; admirandam, Manus innocentissimas, Propensam beneficentiam, Singularem quandam & incredibilem erga nos etiam infirmæ notæ homines clementiam & humanitatem. Ut quod de Tito Romanorum principe Plinius secundus scribit, id omni ex parte magnitudini tuæ quadret, nihil in te fortunæ amplitudinem mutasse, nisi ut prodesse tātundem posses ut uelles. Nam si hæc & innumera alia quæ spatiis exclusus iniquis missa feci persequi libuisset, finis huic præfationi nunquam esset inuentus. Illud tantum si dixerò uerbum non amplius addam. Inculpatæ uitæ tuæ integritatem ac morum sanctimoniã, ita cunctorum hominum oculis obuersari, sic omnium mentibus inhæterere, ut ad eam perinde, ac exemplar quoddam absolutissimum, & (ut dici solet) Polycleti canonem, qui sanctè & innocenter uiuere instituerunt, actus suos omnes & opera dirigant. Ardua res hæc est (festiuissimus ait Poëta) opibus non tradere mores, & quum tot Cerefos uiceris esse Numam. Hinc nimirum illud cōsecutum est, tātum ut amplitudo tua ualeat gratia & autoritate apud Cæsaream maiestatem inuictissimi Imperatoris CAROLI, principis nunquam satis laudati, neq; item laudandi, ut quod summus Poëta canit, eius te sine nil altum mens incohet. Accipe igitur splendidissime Princeps munusculum hoc ab homine tenuis quidem fortunæ profectum, sed amplissimo tuo nomini & summarum tuarum uirtutum claritudini addictissimo, tãquam degustationem quandam & argumentum summæ eius in te obseruantix. Quòd si per summas tuas & arduas occupationes aliquando euoluere uacauerit, probariq; & placere excellentiæ tuæ labores & uigilias nostras intellexero, non minoribus postea, sed fortasse etiam plenioribus donis (quæ nunc sub incude sunt) cum amplitudine tua agam.

*

IN OMNIA L. AN- NAEI SENECAE SCRIPTA

FERNANDI PINCIANI VI-

ri Graece Latineq; doctissimi, Casti-
gationes, utilissimae faustè
occiunt.

IN LIB. PRIMUM DE
BENEFICIIS.

CAP. I.



LV C I I Annæi Senecæ ad Ebutium libera-
lem cætera.] Docuimus in Plinianis annotatio-
nibus scribendum esse, Annæi, per diphthongum
in penultima ex auctoritate Terentiani Gram-
matici. Annæus Seneca, & Pomponius ante se-
cundus. Et infra, Sibi enim quisq; debet quod
à nesciente accepit.] Beneficiû posse à nesciente dari negat lib. 6.
Seneca adiecta ratione. Item lib. 9. controuersiarum. Beneficiû
inquit est, quod totum eius causa præstatur in quem confertur.
Proinde probo lectionem quorundam codicum qui non legunt
hic nesciente, sed negligente. Quam uidentur confirmare uerba
statim ante præcedentia. Et ideo non est negligenter dandum. Et
infra lib. 2. Nam qui negligens est in accipiendo, quum omne be-
neficiû recens placeat, quid faciet quum prima eius uoluptas re-
frixit. Videtur appellare Seneca negligenter dare aut accipere be-
neficiû, non alacri & læto animo utrumq; facere. Et infra. Utun-
tur natura sua & cuncta, interq; illa ipsos munerum suorum malos
interpretes iuuant.] Scribendum reor, Utuntur natura sua. Can-
ctanturq;. Illos ipsos munerum suorum. Et infra, Quibus turpe
est non reddere. Scilicet quàm multi indigni sunt luce.] Scribe
Quibus turpe est non reddere, si licet. Quam multi indigni sunt
luce ex uetere lectione. Et infra, Qui beneficiû non reddit non
magis peccat, quàm qui non dat citius.] Castigo: Qui beneficiû
non reddit magis peccat. Qui non dat citius. Nam in exemplari-
bus diui Francisci Salmanticensis & publicæ eius urbis academiæ
secunda negatio, non, desideratur omnino. Præterq; putamus nos
particulam, quàm, remouendam, ut sensus fiat perspicuus & tanto
autore dignus.

CAP. II. Tantum erogatur.] Verior quorundam codicum
lectio.

lectio. Tantum eroga. & infrà.

CAP. III. Sed utrumlibet ex istis iudicauerim.] Corrige, Sed utrumlibet ex istis iudica uerum. ex correctissimo exemplari conobii diuorum Facundi & Primitiui. Et infrà, Aeglem maximã natu appellauerit.] Castiga. appellauit. ex uetere lectione. Et infrà, Prout cuiq; uisum est conuenire deslecut.] Verbum, conuenire, superuacaneum est, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà, Pasithoam appellauit.] Scribendũ Pasitheam, non Pasithoam, ex Homero α I I I I. Iliados, & uetere lectione. Et infrà, Non quia beneficia ratio commendat uel oratio.] Postrema duo uerba, uel oratio, aduentitia putamus ab aliquo studioso in margine libri sui scripta, adnotante sic in aliis exemplaribus haberi, postea per incuriam librariorum in contextum relata. Cuiusmodi uitia non pauca tum in aliis, tum in hoc præcipuè autore admissa sunt, negotium nõ mediocre eius studiosis exhibitia. Et infrà, Nam præter ista quæ Hecaton scripsit.] Vetus lectio, transcribit, agnoscit, non scribit. Hecatonis autem testimonio sæpe aliàs Seneca uirur, & plerique alii autores, ut dubitandum non sit de integritate eius dictionis.

CAP. V. Debere enim dicit se.] Est scriptus codex in quo non habetur, dicit, sed putat. Et infrà, Amisso eo per quod datum est.] Particula, per, superfluit si ueteri lectioni credimus: quod confirmant uerba sequentia. Manet etiam sine illis quod in illos datum est. Vbi etiam corrigendum arbitramur, quod in illis datum est. Et infrà, Quid habet per se corona pretiosum.] Exemplar diui Francisci, speciosum legit, non pretiosum, & ut sentio relectus. Indicant id uerba paulo ante præcedentia, ut alicubi sit species relecti, alicubi ipsa res.

CAP. VI. Itaque boni etiam farre ac fictili religiosi sunt.] Nullus ex scriptis codicibus, fictili, agnoscit, sed partim fictiola, partim ficilla. Exemplar Facundi & Primitiui minus deprauate, fitilla. Castigo, fritilla: Genus id erat pultis sacrificiis familiare.

CAP. VIII. Alcibiadis parem diuitiis animum.] Legendum puro, Alcibiadem pari diuitiis animo, uel sic. Alcibiadis comparata diuitiis animum.

CAP. IX. Qui se pretium sui fecit.] Vetus lectio. Pretium se sui fecit. Et infrà, Difficilem aditum præbet.] Quædam scripta exemplaria addunt negatione, non difficilem aditum præbet. Et infrà, Spesq; improbas nihil se adiuturus uerbis fouet. Castiga, spesq; improbas nihil re adiuturus uerbis fouet, ex eisdẽ, Et infrà,

At

At eius peior est opinio, qui lingua asper.] Sūt codices qui legūt,
At peior opinio si lingua asper. Scribendum existimo, At peior
opinor qui lingua asper. Et infrā. Nec clam sed aperte quidam
Iudibrio habitis.] Scribendum per transpositionem uerbi quidem,
nec clam quidem, sed apertè Iudibrio habitis ex scripta lectione.

Et infrā. Inhumanus ac maliuolus.] Eadem, Inurbanus, mali
moris. Et infrā. Indecentissimum sponsaliorum genus est.]
Corrigendum reor. Hinc decentissimum spōsaliorum genus est.]
Vel sic. Inde decentissimum sponsaliorum genus est. Et infrā.
Nisi qui abduxit iam raptam. Agros spargere auaritiā recollige-
re certant.] Vetus lectio, Nisi qui abduxit. Iam rapta spargere.
Sparſa erant, agri auaritiā recolligere certant. ut possit forte, pari,
non agri scribi. Ceterum hunc locum sicuti plerūq; alia huius ope-
ris in medium relinquimus, ut ingeniosus lector pro captu inge-
nii sui aut emendet aut in meliore statu reponat.

CAP. X. Præferens animi deformitatem.] Scribe, Corpore
præ se ferens animi deformitatem, ex eadem. Et infrā. Sine ullo
meo incōmodo.] Veteres codices nō agnoscunt uerbū, incōmo-
do, sed partim legunt sine ullo meo, partim sine ullo meo merito.

CAP. XI. Iam cætera ex abundanti ueniunt.] Particula,
Iam, in nonnullis exemplaribus desideratur, & pro uerbo, Seque-
mur, quod mox paulo habetur, Videamus, legunt, non sequemur.
Et infrā. Ut toties nobiscum sit quoties cum illo sit.] Scribe, ut
toties nobiscum quoties cum illo sit, ex uetere lectione.

CAP. XII. Eodem magis duratura queramus.] In quibus-
dam codicibus. Eoq; magis duratura queramus. In exemplari meo
domestico gallicana manu scripto. Et eo quidē magis. Et infrā.
Apud paucos post remanet gratia.] Castigandum putamus con-
tra omnia exemplaria. Apud paucos post remanet gratia. Et
infrā. Sic in beneficio sentus communis.] Lego, Sit, non Sic. Et
infrā. Tempus, locum obseruet, personas.] Præpostere locatæ di-
ctiones. Lege, Tempus, Locum, Personas obseruet, ex codice cæno-
bii diui Francisci Salmanticensis antiquissimo & emendatissimo
ac plane uenerandæ fidei.

CAP. XIII. Vbi illa defecerant.] Fideliorem lectionem da-
cimus, ubi illi defecerant: hoc est Hercules & liber.

CAP. XIII. Nulli gratum est.] Quædam exemplaria: nulli
datum est. Et infrā. Morbo suo morem gessit.] In quibusdam
codicibus, Minime, Morbo suo morem gessit. Et infrā. Illa enim
in quantumlibet exeat.] Omnis antiqua lectio. Illa uero in quan-
tum

quilibet exeat. Et infra. Ille accepit quum rogasset, ego quum rogarem.] Quædam exemplaria. Ille accepit quum rogasset, ego quum non rogarem. Alia, Ille accepit quum rogasset, ego non rogavi. Et infra. Ne perperam monitiones nostras exaudiat.] Exemplar Academiae Salmanticensis, Ne perperam monitiones nostras exaudiat.

CAP. XV. Non quòd quilibet casus.] Dicitio, quòd, expungenda, ex uetere lectione. Alioqui legendum erat inuerso ordine, quod non quilibet casus. Et infra. Et quorundam beneficium male quam iudicium.] Coniunctio, &, delenda est, ex eadem.

Et infra. Quid ergo ista inter se mixta diuidimus?] Distincte scribendum, Quid ergo ista inter se cætera.

IN LIB. II. DE BENEFICIIS.

CAP. I.

SI SIC demus quomodo uellemus accipere.] Antiqua exemplaria. Sic demus quomodo uellemus accipere. Et infra, Et sic dare tanquam si sibi raperet.] In eadem superfluit particula, si, Nam legendum esse eriperetur, non raperet, alii ante me annotauerunt. Codices alii, tanquam sibi eriperet. Et infra, Proximus est autem neganti qui dubitauit.] In eadem, Proximus est autem à negante qui dubitauit. Et infra. Sed aduersus ducentem male retinuit.] Tria illa uerba, sed aduersus ducentem, non agnoscunt nonnulla exemplaria. Et infra. Parata facile occurrentia, ubi nulla mora fuit.] Scribe: Parata, facilia, occurrentia, ubi nulla interuenit mora, ex uetere lectione. Et infra. Os concurrat & suffundatur rubor.] Eadem, Os concurrat & suffundatur rubore. Scribendum existimo contra fidem omnium exemplarium. Os conueniat, non os concurrat, ut uerba etiam mox paulo sequentia indicant. Modestum uerbum est, Onerosum & demisso uultu dicendū, rogo. Et infra. Quoniam quidem ut maioribus nostris grauissimis uiris uisum est.] Duo illa uerba, grauissimis uiris, in exemplaribus aliquot non leguntur. Et scribo, Quandoquidem, non quoniam quidem, frequentissima in hoc autore menda. Et infra, Tacite malimus & intra nos precari.] Vetus lectio, tacite malimus, & intra nos metipsum precari.

CAP. III. Ut illum castiges quòd tardior in rogando fuit.] Eadem, ut ille se castiget quòd tardior in te rogando fuit. Et infra. Quàm si multiplicatum hoc ad me de quo loquebar alia uia peruenisset.] Verba illa, de quo loquebar, non sunt Senecæ si fidem adhibemus scriptis codicibus.

CAP. IIII. Quam ubi quòd impetraſti rogandum est.]

Exemp

Exemplar diui Francisci, quàm ubi quid impetrasti rogandum esse. Et infra. Ut beneficia tua illibata & integra.] Scribe, ut beneficia tua illibata, ut integra, ex uetere lectione.

CAP. V. Potes ob id ingratus esse.] Castiga, potest ob id gratus esse? ex eadem. Et infra. Est enim bonarum etiam rerum sollicita expectatio.] Scribo. Est enim bonarum etiam rerum sollicitis expectatio grauis, ex eadem. Et infra. Aut gaudere beneficio suo tardius beneficio suo manus affert, ex eadem. Et infra. Et proprium est libenter facientis cito facere.] In exemplaribus diuæ Mariæ & diui Francisci urbis Salmanticensis aliter hæc uerba leguntur, & proprium est beneficientis libenter & cito facere. Et infra. Qui tarde dedit & diem extrahens profuit.] Quidam codices, Qui tarde & diem de die extrahens profuit. Alii, Qui tarde fecit diu noluit, & qui de die diem extrahens profuit.

CAP. VI. Sed in infinitum interest.] Præpositio, in, superuacanea est, ex uetere lectione. Et infra. Etiam si quod erit de quo uelis admonere.] Breuior scripta lectio, etiam si quid uelis admonere, & infra.

CAP. VII. Ut æri alieno succurreret.] Variant exemplaria. Quædam legunt, ut ære alieno grauato ei succurreret. Alia, ut ære alieno eius succurreret. Et infra. Sed creditores conuocare.] In quibusdam codicibus, onerare legitur, non conuocare, ut legendum forte sit, sed credito exonerare, Subiicit enim paulo post, Liberavit illum à creditoribus, sibi non obligauit.

CAP. VIII. Reprehendere est ut in transitu de hac quoque parte dicam.] Corrigo. Deprehendere est. Et ut in transitu de hac quoque parte dicam, ex uetere lectione.

CAP. X. Et ne hoc quidem confitentj deesse sibi in sumptum ad necessarios usus.] Puto scribendum, & ne sic quidem confitentj deesse sibi in sumptum: ut sit in sumptus quod analoma Græci uocant. Posset etiam legi, Et ne hic quidem confitentj: hoc est in morbo. Et infra, Puluino eius ignoranti sacculum subiecit.] Scribe: ignorantis, non ignoranti, ex scripta lectione. Et infra. Ego sciam me dedisse.] Festiuorem reddes orationem si inuensis dictionibus legas, ego sciam dedisse me,

CAP. XI. Non est memoriæ reuocandum.] Corrige. non est memoria renouanda, ex uetere lectione. Et infra. Nisi ut aliud dando prioris admonneas.] Scribendum: nisi ut aliud dando prioris admonneas, ex eadem. Et infra. Et hoc laudabitur quod ipse non narras.] Sunt codices in quibus, narrabitur, legas, non

laud

laudabitur, lepidiore sic & efficaciore sensu. Et infra. Quæ ego magis uelle me scio præstare quàm posse.] Variant exemplaria. Quædam legunt, ego magis uelle me scio præstare quàm præstitisse. Alia sic, Sed & ego magis uelle me scio omnia illi præstare quàm adhuc præstitisse. Et infra. Multa cura fata producuntur ad segetem.] Perducuntur scribendum, non producuntur, ex uetere lectione. Et infra. Nec tamen tuta sunt.] Emenda. Hæc tamē irrita sunt, ex eadem. Et infra. Sed ut ames.] Delenda particula, ut, ex eadem. Et infra. Detrahenda est inanis iactatio.] Sunt exemplaria in quibus legitur, Detrahenda est inanis manus iactatio.

CAP. XII. Cæsar dedit uitam.] Scribe. C. Cæsar dedit uitam, ex scripta lectione. Et infra. Porrexit ad osculandum sinistrum pedem.] Particula, ad, non habetur in eadem. Et infra. Qui excusant eum negant id insolentiae causa factum.] Quædam exemplaria. Qui excusant & negant id. Alia breuius Qui excusant id insolentiae causa factum. Et infra. Si senator senex summis usus honoribus.] Scribendum forte, si senator senex summis usus honoribus. Et infra. Pigros suos.] Quid si legas pictos foccos. Nam foccos muliebres picturis uariari nemo nescit. Et usum C. Cæsarem mulieribus foccis Tranquillus in eius uita prodit.

CAP. XIII. Et omne beneficium in iniuriam conuertis.] Lege, ut omne beneficium, ex uetere lectione. Et infra. Vno modo persuadebimus ne beneficia insolentia perdant.] Scribendum, Vno modo istis persuadebimus ne beneficia sua insolentia perdant, ex eadem. Et infra. Quæ tumultuosius data sunt.] Quod non quæ, eadem.

CAP. XIII. Ut frigida ægris negamus.] Frigidam legendū, non frigida, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Et merito quum ad mentem bonam redierit.] Deest dictio, quidem, & merito quidem quum ad mentem bonam redierit, ex uetere lectione. Et infra. Quod nunquam in malum uertatur.] Eadem, uertat agnoscit, non uertatur, ut illud, hos illi quod nec bene uertat. Et mox paulo adiuuabo, non iuuabo legitur. Et infra. Sive ambitionis calor abducit à tutis non committam.] Exemplar dñi Francisci fidelius hunc locum legit quàm reliqua quæ hætenus ad manus meas uenerint, siue ambitionis calor abducit à tutis, non à semetipso uim sibi inferri patiar, nec committam.

CAP. XV. Ita qui quantum det ostendit munus suum non commendat sed exprobrat.] Scribe per minorem, ita qui quantum det ostendit munus suum commendat, non exprobrat, ex uetere lecto

lectione. Et infrà. Tecum inter illa quæ donabis examina.] Sic prior æditio. Corrige, & ipsum inter illas quod donabis examina. ex eadem.

CAP. XVI. Et cum regia sit est stultissima.] Antiquus codex, & tamen regia quam sit stultissima. Et infrà. Personarum ac dignitatum proportio.] Ratio legitur in exemplari diuorum Facundi & Primitiui, non proportio.

CAP. XVII. Nihil tam exiguum est quod non honeste regis humanitas tribuat.] Quædam exemplaria. Nam nihil tam exiguum est quod non honeste regia humanitas. Et infrà. Aut mitentis studio.] Duo scripta exemplaria, dubio agnoscunt, non studio. Quid si legas, deuio. Et ultra. Ut malignis cursoribus propositum est.] Lusoribus, non cursoribus antiqua lectio.

CAP. XVIII. Per totam uiam eundem est.] Vitam lege, non uiam, ex eadem. Et infrà. Subsequuntur autem plurima.] Sequuntur eadem, non subsequuntur. Et infrà. Etiam post iniuriã possis.] In scriptis quibusdam codicibus post hæc uerba sequitur, ubi amicitia iucundam alicui eam fecit & iustam. In aliis, ubi amicitiam alicui iucundam causa fecit & iustam. Et infrà. Honestam uitam sequi uolentibus.] Scribe. Honestam sequi uolentibus, ex uetere lectione.

CAP. XIX. Tyrannum pone.] Si sic legas sensus non procedit. Vide itaque an tyrannicidam placeat legi pro tyrannum.

CAP. XXI. Venire in disputationem potest aliquando.] Scribe aliquam, non aliquando, ex uetustis exemplaribus. Et infrà. Et infamis repromittit.] Castiga. & infamis ore promittit, ex exemplari Facundi & Primitiui. Loquitur enim ut paulo post apparet de illis quorum teterrima libido, ut Lactantius inquit, nec capiti quidem parcat. Et infrà. Viuam cum obsceno? Non uitam cum redemptore.] Scribendum reor. Viuam cum obsceno? Non, Viuam cum redemptore? Non, partim ex uetere lectione, partim ex coniectura. Et infrà. Quam Cæsar occidit.] Corrige, quem C. Cæsar occidit, ex uetere lectione.

CAP. XXII. Vtrum hoc munera accipere est an senatum legere.] Hæc uerba in uetustis sunt, ut arbitror, & aliunde in Senecæ contextum irreperunt. Certè in exemplari bibliothecæ diuæ Mariæ non habentur omnino.

CAP. XXIII. Ita accipienti adhibenda concio est.] Exemplar Gymnasii Salmaticensis concio legit, non concio. Ut patet legendum in totum sic, ita accipienti adhibendus concius est. dixerat enim

enim paulo ante, Testem beneficii & conscium uitant. Et infra. Quidam uolunt nomina secum fieri.] Scribendum reor, uolunt, potius quam nolunt. Et infra. Quibus iam ante dignitatem debent.] Quibus uitam aut dignitatem debent. Codex diui Francisci.

CAP. XXIIII. Quia nec referre potest gratiã nisi qui meminit.] Adde ex eodem, & qui meminit eam refert. Et infra. Non mihi opus est.] Lege, non quidem mihi opus est, ex uetustis exemplaribus. Nec adduci possum ut credam Senecæ esse uerba illa, quæ statim ante habentur tanquam qui dicat, sed glossema.

CAP. XXV. Nec ad spem quidem exequendi unquam beneficii accedere.] Lege, quàm nec ad spem quidem exequendi unquam beneficii accedere: ex eisdem. Et infra. His atque eiusmodi uocibus agamus.] Scribendum ex eisdem. His atque eiusmodi uocibus id agamus.

CAP. XXVI. Nec satis pro suo precio æstimatum putet.] Castiga, nec satis suo precio se æstimatum putet: ex eisdem.

CAP. XXVII. Ingenii fuit sterilis tam pusilli quàm animi.] Sic prior æditio, quam lectiõnem agnoscunt antiqua omnia exemplaria. Cuius loco substituendam puto inuerso uerborum ordine, ingenii fuit tam sterilis quàm pusilli animi. Et infra. Derisam à labore irrito liberauerat.] Vetus lectiõ, derisu ac labore irrito liberauerat. Et infra. Nec hoc quidem faciet si unus est ultra se. Cupiditas se porrigit.] Scribendum, Nec hic quidem faciat si unus est. Ultra se cupiditas porrigit: ex eadem.

CAP. XXVIII. Quanto est simplicius quanto purius.] Eadem Prudentius agnoscit, non Purius: ut fortè commodior lectiõ sit prudentius.

CAP. XXIX. Et quidem professi sapientiam quæruntur quod non magnitudine corporis æquius elephantibus] Lego per minorem: etiam quidam professi sapientiam. Deinde scribe per maiorem. Quæruntur quod non magnitudine corporum æquius elephantibus: partim ex uetere lectiõne, partim ex coniectura. Et infra. Multa animalia nandi felicitate.] Expende an sit commodior lectiõ, facilitate, quàm felicitate. Et infra. Pares animalibus habeamus.] Hæc uerba in nullo antiquorum exemplarium habentur. Et infra. Et in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt.] Scribe, & negligentes nostri deos. reliqua desiderantur in uetere lectiõne. Et infra. Quod non bona ualetudo & uirtus in expugnabilis.] Vitiis eadem, non uirtus agnoscit. Et infra. Vo-

luerunt secula fortiri.] Eadem secūda agnoscit, non secula. Legendum puto secundas: ut paulo post, ab ipsis proximos nos collocauerunt. Et libro tertio de Ira. Optimum iudicavit quicquid dixisset sequi, & secundas agere. Et infra. Quanto uelociora assequamur.] Consequamur uetus lectio, non assequamur. Et infra. Magna accepimus, maiora non debuimus.] Scribendum, Magna accepimus, maiora nō cepimus: ex eadem, ut sit exornatio Paranomasia, siue Anomimatio literarum detractio.

CAP. XXX. Hæc mihi liberalis.] Lege, Hæc mi liberalis, ex eadem. Et infra. Etiam inter cætera.] Etiam in cætera exemplar scholarum Salmanticensium. Et infra. Ab infirmitate atque inopia eruat.] Petat, nō eruat. uetus lectio. Et infra. R. efferre gratiā facile est.] Superuacaneum est uerbum, gratiam. ex eadem.

CAP. XXXI. Prodesse ei cui dat ex uoluntate supra est.] Castiga, prodesse ei cui dat & uoluptati sibi esse. ex eadē. Et ultra. Peruenitq; ad me animus eius.] Scribendum arbitror munus, non animus. Et infra. Nihil de reditu cogitare.] Scribe per duplex d redditu, uel contra omnia exemplaria. Et infra. Non quicquid potero & faciam & reddam.] Corrigen dum arbitror. Non quicquid potero faciam ut reddam.

CAP. XXXII. Licet animo benignissimo acciperet.] Scribe acceperit, non acciperet. ex uetere lectio. Et infra. Et expedite remisit quam acceperat.] Legendum puto exceperat, non acceperat. Nam præcesserat paulo ante pilam iacere & diligenter excipere. & sequitur qui pilam ut oportebat excepit. Et infra. Ludus per se imperfectus est.] Corrige, tamen lusus ipse imperfectus est. ex uetusta lectio.

CAP. XXXIII. Ergo gratus sum.] Emendatiores codices, Ego gratus sum. Et infra. Perfecit opus suū etiam si non uendit.] Deest dictio, Phidias, Perfecit opus suū Phidias: ex eisdem. Et infra. Fructus primus illæ conscientia.] Deest uerbu substantiuum, est, fructus primus ille est conscientia: ex eisdem. Et infra. Secundus est & fama & eorū quæ præstari inuicem possunt.] Legendum reor. Secundus est fama. Tertius eorū quæ præstari inuicem possunt, ut paria sint imaginis membra. Erroris causam fuisse opinor similitudinē ternarii numeri per cōpendium scripti in exemplaribus antiquis cū figura qua in eisdē effigiatur coniunctio, &. Et infra. Itaq; quum benigne acceptū est, beneficium est. Qui dedit gratiam quidem iam recepit.] Castigandum puto. Itaque quum benigne acceptum est beneficium, is qui dedit.

CAP. XXXIII. Primum fecit. Bono animo bonum obtulit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Plurimum legit, non primum. & rettulit mallem legeres, quàm obtulit. Et infrà. Post deinde.] Legendam existimo. Post diuide. Et infrà. Res esse magis quàm uerba.] Castiga plures res esse, quàm uerba. ex exemplari scholarù Salmanticensi. Et infrà. Sed aliunde cōmodatis, quia pedem & nostrū dicimus.] Corrigenđū. sed alienis cōmodatisq;. Pedem & nostrum dicimus. ex uetere lectione. Et ultrà. Fortitudo est pericula iusta contemnens.] Scribe. Fortitudo est uirtus pericula iusta contemnens. ex eadē. Et infrà. Ut & ille fortis dicatur.] Sunt codices in quibus particula, ut, non habetur. Et infrà. Sic beneficium est & actio dicitur beneficii.] Sic prior æditio. Quidam codices. Sic beneficiū est & actio ut diximus bona. Alii & actio ut diximus benefica.

CAP. XXXV. Infanire oēs scilicet stultos dicimus.] Verbum, scilicet, desideratur in scriptis codicibus. Et infrà. Gratiam relaturum etiā quum reddiderit.] Etiā quum rettulit iudē præferunt. Scribendum puto, etiā quum rettulerit. Et infrà. Ne intolerabili sarcina depressi deficiamus. Animo bono mihi donata sunt.] Scribendū reor, ne intolerabili sarcina depressi deficiamus animo. Bona mihi donata sunt. Et infrà. Spiritus & libertas potior spiritu.] Restituendus forte hic deprauatissimus locus sic. Spiritus & libertate potior. ut superuacanea sit dictio ultima, spiritu, adiecta fortasse ab aliquo qui putauit, potior, comparandi esse non men, non uerbum. Et infrà. Non ut soluisse te putes.] Non ut solutum te putes.] Exemplaria diuæ Mariæ & diui Francisci.

IN LIB. III. DE BENEFICIIS.

HAec prauitate naturæ accidere.] Hoc, non Hæc, præfert uetus lectio. Et infrà. An quia hoc accidat alicui.] Aut, non An, eadem legit.

CAP. I.

CAP. II. Nisi ad quod sæpe non respexit.] Scribe nisi ad quod non sæpe respexit. ex eadem.

CAP. III. Merita nonnunquā maximè uelant.] Maxima, non maxime. eadē. Et infrà. Prima ac omnium potissima.] Eadē. Prima omnium ac potentissima. Et infrà. Sed quod appetitur intenti. Scribe. sed in id quod appetimus intenti. ex exemplari diui Francisci. Et infrà. Inuidere & gratias agere.] Scribe, & inuidere & gratias agere. ex eadem.

CAP. IIII. Quomodo gratis quisquā esse aduersus beneficia potest, qui omnē uitam suā transtulit? Præsentium intuitus ac

præteritorum memoria gratum facit. Memoriae minimum tribuit quisquis spei plurimū.] Vetus lectio particulā, ergo, addit. Quomodo ergo gratus quisquā. Item correctiora & antiquiora exemplaria futurorū legunt, non præteritorū. Quapropter adducor ut locū hunc ambustū & mutilatum sic refarciam, non ausim dicere restitutam: Quomodo ergo gratus quisquā esse aduersus beneficia potest qui omnē uitam suā transtulit præsentīū intuitu, spe futurorū. Memoria gratum facit. Memoriae minimum tribuit quisquis spei plurimum.

CAP. V. Nisi contineatur.] Aliquot scripti codices, nisi continetur. Et infrā. Quid cuiq; debeamus cognoscimus.] Recognoscimus legendū, nō cognoscimus, ex uetere lectione. Et infrā. Adeo tamē ingratus est.] Corrige. Adeo em̄ ingratus est, ex eadē.

CAP. VI. Et à maioribus collata à posteris exigant.] Eadē, maiores legit, non à maioribus. Puto scribendū. Et maioribus collata à posteris exigant. Et infrā. Ab hostibus tantū expetierunt beneficia. magno animo dabant, magno perdebant.] Corrige ab hostibus tantum æs petierunt. Beneficia magno animo dabant, magno perdebant: ex exemplari Facundi & Primitiui.

CAP. VII. Aut ex conducto aut ex locato.] Vetus lectio, aut ex conducto & locato, cui lectioni fauent Iurisconsulti, apud quos habetur titulus de locatione & cōductione. Et infrā. Non magis laudabit quisquā.] Deest coniunctio, enim, nō enim magis laudabit quisquā: ex eadē. Et infrā. Gratū hominē & beneficū.] Corrigo gratū hominē & beneficū. contra omnia exēplaria. Et infrā. Si ad iudicē quā ad arbitrum mittitur.] Legendū ex codice Facundi & Primitiui, si ad iudicem quā si ad arbitrum mittitur.

Et infrā. Et equestris hæreditas misit.] Quid si legas, & equester ordo transmiserit. Aut sic, quem census in album equestris ordinis misit. Nam teste præter alios Asconio Pediano in orationē pro M. Scauro, iudicia aliquando penes equestrem ordinem fuerunt.

CAP. IX. Et cum ualetudo eius ac salus momentis constaret excepisse idonea cibi tempora.] Duo uerba, ac salus, non habentur in plerisque exemplaribus: & cibo legitur, nō cibi, in omni scripta lectione.

CAP. X. An hoc indicimus ut nunc demus beneficia sine teste.] Corrige. An hoc inducimus ut non demus beneficia sine teste: ex eadem. Et infrā. Inæquales & pro cuiusq; beneficio.] Scribendum ex eadem. An inæqualem & pro cuiusq; beneficio.

CAP. XI. Sollicitandi ad hunc laborem erunt. Eminentia

erant.

erant. ex eadem. Et infra. Si deceptus es quære dignum adiua.] Quædã exemplaria. Si deceptus es quærere, digni adiua. Legendũ reor. Si deceptus es quære te dignum. Adiua. Et infra. Quibus dederunt nihilominus daturi sunt.] Lege, quibus dederunt dant nihilominus daturi; sunt: ex codice scholarũ Salmanticensium.

CAP. XII. Quædam excipientibus magna sunt.] Idem codex accipientibus habet, non excipientibus. Et infra. Quæ nosse à beneficio incipis.] Scribe, quæ nosse à beneficio tuo incipis: ex antiqua lectione. Et infra. Qui dignitati suæ quam securitati suæ consuli malit.] Legendũ, qui dignitati suæ quam securitati consuli malit. ex eadem. Et infra. Beneficium sæpe ab ipso accipio à quo nolo.] Corrige, ab eo accipio à quo nolo. ex eadem.

CAP. XIII. An in quo lætus est?] Castigandũ puto. an id quo lætus est. Et infra. Erimus per hæc ipsi quoq;.] Legendũ hoc, non hæc. Et paulo post inuitis pro inuitis, ex scripta lectione. Et infra. Nisi quod uolunt.] Scribo, nisi quod uolent. ex eadem.

CAP. XIII. In quos merita conferuntur.] Legendum puto, cõferrentur, non cõferuntur. Et infra. Et quærẽti occasiones amputemus.] Mallem legeres, & quærẽdi occasiones amputemus.

CAP. XV. Itaque non honestius erat.] Vetus lectio. Ita nõ honestius erat.

CAP. XVI. Nisi apud alium gestata est apud aliũ mansit.] Despice an legendum sit, pransit, potius quam mansit. Nam sæpe numero duas has res gestari & prandere cõiungit Seneca. Et infra. Marrimonium uocari unũ adulterum.] Scribe adulteriũ, non adulterũ, ex uetere lectione. & mallem legeres unius quam unum.

CAP. XVII. Non educatoris.] Emendatius ut sentio quædam exemplaria, non educatorum. Nam præcessit parentum, & sequitur præceptorum.

CAP. XVIII. Dare aliquando beneficium.] Deest dictio, domino. dare aliquando domino beneficium, ex exemplaribus scriptis. Et infra. Quid enim animus magnus promitteret sibi si certam uirtutem fortuna mutaret.] Magnum non magnus quidã codices. Alii magni. Et cõsidera an sit probatior lectio, cõsu, quam certam. Dixit enim paulo ante non eligit domum nec censum.

CAP. XIX. Et labore summo colit.] Exemplar Facundi & Primitiui, eius laborem summo colit. Puto castigandum. Eius laborem suo tollit. Et infra. Sine respectu dimicantem.] Idem, sine respectu sui dimicantem. Legõ suæ, non sui.

CAP. XXI. Quam quod seruo necesse est beneficiũ.] Lege, quam

quàm quod seruo necesse est beneficium est, ex uetere lectione. Et infra. Est aliquid quod dominus præstare seruo debeat, ut cibarium, uestiarius.] Eadem. Est aliquid quod dominus præstare seruo suo debeat, ut cibaria, uestiarius.

CAP. XXII. Quam quod operis locauit.] Omnis antiqua lectio operas agnoscit, non operis.

CAP. XXIII. Claudius quadrigarius in secundo & uicesimo annalium tradit quod quum obsideretur Drumentum.] Corrige. Claudius quadrigarius in duodeuicesimo annalium tradit. Cum obsideretur Grumentum, ex eadem. Grumentinos autem populos esse in Italia Lucaniae regionis notum est ex Plinio & reliquis. Et infra. Et exemplum duarum urbium fuit.] Castigo & exemplum Grumentinae urbis fuit, ex eadem, in qua quum esset uitiolae scriptum, Drumem, per compendium ut solet fieri non percipiens imperitus librarius quid esset, Drumem, substituit duarum. Vera enim lectio erat, Grumen urbis, hoc est Grumentinae urbis. Meminit historiae Macrobius etiam primo Saturnaliorum. Et infra. Non est mihi crede non est.] Eadem. Non est mihi crede non dico. Et infra. Atenus praetor Marforum.] Codices nonnulli. Vectenus non Atenus praefurunt. Sed utroque modo uitiolae legitur. Macrobius enim primo Saturnaliorum docet scribendum esse, Cluentius non Vectenus siue Atenus. Cluentium inquit Pelignum Italicensem comprehensum à cohortibus suis ne Popeio traderetur seruus eius occidit: ac se, ne domino superstes fieret, interemit.

CAP. XXIII. Cum tergiuersantem cum uideret.] Dele pronomen, eum, ex uetere lectione.

CAP. XXVII. Petitque non fastidiendam & propitio summam.] Quidam codices emendatius. Petitque ne fastidiendam à propitio summam. Et infra. Honestè Cæsar quod ignouit.] Vetus lectio. Honestè Cæsar fecit quod ignouit.

CAP. XXVIII. In parte prima ædium collocant.] Summa, non prima, eadem agnoscit. Et infra. Ubicumque fecit nomen illustre illo domini fugiunt.] Sic prior æditio. Locus est corruptissimus. Correxerunt alii fuit pro fecit recte: nos putamus legendum loco illorum uerborum, illo domini fugiunt, illud domi pinguit. Nam & in antiquo quodam exemplari hinc leguntur, non fugiunt.

Et infra. Siue libertini ante nos habentur.] Legendum forte. Siue libertini autem nobis aui. Et infra. Et tam contemptus quam contemnis.] Sunt exemplaria in quibus coniunctio, &, desideratur, & non contemnis legatur sed contemnis.

CAP. XXXIX. Illud conceditur.] Scribe, Istud conceditur: ex uetere lectione. Et infra, Cuius beneficiū est ipsum quod uincit.] Legendum uincitur, non uincit, ex eadem. Et infra, Maius eo quod cepit.] Codex Facundi & Primitiui, maius eo quo cepit. Scribendum puto: maius eo à quo cepit. Et infra, Tantum quæ in firmamentum totius operis.] Scribendum, tamen, non tantum, ex uetere lectione. Et infra, Cum æquè sine patris beneficio quàm sine nutricis fomento non potuerim.] Verbum fomento non habetur in ullo antiquo exemplari. Existimoq; scribendum inuerso dictionum ordine sic: cum æquè sine nutricis beneficio quam sine patris non potuerim.

CAP. XXX. Atqui nemo dicitur plus debere ignotis.] Ex uetere lectione scribo. Atqui nemo dicit me plus debere ignotis.

Et infra, Maioribus suis debet.] Verbum, suis, in codice Facundi & Primitiui non habetur: & puto scribendum debeo, non debet. Et infra, Nō enim genuisset me pater nisi sanatus esset.] Duo exemplaria. Diui Francisci alterum. Alterum diuæ Mariæ aliter. Nō enim genuisset me pater meus nisi beneficio eius sanatus esset.

Et infra, An id quod potuit & id quod fecit meum sit.] Legendum uidetur contra omnia exemplaria. An id quod potui, & id quod feci meum sit. Et infra, Per se intueri quale sit.] Legendum reor prorsus intueri quale sit. Et infra, Sed non ideo maiorem omnibus quia primum est.] Veteres codices, sed non ideo maius est omnibus quia primum est. Et infra, Quicquid humanus ad se animus rapit.] Castiga, quicquid humanos ad se animos rapit, ex eisdem. Et infra, Respondebo tibi & prorsus.] Scribe, Respondebo tibi. Est prorsus ex eisdem. Et infra, Sed si ad bene uiuendum minima portio est.] Quidam codices benefaciendum habent, non bene uiuendum. Et infra, Quod non ex tuis beneficiis, sed etiam sine tuis oritur.] Corrige, quod non ex tuis beneficiis etiam si non sine tuis oritur, ex scripta lectione.

Et infra, Aut per uoluptatem dederim.] Eadem, aut certe per uoluptatem dederim.

CAP. XXXI. Si exposuisses nempe iniuria erat genuisse.] Eadem exposuisse est nempe. Emendo: Exposuisses. Nempe iniuria erat genuisse. Et infra, Ita tamen hoc est tuum quod uiuo.] Corrigen- dum. Ita hoc tantum est tuum quod uiuo, ex eadem. Et infra, Ipso beneficio maius quàm quod dederas recepisti.] Scribe, In ipso beneficio tuo maius quàm quod dederas recepisti, ex eadem. In quibusdam codicibus non habetur uerbum,

quod. In alijs sic legas, si bene uiuo in ipso beneficio.

CAP. XXXII. Quantam accepisset uoluptatem.] Cepisset eadem habet non accepisset.

CAP. XXXIII. Cum maxime premētia.] Eadem. tot cum cum maxime prementia. Et infrā. Haud dubium est.] Aduer-
bium, haud, non habetur in uetere lectione.

CAP. XXXIII. Nec danti uoluntarium.] In eadem : fed danti uoluntarium, Legendum forte. fed & danti uoluntarium.
Et infrā. Quid necesse est multis? dedit etiam quibus dedisse se nescit.] Scribe. quod necesse est ille multis dederit etiam quibus dedisse se nescit. ex eadem.

CAP. XXXV. Iam tempus est quaedam ex nostra ut ita dicam moneta primo ferri.] Eadem. Iam tempus est ut ita dicam moneta aliquid proferamus. Et infrā. Potest autem si saepius periculo mortis liberatus. Eadem. Potest ergo si saepius à periculo mortis liberatus. Et infrā. Eo quod natus est.] In exemplari Facundi & Primitiui desideratur uerbum, eo. Et infrā. Patris beneficia uinci.] In quibusdam codicibus. Quid inquit? Patris beneficia uinci. Et infrā. Quam illi dederat.] Scribe, quam ipse illi dedit. ex uetere lectione.

CAP. XXXVI. Natura enim gloriosa uirtus.] Deest in fine uerbum, est. Natura enim gloriosa uirtus est. ex eadem. Et infrā. Nisi hic ita iudicamus.] Scribe, hoc, non hic. ex eadem.
Et infrā. Posita est inter parentes ac liberos.] Legendum. Proposita est. ex eadem.

CAP. XXXVII. Ipse cuius infantia leue tutūq; gestamen.] In eadem non, cuius, habetur: sed, eius, ut putem legendum: ipse eius in infantia leue tutumq; gestamen. Et infrā. Qui cum ante ad tempus telegatus esset.] Verbum, ante, superuacaneū est. ex eadem.
Et infrā. Proditorem parentis inuiti.] Quid si legas inuiti non inuiti: aut certe proditorem parentis in lite.

CAP. XXXVIII. Parentibus malis parui.] Parētib; meis parui. uetus lectio. Et infrā. Siue iniquum fuit.] Scribe, siue iniquum fuit ac durum: ex eadem.

IN LIB. IIII. DE BENEFICIIS.

CAP. I.

Cum uirtutem nec lucrum inuitet nec absterreat damnum.] Vetus lectio. Cum uirtus nec lucro inuitetur, nec absterreat damno. Posset legi. Cum uirtus nec lucro inuitetur, nec absterreat damno. Et infrā. Ut cuncta in se impendere iubeat.] Scribendum. Ut contra in se impendere iubeat. ex eadem. Et infrā. In
ultro

ultra tribus sit.] Exemplar diui Francisci. multis tribus sit.

CAP. II. Disputationem esse oportet de re tota.] Quidam codices. Disputatio est de re tota. Et perpède an pro uerbo quod sequitur, potestate, substituendum sit, parte. Sequitur enim mox paulo. Primæ partes eius sunt.

CAP. III. Si una beneficii dandi causa sit utilitas.] Antiqua lectio. Nam si una beneficii dandi causa sit dandi utilitas. Alii codices, dati utilitas. Lego dantis utilitas.

CAP. IIII. Itaque non dat Deus beneficia.] Considera an legendum sit. Vtique non dat Deus beneficia. Et infra. Vota facientibus priuata geri ac publica.] Verbum, geri, expungendum ex uetusta lectione, Et infra. Nisi noscerent illorum beneficia nunc oblata.] Scribe, nisi noscerent illorum uera beneficia nunc ultra oblata. ex eadem. Et infra. Quis est itaque tam miser.] Legendum. Quis est autem tam miser. ex eadem. Et infra. Parum autem id quod nascentibus.] Desideratur ex eadem uerbum, est. Parum autem est id quod nascentibus.

CAP. V. Usque in delicias armamur.] Corrige. Usque in delicias amamur. ex eadem. Et infra. Illa præbitura commertia uasta & nauigabili cursu uadentia.] Castiga. Illa præbitura commertia mari, uasto & nauigabili cursu uadentia, ex eadem.

Et infra. Statis diebus.] Quædam exemplaria, æstatis diebus. Et infra. Ut anhela & feruenti subiecta cælo loca.] Arida habet eadem, non anhela.

CAP. VI. In æra super quæ decurrunt sola auri uehentia.] Præpositio, in, non habetur in exemplari Facundi & Primitiui. ut præterea reliqua sic fere restitui possent. arenas super quas decurrunt solida auri uehentia. Tanto magis, quod eandem sententiam repetitam inuenies in libro de Consolatione ad Martiam. Et infra. Ille Deus non est qui paucas boues.] Præpostero ordine scripta uerba. Lege, Ille Deus est, non qui paucas boues. ex uetere lectione.

CAP. VII. Effectumq; cælestium.] Eadem, effectumq; cælestium rerum.

CAP. VIII. Nec distat officium.] Lege, nec distant officio. ex eadem. Et infra. Fortunamq;.] Particula, quæ, superuacua est. ex eadem. Alioqui scribendum erat. fortunam ue.

CAP. IX. Sed ne aliam disputatione ex obliquo habeam.] Emendo contra omnia exemplaria. Sed ne in aliam disputationem ex obliquo abeam. Et infra. Quocunque modo & quocunq;

cunq; loco daretur.] Scribe, *Quæ* quocunq; loco & quocunq; modo daretur. ex uetere lectione.

CAP. X. Vtrum inficier, an palam reddam.] Eadem. Vtrum inficier, an parū reddam. Et infra. *Quam* hoc quod existimas.] Codices nonnulli. *quam* hoc quod tu æstimas. Et infra. Ingratus qui reddidit.] Vetus lectio. Et ingratus qui reddidit.

CAP. II. Sui non auarum, non tenacem.] Eadem. sui non auare tenacem. Et infra. Hunc uero cum elegero.] Hunc ego cum elegero. eadem.

CAP. XII. Si latronibus circumuentum defendo.] Scribe, Sic latronibus: ex eadem. Et infra. Nemo thusculanum atque tyburinum.] Emendatiores codices, Nemo thusculanum aut tyburinum.

CAP. XIII. Inertis otii facere crepusculum.] Legendum forte, inertio otio assue facere corpusculum. Et infra. Nobis uoluptas est.] Antiquum exemplar, uirilis nobis uoluptas est. Et infra. Alioquin nobis illud damus.] Codices aliquot. Alioquin nobis non illi damus.

CAP. XV. Tam naturale quam liberis prauis.] Vetus lectio. tam naturale est quam liberis prauis.

CAP. XVI. Iisdem etiam hoc collegimus.] Scribe, iisdem etiã hoc colligemus. ex eadẽ. Et infra. *Quomodo* id fecerit.] Expende an legendum sit, *Quomodo* id teres? Et infra. Et profuturam commiserit.] In eadem, omiserit habetur, non comiserit.

CAP. XVII. Superuacuum est inquit, in naturæ ius impelli.] *Quædam* exemplaria. Superuacuum est enim in quod natura imus impelli. Alia breuius. Superuacuum est in quod imus impelli. Et infra. Placet suapte natura, adeoq; gratiosa uirtus est.] Placent suapte natura, Adeoq; gratiosa uirtus est. ex uetere lectione. Et infra. Speciem aliquam induat recti. Velit quoque his uideri beneficium dedisse.] Sunt codices qui inducat præferat, non induat. Postrema autẽ uerba omnes sic legunt. Velit quoq; etiam his uideri. Et infra. Ut animi causa malus sit.] Exemplaria quædam enim legunt non animi, ut forte scribendum sit inani. Et infra. Dic ergo cui libet ex istis.] Scribo. Dic enim cui libet ex istis, ex uetere lectione.

CAP. XVIII. *Quæ* illum obnoxio quolibet ualidissimum faceret.] Sic prior æditio. Expende an legendum sit, *quæ* illum à noxio quamlibet ualido securum faceret. Et infra. Societas terras gentium in alienæ.] Castiga. Societas terris gentium in alienæ

alien
quia
dum

c
extra
Est
quise
bo pe
c

infra.
fis. E
uidetu
Defic
tradid
c

stillet.

bonur
na fide
lucubi
dum i

supra
tum q
elli da
subinte
Primis

c

est. E
ribas
labenti
labenti

nunqu
tacito
rerum
ac disc
antiqui
sum. N

ritis no
meri &
Cerrus

c

allentæ, ex exemplari scholarum Salmanticensium. Et infrà. Sed quia aliud illi timendum est.] Legè, sed quia aliquid illi timendum est, ex uetere lectione.

CAP. XIX. Projecisti ipsum metū.] Eadem, proiecisti illum extra metum. Et infrà. Est aliquid per se expetendum.] Eadem. Est ergo aliquid per se expetendum. Et infrà. Ex apposito acquisitoq;.] Reposito, no apposito. eadem. Et infrà. Lapsa morbo pecora.] Quidā codices laxa. Alii melius lassa. Nullus lapsa.

CAP. XXI. Bono dedit.] Vetus lectio bono debet. Et infrà. Hic intra conscientiam oclusus est.] Clusus, non oclusus. Eadem. Et infrà. Atque hic etiam si.] Atqui legendum videtur, non Atque. Et infrà. Quicquid defuit, fortuna peccat.] Deficit, non defuit, codices nonnulli. Et infrà. In contrarium tradidit] In contrarium uertit, alia exemplaria.

CAP. XXII. Licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet.] Exemplaria nonnulla. Bene conscio homini si cor bonum plenum bona conscientia stillet. Et infrà. Per quem bona fides collucebit.] Vetus lectio. Per quem bona conscientia lucebit. Et infrà. Nunc quoque illud argumentum quamuis dictum iam reducatur.] Eadem. Nunc illud quoque argumentum supra dictum reducatur. Alii codices. Nunc illud quoq; argumentum quamuis ductum reducatur. Et infrà. Quæ sæpe tuto ac facili datur.] Corrigendum reor, quæ sæpe tuta ac facili aditur, ut subintelligatur uia Græco more. Nam & in exemplari Facundi & Primitiui, tuta, scriptum est, non tuto.

CAP. XXIII. Num dubiū est.] Vetus lectio. Non dubium est. Et infrà. Minoribus sphaeræ spatiis flectens.] Eadem, minoribus se spatiis flectens. Et infrà. Aspice ista tanto superne coetu labentia.] Scribendum fortasse. Aspice ista tacito superne caelo labentia, ut quod libenter facit Seneca oblata occasione, ac nonnunquā captata alludat ad Virgilianū uersum. Sydera cuncta notat tacito labentia caelo. Præsertim quod mox paulo subiicit. Quanta rerum turba sub hoc silentio euoluitur? Et infrà. In numerum ac discrimen demum obseruas.] Dierum, non demum præferunt antiquissima exemplaria diui Francisci & scholarum Salmaticensium. Nec mutandam eam dictionē censeo. Nam rudibus & imperitis non præstat alium nox usum, quàm quietis, discriminis, ac numeri & spatio temporis & dierum connumeratione. Et infrà. Certus limes adducit.] Educet, non adducit. uetus lectio.

CAP. XXIII. Et necessaria uitaliaq; sint.] Vtilia quidam præfer

præferunt codices non uitalia. Et infrà. Ita omnis illa uirtus & in primis grati animi.] Exemplar Facundi & Primitiui. Ita omnis uirtus illa & in primis grati animi. Scribendum puto. Ita omnis uirtus & in primis illa grati animi.

CAP. XXV. Nihil præter ipsam faciendi rationem, Eadem. Quid præter ipsam faciendi rationem.

CAP. XXVI. Alter ingratus, quia stultus est. Qui stultus etiam malus est.] Corrige. Alter est ingratus, quia stultus est. Stultus etiam malus est, ex uetere lectione. Et infrà. In hoc uitium natura pronus & propensus.] Scribe, in hoc uitium natura propensus, reliqua superfluunt ex eadem. Et ultra. Qui hac culpa non caret.] Legendum, qui sic ac culpa non caret, ex eadem. Et infrà. Qui beneficiorum defraudator est.] Particula, de, superuacanea est, ex eadem. Notandum q̄; mox infrà in dictione, coëctori, desiderari eandem particulam quæ hic redundat, ut euident sit hic scribendum fuisse fraudator, illic uerò decoëctori. Cuiusmodi portenta numerosissima admittere solet librariorum imperitia, transpositis tum syllabis, tum dictionibus, nonnunquam etiam integris uersibus. Et infrà. Et ob hoc quidem malos sequitur.] Exemplar Facundi & Primitiui. Et hoc malus sequitur. Exemplar Diui Francisci. Et ob hoc quia malos sequitur.

CAP. XXVII. Tamacria & concitata habet omnia.] Deesse existimo negationem contra omnium codicum fidem, ut scribendum uideatur, non tam acria & concitata habet omnia.

CAP. XXVIII. Sanctius est autem.] Satius legito, non Sanctius, ex uetere lectione. Et infrà. Et media ueris autumnique tempora.] Temperamenta eadem agnoscit, non tempora. Et infrà. Quisquis ciuis est cum aliquid est quod tanquam ciui.] Castiga, quisquis ciuis est. Quicquid aliud est quod tanquam ciui. Ceterum pro uerbo illo, ciuis, in omnibus scriptis codicibus habetur, incisus, ut putem legendum altero ex duobus modis, aut in censu, aut censu. Et infrà. Deus quoq; quædam in uniuersum humano generi dedit.] Lege ex uetere lectione. Deus quoq; quædam munera uniuerso humano generi dedit. Et infrà. Medicina & sceleratis opem ministrat.] Monstrat, eadem habet, non ministrat. Et infrà. Non his quæ promiscuè turbam admittunt.] Deest præpositio, in, non in his quæ promiscuè, ex eadem. Et infrà. Ius fori omnibus dicitur.] Eadem. Ius & fori dicitur. Et infrà. Quædam non poterant cæteris contingere.] Malletm legeres certis, quàm cæteris.

CAP. XXXIX. Interdum ista plus profunt.] Deest coniunctio, & quæ non parum lepōris addit orationi. Et interdum ista plus profunt. ex eadem.

CAP. XXX. Quosdam turpissimos utilitas, alios nobilitas industriis prætulit.] Scribendum, quosdam turpissimos nobilitas industriis prætulit. reliqua superfluent. ex eadem. Et infra. Non sine ratione sacra est magnarum uirtutum memoria.] Ea distinctione scribendum puto, ut tria illa uerba, non sine ratione, ad præcedentia pertineant. Ad stipulante etiam exemplari scholarum Salmanticensium. Et infra. Et etiam plures bonos iuuat.] Et esse plures bonos iuuat, uetus lectio. Et infra. Ciceronē filium, quæ res consulem fecit.] Ciceronis non Ciceronem. eadem. Et infra. Tanta quidem.] Tanta quondam. eadem. Et ultra. Cuius osculum etiam impediret uiri uota boni.] Variè in uariis legitur exemplaribus, in nullo rectè. Possset non obscurè sic forte legi: cuius osculum etiam impuri uiri uitabant. De hoc Fabio Persico homine obscenioris habita superius mentio. Et infra. Quomodo ille id egerunt.] Lege, Quomodo illi iidem egerunt. ex uetere lectione. Et infra. Ipsos, non ipsas.

CAP. XXXI. Referam hoc dictum eius in se.] Pronomen, hoc, non habetur in eadem. Et infra. Pollioni Annio iacenti.] Corrigendum arbitror. Pollioni Asinio iacenti. Et infra. Cogitasset indigne fers sobolem eius iacere.] Vetus lectio cogitas indigne fers sobolem eius iacere.

CAP. XXXII. Animum supra fortunam gessit.] Eadem, qui animum supra fortunam gessit. Et infra. Referre illis gratiam.] Scribe. Referri illis gratia, ex eadem. Et infra. Alio me istud dare. Alio olim debitum soluere.] Legendum utrobique alii, non alio. ex eadem.

CAP. XXXIII. Ingrato ego aliquando quædam.] Ergo eadem. non ego.

CAP. XXXIII. Conscientia nostra hoc loco titubat.] Vestrâ legendum, non nostra. ex eadem.

CAP. XXXV. Patria sibi me dare iusserit.] Codices quidam, patria sibi non dare iusserit. Et infra. Non est mihi cum extraneo connubium.] Externo uetus lectio, non extraneo.

CAP. XXXVI. Ignarium dabo.] Linguarium omnis antiqua lectio, quo nomine appellatur fortasse à Seneca tenuè illud linguum, quo blasphemorum lingue coherceri solent.

CAP. XXXVII. A quo receptus à quo sanatus.] Scribe, à quo

quo receptus erat à quo sanatus. ex eadem. Et infra. Non sufficit homo iustus.] *Quidam* codices. Non sufficit homo iustus unus.

Et infra. Vt bona priori domino restitueret.] uerbum, ut, desideratur in exemplari Facundi & Primitiui.

CAP. XXXIX. Effice ut idem sit cum exigitur qui fuit cum promitterem. Destituere leuitas non erit.] Scribo. Effice ut idem status sit quem exigis, qui fuit cum promitterem destituere leuitas erit. ex uetere lectione.

CAP. XL. Quid enim regi, quid pauperi, quid diuiti reddâ?] Emendandū reor. Quid enim regi, quid principi, quid diuiti reddam? ex cōsuetudine loquendi Senecæ, qui duas dictiones reges & principes frequenter copulat, ut in quinto. A' principibus dico à regibus, & mox paulo. Reges & principes dixi quibus tamen potest opera nauari. Et infra. Quando plus mihi detractus ero. Scribe: Quando? si plus mihi detractus ero. ex uetere lectione. Et infra. Qui festinat utiq; reddere.] Corrige. Qui festinat itaque reddere, ex eadem. & si sint codices qui legant. Qui festinat reddere non habet animum utiq; grati hominis.

IN V. LIB. DE BENEFICIIS.

CAP. I.

MAGIS non superuacuum quàm necessarium.] Ita præfert maior pars exemplarium. Sed sunt etiam quæ in uerso ordine legant, magis nõ necessarium, quàm superuacuum. quæ lectio uidetur mihi probatior, quia sequitur eodẽ ordine, nec facit operæpretium, nec perdit operam. Et infra. Propositum optimi uiri & ingentis animi est.] uerbum, est, in emendatioribus exemplaribus desideratur, Adiciendaq; altera conuinctio, & ut sit. Propositum & optimi uiri & ingentis animi.

CAP. II. Ex toto in hoc intentus animo.] Scribe, & toto in hoc intentus animo. ex uetere lectione.

CAP. III. Velocitate illum non animo antecessit.] Alium puto, non illum, legendū. Et infra. Quoniã quidẽ inter superantia animus inuictus est.] Corrigendum reor. Quando quidẽ inter superatis animus inuictus est. Adducit me ut sic emendam uerba nõ multo ante præcedentia. Luctator ter abiectus perdidit palmã non tradidit. & ueteres codices nõ Quoniã quidẽ habet, sed Quidẽ.

CAP. IIII. Quibus nihil potest præstare fortuna.] Vetus lectio. quibus nihil potest præstare ipsa fortuna.

CAP. V. Rapiuntur à nobis.] Præpositio, à, superuacanea est. ex eadem. Et infra. Nos tamen nec uincemur animo, nec turpiter his rebus superabimur.] *Quidam* exemplaria. Nos tamen

non uincemur (animo enim res geritur) nec turpiter.

CAP. VI. Vt facetus.] Vir facetus, uetus lectio.

CAP. VII. Quare Socrates non agat quod ipse se docuit.] Antiquum exemplar. quare Socrates non agat sibi quod Platone[m] docuit. Et infra. M. Cato ait.] Vide an legendum sit, Hecaton ait. cuius testimonio subinde uti Senecam iam à principio testari sumus. Et infra. Natura sibi dedit.] Hæc uerba in correctioribus codicibus desiderantur. Et infra. Etiam cum aliquis probe fecerit.] Tolerabilior lectio exemplaris scholarum Salmaticensium. etiam cum aliquid prodesse sibi fecerit.

CAP. VIII. Quod quo excedat non habet.] Exemplar uetus. quo excidat. In altero, ex quo excidat. Et infra. Quid simile inquit habet hoc exemplum huic propositæ quæstioni.] Verbum, huic, desideratur in uetere lectione, & aliquanto ante.

CAP. IX. Nemo sibi beneficium dat non magis quam hospiti. Nemo sibi donat non magis quam credit.] Scripti codices. Nemo sibi beneficium dat, non magis quam credit. reliqua superfluant. Et infra. Quando ergo gratiam referet.] lege, Quomodo ergo gratiam referet, ex eisdem.

CAP. X. Iurisq[ue] sui in alium translatio.] Scribe, iurisq[ue] in ea sui in alium translatio. ex eisdem. Et infra. Sed etiã nunc multũ interest inter dare & accipere.] Sunt exemplaria in quibus hæc omnino uerba desiderantur. Sunt alia in quibus deest primum tantum uerbum, sed. Et infra. Frater sum alterius.] uetus lectio. Frater sum, sed alterius. Confirmant hanc lectionem uerba sequentia. Par sum sed alicui. Et infra. Quidcum inter ea sit habendum beneficium.] codices nonnulli. Quid nunc cum inter ea. Et infra. Nisi in altero nõ habet locũ.] nisi in altero nõ habet locũ. uetus lectio.

CAP. XI. Illi beneficium dedi.] Scribe, dedit, nõ dedi, ex eadẽ.

CAP. XII. Dicis me abesse ab eo qui operæpretium facit.] Puto corrigendum. Quod dicis? Me abuisse ab eo qui operæpretiũ facit. Et infra. Expecta etiam hoc.] Considera an sit probatior lectio. Expecta etiã nunc. Et infra. Crebri aliquid & cofragosi.] Scribendum fortasse scabri, non crebri. Et infra. Hic benefaciens sua uoluntate caret.] Scribendum puto. Hinc benefaciendi.

CAP. XIII. Quæ accipere potest.] Lege, quæ & accipere potest, ex uetere lectione. Et infra. Non hoc ex nostra constitutione.] Nec hoc ex nostra constitutione. eadem. Et infra. Ita qui uiri boni spem fefellit.] Exemplaria diui Francisci & scolasticam. Ita & qui ueri beneficii speciem fefellit.

CAP. XIII. Cleanthes uehementius ait.] Vetus lectio, Cleanthes uehementius agit. Et infra. Qui ad occidendū.] Scribe ex eadē, quia ad occidendū, Et infra. Quāuis nemo usq; ad eos manus porrigat.] Videtur legendū usq; ad deos. Et infra. Ea scilicet ratione, quia accipiet ab illo aliquid ex his quæ apud imperitos sunt, cui tamen & si malus est.] Vetus exemplaria. ea scilicet ratione qua accipiet ab illo aliquid ex his quæ apud imperios sunt, quorū & si malis copia est. Legendū arbitror accepit, non accipiet. Et putamus deesse uerbū, bona, ut scribatur, ex his quæ apud imperitos bona sunt. Quæ lectio uidetur probari uerbis sequentibus, & illa qualiacunq; sunt cum pro bonis acceperit, pro bonis reddere.

CAP. XV. Sed ad alios spectat.] Eadem. In alios queritur. Et infra. Ecce nescio quænam.] Particula, nam, delenda ex eisdē.

CAP. XVI. Transalpes accitus hostis. Lege, & trans alpes accitus hostis: ex eisdem. Et infra. Parum mutatam.] Scribendum, parū multatam. ex eisdē. Et infra. Et pecuniā tantū non ciuicā.] Legendū puro ordine præpostero. pecuniā & tantum non ciuicā, ut subintelligas coronam. Et infra. Eò redegit. R. P. ut saluus esse non posset.] Pro duobus elementis. R. P. nō accipiā temp. sed Romanum, quia subdit saluus esse non posses. Aut si temp. intelligas, salua, non saluus necesse est legas, ut alii ante me adnotarunt. Et infra. Ingratus ipse Pōpei hostis ac uictor à Gallia Germaniaq;.] Ingratus ipse Pompeii hostis ac uictor. C. Iulius Cæsar, qui à Gallia Germaniaq;. uetus lectio. Et infra. Neminē occidit nisi armatū.] Legendū reor, odit, non occidit, quandoquidem uerbum eius fuit. Armatus sit oportet quæ oderim. Et infra. Proscriptionibus, incurfionibus, bellis, laceratam.] uerbum, incurfionibus, non habetur in uetere lectione.

CAP. XVII. Nisi querendum est de omnibus.] Legendum arbitror, nisi querendū esset de omnibus. Et infra. Vt dicā quam ingrata sit uide iuuetus.] Castigandū putamus, utiq; quā ingrata sit iuuentus uide. Et infra. Vt non computet.] Multum uerustatis energiacq; conciliat orationi coniunctio, &, quam agnoscunt antiqua exemplaria. ut non computet. Et infra. Vt prolongetur tibi dies mortis.] Vt prorogetur tibi dies mortis. eadem. Et infra. * De quo uado ad quem currit.] Sic prior editio. Legendum puro. de quo usq; ad quem currit, quod ex uerbis, quæ infra sequuntur apparet. In nonnullis tamen exemplaribus uerbum, uado non habetur, sed tantum legitur, de quo ad quem currit.

CAP. XIX. Sic pater beneficio in filium collato.] Scribendum

dum opinor, sed, non sic.

CAP. XX. Beneficium odit & accipit.] Lege, beneficium, & odit & accipit. ex uetere lectione. Et infra. Hunc occidi.] Lege. Hunc ego occidi, ex eadē. Et infra. Nullum in hoc habeo huius beneficii debitorē in publicum. Humanum dicit aliquis.] Corrigendū reor. nullū in hoc habeo huius officii debitorē nisi publicum humanū. Dicit aliquis. Et infra. Indignus etiā repenti nō reddet. Dignus etiā per se refert.] Vetus lectio. indignus etiam repenti nō reddet. Dignus ipse per se referet. Et infra. Petā potius beneficiū quā repetā.] Scribe, prætereā, non petā. ex eadē, ut post paulō. Sic ego quosdam ingratos palam ac pertinaces prætēbo.

CAP. XXI. Cum quo diu mihi luctandū sit. Quis tam ingratus est, ut illi.] Scribe per maiorem ut sit initium sensus sequentis. Cum quo diu mihi luctandum sit, qui tam ingratus est, ut illi non sit satis admoneri eum transibo. ex eadem.

CAP. XXII. Si quid illos remorderet.] Scribendum morderit, non remorderet, ex eadem.

CAP. XXIII. Ad ferendā gratiā.] referendā eadē, nō ferendā.

CAP. XXIII. Ex ueteranis quidā paulo uolētior.] Scribendum puto, ex ueteranis quidā Publius militio. sic enim uocabatur hic miles, ut constabit paulo post. Et infra. Quendam ex commilitonibus penulā.] Legendum & hic reor, quendam P. Militionem. Et infra. Et quidē sūti cōfectus qui impeditus.] Equidē, non & quidē uetus agnoscit lectio. Eadē. quia, legit: non, qui. Et infra. Nisi cōmilito homo fortis.] Exemplar scholarū. S. nisi pro militio homo fortis. Corrigendū ut ante testatus sum. nisi P. Militio homo fortis. Et infra. Nam galeā illā si uideres, agnosceres.] Vetus lectio. Nec galeā illam si uideris, agnosces. Et infra. Machæra enim Ispania diuisa est.] Exemplar diui Francisci Hispania legit, non Ispania: ut uideatur scribendum Hispanica. Et infra. Et agellos in quibus uicinalis uia causa rixæ ac litium fuerat.] Legendum forte uicina sylua, non uicinalis uia. Et infra. Militi suo donauit.] Exemplar scholasticū. militio suo donauit. scribendum ut dixi militioni suo donauit.

CAP. XXV. Optanda erat obliuio.] Legendum reor, obuidebat obliuionem. Et infra. Melius fuisset quid rerū nostrarum status posceret.] Quidam codices. bonū est quid rerū nostrarum status poscat. Et infra. Paucis animus sui rector optimus.] Deest uerbum, mouetur, siue, monetur, ex nonnullis exemplaribus. Paucis animus sui rector optimus mouetur. Et infra. Opertis

oculis inest acies sed sine uisu.] Vetus lectio. Opertis oculis eadem est acies sed sine usu. Et infra. Quod lumen à diis immissum ad ministeria sua uocat.] Eadem, quā agnoscit, nō quod: & euocat, siue aduocat, non uocat. ut putem scribendum, quem lumen ab his emissum ad ministeria sua euocat.

IN VI. LIB. DE BENEFICIIS.

CAP. I.

His quoq; si abire protinus iusseris.) Vetus lectio. In his quoq; si abire protinus iusseris. Fideliorē lectionem arbitror. Quin his quoq; si abire protinus iusseris. Et infra. (Prodest cognoscere.) Agnoscere eadē, non cognoscere. Et infra. Et ea perire agā.) Eadem, ea perite agam. Corrigendum reor. Alia peragam. Præcessit enim paulo ante, aut peragi iubeto. Ut sint tria membra. Alia detinebo. Alia expellam. Alia peragam.

CAP. II. Materia illius huc & illuc iactatur.) Eadem. Materia uero eius huc & illuc iactatur.

CAP. III. Apud Rapiū poētā.) Scribendū. Rabiū, non Rapiū. Fuit enim C. Rabiū poēta Epicus, de quo Quintil. 10. meminit, & Ouid. 4. de ponto. Cū foret & Marius magnū; Rabiū oris. Et infra. Quæ ex alieno sanguine rapta.) Puto prepositionē, ex, aduentitiā esse. Et infra. Quomodo illa tua faciās? dono dando.] Sic quidā præferunt codices. sed magis arridet aliorū lectio, in quibus donando scriptū est, non dono dando. Confirmat eam uerba sequentia, cum donasti beneficium est, in quibus tamen uerbis superfluit dictio, cum, ex codice nuper mihi allato Pincia pa tria mea ex cenobio diui Pauli.

CAP. IIII. Beneficium dare definimus.] Beneficiū debere definimus, uetus lectio. Et infra. Quid non tam duri quidā etiā scelerati patres sunt, ut illos auersari & euitare ius fasque sit.] Lego Quid? non tam duri quidam & tam scelerati patres sunt, ut illos auerri & euitare ius fasque sit.] ex eadem. Et infra. Tanquam pecuniam aliquis mihi credit.] Verbum, Tanquam, non habetur in quibusdam codicibus. Et infra. Quam quod est credit.] Lege, quam quod ex crediti causa petit. ex eadē. Et infra. Inter beneficia quoq; & iniurias ratio confert.] Legendū puto confertur, nō confert. Cæterā uerba hæc alieno loco posita opinamur, & locanda ante ea quæ aliquanto post sequuntur. Dediti beneficiū, iniuriā postea fecisti. Illud autē quod mox ante legitur. Argentū quod nō emerā, mihi nō probatur. & si ita omnia præterant exēplaria. Pro meliore lectioe duxerim. Agellū quē nō emerā. Et infra. Sæpe etiā beneficiū manet.] Sæpe in quā beneficium

manet.

manet. duo fidelissima exēplaria. In aliis nō habetur dictio etiam.

CAP. V. Acutæ ineptiæ sunt.] Quid si legas argutæ non acutæ. Vel sic, argutæ ineptæ sunt.

CAP. VI. Vtraque sua uia habet actionem propriam, tam me hercule quàm depositum quàm furtum.] Corrige. Vtraque sua uia it. Depositum habet suam actionem propriam tam me hercule quàm furtum. ex uetere lectio. Et infra. An etiam ultro debeatur.] Sunt codices in quibus legitur, an mihi ultra debeatur. Et infra. Sic beneficiū superueniens iniuriā apparere nō patitur.] Exēplar diui Pauli iniuria legit non iniuriam, rectē.

CAP. VII. Quo tandem mihi dexter abis.] Scribe quo tantum mihi dexter abis. ex s. Aeneidos & uetustis codicibus.

CAP. VIII. Et in flumen alicui cecidisse frigore magno.] Lego contra omnia exēplaria. fragore, non frigore. Et infra. Et unum testē temere dimittit.] Scribe, & in unū testē temere dimittit, ex uetere lectio. Cæterum erratum esse in ordine uerborum existimamus, legendumq; ad hunc modū. Aduersarius meus dum contraria dicit & in unum testem temere dimittit, iudicē superbia offendit, & causam meam erexit.

CAP. IX. At quid est aliud quod illum querelæ eximat.] Vetus lectio. At quicquid est aliud Corrigēdum puto. Atqui quid est aliud.

CAP. X. Ad primum illud reuertamur.] Scribe, Ad primum illum reuertamur, ex exemplari scholastico. Reperuntur enim tria genera hominū quibus nihil debetur, etsi beneficium conferat. Et infra. Ut debeam non satis est uoluisse.] Emendo, ut non debeam satis est uoluisse. ex uetere lectio.

CAP. XI. Non opus te dicere.] Non opus est te dicere, eadem.

CAP. XIII. Quare potius te mihi profuisse dices.] Eadē. Vius me quare potius te mihi. Et infra. Aduersus hoc respondebo. Aliquid istius tua causa facis, aliquid mea. Tua quod redimis me tibi enim ad utilitatem tuam satis est.] Castigo. Aduersus hoc respondeo. Aliquid istius tua causa facis, aliquid mea. Tua quod redimis. Mea quod eligis. Tibi enim ad utilitatē tuam, ex exemplari diui Francisci. Et infra. Idem consequi quid utilitatem rei partiris mecum.] Corrige, idem consequi quod mea. Utilitatē rei partiris mecum. ex omni uetere lectio.

CAP. XIII. Sed quàm ingratum quod non habuissē nisi euissē.] Scribendū forte, sed quàm gratuitum quod non ha-

buissem, nisi emissem.

CAP. XV. Cum è terræ conspectu recessit. Certam secanti uiam.] Corrige, cum aether è conspectu recessit certam secanti uiam, ex uetere lectione.

CAP. XVI. Quia me non tanquã amicũ uidit, sed tanquam imperatorẽ.] Sic quidẽ omnia quæ hæctenus legerim habet exemplaria. Opinor autem corrigendũ alterutro ex duobus modis. Aut sic, quia me non tanquã amicum uidit, sed tanquã inuocatorẽ. Accersere enim medicũ inuocari appellat Seneca paulo post his uerbis, in turba multorũ inuocãtiũ ego illi potissima curatio fui. Aut certe emptorẽ legas pro imperatorẽ, ex ipsius etiã Ciceronis uerbis quæ mox paulo sequuntur, non quia pluris est quod uendiderunt, quãm eminus. Et infrã. Ille plus impendit.] Quidã codices. Ille magis perpendit. Alii, Ille magis pependit. Et infrã. In docendo & laborẽ & tædiũ tulit.] Exemplaria aliquot, in docendo me & laborẽ & tædiũ tulit. Et infrã. Iniecta ut ita dicã manu.] Breuius quidã codices, iniecta dicã manu. Et infrã. Sed cupit si posset.] Scribe, sed cuperet si posset, ex uetere lectione.

CAP. XVIII. Quid ergo nihil tibi debetur pro hoc tanquam ab uno, nisi cum omnibus soluam quod tibi cum omnibus debet.] Scribo, Quid ergo? nihil debetur pro hoc? Tanquam ab uno nihil. Cum omnibus soluam.

CAP. XIX. Nihil hoc nomine debebunt.] Lege, nihil hoc nomine singuli debebunt, ex eadẽ. Et infrã. Deinde ego quoque illi non tanquam proprium debebo, sed cõmune munus ex populo, non tanquam pro me soluã.] Exemplar diui Pauli breuius. Deinde ego quoq; illi non tanquã pro me soluam, sed tanquã pro patria conferam, cætera superfluum. Alioqui legendum erat. Deinde ego quoque illi non tanquam proprium debebo, sed quomodo unus è populo. Non tanquam pro me soluam.

CAP. XX. Nec ex hoc æs alienum profitebor.] Præpositio, ex, delenda est, ex uetere lectione. Et infrã. Quia dedit quidem.] Lege, quia mihi dedit quidem: ex eadem.

CAP. XXI. Ergo magnum argumentum est firmæ uoluntatis ne mutare quidem possẽ.] Eadem, Ergo maximum argumentum est firmæ uoluntatis ne mutari quidem possẽ. Et infrã. Itaque quod tanquam coacto non deberem.] Scribe, Ita, non itaque: ex eadem.

CAP. XXII. Inter tot secula promissas uices.] Scribe, in tot secula promissas uices: ex eadem. Et infrã. Sit tanti ut tu coarguaris.]

guaris.] Lege, est tanti ut tu coarguaris: ex eadem. Sequitur confes-
sim. Possunt tibi etiam iuuito.] Scribendum reor, primo sunt ti-
bi etiam inuito.

CAP. XXIII. In imbecillitate permanent.] Ex imbecilli-
tate permanēt, legendum ex uetere lectione. Et infrā. Nos tamen
in maiora ituri iuuant.] Itura, nō ituri, eadē. Et infrā. Quam nō
intra homines tantū.] Verbū tantū, expungendū ex exemplaribus
diui Frācis̄ci & scholarum Salmanticensium. Et infrā. Quæ co-
hercuit sine terrarum.] Scribe, quæ non cohercuit sine terrarum,
ex uetere lectione. Et infrā. Quis negat ab his accepisse se à
quibus cum maximè accepit.] Scribe per minorem, ut ad superio-
ra referas, qui negat accepisse se à quibus cum maxime accipit, ex
eadē. Et infrā. Et omnes alias impudentis animi uoces astruat.]
Eadem, astrue, legit, non astruat. Et infrā. Vel hoc maximum
quod etiam quærenti daturus est.] Corrige, uel hoc maximū est
quod etiam nunc quærenti daturus, ex eadem. Quidam tamen co-
dices legunt, quod etiam quærenti daturus est.

CAP. XXIII. Coaptant & applicant.] Castigo, coactam
applicant, ex eadem. Et infrā. Ius adhibetur ac seruitus.] Vis ad-
hibetur aut seruitus, quidam codices.

CAP. XXV. Fere idem itaq; exitus est.] Inuertendus uerbo-
rum ordo, legendumq;.] Ferē itaq; idē exitus est: ex uetere lectione.

CAP. XXVI. Non nocet, illi uotum meum inquit.] Eadē,
Non nocet inquit illi uotum meum. Et infrā. Ut possem ferre
illī opem.] Possim uidetur legendum, non possem.

CAP. XXVII. Ut ope indigeat.] Scribe, optas ut ope indi-
geat: ex uetere lectione. Et infrā. Sed ut ille necessitatē implo-
randæ. Superiorē te facis.] Deest ex omnibus scriptis exēplaribus
dictio, rei, ut sit implorandæ rei. Quædam etiā exemplaria legunt,
Eo uoto superiorem te facis. Et infrā. Si inficiareris quod acce-
peris.] Legendum, quod acceperas, ex eisdem.

CAP. XXIX. Sed quos illi & habere contingat.] Verbum,
sed, non habetur in eisdē. Et infrā. Tutæ secretæ. Prior æditio &
omnes scripti codices, tutæ sic credere agnoscunt. Quam lectionē
uetram genuinamq; ducimus si pro illa particula, sic, remota litera,
legatur, si, ut accipiatur credere pro committere.

CAP. XXX. Ista tam tristis est.] Ita, non Ista, uetus lectio.
Vt forte legendum sit. Ita tua tristis est. Et infrā. Et omni uoto
sibi mouenda occasio.] Exemplar diui Francis̄ci, octio, præfert
non occasio, ut sit fortē scribendum opto. Et infrā. Vin-

dicet à consensu contemptuq; falsorum.] Exemplar diui Francisci. Vindicet cum consensu contemptuq; falsorum. Scribendum fortè, cum sensu contemptuq; falsorum. Et infra. Attraxere superuacua.] Quidam codices, attraxere vires suas ad superuacua.

Et infra. Super se ac sua regna fregerunt.] Super se ac suos regna fregerunt: uetus lectio.

CAP. XXXI. Non latoros nuncios belli] Nuncium, non nuncios: eadem. Vix patere cœlum sagittis ad emittenda omnia manu tela.] Satis, non sagittis, in eadem habetur. Et infra. Et emissas sibi angustias.] Commislas pro emissas rectè emendatum ex omnibus scriptis exemplaribus. Illud tamen sciendum commissas hoc loco non significare adeo angustas, ut sese contingant, sed Lacedæmonum fidei fortitudiniq; ad tuendum concreditas. Aemilius Probus in uita Themistoclis. Huius consilium plerique ciuitatibus displicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque misi sunt dilecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusq; barbaros progredi non paterentur. Idem significare uidetur Herodotus septimo historiarū scribens, cum multi essent alij suæ quisque ciuitatis duces imperii tamen summam penes Leonidam fuisse. Sed apertissimè omnium Valerius Maximus libro tertio capite de fortitudine. de Leonida loquens. Cæterum perfidia inquit & scelere incolarum eius regionis & loci opportunitate, qua plurimum adiuuabatur, spoliatus occidere dimicans, quam assignatam sibi à patria stationem deserere maluit. Et infra. Velut torrentis modo ablati.] Quidam codices mole non modo. Et infra. Deinde hinc atque illinc coorientur.] Commodior lectio est, adorientur, quam coorientur. Et infra. Stratusque per totam Græciam passim Xerxes.] Quidam codices ordine inuerso. Stratusq; per totam passim Græciam Xerxes.

CAP. XXXII. Hæc tam uindicanda principi quam tacenda.] In nonnullis exemplaribus. Hæc non tam uindicanda principi quam tacenda. Et infra. Solitos illi uera dicere.] Mallet legeres, solos illi uera dicere.

CAP. XXXIII. Alios uniuersos habuerunt.] Scribe ex uetere lectione, alios cum uniuersis. Habuerunt ut uerbum, Habuerunt, ad sequentia pertineat. Proinde uerba quæ sequuntur. Itaque isti amicos primos habuerunt & secundos.] sic legenda erunt Habuerunt itaque isti amicos primos. Habuerunt & secundos. Et infra. Nunquam ueros.] Expende an commodior sit

lectio neutros ueros, etsi duriuscula sit correctio. Et infra. Aduersa eius si nec deserueris.] Scribe, si aduersa eius non deserueris: ex uetere lectione, & si sint codices in quibus habeatur, Aduersa eius nec deserueris. Et infra. Et tanti existimat illum miserum esse.] Aestimatur, non existimat maior exemplarium pars. Et infra. An ut ne debeas] particula, ut, superuacanea est ex quibusdam exemplaribus, quæ paulò post aptabit legunt, non aptauit.

CAP. XXXV. Si Famem ac metum imprecareris.] Scribendum reor contra omnia exemplaria, mortem, non metum.

Et infra. Vtrum uox ista tua an sit uoti tui. Sanius aliquid horum opta.] Vetus lectio. Vtrum uox ista sit uoti tui. Sanius enim aliquid horum opta. Castigandum puto, utrum uox ista sit uoti tui, si animus ei aliquid horum optat.

CAP. XXXVI. Ut bona liberis exempla monstrarent si optauerunt.] Errorem esse existimo in ordine uerborum, legendumq; si ut bona liberis exempla monstrarent, optauerunt. Et infra. Ut Aetna immensa ignium supra solitum ardens daretur ipsi occasio.] Corrige, ut Aetna immensa ignium uel supra solitum ardens daret ipsi occasionem: ex uetere lectione. Et infra. Grauisissima infamia est medici opus quærere. Multi quos auxerant morbos & reuocauerant.] Eadem sic habet, Grauisissima infamia est medici, opus quærere medici. Multi quos auxerant morbos & irritauerant.

CAP. XXXVII. Quia fatius erat duos iniquo malo affici.] Perpende an legendum sit, unico, non iniquo. Quædam tamen exemplaria, uno, præferunt & aliquanto post, uotum, legendum, non notum: ex omni antiqua lectione.

CAP. XXXVIII. Demades Athenis certè.] Ita prior editio. Legendum permutato uerborum ordine. Demades certè Athenis, ex eadem. Et infra. Ex alieno commodum lucrum.] Scribe, ex alieno incommodo lucrum: ex eadem. Et infra. Miles bellum optat in gloriam. Agricolam annonæ caritas erigit.] Emendandum reor, Miles bellum optat. In gloriam agricolam annonæ caritas erigit. Et infra. Eloquentiæ pretium exoptat litium numerus] Quid si legas. Eloquentiæ principes exoptant litium numerum. Et infra. Illi quorum mortes optet nesciunt.] Scribe. Illi tamen quorum mortes optent nesciunt, ex uetere lectione. Et infra. Ex quo propter amicitiam rei plurimum est.] Locum deprauatissimum sic restituendum reor, cum quo propter

rem amicitiae plurimum est. Et infra. Omnium tamen istorum uota sunt impunita.] Vetus omnis lectio, Omnium tamen istorum tam nota sunt uota, quam impunita.

CAP. XXXIX. Quod in manibus est.] Legendum forte quod immane est, quia aliquanto ante. Nemo inquit, ut existimo de immanitate animi tui dubitaret, si aperte illi paupertatem.

Et infra. Et in id incidentis quod euitant.] Deest uerbum, uitium, ex quibusdam exemplaribus, & in id incidentis uitium quod euitant.

CAP. XL. Resignare rationem parem properas.] Signare, non resignare uetus lectio.

CAP. XLI. Quo minus tuum reuertatur.] Exemplar diui Pauli, quo minus tuum reuertatur ad te. Et infra. Nulla mora inter nos est.] Corrige, Nulla mora in Turno est. Nam initium est Virgiliani uersus ex xij. Aeneidos circa initia. Nulla mora in Turno. Nil est quod dicta retractent Ignauī Aeneadae. Adstipulante etiam uetere lectio.

CAP. XLII. Nec decet gratum animum.] non decet gratum animum. eadem. Et infra. Dimissa est omnis anxietas.] Verbum est, non habetur in ullo uetusto codice. Et infra. Duo istius rei iudices habes. illum quem potes.] Vetus lectio, Duos istius rei iudices habes, illum quem potes, & quem potes.

CAP. XLIII. Proferre dona.] Eadem, proferre, donare. Et infra. Nec procurandum intempestiue.] Corrigen- dum puto nec procurandum intempestiue: quia sequitur statim. Qui ad referendam gratiam suo tempore cessat quam qui alieno prope- rat.] Quem locum crediderim legendum esse mutato uerborum ordine hoc pacto, qui ad referendam gratiam prope- rat tempore alieno quam qui suo cessat. Et infra. Praestat esse in utroque fa- cilem.] Praestet se in utroque facile, uetus lectio. Et infra. Quid thesaurum eius eripimus.] Eadem. Quid thesaurum eius eruimus? Et si sunt exemplaria ubi legatur, qui custodiam recusamus. Et infra. Tanquam non ducere, sed sequi debeat.] Codices quidam, tanquam quae non ducere, sed sequi debeat.

IN VII. LIB. DE BENEFICIIS.

CAP. I.

Reliquias hic liber cogit, Exhausta materia circumspectio.] Vetus lectio. Reliquae hic liber cogit & exsta materia circumspectio. Et infra. In primum statum congesti.] Legendum statim, non statum, ex eadem. Et infra. Pauca manent.] In quibusdam codicibus pauca uincunt. In aliis pauca iuuant. Et infra.

infrà. Et columnarū nouissime interualla iungantur.] Legēdum reor nouissima, non nouissime : & mox antè. Aetati signum imprimat.] Exemplar diui Francisci ætatis præfert, non ætati. Et infrà. Si se supra metum sustulit & posuit.] Postrema duo uerba, & posuit, non habentur in uetere lectione.

CAP. II. Voluptas fragilis & breuis fastidit obiecta.] Eadem. Voluptas fragillis est, Breuis, Fastidit obiecta. Quidam codices, Fastidio obiecta. Et infrà. Cuius subinde necesse est pœniteat.] Legendum ex eadem, cuius subinde necesse est aut pœniteat, aut pudeat. Et infrà. Qui maxime ut ita dicam diuini iuris atq; humani peritus.] Exemplaria, quædā quàm maxime legunt: non qui maxime, ut putem legendum esse, cum maxime.

CAP. III. Quantum in id quod inexplebile est congeras.] Vetus lectio, quantum eo quod inexplebile est congeras.

CAP. IIII. Nihil prohibet aliquid esse & eius qui possidet, & eius cui datum & assignatum est.] Corrigendum, Nihil prohibet aliquid & sapientis esse & eius qui possidet cui datum & assignatum est. Ex eadem. Et infrà. Et totus ager aut ullius R.P. est.] Exemplar diui Pauli Pinciani, & totus ager illius R.P. est. Et infrà. Cuius uniuersa esse contendimus.] Veteres codices concessimus, non contendimus, habent.

CAP. V. Tua in possessione nascantur.] Hoc exornationis genus aliorum est auctorū non Senecæ, proinde legendum, ut in eiusdem habetur, in tua possessione nascantur.

CAP. VI. At recte utriusque dicuntur esse.] Per minorem iidem, ac recte utriusque dicuntur esse.

CAP. VII. Quæ uiritim ei seruiunt.] Vicissim, non uiritim, sunt exemplaria quæ legant.

CAP. IX. Per ordinem pandere.] Per ordinem expandere, uetus lectio. Et infrà. Ipsa illa quæ placet uarietas.] Quædam exēplaria, ueritas, non uarietas. Et infrà. Iam enim exercitæ aures oneri ferendo sunt.] Nonnulli codices uerbū, aures, nō agnoscunt. Nam paulò antè præcessit auribus.

CAP. X. Video istic diplomata.] Ista, nō istic, quædā exēplaria.

CAP. XI. Itaq; cum Cæsar illi ducēta talenta donaret.] Scribēdum reor, Itaq; cum C. Cæsar, ut mox paulo liquebit. Et infrà. Pauxillo illum animum.] Pusillo non pauxillo, uetus lectio. Et infrà. Cum miraretur Caii dementiam.] Exemplar Scholarum. Cum miraretur Caii dementiam.

CAP. XII. Quibus cū duo sunt.] Quidā codices, quibuscūq;

duo sunt. Et infrà. In illis tantum locus meus sit proprius quem occupavi.] Tamen legendū, non tantum, ex uetere lectione. Et infrà. Vti hoc nolente non possum. Eadem, Vti his illo nolente non possum.

CAP. XIII. Quo ueram amicitiam experiretur.] Aut scribendum erit, quo ueram amicitiam experireris: aut certè, quod ueram amicitiam experiretur, ut praefert exemplar Pincianum.

CAP. XIII. Hic benignissimus qui te cum cursantem & sollicitum atq; anxium uiderit.] Scribe, Hic benignissimus qui cum uiderit te cōcursantem & sollicitum, ex uetere lectione. Et infrà. Si gratiam retulisset.] Exemplar Scholarum, sic gratiam retulisset. Legendum puto, si sic gratiam retulisset. Et infrà. Contra illud pone.] Scribe, Cōtra nunc illud pone, ex uetere lectione. Et infrà. Rebus meis in securitatem creditoris oppositis.] In quibusdam codicibus appositis non oppositis scriptum est. Malleu legeres depositis. Et infrà. Etiam si in illa nauigatione. Et mox statim. Etiam ubi in uincula.] Exemplum Scholarum, etiam nisi in illa nauigatione, etiam nisi in uincula.

CAP. XV. Huic uere debes & qui uult, & qui conatur, & nihil intentatum relinquit, sed non potes dicere.] Verba aliquot superuacanea faciunt ut sensus uix cohæreat. Legendum existimo sic. Huic uero qui uult, & qui conatur, & nihil intentatum relinquit non potes dicere.

CAP. XVI. Hic dicat habeo. Ille respōdeat non habeo.] Vtusta exemplaria. Hic dicat habeo. Ille respōdeat debeo. Quam lectione approbant uerba sequentia, ita tu ingratus es, nisi ei qui uoluntatem bonam in solum accepit, eo libetius debes, quia dimitteris. Et infrà. Hoc illi satis tibi parum.] Scribe, Hoc illi satis fit, tibi parum. Ex eisdem.

CAP. XVII. Inter nos & imperitos.] Delenda coniunctio, & ex eisdem. Et infrà. Malo beneficium proiciam, bono reddam. Huic quia debeo. Illi ne debeam.] Longe aliter in exemplari Pinciano. Malo beneficium proici à bono, quàm non reddi etiam malo. Reddam huic quia debeo. Illi ne debeam.

CAP. XIX. Ut quidā debeat quod à me accepit. Iam ulterio-
ris est curæ.] Ita prior editio. Corrigendum arbitror, ut custodiam debeam eius quod à me accepit iam ulterioris est curæ. Nam sequitur mox paulo. Beneficii accepti non redditi custodiam debeo. Et infrà. Non. Reddo illi quale nunc potest accipere.] Sic habent omnia exemplaria, sed corruptè. Legendum arbitror,

Nunc

Nunc reddo illi. Et infrà. Intra se malus] Verbum, se, superuacaneum est, ex uetere lectione.

CAP. XX. Omnia mihi in illum bona sint libera] Etiam hoc loco uerbum, bona, redundat, ex eadem. Et infrà. Cui triremes & ceratas non mitterem] In exemplari diui Francisci non triremes habetur, sed tyrrhenicas. Item puto cercyras reponendum siue cercuros pro ceratas ex Plinii 7. historix naturalis capite 57.

Et infrà. Quanquam ingeniis talibus] Ita præferunt uetusta omnia exemplaria, sed puto castigandum. Namq; ingeniis talibus. Et confestim. Optimum est obire ei] Lege ex uetere lectione. Optimumq; est obire ei, Et ultra. Quod in me non est redeat domum bonus malus] Vetusta exemplaria. Quod meum non est redeat ad dominum bonus sit, an malus. Et statim, Quàm diligenter istud excuterem] Verbum, Quàm, superuacaneum uidetur. Aut certe legendum est. Quid ni? Diligenter istud excuterem.

CAP. XXI. At philosophus noster] Exemplar scholarum Salmanticensium. At pythagoricus noster.

CAP. XXII. Ad te non pertinet.] In quibusdam exemplaribus post hæc uerba sequitur protinus. Non enim tibi debet eius prodesse malignitas. Et infrà. Quemadmodum inter nos officia diuisa sunt] Scribendum puto inter uos, non inter nos. Et infrà. Quæ ideo præcipimus ultra modum, ut aduersum suum redeant] Vetus lectio, Quæ ideo petimus ultra modum, ut ad uerum & suum redeant. Quæ lectio uidetur confirmari uerbis, quæ paulopost sequuntur. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad uerum mendacio ueniat. Cæterum libentius legerem. Quædam petimus, siue quædam præcipimus (Sunt enim exemplaria, quæ præcipimus agnoscant) quàm. Quæ ideo petimus.

CAP. XXIII. In hoc omnis hyperbole excedit] Vetus omnis lectio extenditur agnoscit, nõ excedit. Et infrà. Itaq; ille cū dixit] Eadē. Itaq; ille qui dixit. Quidā tamē codices. Itaq; iste qui dixit. Et infrà. Occasionem ignorantem non ostendam] Exemplar diui Francisci, occasionem ignorantem illi non ostendam.

CAP. XXVI. Tam firmæ uoluntatis] Tam firmæ mentis, uetus lectio. Et infrà. Semper aliquod transilientem] Aliò, non aliquo, legendum putauerim. Et infrà. Quibus uoluimur] Quidam codices, in quibus uoluimur. Et infra. Quæ consequi potest spes non fuit] In nonnullis exemplaribus. Optare quæ consequi potest spes non fuit.

CAP. XXVII. Captæ quàm maximè ciuitatis faciem] Ita

prior

prior æditio. Scribendum, cum maxime, ex uetere lectione & Senecæ consuetudine. Et infra. Ipsa quibus arcetur] Exemplar Franciscanum arcatur, non arcetur, & forte rectius quia præcessit angusto itinere.

CAP. XXVIII. Ante beneficiorum memoria comitetur] Corrigere, an omnium te beneficiorum memoria comitet, ex uetere lectione.

CAP. XXIX. Simus quales fuimus nos] Scribendum in uerso ordine. Simus nos quales fuimus, ex eadem. Et infra. Damnum non tunc factum apparuit] Exemplar diui Pauli minus corrupte. Damnum nunc tunc factum apparuit. Legendum puto mutato dictionum ordine. Damnum tunc factum nunc apparuit. Quam sententiam repetit aliis uerbis paulo post Stulte non nosti detrimenti tui tempora. Perdidisti sed cum dares.

CAP. XXXI. Qui beneficia ignorant dare incipiunt] Sunt exemplaria in quibus ignorati habetur, non ignorant. Et infra. Saxum aliquod] Exemplar Franciscanum, saxum aliquod ignitum.

CAP. XXXII. Non est magni animi beneficium dare & perdere] Verbum, beneficium, non agnoscunt plerique codices.

IN PRIMVM DE IRA

AD NOVATVM.

CAP. I.



D conspectum æqui uerique; inhabilis] Dispectum scribendum, non conspectum, ex uetere lectione.

Et infra, Flagrant & micant oculi] Eadem flagrant emicant oculi.

CAP. II. Alium inter sacra mensæ ira percussit] Exemplar Facundi & Primitiui, & plerique alii codices iura legunt, non ira. Et infra. Celebrisque spectaculum fori] Mallem legeretur, celebrisue spectaculum fori. Et infra. Tanquam aut curam nostram deferentibus aut auctoritatem contemnentibus.] Desideratur uerbum, diis, ex antiquis exemplaribus ut sit, tanquam diis aut curam, cætera. Ego uero etiam deesse opinor dictionem, suam, ad complementum sententiæ, ut in totum legendum sit, tanquam diis, aut curam nostri deferentibus, aut auctoritatem suam contemnentibus. Et infra. Quid de gladiatoribus quare populus irascitur. Particula, de, non habetur in exemplari Pinciano.

Et infra. Et sæpe nesciunt quid est cui irascantur] Corrige, & sæpe nec sciunt quidam cui irascantur, ex eodem exemplari.

CAP. III. Verum etiam irasci nos læsuris] Scribe per ma-

lorem

terrem. Verum est irasci nos lascuris, ex uetere lectione. Et infra. Non magis quam luxuriam uel iniuriam] Duo postrema uerba, uel iniuriam, non habentur in eadem. Et infra. Et in quosdam uoluptates intemperatiores homines sunt] Homine, non homines, eadem præfert. Et infra. Prudentia est prouidentia, diligentia, cognitio] Omnia exemplaria cogitatio habent, non cognitio, & in plerisque illorum uerbum prouidentia, desideratur. Et infra. Regium enim illud & principale aliter dicunt] Quidam codices. Regum autem illud & principale aliter dicunt. Codex Pincianus. Regium est illud & principale alte ductum.

CAP. IIII. Caput ergo uisus speciesq; rerum] Scribendum reor, Capit eorum uisus species rerum. Et infra. De cursuq; uesano] Discursuq; uesano omnis fere uetus lectio. Et infra. Quædam sede manent] Eadem: Quædam sine motu. Et infra. Quædam in uerborum dictorumq; amaritudinem effusæ] Maledictorum legendum non dictorum: ex eadem.

CAP. V. Homine quid amantius] Eadem. Quid homine aliorum amantius. Et infra. Ille congregari uult, illa discedere] Scribendum. Hic congregari uult, illa dispergi, ex eadem. Et infra. Commendatissimo eius operi] Emendatissimo quidam codices, non commendatissimo. Et infra. Beneficiis autem humana uita constat] Vetus lectio. Beneficiis enim humana uita consistit. Et infra. Transeat. deinde ad tristiore orationem] Codex Franciscanus castigatius. Transeat deinde ad strictiore orationem, frequens hoc & fere familiare mendum in hoc auctore.

CAP. VI. Non quia deletetur illius pœna] Vilius non illius, uetus lectio. Et infra. Non gaudebit ne in eo quidem affectu] Particula, in, non habetur in ulla scripta lectione. Et ultra. Nunquid quamuis non sit naturalis ira] Exemplaria quædam. Quid quamuis.

CAP. VII. Et excussa mens] Concussa non excussa omnis antiqua lectio.

CAP. VIII. Primum irritamentum iræ protinus spernere] Mallem legeres aspernari quam spernere, ut in 2. lib. ad quosdam tactus aspernatio. Et infra. Sed etiam affectum ipse imitatur] Exemplar Facundi & Primitiui, sed in affectum ipse mutatur. Et infra. Peiusq; in melius mutatio animi est] Corrige, in melius peiusq; mutatio animi est, ex omni scripta lectione.

CAP. IX. Non rationis beneficio quieuit] Exéplar Pincianum. Non rationis tunc beneficio quieuit. Et infra. Quotiès impetui est

est locus] Scribe, Quotiens impetu opus est, ex uetere lectione;

Et infra. Cui proprium est contumacia] Cuius, nõ cui, eadem.

CAP. X. Ita inquit utilis affectus est] Scribe, Ira inquit utilis affectus est, ex eadem.

CAP. XI. Quid Cimbrorum Theutonicorumq; tot millia] Teutonorum exemplar Facundi & Primitiui, non Theutonicorum. Et infra. Quæ ut aliquando percussit strauitq; omnia] Castiga. Quæ ut aliquando propulit strauitq; obuia, ex uetere lectione. Et infra. Non suffragia aduersus perpetem cœli rigorem] Legendum reor suffugia, non suffragia. Et infra. Affectu imperii uires] Corrige, affectas imperii uires, ex uetere lectione. Et infra. Quam dum circumuallat & includit hostem] Verbum, quam, non habetur in eadem.

CAP. XII. Non cauet] Non præcauet, quædam exemplaria. Et infra. Quid ergo uir bonus non irascitur inquit] Scribe ex scripta lectione. Quid ergo inquit? Vir bonus non irascitur. Et infra. Nec reliquetur animo] Corrige, nec liquetur animo, ex eadem. Et infra. Si calceus luto sparsus est] Eadem aspersus, non sparsus. Et infra. Prærabidus & amens & omnis ferè cupiditas] Eadem prærabida & amens ut omnis ferè cupiditas. Et infra. Obliuiscitur mortem esse communem] Martem non mortem, eadem.

CAP. XIII. Errantes per agros ignorantes uia] Ignorantia non ignorantes, scribendum ex eadem.

CAP. XV. Immansuetum bouem cædimus] Occidimus non cædimus, eadem. Et infra. Ferrum demittimus] Ferrum apponimus, exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Portentuosos fetus extrahimus] Exemplar Franciscanum aliter & Pluribus uerbis. Portentosos fetus extinguimus, liberos quoq; si debiles monstrosiq; æditi sunt, abigimus. Et infra. In illo tempore se admonuit] Vetus lectio illo tempore se admonuit. Et ultra, Ad coërtionem errantium sceleratorum] Correctionem quædam exemplaria non coërtionem.

CAP. XVI. Quid ergo non irascat latroni?] Codex Franciscanus. Quid ergo non irascat latroni? Non. Et infra. Primum secreta deinde publica] Exemplar Facundi & Primitiui, publica, non publica. Et infra. Ignominia contineberis] Deesse negationem existimo, ut sit. Ignominia non contineberis. Et infra. Iam solida nequitia] Quidam codices, iam solita nequitia. Quid si legas insolita nequitia. Et infra. Tibi insanabilis animus] Scri-

be, Tibi insanabilis animus est, ex uetere lectione. Et infra. Et perpetua aliena; uoluptate supplicia id quod unum bonum tibi superest] Corrige, & per tuam alienamq; uoluptatem supplicium id quod unum bonum tibi superest, ex eadem. Et infra. Sed uultu legis & illa solennia uerba leni magis grauiq; quam rabida uoce concipiam & agi iubebo] Præpostere scripta uerba totum sensum obnubilant. Corrigen dum arbitror, sed uultu leni & magis graui quam rabida uoce illa solennia uerba legis concipiam & agi iubebo. Posset etiam legi & forte aptius. Illa solennia uerba concipiam & lege agi iubebo. Et infra. Et cum Tarpeie proditorem] Tarpeio non Tarpeie omnis uetus lectio. Et infra. Quid enim uidetur lex irasci his quos non nouit] Eadem. Quid tibi lex uidetur, cætera, ex eadem. Et infra. Sentiet itaq; suspirationes quasdam] Suspirationes exemplar Facundi & Primitiui, non suspirationes. Et infra. Quam hoc ab iracundia petere præsidium] Hanc legendum non hoc, ex eodem exemplari. Et infra. Non solum infolidum robur] Verbum solum non habetur in eadem, & solidum legitur non infolidum. Et infra. Et fluminibus paludibusq; excepti] Eadem concepti legit, non excepti. Et infra. Modo citius debito resistit] Exemplar Facundi & Primitiui, modo citius debito resistit. Et infra. Et ea tenet quæ inuasit.] Duo exemplaria Franciscanum & Pincianum mutato uerborum ordine legunt, & ea quæ inuasit tenet. Et infra. Nam mihi fortuna reddiderat.] Militi uetus lectio non militem. Et infra. Quid ergo indignius?] Scribe, Quid hoc indignius? eadem. Et infra. Non eodem malo afficiet.] Eadem, Non eodem modo afficiet.] Et infra. Hæc cuiq; expendenda æstimandaq; sunt. Vides quantum debeat.] Corrige, Hæc cui expendenda æstimandaq; sunt uides quam debeat, ex eadem. Et infra. Altum quidem & sublime spirare se credunt.] Lege, altum quiddam & sublime, cætera, ex eadem. Et infra. Ventosi & infelicitis animi imbecillitas sibi conscii indolescere.] Eadem, ueternosi & infelicitis animi imbecillitatis sibi conscii sæpe indolescere. Et infra. Quæ ad tactus leuissimos.] Ictus, non tactus, exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Quæ magno uideantur animo.] Vetus lectio, quæ magno emissæ uideantur animo. Et infra. Eriam bonum erit aut nec magnum.] Eadem, aut & bonum erit, aut nec magnum. Et infra. Qualis inesse malis ingeniis non potest.] Codex Facundi & Primitiui, qualis esse in malis ingeniis non solet. Et infra. Et quidem sine intermissione.] Omnis scripta lectio,

& quidem sine misione. sed in codice Facundi & Primitiui non habentur omnino hæc uerba.

IN LIB. II. DE IRA.

CAP. I.

ET ut alia minime speciosa uisu.] Sic prior æditio. Corrigen- dum puto, & uitalia minime speciosa uisu, Et infra. Perfecto iam corpore effunditur.] Affunditur, nō effunditur legūt pleraq; exēplaria. Et infra. Nisi animus qui tangebatur assensus est.] Qui- dam codices, nisi animus eis, qui tangebatur accensus est. Alii, nisi animus eius quibus tangebatur.

CAP. II. Quorsus inquit hoc nō pertinet?] Corrige, Quor- sus, inquis, hæc quæstio pertinet: ex uetere lectione. Et infra. Ad quosdam ictus aspernatio.] Tactus nō ictus eadē habet. Et infra. Cantus nos nonnunquam & concitata modulatio instigat.] Qui- dā codices. Cantus nos nonnunquam; citata modulatio instigat.

Et infra. Animorū moueri uolentiū.] Scribendum reor nolen- tium. Et infra. Alexandrum aiunt Zenophanto canente.] Xeno- phanto lege Xenophante, ex uetere lectione, nō Zenophāto.

CAP. III. Voluntatis iudicio pergentis.] Scribe, uoluntate & iudicio pergentis. ex eadem.

CAP. V. Incedens intra cadauera.] Exēplar diuorū Facundi & Primitiui. incedens supra cadauera. Alii codices, incedens inter ca- dauera. Et infra. Quis hæc rex fecisset.] Corrige, Quid hic rex fecisset: ex duobus codicibus Pinciano & Facundi ac Primitiui.

CAP. VI. Irasci non ex dignitate eius.] Scribendum, Irasci non est ex dignitate eius. ex uetere lectione. Et infra. Et in ho- mine omnis ira.] Corrige, & in hanc omnis ira. ex eadem. Et infra. Si profecto cuique irascendum est.] Castiga: Si profecto cuiusque irascendum est, ex eadem. Et infra. Desinet Socrates.] Eadem. Desinet ille Socrates.

CAP. VII. Quanto turpiores aduocatos habent.] Quidam codices. quanto turpiores aduocatos consciscunt. Et infra. Alius iudicia patris accusat quem mereri satis fuit. Alius cum matre con- sistit.] Hæc uerba in nonnullis exemplarijs desiderantur. Alio- qui sic ni fallor legenda fuere. Alius iudicio patrem accusat quem demereri satius fuit, cætera. Nam & exemplar Facundi & Primiti- ui, satius non satis legit.

CAP. VIII. Nunquam irasci desinet semel si sapiens cœ- perit.] Scribe inuerso uerborum ordine. Nunquam irasci desinet sapiens si semel cœperit. ex uetere lectione, Et infra. Plus com- mittitur quàm quod possit coërtione sanari.] Verbum, quod, ^{superfl}

superfluit. ex eadem. Et infra. Certatur ingenti quidem nequitiae certamine.] Scribendum reor, quodam, non quidem. Et infra. Ad fas nefasq; miscendum coorti sunt.] Exemplar Facundi & Primitiui, ad fas nefasq; miscendum coire. Et infra. Et parentum liberorumq; sacramenta diuersa.] Idem exemplar singularitatis numero sacramentorum diuersum. Et infra. Et ne hoc quidem libidini exceptum.] Exemplar idem minus corrupte. & ne eos quidem libidini exceptum. Exemplaria duo Pincianum & diuæ Mariæ. & ne os quidem libidini exceptum, rectissimè.

CAP. IX. Quicquid non resistebat adductū.] Legendū puto, abductū, non adductum. Et infra. Quid si illis irasci uelis uel qui ægrotant.] Particula uel, non habetur in uetere lectione. Et infra. Inter cætera mortalitatis incommoda, & hæc est.] Scribe, & hoc est, ex eadē. Et infra. Vniuersis ignoscēdū & indulgēdū est.] Duo illa uerba, & indulgendum, superuacanea sunt, ex eadem.

CAP. X. Intelligit quàm est iniquum & periculosum.] Eadem. Intelligit quàm & iniquum sit & periculosum. Et infra. Vbi isti hiccine locus est.] Castigandum reor. Vbi isthic iræ locus est? Et infra. Lento adiutorio opus est.] Exemplar Facundi & Primitiui. Non lento adiutorio opus est.

CAP. XI. Nec hoc sapienti dici uelim quod fere quoq; telū timeri.] Vetus omnis lectio. Nec hoc sapientiā dici uelim quod fere sapientis quoque telum est timeri. Sed in hac parte magis ab impressa lectione isto modo emaculetur, Existimo enim legendum, Nec hoc sapientis dici uelim quod feræ quoq; telum est timeri. Nam uerbum, est, omnis antiqua lectio agnoscit. Et infra. Aut contra omnia despecta & fœda & turpia ipso quo timentur sunt.] Exemplar Pincianum. At contra omnia despecta fœdaque turpia, cætera. Exemplar Facundi & Primitiui. At contra omnia despecta fœdaq; & turpia timentur, reliqua desiderantur. Et infra. Ira per se deformis est.] Idem exemplar. Sic ira per se deformis est. & paulo post dictus legendum non ductus. Et infra. Pauida sunt ad leuissimos strepitus pectora.] Exemplar diui Francisci, pauida sunt ad leuissimos pectora sonos. Exemplar Facundi & Primitiui. pauida sunt ad leuissimos tactus pectora. Quid si legas ictus potius quàm tactus.

CAP. XII. Quia formidandum est. Quoniam quidem etiā contemptissima timentur.] Corrige, quia formidini est. Quando quidem, cætera. ex uetere lectione. Et infra. Et ossa mortifera & morsus.] Castigandum puto, & ossa mortifera morsu. Et infra.

Linea pennis distincta contineat.] Exemplar Facundi & Primitiui, conterreat, non contineat. Et infra. Curriculi motusque rotarum uersata facies leonem redegit in caueam.] Castiga. Curriculi motus, rotarumque uersata facies leonem redegit in caueam. ex uetere lectione. Et infra. Vigiliam indefatigabilem extedit.] Exemplar Facundi & Primitiui, uigilia se indefatigabilem ostendit. Et infra. Didicerunt tenuissimis & aduersis funibus currere.] Exemplar Pincianum. didicerunt alii tenuissimis.

CAP. XIII. Aut nulla causa pertinacis studii, aut indigna merces fuit.] Vetus lectio, aut nulla tam pertinacis studii, aut non digna merces fuit. Et infra. Non est quod in patrocinium nobis quaeramus etiam excusatam licentiam.] in codice Pinciano desideratur uerbum, etiam. Exemplar Facundi & Primitiui. Non est quod patrocinium nobis quaeramus & excusatam licentiam.

Et infra. Non uanæ nobis autor rei uenit.] Vetus lectio. Non uanæ uobis autor rei uenio. Et infra. Rectiusque scelera tollentur.] Potiusque scelera tollentur, codex Facundi & Primitiui. Quid si legas ocyus non potius.

CAP. XIII. Cuius causa domum sollicitus obseruet.] Verbum, causa, in nullo scripto exemplari inuenies. & puto legendum modum non domum. Et infra. Et qua noceat tantum aspicit.] Exemplar diui Francisci. & qua noceat tantum non qua caueat aspicit.

CAP. XVI. In exemplum hominis adduxit.] Adducit uetus lectio non adduxit. Et infra. Quid autem cur hominem, cetera.] Eadem. Quid autem est cur hominem. Et infra. Cum habeas mundum denique deumque.] Verbum, denique, non habetur in eadem. Et infra. Simplicissimi inquit omnium habentur.] Eadem. Simplicissimi inquit hominum habentur. etsi exemplar Facundi & Primitiui aliter legat. Simplicissimi inquit omnium sunt. Et infra. Stultis, luxuriosis, nepotibusque.] Duo postrema uerba, nepotibusque, desiderantur in eadem.

CAP. XVII. Imo imitatus iratum.] Omnes ferè scripti codices habent, imo irritatus. Et infra. Nec latronem oportet esse nec praedonem.] Legendum forte praedem non praedonem. ut sicuti in uerbis sequentibus nec misericordem nec crudelem. ita & in his duo opponantur contraria.

CAP. XVIII. Scilicet ne incidamus in iram.] Verbum, scilicet, nulla uetus lectio agnoscit.

CAP. XIX. Iracundos feruida animi natura faciet.] Exemplar

plar Pincianum feruidi præfert non feruida. Vt putem scribendum contra omnia exemplaria. Iracundos feruidi mixtura faciet. Quæ lectionem approbant hæc quæ subiucio uerba. Frigida mixtura frigidus facit.] Corrige, Frigidi mixtura timidos facit: ex correctioribus exemplaribus. Pinciano, Facundi & Primitiui. meo domestico Galli. ana litera scripto. Et infra. Frigus insequetur.] Frigus insequitur. scribe ex eisdem.

CAP. XX. Quidam faucii.] Exemplaria Pincianum & Franciscanum, quidam faucii sunt. Exemplar Facundi & Primitiui. quidam satiri. Et infra. Plurimumque potest consuetudo quæ si grauis est aliud uitium alit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Plurimum potest consuetudo, quæ si grauis est aliud uitium est. Et infra. Vt minuatur & non ut consumatur calor.] Coniunctio, &, non habetur in ulla uetere lectione. Et infra. Lusus quoque proderunt.] Ludi non Lusus, eadem agnoscit.

CAP. XXI. Facile autem etiam attendentem similia decipiunt.] Verbum, etiam, superfluum est ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Vt modo frenis utatur.] Scribe, ut modo frenis utamur. ex uetere lectione. Et infra. Nunquam illi necesse sit rogare simpliciter, nec pro sit rogasse.] Eadem. Nunquam illi necesse sit rogare suppliciter. nec pro sit rogare. Et infra. In nobis quidem fors nascendi.] In eadem. In nobis siquidem fors nascendi, & paulo antè.

CAP. XXII. Quin citius patrem quam Platonem imitatus sit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quin citius Platonem quam patrem imitatus sit. Alii codices, quin citius patrem quam Platonem comitatus sit.

CAP. XXIII. Et ab ipso tortus.] Vetus lectio & ab Hippia tortus. Nota est historia. Et infra. Qui cum legisset epistolam matris.] Dissentiunt à Seneca quinque præstantissimi scriptores. Curtius lib. 4. Valerius Max. tertio. Trogus 11. Atrianus. 2. Plutarchus in Alexandro. Omnes produnt hanc epistolam à Parmenione missam: non ab Alexandri matre. Et infra. Non ueritus bibit.] Scribe, non deterritus bibit, ex uetere lectione, siue ut quidam præferunt codices, non territis bibit. Et infra. Hoc ergo magis in Alexandro laudo.] Exemplar Facundi & Primitiui. Hoc ego magis in Alexandro laudo. Exemplar Pincianum, & iterum meum castigatius. Hoc eo magis. Et infra. Quo maior autem moderatio in regibus.] Scribendum puto rarior non maior. Nam si maior legas, inepta erit sententia, non enim in regibus tantum,

reliquit, Imbecilla se lædi putant si tangantur ut: mures & formicæ, quas si manu amoueris ora conuertunt: aut sic, Ad quas si manum admoueris ora conuertunt. Possent etiam aliter legi. Mures formicæq; si manu amoueris ora conuertunt. Imbecilla se lædi putant si tanguntur. Nam & in exemplari Facundi & Primitiui præpositio, ad, non habetur. Sic enim præfert, Mures formicæ quas si manu amoueris ora conuertunt. Et infra. An expediat omnes nobis inexorabiles esse. Idem exemplar. an expediat nobis omnes inexorabiles esse. Scribendū forte homines, non omnes. In exemplari tamen Pinciano non habetur omnino ea dictio. Et infra. Quam sæpe hic pedibus eius aduolutus est, quem à suis reppulit. Vetus lectio. Quam sæpe eius pedibus aduolutus est, quem à suis reppulit. Et infra. Quos populus Romanus feliciores habet socios fidelioresq;.] Lege, quos populus Romanus fideliores habet socios. reliqua superflua, ex eadem. Et infra. Nisi pariter non pugnat, sed si utriq; certabit ira concurritur. Eadem. Nisi pariter non pugnant. Si utriq; certabitur ira concurritur. Vide an hæc lectio magis arrideat. Nisi par non pugnat, reliqua. Et infra. Nunquam uelit quisquam. Corrigere. Nunquid uelit quisquam, ex eadem. Et infra. Ut uix retrahatur. Eadem. Vix retrahitur.

CAP. XXXV. Nihil tamen æquè profuit. Scribe, Nihil tamen æquè profuit, ex eadem. Et infra. Etiam si amictus illius cõpositus sit ad legem retrahet uestem. Exemplar Facundi & Primitiui, & siue amictus illius cõpositus sit ad legem trahet uestem.

Et infra. Et tumentur uentæ. Vetus lectio. Tumentur uentæ. Et infra. Deterrimæ inferum exeunt furia. Scribe, teterrimæ non deterrimæ, ex eadem. Et infra. Vel si uidetur qualis sit apud uates nostros est. Sic prior æditio. Scribendum. Vel si uidetur sit qualis apud uates nostros est. Ex eadem. & paulò antè: Incessu uetano effuam. Exemplar Facundi & Primitiui sua sanie offusam. Et infra. Sanguineum quatiens dextra leuaq; flagellum. Omnis scripta lectio. sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum.

CAP. XXXVI. Speculo qui neminem deterritum ab ira credit. Duo exemplaria Francitanum & Pincianum. Speculo quidem neminem deterritum ab ira credis? sed considerandum an legendum sit potius credo què credis. Et infra. Repentina & uersaria uis eius est. Huius non eius, uetus lectio.

CAP. XXXVII. Magno æstimata ira proiecit insignia. Verbum, ira, superuacaneum est, ex eadem.

IN TERTIVM LIB. DE IRA.

Hæc incitata & seipsam rapiens uolentia.] Corrige, Huius CAP. I.
 incitata. reliqua ex uetere lectione. Et infrà. Quia non eunt
 sed cadunt.] Exemplar Facundi & Primitiui. quia non eunt, sed
 casu ruunt. Et infrà. In ira deiectus animorum est.] Exemplar
 Facundi & Primitiui. in ira deiectus etiam animorum est. Et mox
 paulo. Nec refert quantum sit.

CAP. II. Tam inter Graecos quàm Barbaros. Sunt exemplaria
 in quibus Græcos non Graecos scriptum est. Et infrà. Nunquam
 uniuersus populus foeminae amore flagrauit.] Duo exemplaria,
 proprium & diuæ Mariæ. Nunquam uniuersus populus unius fo-
 minæ amore flagrauit. Et infrà. Et modo eloquio fauorabilis
 habitus in multo honore. cætera.] Fauorabilior non fauorabilis
 codex Pincianus. Item perpende an malis legere in medio honore
 quàm in multo honore.

CAP. III. Pigrum inermemq; fieri.] Superuacanea sunt duo
 uerba illa, inermemq;, ex uetere lectione, & recte: nam mox ante
 præcesserant. Et infrà. Quasi dubiæ apud homines opiniones
 sic infamem.] Scribe, sit, non sic. ex eadem. Et infrà. Eculeus &
 fidicula, & ergastula, & cruces, & circūdati, &c.] Eadem. Eculei,
 non Eculeus. Et infrà. Defossis corporibus ignes.] Corrigen-
 dum arbitror contra omnia exemplaria. defixis corporibus ignes,
 ut illud Iuuenalis. Qua stantes ardent qui fixo gutture fumant.

Et infrà. Et bestiarum immanium caruernæ.] Scribe, cauea,
 non cauernæ, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà.
 Omnibus per quæ furit deterior.] Lege, tetrior, non deterior,
 ex uetere lectione: ut non multo post, ferarum me hercule minus
 tetra facies est.

CAP. IIII. Adiice nunc dentium inter se arietatorum.]
 Nullus scriptus codex agnoscit particulam, nunc. Et infrà. Vel
 infixum uisceribus ferrum.] Legendum ex scripta lectione. siue
 infixum uisceribus ferrum.

CAP. V. Nihil potest firmitas corporis.] Lege, nihil pro-
 dest firmitas corporis, ex eadem, & infrà. Quemadmodum ab illa
 liberemur.] Rectius eadem, quemadmodum nos ab illa libere-
 mus. Et infrà. Potior est inquam luxuria.] Corrige, Peior est
 etiam quàm luxuria, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà.
 Hæc alieno dolore uincit malignitatem & inuidiam.] Scriben-
 dum ea distinctione, ut uerba illa, hæc alieno dolore, ad superiora
 pertineant. Et ultrà. Ad sensum sui adducit.] Lege, abducit, non

adducit, ex uetere lectione. Et infra. Quem incurrit iniuria.] Eadem, quem incuruat iniuria.

CAP. VI. Inferiora fulminantur.] Omnis scripta lectio, inferiora fulminat. Et infra. Et uenerabilis est & dispositus.] Eadem depositus agnoscit, non dispositus. Et infra. Ex leuissimis causis irascitur.] Corrige, & leuissimis causis irascatur, ex eadem.

Et infra. Atqui alienis in nos manibus imposita.] Legendum reor contra omnia exemplaria. At quæ alienis in nos.

CAP. VII. Premunt atque adducunt administrantem qui non quæ facilia sunt aggreditur.] Restituenda huic loco sunt compluscula uerba ex fide exemplaris Facundi & Primitiui. Legendum igitur sic. Premunt atque abducunt administrantem tenerique iam uita cum ipso cadunt. Itaque fit ut frequenter irrita sit eius uoluntas qui non quæ facilia sunt aggreditur. Et infra. Hoc interest utrum quis, cætera.] Hic, non Hoc, idem exemplar. Et infra. Nec parue sint nec audaces.] Praue legendum reor, non parue.

Et infra. Quam ferre nescimus.] Quia ferre nescimus, uetus lectio. Et infra. Et minime obnoxio morosoque uiuendum est.] Eadem anxio agnoscit, non obnoxio. Et infra. In contactos corpore uitia transiliunt.] Exemplar Franciscanum, & item exemplar Facundi ac Primitiui ad contactus corporis legunt, non in contactos corpore. Et infra. Fortemque & si liceat uirum emollit.] Legendum reor, fortem quoque & siliceum emollit. Vetus etiam lectio non nihil adiuuat.

CAP. VIII. Nec euocent & ferant.] Exemplar Facundi & Primitiui, non euocent, sed ferant. Codex Franciscanus, nec euocent neque ferant. Et infra. Vitis suo interuallum, cætera.] Verbum, suo, non habetur in nonnullis codicibus. Et infra. Et dimissos altius tenet.] Particula, &, superuacanea est ex codice Facundi & Primitiui. Fideliosem quoque lectionem arbitramur dimissos quam dimissos.

CAP. IX. Et acria concitantur.] Scribe, & acria concitat, ex omni scripta lectione. Et infra. Siue quia calorem inedia compellit, & nocet sanguini.] Non caret hic locus uitio nisi fallor. Proinde perpende an sit legendum, siue quia calor in inedia compellit, ea nocet sanguini.

CAP. X. Sunt quædam prænuntia.] Prognostica in exemplari Facundi & Primitiui non prænuntia habetur. Et infra. Incipientem casum occupant.] Vetus lectio causam non casum. Sunt tamen exemplaria, quæ curam habeant, non casum aut causam.

CAP. XI. Etiam si secreto habiti sunt euerit.] Eadem partim eruerit, partim eruit, partim quærit non euerit. Et infra. Quædam interpretatio eo producit.] Scribe, perducit, non producit, ex eadem. Et infra. Tumida fortunata & licentia ingenia.] Legendum puto fortuna, nõ fortunata. Et infra. Non magis illi se succensere.] Exemplar Facundi & Primitiui, non magis illis se succendi. rectius quia præcessit, faces subderent.

CAP. XII. Aut ferre aut pati.] Clarius nihil quàm duo illa posteriora uerba, aut pati, glossema esse siue annotatione diuersæ lectionis esse. Idem enim est ferre quod pati. Et infra. Aut humanum aut humile sit.] Exemplar Facundi & Primitiui mutato uerborum ordine, aut humanum sit, aut humile, commodius. Et infra. Apparebit iudicium non esse iram.] Quidam codices, apparebit iudicium non esse iram esse. Alii, apparebit iudicium esse non iram. Et infra. Et stabit percussori similis.] Percussuro, scribe, non percussori, ex uetere lectione, & quod mox ante præcessit, sua manu ipse percussurus. Et infra. Ob hoc nõ cecidi propter quod cætera.] Legendum per maiorem. Ob hoc non cecidit propter quod, cætera, ex exemplari Facundi & Primitiui.

CAP. XIII. Et mutare faciem.] Aptius idem exemplar, & immutare faciem. Et infra. Cum exterioribus interiora formantur.] Vetus lectio formentur, non formantur. Et infra. Nec illi exprobratio, cætera.] Exemplaria Franciscanum & Pincianum. Nec erat illi exprobratio.

CAP. XIII. Traxhexauspes unus è charissimis.] Scribe, Præxaspes, non Traxhexauspes ex Herodoto tertio. Et infra. Et iam grauis & uiolentus ac uiolentus.] Duæ postremæ dictiones, ac uiolentus, desiderantur in uetere lectione. Et infra. Hærens in ipso spiculum ostendit.] Deest uerbum, corde, hærens in ipso corde spiculum ostendit. ex eodem. Et infra. Omnium suorum arcus uertantur.] Vertèrentur eadem agnoscit, non uertantur. Et infra. Videmus quomodo se pater gerere debuerit.] Castiga. Videbimus quomodo pater se gerere debuit, ex eadem. Et infra. Quem satius erat.] Omnis scripta lectio. Quam satius erat. Et infra. Non dubito quin Harpalus quoq;.] Legendum harpagus, non Harpalus ex Herodoto, Trogo & cæteris.

CAP. XV. Regi suo Perfarum suaserit.] Vetus lectio, regi suo Perfarumq; suaserit. Et infra. Etiam exigentibus malis nascentum iam abscondi. Scribe, etiam ex ingentibus malis. cætera; ex eadem. Et infra. Vides illam arborem breuem, horridam,

infelicem.] Corrigendum reor. Vides illam arborem retortidam, infelicem. Nam si brevis erat quomodo poterat libertas ab illa suspendio peti.

CAP. XVI. Vnum est leuamētum malorum ingentium pati.] Verbum, ingentium, non habetur in exemplari Facundi & Primitiui. Et infrā. Post ablatum magorū imperium.] Vetus lectio, mago, nō magorum. Et infrā. Rogatus ab Oraborto nobili senē.] Quidam codices Orobasio legunt, non Oraborto. Alii minus uitiōse, Orobasio. Lege Oebazo, ex Herodoto quarto.

CAP. XVIII. Nec in Romanos mores cum aliis aduentitiis uitiis suppliciorū irarumq; barbarie transissent.] Exemplar Pincianum, nec inter Romanos mores cū aliis aduentitiis uitiis, etiam suppliciorum irarumq; in barbariem transissent. Et infrā. Iam omne facinus in mario exercens.] Exemplar Facundi & Primitiui, in omne facinus manus exercens. Codex Franciscanus. Iam omne facinus Manu exercens. Et infrā. Et non tam immerito quā nimis amatus.] Exemplar Franciscanum, merito legit, non immerito. Pincianum meritis. Et infrā. Hostium & iudicū gladios reciperet.] Scribendum uindicum, non iudicum, ex uetere lectione. Et infrā. Bethenū Bassum.] Exemplar Facundi & Primitiui. Bedienū Bassum minus ut puro corrupte. Et infrā. Quam ingētem crudelitas sine dilatione poscebat.] Scribe, quam ingens crudelitas eius sine dilatione poscebat, ex eodem exemplari. Et infrā. Vt in cyrrha maternorum hortorum.] Corrige, ut in xysto maternorum hortorum, ex omni uetere lectione. & continuō, qui porticum, non quæ porticum.

CAP. XIX. Quamquam aberrare aliquando possimus uideri, & in deuium exire.] Exemplar Facundi & Primitiui breuius. Alioqui possemus uideri in deuium exire. Exemplar Pincianum, quamquam aberrare alio possimus uideri, & in deuium exire. Et infrā. Fidiculis tabularibus.] Exemplar Gallicanæ literæ quo utor familiariter, tribularibus legit, non tabularibus. Et infrā. Inter uesperam & flammās.] Verbera, non uesperam, uetus lectio. Et infrā. Qui imperauerit silentium his in quos animaduerti uolebat iubeat os inserta spongia includi.] Duo uerba expungenda, silentium, & uolebat, ex eadem. Et infrā. Quo gerneret.] Quæ gerneret. Eadem. Et paulō post, sarciri, non sarcire. Et infrā. Liceat ultimum spiritum trahere.] Exemplar Facundi & Primitiui, obice ultimum spiritum trahere. Et infrā. Liceat animum non per uulnus emittere.] Liceat illam non per uulnus emittere.

Vetus lectio.

CAP. XX. Quos patres occisorum.] Corrige, quot patres quoque occisorum, ex eadem. Et infra. Quæ non tantum in unum furit.] Exemplar Facundi & Primitiui, quæ non tantum unum fudit. Legendum puto, quæ non tantum uirum furit. Et infra. Inter primum iter deerant necessaria.] Intra legendum, non inter, ex uetere lectione.

CAP. XXI. Nam cum Babyloniam oppugnaturus festina- ret.] Scribe, Babylonem, non Babyloniam, ex eadem. Et infra. Nando transire tentauit.] Eadem, uado agnoscit, non nando.

Et infra. Qui trahere regium currû alibi solebant.] Lego albi non alibi, ex Herodoto primo. Et infra. Regis conmeatus auferentem.] Quid si legas, regis equis meatum auferentem. Et infra. Perijt itaq; tempus & magna in magnis rebus iactura & militum ardor.] Scribendum puto mutato coniunctionis loco. Perijt itaq; & tempus magna in magnis rebus.

CAP. XXII. De rege suo male existimant.] Lege qui de rege suo male existimant, ex uetere lectione, & expende, an pro uerbo quod paulò antè habetur incumbentes, reponendum sit excubantes. Et infra.] Cum inter dicentem & audientem.] Legendum puto dicentes, non dicentem: duo enim erant manipulares milites. Et infra. Paulum interesset quem ille leuiter cominouit & longius inquit discedite ne uos rex exaudiat.] Exemplar Facundi & Primitiui. Palla interesset, quàm ille leuiter commouit, & longius inquit, discedite ne uos rex audiat. Et infra. Et aliquid boni spero in castris meis filenum habeo.] Vetus lectio, & boni spero si in castris meis filenum habeo. Scribendum reor, & bene spero si in castris meis cætera. Et infra. Capitis sicut mos est.] Eadem captis sic usus est. Et infra. Præconio subiiceret.] Præconi subiiceret, eadem.

CAP. XXIII. Parrhesiastes.] Exemplar Franciscanum & Pincianum. Parrhesiades præferunt non parrhesiastes. Et infra. Te inquit suspendere.] Deest cōiunctio, & ex exemplari Facundi & Primitiui. Legendumq; & te inquit suspendere. Et infra. Historias quas postea scripserat recitauit. Vetus lectio historias postea quas scripserat recitauit. Et infra. Quasi fulguris ictum.] Malum legere quasi fulgure ictum. Et infra. Paranti demum excusationem obstitit, fruire inquit mi Pollio fruire.] Exemplar Facundi & Primitiui, & Pincianum. Paranti deinde excusationem obstitit & fruire inquit, cætera. Et infra. Si iubet Cæsar

statim

statim illi domum meam interdicam.] Eadem exemplaria. Si iubes Cæsar domo mea interdicam.

CAP. XXIII. Hilarius responsum. Quidam codices clarior, non hilarius. Alii elatius. Et infra. Prudentiori credamus] Cedamus, non credamus legendum, ex uetere lectione.

CAP. XXV. Etiam ex regia duci.] Exemplar Facundi & Primitiui, etiam ex regia domo duci. Et infra. Ad latratu canum.] Scribendum alterutro modo, aut ad latratus canum, aut ad latratu canis, ut præfert exemplar Pincianum. Et infra. Inconcussus in iniuria perstitit.] Superfluit particula, in, ex uetere lectione.

CAP. XXVI. Imprudentia par in omnibus patrocinium est.] Aut legendum imprudentia, non imprudentia, aut superuacaneæ sunt duæ illæ dictiones, patrocinium est, ut quidam ostendant codices. Et infra. Nec ruffus crinis & coactus in nodum apud Germanos utrunq; decet] Quædam exemplaria. Virum dum decet, ut forte legendum sit, uiritim dedecet. In codice diui Francisci. Nec ruffus crinis & in nodum coactus apud Germanos dum decet, pro quo existimo ut dixi legendum, apud Germanos dedecet. Et infra. Nihil in uno iudicabis. cætera.] Exemplar Facundi & Primitiui. Nec in uno iudicabis. Et infra. Quod genti suæ publicum est.] Gentis non genti uetus lectio. Et infra. Sed iam aliqua forsasse læsisti.] Aliquem, non aliqua, eadem.

CAP. XXVII. Quanto melius est abire in uniuersum, nec uitia uitii componere.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quanto melius est ire indulsim nec uitia uitii opponere. Et præter citatum exemplar alia quoq; exemplaria opponere habent non componere. Sunt etiam codices qui legant, Quanto melius est abire in diuersum. cætera. Et infra. Quam iniquus est.] Scribe, quam iniquus es, ex uetere lectione. Et infra. Hac peccauit. Hoc enim primum, hoc extremum] Eadem. Peccauit, hoc est primum, hoc est extremum. Et infra. Inter errores suos uolutabitur] Expungenda dictio, suos, ex eadem. Et infra. An semper hæc cogitatio durabit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Si semper hæc cogitatio permanebit.

CAP. XXVIII. Nisi bene te ipse succenderis & subinde causas quibus stimuleris renouaueris] Idè exéplar, cū bene te ipse succēderis, & subinde causas quibus stimuleris reuocaueris. Et infra. Victum liceat accipias] Corrige, uinctum licet accipias, ex eodem exemplari.

CAP. XXX. Consternantur ad ima] Sic in omnibus exemplari-

ribus

ribus legitur. Cōsidera an inania, nō ima, aut ut alii uolunt minima scribendū sit: nā paulo ante dixerat. friuolis turbamur & inanibus.

CAP. XXXI. Obliti quantum sequatur à tergo ingentis inuidiæ.] Exemplar Franciscanum & Pincianum, obliti quantum sequatur à tergo spiculis ingentis inuidiæ fauciati. Exemplar Facundi & Primitiui multo aliter, obliti quantum hominum retro sit, & paucis indigentes quantum sequatur à tergo ingentis inuidentiæ. Et infra. Sed deest mihi ad sacerdotium.] Vetus lectio, sed deesse mihi ad sacerdotium. Et infra. Et dedit mihi.] Exemplar Facundi & Primitiui. Ea dedit mihi.

CAP. XXXII. Quod properamus uerberare statim.] Legendum existimo. Quid properamus uerberare statim. Et infra. Castigandum flagris leuioribus.] Flagellis, non flagris, uetus lectio.

CAP. XXXIII. Hi sunt propter quos oculi clamore exprimantur.] Exemplar Facundi & Primitiui. Hi sunt propter quos uerba clamore tumescunt. Et infra. Euocati qui longinquis regionibus iudices sedeant.] Idem exemplar, euocati ex longinquis regionibus aduolant. Et infra. Aut imputatū à seruo denarium.] Amputatū fortasse, non imputatū. Et infra. Ad comparandum non relictis.] Quid si legas, ad computandum modo relictis.

CAP. XXXIII. Horumq; causa paratam ambitionem.] Superfluunt uerba hæc ex codice Facundi & Primitiui, quorum loco habetur unica tantum dictio, ambitiones. Et infra. Qualia quæ pueros.] Qualia quoq; pueros, exemplar Facundi & Primitiui: qualia q; pueros, exemplar Franciscanum: qualia pueros, exemplar meum. Et infra. Nihil ex his quæ tam tristes agimus sæuum est.] Scribe, serium est, non sæuum est, ex exemplari Facundi & Primitiui. Sunt etiam codices in quibus habetur, tanti gerimus, non tam tristem agimus. Quid si legas, Nihil ex his quæ tanquam seria agimus serium est, ut quod statim subiicit. Inde inquam uobis ira & inania est, quod exigua magna existimatis. Et infra. Dum spe supremæ captus est criminatur.] Exemplaria quedam minus ni fallor corruptè, diu spe supremæ captus criminatus est.

CAP. XXXV. Et ad clamorem serui & ad tinnitum æris aut ianuaræ impulsū.] Exemplar Facundi & Primitiui, sine ulla cōiunctione, ad clamorem serui, ad tinnitum æris, ad laminæ impulsū.

Et infra. Quod de auribus dictum est transferunt ad oculos.] Vetus lectio. Hoc quod de auribus dictum est transfer ad oculos.

CAP. XXXVII. Quia nunc ne sobriis quidem pudor est.] Particula, nunc, non habetur in uetere lectio. Et infra. Honestiorem

stiozem te aut turpiorem potest facere puluim.] Eadem. Pului-
nar agnoscit, non puluim.

CAP. XXXVIII. Cato uidetur melius.] Scribe, Cato noster
melius, ex exemplari Franciscano.

CAP. XL. Diuus Augustus cum cœnaret apud Aedium Pol-
lionem.] Prior æditio minus corrupte, apud Nedium Pollionem.
Lego Vedium Pollionem. Plin. lib. ix. histor. natur. cap. xxij. In-
uenit inquit in hoc animali documenta scuitiæ Vedius Pollio
eques Romanus ex amicis diui Augusti uiuariis earum immer-
gens damnata mancipia, & cap. liij. In Cæsaris piscinis à Pollio-
ne Vedio coniectum piscem sexagesimum post annum spirasse
scribit Annæus Seneca. Meminit & alio loco Seneca. Corrigen-
dus paulo post idem error. Et infra. Fregerat unus crystallinum
ex seruis.] Vetus lectio. Fregerat unus ex seruis eius crystallinum.

Et infra. Quas ingens piscina continebat.] Eadem. partim, quas
ingentes in piscina continebat: partim, quas ingenti in piscina con-
tinebat. Et infra. Et crystallina ante omnia coram se frangi ius-
sit.] Castigo ex eadem, crystallina autem omnia coram se frangi
iussit. Et infra. Et noui generis pœnis lacerari.] Lancinari ea-
dem non lacerari.

CAP. XLI. Vbi ira ex superiori loco aggredi possit male
tractabilem ac talem duntaxat. cætera.] Exemplar Facundi & Pri-
mitiui, ut ira ex superiori loco aggredi non possit male tractet. At
talem duntaxat. Et infra. Sequatur uel mala de bene meritis.]
Omnis uetus lectio, sequatur uel mala dum bene merearis.

CAP. XLII. Vndecunq; hæserint renascentur.] Exierint ea-
dem, non hæserint. Et infra. Non capiunt res istæ iacturam.]
Sunt exemplaria quæ habeant gestæ, non istæ. Et infra. Fortasse
citra tuam est.] Circa non citra, uetus lectio.

CAP. XLIII. Suus confector spectat.] Exemplar Facundi &
Primitiui, finis confector expectat. Cui lectio suffragantur uer-
ba hæc quæ mox paulo sequuntur. Cum uicto uictori finis æquæ
maturus.] Magna pars scriptorū codicum legit, & quidem matuti-
nus nō æque maturus. Et infra. Conclamatū in uicino incendio.]
Fideltor mihi uidetur lectio uicina quàm uicino. Et infra. Vbi
metus maior apparuit.] Maiorū nō maior, uetus lectio. Et infra.
Nolo inquis utiq; occidere.] Verbu, utiq; non habetur in exem-
plari Facundi & Primitiui. Et infra. Velicationes cōtemnatus.]
Quidam codices, uellicationes, contemptus. Et infra. Immorta-
litas adierit.] Corrigen-
Nec

Nec ulla res magis proderit quam cogitatio mortalitatis.

IN I. LIB. DE CLEMEN-
TIA AD NERONEM.



TA loqui secum.] Exemplar Pincianum, & ita loqui secum. Et infra. Apud me graciosus.] Adde uerbum, est, apud me graciosus est: ex uetere lectione. Et infra. Omnia in fida tutela haberi. Nihil per te, neq; ui, neq; clam à te R. P. ereptum.] Exemplaria Franciscanum & Pincianum. Omnia quæ in fidè tutelamq; nam uenerunt nihil per te neq; ui neq; clam rei publicæ ereptum. Scribendum reor, omnium, non omnia. Et infra. Nemo unus homo.] Quidam codices, Nec unus homo. Alii, Non unus homo. Et infra. Nec quod te imitari uelit.] Corrige, Nemo qui te imitari uelit, ex uetere lectione. Et infra. Latissima forma reip.] Lectissima, non lætissima exemplar Franciscanum. Et infra. Nisi pereundi licentia.] Prior æditio, nisi pereat licentia. Codex modo citatus, nisi perennis diligentia. Et infra. Proportione fortunæ suæ.] Portione fortunæ suæ emendatoria exemplaria.

CAP. III. Qui hominem uoluptati donant.] Quidam codices, dant, legunt, non donant.

CAP. IIII. Ut deduci alterum non posset.] Vetus lectio, ut seduci alterum nõ posset. Legendum uidetur diduci potius, quam seduci aut deduci.

CAP. V. Nam si quid adhuc colligitur.] Nam si quid adhuc colligis, eadem. Et infra. Ne ultra quam necesse sit incidat. Quædam exemplaria, insidas, legunt, non inciadat. Legendum reor, incidat: & post, crudelitas scribe, non crudelitate. Et infra. Quid enim maius aut fortius.] Quidam codices. Quid enim maius infortunis. Et infra. In bona fortuna latiore locum habet.] Latiore, non latiore, uetus lectio. Item dictione, magnanimitas, adiectitiam esse opinor. Et infra. Quid enim est memorabilius.] Vetus lectio. Quid enim est mirabilius. Et infra. Nec deprecaturus est quidem.] Verbū, est, superfluit, ex eadem. Et infra. Transierunt quem impulerunt.] Transierunt quæ impulerunt, eadem.

CAP. VI. Qui non ex ipsa lege teneatur quæ quæritur.] Eadem, quærit, non quæritur.

CAP. VII. Et quis regum erit tutus.] Puto legendum. Ecquis regum erit tutus. Et infra. Quod si dii placabiles sunt & æquè delicta, cætera.] Corrige: Quod si dii placabiles & æqui delicta,

cætera, ex uetere lectione, Et infra. Facilius priuatis ignoscitur.] Legendum puto. Difficilius priuatis ignoscitur. Alias non uideo quis sensus elici possit.

CAP. VIII. Ista quidem seruitus est.] Corrige, Ista inquis seruitus est, ex exemplari Pinciano. Et infra. Non tibi seruitutē.] Negatio, non, superuacanea est, ex uetere lectione.

CAP. IX. Iam fuerat collega proscriptoris.] Eadē proscriptionis agnoscit, nō proscriptoris. Et infra. Cum M. Antonius proscriptionis edictū inter cœnam dicitaret.] Legendum arbitrator, cū M. Antonio proscriptionis edictū inter cœnam dicitaret. Et infra. Saluidenum Lepidus securus est.] Sic quidem præfert uetus lectio, sed legendum Saluidienū, non Saluidenū, ex Velleio Paterculo secundo. Et infra. Gauius sibi quod aduocatum inuenerat.] Verbum, sibi, nō habetur in uetere lectione. Et infra. Dimissisq; omnibus egressus est è cubiculo.] Eadem, dimissisq; omnibus è cubiculo: reliqua redundant. Et infra. Ne meo sermone medio proclames.] Exemplar diui Pauli ordine uerso ne medio sermone meo proclames, in aliis non habetur uerbum meo.

CAP. X. Et duellios.] Legendum duillios, non duellios, tum ex uetere lectione, tum ex uulgata apud historicos nomenclatura. Et infra. Eius pontificatum maximum.] Vetus lectio, & pontificatum maximum. Et infra. Adeo non odit.] Sunt codices qui habeant adeo non occidit.

CAP. XI. Senectutem plusquam maturam.] Exemplar Franciscanum, senectutem potius quàm naturam. Et infra. In uoluptate sæuiunt.] Quidam codices, in uoluptatem sæuiunt.

CAP. XII. Hic non est mentitus.] Scribe, Hoc non est mentitus, ex uetere lectione. Et infra. Nam ut inuisus sit quia timetur.] Corrigendum reor. Nam ut inuisum se scit, quia timetur. Posset etiam scribi inuisus sit, non inuisus sit. Et infra. Sic feras lineæ & pinna conclusas contine.] Castiga. Sic feras lineæ & pinnae clausas continent, ex uetere lectione.

CAP. XIII. Fidæ ac bonæ uoluntatis ministros.] Scribe permutato uerborū ordine. Bonæ ac fidæ uoluntatis ministros, ex eadem. Et infra. Hoc enim inter cætera pessimum habet crudelitas. Perseuerandum est.] Eadem. Hoc enim uel pessimum habet crudelitas quod perseuerandum est. Et infra. Qui à tota ciuitate amatur.] Verbum, Qui, superfluit, ex eadem.

CAP. XIII. Pro prima offensa exheredat.] Eadem, ad primam offensam exheredat. Et infra. Vt seiret datam sibi potestatem

statem patriæ.] Scribendum puto contra omnia exemplaria potestatem patris, non potestatem patriæ.

CAP. XV. Exilio damnant.] Consilio, non exilio ueteres codices. Cui lectioni suffragantur uerba quæ mox paulo sequuntur aduocauit in consilium Cæsarem Augustum. Et legendum infra, efficit, non efficit. Et infra. Gratuitam esse seueritatem suâ.] Sententiam non seueritatem, uetus lectio. Et infra. Contundet enim amicos & quicquid est in dolis comminuetur.] Emenda, contunditur enim animus, & quicquid est in dolis comminuitur, ex eadem.

CAP. XVII. Cui tradita salus omnium est.] Quidam codices credita legunt, non tradita. Et infra. Quosdam morbi curatio decipiat.] Corrige, Quosdam molli curatione decipiat, ex uetere lectione.

CAP. XVIII. Quid aliud quàm serpentibus obiici iubebat.] Scribe, quid aliud quàm serpentium abiici iubebat. Et mox paulo abiiciebat, non obiiciebat, ex eadem. Et infra. Si ad naturæ legem componitur.] Quædam exemplaria, sed ad naturæ legem compositam.

CAP. XIX. Hoc tamen maxime distinguitur.] Variant hic exemplaria. Sunt enim quæ habeant. Hoc cū maxime distinguitur. Et infra. Nullumq; momentum immune amet. Habeat hanc aliquis agrā uitam sustinet cū liceat innoxium. Aliis ob hoc securum salutarem potentiā eius.] Sic prior editio. Corrigendū. Nullumq; momentum immune à metu habeat. Sed quis hanc uitā agrā sustinet? cū liceat innoxium aliis, & ob hoc securū salutarē potentiā eius, ex uetere lectione. Et infra. Intueamur uenerātes colētesq;.] Legendū reor per minorem cū superioribus, intueremur uenerātes colentesq;.] Et paulo ante, intuetur lege, non intuentur.

CAP. XXI. Quas scit aliquādo sibi fastidio obtinuisse.] Locus uitiatissimus. Veteres codices fastigiū legunt, non fastidio: ut purem hanc locū restituendū sic, quos scit aliquando par sibi fastigium obtinuisse, aut sic, quos scit aliquando simile fastigium obtinuisse. Et infra. Alienam de capite suo regiamq; sententiam expectauit.] Castiga, ex exemplari scholarum Salmanticensium, alienam de capite regio sententiam expectauit. Et infra. Quod dignum esset uictoria apud uictos inuenisse.] Scribe uictore nō uictoria, ex uetere lectione.

CAP. XXII. Aut sublatis malis.] Lege, aut ut sublatis malis, ex eadem. Et infra. Et uitia eius cōpescit.] Maior pars exempla-

rium, & uitia eius facilius reprimat. Et infrà. Cum magno tormento.] Scribe, & cum magno tormento, ex uetere lectione.

CAP. XXV. Clementia inuocatus ad occidendum amicum.] Sic prior æditio. Scribendum puto, Leo etiam inuocatur ad occidendum amicum. Veteres enim omnes codices inuocatur præferunt. Et infrà. Tunc ille diri animi morbus.] Dirus non diri, iidem. Et infrà. Odio ueneno gladiis.] Odia, uenena, gladii, Exemplar Pincianum. Et infrà. Tam multis periculis petitur.] Patitur non petitur plerique omnes codices. Quid si legas patet.

CAP. XXVI. Quoque seruales manus.] Inuerte dictiones, & scribe, seruales quoque manus. Et infrà. Et impietatem & feritatem.] Quædam exemplaria impunitatem, non impietatem. Et infrà. Nec quantum uidetur peccat.] Exemplar Pincianum, nec quantum uidetur tantum peccat, Exemplar Pincianum. Et infrà. Noxiõssimo cuiq; animali.] Noxiõssimo uetus lectio, non noxiõssimo, ut à pius piõssimus, quod in antiquis legitur monumentis: & si in Philippicis Cicero reclamet. Et infrà. Et tuta est inter feras.] Et tuta est etiam inter feras, eadem. Et infrà. Apud homines tamen.] Eadem. Apud homines autem. Et infrà. A singulorum deinde cædibus in exitia gentium serpere.] Scribendum inuerso ordine, à singulorum cædibus deinde in exitia gentium serpere, ex eadem. Et infrà. Barbarorum sanguine cruenti.] Cruentati eadem, non cruenti.

IN II. LIB. DE CLEMENTIA
ad Neronem.

CAP. I.

ET cum diceretur audisse memini.] Exemplar Scholasticum, & cum diceretur audisse me memini. Et infrà. Et bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem.] Legendum arbitror, sed bonitatem, cætera. Et infrà. Vellem nescirem literas.] Vetus lectio. Vellem nescire literas. Et infrà. Quæ Romanum imperium colunt.] Eadem incolunt, non colunt. Et infrà. O uocem publicæ generis humani innocentia dignam, cui redderetur antiquum illud seculum.] Scribendum dispungendumq; ad hunc modum arbitror. O uocem prisæ generis humani innocentia. Dignam cui redderetur, cætera. Et infrà. Pietatem integritatem.] Vetus lectio, pietatem integritatemq;.

CAP. II. Et cuncta in similitudinẽ sui formabuntur.] Quædam exemplaria tui non sui. Alia tuam agnoscunt. Et infrà. A capite bona ualitudo ea transibit in omnes. Vegetata sunt, cætera.] Prima duo uerba, à capite, superioribus adiungenda sunt. Quæ suc-

cedunt

cedunt sic scribe ex plerisque antiquis codicibus. Bona ualitudo in omnes uegeta est, reliqua superflua ex omni scripta lectione. Et mox paulo, niuit substitue, pro iuuat. Et infra. Quid ergo est propter quod bene actis dictisq; tuis.] Legendum. Quid ergo est præter id quod. Cætera ut prior æditio habebat. Et infra. Materia secundiore expresserunt sensus uehementes.] Legō secundiore non secundiore ex exemplari Pinciano. Et infra. Quid ergo est ut raro inuitus, & cum magna cunctatione cum multis dilationibus. Et ne forte decipiat nos speciosum clementiæ nomen.] Scribe ex omni antiqua lectione. Quid ergo est? Ut raro, inuitus, & cum magna cunctatione, ita aliquando scribas necesse est, istud quod tibi in odium literas adduxit: sed sicut facis cum magna cunctatione cum multis dilationibus. Ne forte decipiat.

CAP. III. Speciosum clementiæ nomen aliquando.] Verbum, aliquando, redundat ex eadem. Et infra. Plura proponere est tutius.] Mallem legeretur Plures, quàm Plura. Et infra. Nullam uirtutem cuiquam minus debito facere.] Legendum puto, quicquam non cuiquam.

CAP. IIII. Ut Busris ille & Procrustes.] Exemplar academiæ. Osiris illi & Proclustes. Exemplar Franciscanum. Siris ille & Proclustes. Lego Scinis ille & Procrustes ex Plutarcho, Ouidio, & plerisque aliis. Et ultra. Hanc clementia repellit longius stare à se.] Sic prior æditio. Exemplar Pincianum. Hanc clementia repellit longius quæ stare à se facit. Et infra. Ne per speciem clementiæ in misericordiam incidamus.] Pleraque uerba quæ hic desiderantur restitue ex exemplari Pinciano hoc pacto, ne per speciem seueritatis in crudelitatem, ne per speciem clementiæ in misericordiam incidamus.

CAP. V. Quod si est quid in hac scientia.] Vetus lectio. Quod si est quidni hæc scientia. Et infra. Aequæ æstimanda.] Scribendum æqua, non æque, ex eadem. Et infra. Cætera omnia quæque miserentur, uolo facere libens, & alius animo faciet.] Ita prior æditio. quæ uerba uitiosissime scripta ad hunc modum castiganda existimo. Cæterum omnia quæ si miseretur nolens faceret, libens & alacri animo faciet.

CAP. VI. Et fortius laborantibus.] Fortuitis non fortius legendum puto, ut sequentia indicant. Et infra. Vultum quidem non deiiciet nec animum.] Sciendum multa hic uerba deesse, sed quæ in scriptis exemplaribus uariè legantur. Modo sic, Vultum quidem non deiiciet, nec animum ad coruscantis cæcis aut pannosi

aridam faciem, & obnoxiam baculo senectutem. Modo sic, Vultum quidem non deiiciet, nec animum obrufit causa rerum in pannosam faciem, & in obnoxiam baculo senectutem. ut forte corrigendum sit. Vultum quidem non deiiciet nec animum ad ærucantem civis, aut pannosi aridam faciem & obnoxiam baculo senectutem. Et infra. At quare non ignoscet uacuum.] Sic prior æditio. Scribendum puto, Dicam non uacuum. Et paulò post, debita, non merita. ex uetere lectione: sicuti etiam patet circa finem libri repetitis eisdem uerbis.

CAP. VII. Inuidia criminis manifeste laboratem.] Exemplar Pincianum. inuidia crimine manifeste laboratem. Et infra. Sed & quanti uult æstinare litem.] Taxare non æstimare: uetus lectio. Et infra. Secundum hæc uidebit perfectus sapiens quod ingenium qua ratione tractandum sit donec in rectum praua flectantur.] Eadem. Videbit quod ingenium qua ratione tractandum sit. Quo modo in rectum praua flectantur. reliqua superfluunt.

IN LIB. DE VITA BEATA,
AD GALLIONEM
FRATREM.

CAP. I.



VAE in contrarium ducit.] Vetus lectio, quæ ubi in contrarium ducit. Et infra. Quantum quotidie proficiamus.] Eadem. Quantum quotidie profigetur. Et infra. Quodque exempla pro bonis multa sunt.] Exemplar Pincianum & Facundi ac Primitiui. quodque exempla boni multa sunt. Reliqua quæ legerim omnia per defectum illorum duorum uerborum, pro bonis, sic habent, quodque exempla multa sunt, ut corrigendum arbitrer quorumque exempla multa sunt.

CAP. II. Quid optime factum sit.] Exemplar Facundi ac Primitiui. quid optimum factum sit: ut scribi possit. quid optimum factu sit. Et infra. Quanto leuius fuit quam quod concupiui.] Idem exemplar melius præfert non leuius. Et infra. Cum multis amicitias gessi.] Omnis antiqua lectio inimicitias agnoscit, non amicitias. Et infra. Et aliquam dotem notabilem facerem.] Corrige, aliqua dote notabilem facerem. ex eadem.

CAP. III. Non in specie bonum sed solidum & æquale.] Eadem, non in speciem bonum, sed in solidum & æquale. Et infra.

frā. Deinde sit fortis ac uehemens.] Verbum, sit, superuacaneum est. ex eadem. Alioqui, si, legendum erat, non sit. Et infrā. Sine admiratione cuiuscunque.] Eadem, sine admiratione cuiusque, melius cuiusquam.

CAP. IIII. Eo quod sibi ipsi dare potest.] Ipse scribendum, non ipsi. ex eadem. Et infrā. Quid enim prohibet nos beatum dicere.] Eadem. Quid enim prohibet nos beatam uitam dicere. Et infrā. Nec detrahens quicquam beatæ uitæ.] Detrahet, non detrahens. Exemplar Facundi & Primitiui.

CAP. V. Expulsis terroribus.] Quidam codices doloribus, non terroribus. Legendum forte erroribus. Et infrā. Aliaque ex aliis admoueat quibus totas quoque partes nostri sollicitet.] Vetus lectio, aliaq; ex aliis admoueat, quibus totos partesque nostri sollicitet.

CAP. VI. Vide autem & in illis qui summum bonum uoluptatem dixerint.] Exemplar Facundi & Primitiui. Videant qui in his summum bonum dixerunt. Et infrā. Et à uirtute deduci.] Coniunctio, &, superuacanea est, ex uetere lectione: & diduci reor scribendum, non deduci. Et infrā. Ut non iucundæ.] Lege, ut non iucundæ uiuat, ex eadem. Et infrā. Videlicet quod omne bonis ex uirtute principium est.] Legendum, uidelicet quia omne boni ex uirtute principium est, ex codice Facundi & Primitiui.

CAP. VII. Immo ab ipsa uoluptate.] Idem codex, immo ob ipsam uoluptatem. Et infrā. Pallidam ac fucatam.] Exemplar Facundi & Primitiui, pallidam aut fucatam. Et infrā. Quod uenit transitu celerrime.] Vetus lectio, quod uenit transitue celerrime.

CAP. VIII. Nec minus turpes dedecus.] Addenda est dictio suum. Nec minus turpes dedecus suum, ex eadem. Et infrā. Quo sunt in castris auxilia & armatura leuis.] Pluralitatis numero, armaturæ leues, eadem. Et infrā. In exteriora quidem tendit & redit.] Eadem, In exteriora quidem tendit, sed tamen in totum undique in se redit. Et infrā. Ad externa porrexit & illorum & sui potens sit.] Exemplar Franciscanum post hæc uerba adiecit, & ut ita dicam deuinciat summum bonum. Item porrexit agnoscit, non porrexit. Et infrā. Non diffidens nec hæsitans.] Dissidens legendum, non diffidens, ex uetere lectione. Et infrā. Nihil enim prauum, nihil subitum superest.] Lubrici legendum non subitum, ex eadem. quam lectionem arguunt ueram uerba

statim sequentia, nihil in quo arietet aut labet, arietet refertur ad praua, labet ad lubrici. Solet enim Seneca libenter eandem sententiam aliis uerbis repetere.

CAP. IX. Non enim hanc praestat, sed nec huic laborat. Sed labor eius. caetera.] Correctiora exemplaria. Non enim hanc praestat, sed & hanc. Nec huic laborat, sed labor eius, caetera. Et infra. Quae cum finem impleuit.] Exemplar domesticum, quae cum suum impleuit. Exemplar Facundi & Primitiui, quem cum impleuit. Et infra. Quæris enim aliquid supra summum. Interrogas quid petam. caetera.] Vetus lectio. Quæris enim aliquid supra summum bonum interrogans quid petam.

CAP. X. Clare inquam ac palam testor.] Inquit legunt, non inquam, Exemplar Franciscanum & Facundi ac Primitiui. Et infra. Nec quas probauit magnipendit. Vtique enim admittit.] Hæc uerba in codice Franciscano non habentur omnino.

CAP. XI. Egregium autem uirtutis apud uos officium uoluptates praestare.] Exemplar idem, & item Facundi ac Primitiui. Egregium autem habet uirtus apud uos officium uoluptates prægustare. Et infra. Iam dicacitatem & loquacitatem.] Duo postrema uerba, & loquacitatem, in uetere lectione desiderantur. Et infra. Omnium generum animalia.] Gentium non generum eadem praefert.

CAP. XII. Tam longinquum illos ab omni molestia abesse.] Corrigendum tam longe tum illos, caetera. ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Ac uagabundus semper atque ebrius.] Antiqua omnia exemplaria non uagabundus habent, sed raptabundus. Scribendum puto reptabundus, ut infra. quo minus uirtutem adorem, & ex interuallo ingenti reptabundus sequar. Et infra. Ita non ab Epicuro repulsi luxuriantur.] Impulsi legendum, non repulsi, ex eisdem. Et infra. Nec aestimabitur uoluptas illa Epicuri. Ita mehercules enim sentio.] Aestimatur, non aestimabitur, eadem praefertur: & coniunctio, enim, in castigatioribus codicibus non habetur.

CAP. XIII. Ad pronum & exile.] Vetus omnis lectio paruum non pronum. Et infra. Et dum ille uenit blando nomine inductus.] Illud legendum. non ille, ex eadem. Et infra. Quae statim uenerunt uitia.] Sic prior lectio. Exemplar Pincianum, quae statim uenerunt uitia. Exemplar Facundi ac Primitiui, quae statim eneruant cum uenerunt uitia, quae lectio confirmatur uerbis statim sequentibus. Qui uoluptatem sequitur uidetur eneruis,

fractus.

fractus. Vir peruenturus in turpia.] Prior æditio uix non uir. Quid si legas, mox, non uix. Exemplar Facundi & Primitiui, ut peruenturus in turpia, ut forte scribi possit, & peruenturus in turpia. Et infrà. Quæ in præceps ferantur.] Corrige, quæ in præceps ferant, ex uetere lectione. Et infrà. Et uoluptas nocet nimia.] Scribe, sine coniunctione, & per maiorem. Voluptas nocet nimia, ex eadem.

CAP. XIII. Si hoc placet, scilicet ad beatam uitam ire comitatum.] Puto uerba hæc Senecæ non esse, sed studiosi alicuius Senecæ sensum exponētis. Et infrà. Virtutem quidam excellentissimam omnium uoluptati tradidere ancillam. Nihil magnum animo capientis est.] Exemplar Franciscanū & domesticum. Virtutem quidem excellentissimam omnium uoluptati tradere ancillam nihil magnum animo capientis est. Et infrà. Ita habētis magnæ uoluptates.] Corrige, ita habentes magnas uoluptates, ex uetere lectione. Et infrà. Permanere licet in hac, cætera.] Libet, non licet, ex eadem scribendum.

CAP. XV. Quia pars honesti non possunt esse nisi honestum & iucundum sit.] Postrema tria uerba, & iucundum sit, non habentur in eadem. Et infrà. Et ne ex æquo quidem fragilitate alterius boni quicquid in altero uigoris est uetat.] Emendo ex eadem, & ne ex æquo quidem, fragilitate alterius boni quicquid uigoris in altero est hebetat. Et infrà. Libertatemq; illam uoluptas ista demum si nihil se pretiosius nouit inuitā sub iugum mittit.] Scribe, libertatemq; illam ita demum si nihil se pretiosius nouit inuitam sub iugum mittit, ex eadem. Et infrà. Namque quod maxima seruitus est.] Lege, Nam quæ maxima seruitus est, ex eadem. Et infrà. Trepida casum pariens.] Castiga, trepida casum pauens, ex eadem. Exemplar tamen Facundi & Primitiui, trepida casum timens legit. Et infrà. Temporum suspensa momenta.] Verbum, momenta, non habetur in codice domestico. Et infrà. Illò ergo summū bonum ascendat.] Codex Pincianus, ascendit, non ascendat, recte: quia sequitur statim compar uerbum detrahitur, non detrahatur. Et infrà. Illa uirtus fortiter stabit.] Verbum, uirtus, aduentitium est ex omni scripta lectione. Et infrà. Quisquis autem cogitur queritur & plorat.] expungendum uerbum, cogitur, ex eadem. Et infrà. Aut æquè mirari uel indigne ferre.] Scribendum, aut mirari, aut indigne ferre, ex eadem. Et infrà. Ex uniuersa constitutione.] Exemplar Facundi & Primitiui, uniuersū legit, non uniuersa.

CAP. XVI. Quid hæc tibi uirtus suadebit.] Dictionem, uirtus, cum paulo ante præcesserit putamus adiectivam esse. Et infra. Quod nec uirtute nec malitia contingeret.] Scribendum continget, non contingeret, ex uetere lectione.

CAP. XVII. Cur autem domus disponitur.] In maiore ueterum exemplarium parte uerba hæc desiderantur. In nonnullis uerbum, domus, tantum. & expende an lautæ legendum sit: ubi autem legitur. Et infra. Et aliquis est sciendendi obsonii magister.] Vetus lectio ordine mutato, & est aliquis sciendendi obsonii magister. Et infra. Cur plura quàm nosti possides? Turpiter.] Exemplar Facundi & Primitiui. Cur plura quàm nosti? reliqua superfluent. Et infra. Non tanquam sapiens, sed solum ut maliuolentiam tuam pascam. Nec erro.] Idem exemplar. Non sum sapiens, & ut maliuolentiam tuam pascam nec ero. Et infra. Ut non optimis par sim.] Corrige ex exemplari domestico, non ut optimis par sim. Et infra. Et si minus fera minatur.] Irata non fera bona pars exemplarium.

CAP. XVIII. Cui aliquid apti est.] Acti non apti plerique codices. Exemplar Facundi ac Primitiui, actum, castigatius. Et infra. Hoc per malignissima capita.] Particula, per, superuacanea est, ex uetere lectione. Et infra. O uirum acerrimum.] Aduerbium, o, expungendum, ex eadem. Et infra. Hoc pauperiorem quàm ceteros Cynicos.] Scribe, hoc pauperiorem quàm ceteri Cynici, ex eadem. Et infra. Vides enim non uirtutis scientiam. cætera.] Expende an legendum sit Vix, non Vides.

CAP. XIX. Reddidit sibi testimonium præcedentis uitæ laudabilisq; eius ætatis in portu & ad anchoram uitæ actæ quies.] Exemplar Facundi & Primitiui, reddidit sibi testimonium uita excedens, laudauitq; ætatis in portu ad anchoram uitæ actæ quietem. Et infra. Dicit quod uos inuiti audistis?] Vetus lectio, & dixit quod uos inuidi audistis. Et infra. Quibus ipsum nomē uirtutis odio est.] Adde ex omnibus antiquis exemplaribus uerba hæc. Negatis quenquam præstare quæ loquitur nec ad exemplar orationis suæ uiuere. Et infra. Nisi quidam ex patibulo suos spectatores conspuerent.] Eadem. Nisi quod quidam ex patibulo suos spectatores conspuerunt.

CAP. XX. Laudanda tractatio est.] Laudanda oratio est, uetus lectio. Et infra. Quis sibi proposuit hæc.] Eadem, qui sibi hæc proposuit, ut ordo sit, ingenti animo qui sibi hæc pro-

posuit.

posu
bebo
tem
Et
ras le
alieu
ueter
me n
C A
excid
liqua
cidet
Pauc
lamin
mellæ
ram,
mum
fas di
cont
strari
C A
locus.
& frig
ut dies
C A
pientia
mirum
cundi
Quid
dum p
Quid
C A
Corrig
lectio
Erit de
sui.] E
Et quan
& quan
C A
Codice

posuit. Et infrà. Ego mortem eodem uultu audiam quo iubebo & uidebo.] Exemplar Facundi & Primitiui. Ego mortem eodem uultu uidebo quo audiam, reliqua superuacanea sunt.

Et infrà. Et presentes & absentes æquè contemnunt.] Posteras legit exemplar domesticum, non absentes. Et infrà. Nec si aliubi iacebunt tristior.] Tristor legendum; non tristior. ex uetere lectione. Et infrà. A nemine meam.] Eadem minime meam.

CAP. XXI. Hoc ille etiam si non tenuerit magnis tamen excidit causis.] Prior æditio. Ne ille etiam si non tenuerit, reliqua. Castigo. Næ ille etiam si non tenuerit magnis tamen excidit ausis, ex Phaëtonis epitaphio apud Ouidium. Et infrà. Paucae argenti armillæ.] Codex Franciscanus, & nonnulli alii, laminæ præferunt, non armillæ. Codex Facundi & Primitiui, laminæ, rectius ut sentio. Et infrà. Non in animum illam geram, sed in domum recipit.] Omnis scripta lectio. Non in animum illas, sed in domum recipit. Et infrà. Nec respuit possessas diuitias sed contemnit.] Eadem. Nec respuit possessas sed continet. Et infrà. Et maiorem uirtutis suæ in materiam subministrari uult.] Scribe, uirtuti non uirtutis, ex eadem.

CAP. XXII. Ut dies bonus & in pruina ac frigore apricus locus.] Exemplar Facundi & Primitiui, ut dies bonus in pruina, & frigore apricus locus Exemplar Pincianum castigatius ut reor, ut dies bonus in bruma & frigore apricus locus.

CAP. XXIII. Nemo sapientem paupertate damnauit.] Sapientiam non sapientem, uetus lectio. Et infrà. O Magnum uirum optime diuitem.] Adde post hæc uerba ex exemplari Facundi & Primitiui. Si opus ad hanc uocem consonet. Et infrà. Quid donabit? erexitis aures. Quid expeditis sinum.] Legendam puto ordine præpostero. Donabit. Quid? Erexitis aures? Quid? Expeditis sinum?

CAP. XXIII. Illi credo. Huic succurro. Huic misereor.] Corrige, Illi reddo. Huic succurro. Huius misereor, ex uetere lectione. Potest tamen legi credo. Et infrà. Erit defecturum.] Erit defuturum, eadem. Et infrà. Si processero quantum proposui.] Eadem. Quantumcunque, nõ quantum agnoscit. Et infrà. Et quanti quenquam æstimem.] Exemplar Facundi & Primitiui, & quanti quæq; æstimem.

CAP. XXV. Domum illam splendidam malo quàm putenté.] Codices quidam petentem habent non putentem. Alii potentem

Lege potem Nam duæ res cõparantur. Domus [splendida & ponẽ
sublitius. Et infrà. Pone in instrumentis splendentibus.] Cor-
rige, Pone in stramentis splendentibus, ex exemplari Facundi &
Primitiui. Et infrà. Si lapsa ceruix mea, cætera.] Vetus lectio
lassa, non lapsa. Et infrà. Prætextatus & candidatus.] Variant
hoc loco exemplaria. Alia legunt prætextatus & chlamydatas.
Alia prætextatus & causcatus. Et infrà. Vt omnes mihi ex uoto
cedant.] Veteres quidam codices, aut fetentibus. Omnes mihi
ex uoto decidant. Alii, aut assentientes mihi omnes ex uoto dis-
cedant. Corrigendum arbitrator. Fac sententiæ omniũ mihi ex uo-
to cedant. Et infrà. Nulla homo hora sine querela sit.] Exéplar
Facundi & Primitiui. Nullus homo sine querela aliqua sit. Et in-
frà. Iura reges Persarum petant.] Prior æditio. Iura reges pena-
tum petant. Exemplar modo citatum. Iura regnis imponam. Et
infrà. Cum diis undique consultabo.] In uariis exemplaribus ua-
ria lectio, in nullo sincera. Quædam legunt, cum deo utique con-
scientia luctabor. Alia cum deus undique quæ sunt requirat.

CAP. XXVI. Quæ exercendæ tranquillius sint.] Codex Fa-
cundi & Primitiui, quæ exercendo tranquille sunt. Et infrà. Di-
uitiæ apud sapientem uirum in seruitute sunt.] Exemplar Fran-
ciscanum. Diuitiæ cum apud sapientem uirum sunt, in seruitute
sunt. Et mox ante. Quid inter me stultum & te sapientem inter-
est, si uterque habere uolumus plurimum?] Exemplar Pincia-
num & dinorum Facundi ac Primitiui. Quid ergo inter me stul-
tum & te sapientem uirum interest, si uterque habere uolumus
Plurimum. Diuitiæ enim reliqua. Et infrà. Nec quo illa pertin-
gant quæ ex longinquo instruuntur intelligunt.] Scribendum,
nec quo illa pertineant quæ ex longinquo struuntur intelligunt,
ex uetere lectione. Et infrà. Iam iamque pretiosa spolia latari.]
Pro cõmodiore lectione duxerim daturi, quàm latari. Et infrà.
Quia calamitas est odisse & laceßere uirtutem bonæ spei ciuitatio
est.] Vetus lectio, quia calamitares odisse & laceßere uirtutem
bonæ spei ciuratio est. Et infrà. Sed ne diis quidem.] Vide an
sit fidelior lectio, sicut ne diis quidẽ. Et infrà. Adulterum illum
indoxit & abnoctantem.] Abnoctantem non abnoctantem scri-
pta lectio. Et infrà. Alius raptorem ingenuorum corruptorum
& cognatorũ quidem.] Verbum, raptorem, desideratur in exem-
plari Facundi ac Primitiui. Et infrà. Vestra tamen uos moneo
causa.] In eodẽ. Vestra tamen nos mouet causa. Et infrà. Men-
tio sacrarum literarum interuenerit.] Sacra, non sacrarum legen-
dum

dum ex uetere lectione.

CAP. XXVII. Et medio lucernam die proferens.] Præferens eadem non proferens. Et infra. Illustrata est manus mea per ea ipsa, cætera.] Codex Facundi ac Primitiui uirtus mea legit non manus mea. Et infra. Quare hic Philosophus latius habitat.] Laxius non latius omnis scripta lectio. Et infra. Quem uera scabies depascitur.] Exemplar Facundi ac Primitiui fera legit non uera. Exemplar Pincianum scæda rectius, ut in libro de Tranquillitate animi. Ut ulcera quædam nocituras manus appetunt & tactu gaudent, & scædam corporum scabiem delectat quicquid exasperat. Et infra. Ut uobis tantum otii supersit.] Scribendum & uobis, non ut uobis, ex uetere lectione.

CAP. XXVIII. Aut tam uicinæ ut uos ac uestra rapturæ propius accesserint.] Corrige, aut iam uicinæ uos ac uestra tracturæ propius accesserint, ex eadem. Et infra. Nunc in infima allisos rapit. Cur nobis magno consensu uitia cõmendant.] Exemplar Facundi ac Primitiui, nunc in infima alifos magno uos consensu in uitia rapit. Quid si legas non consensu sed concussu. Et infra. Proderit tamen primo in seipsum secedere.] Exemplar Pincianum & Gallicanum domesticum, proderit tamen posse ipsum secedere. Et infra. Ad quod uitam dirigamus licet admonitio nota sit.] Sic prior æditio. Castiga, ad quod uitam dirigamus, licet quod in otio non sit, ex uetere lectione. Et infra. Certe Stoici nostri dicunt.] Certe Stoici uestri dicunt, codex Facundi & Primitiui, & paulopost uacationem, non uacationes.

CAP. XXIX. Nunc probò tibi non desciscere me.] Scribendum probabo, non probò, ex eodem.

CAP. XXX. Utinam quidam iam tententur omnia.] Corrige, ex eodem. Utinam quidem iam tenerentur omnia. Et infra. Causa autem late illa patet.] Scribendum mutato dictionum ordine. Causa autem illa late patet, ex omni scripta lectione. Et infra. Quoniam qui se deteriorem facit.] Codex Facundi ac Primitiui. Quomodo qui se deteriorem facit, & paulopost. Sic si quis bene de se meretur, legendum: non, Sed si quis. cætera.

CAP. XXXI. Non ad hunc angulum respicimus aut illum.] Corrigen-dum, non ad hunc angulum respicimus, aut ad illud, ex omni scripta lectione. Et infra. Aut Carthaginensiu erit.] Verbum, erit, eradendum, ex eadem. Et infra. Huic maiori. R. P.] Minori non maiori. Exemplar Franciscanum & Pincia-

num. Et infra. Quod maria terrasq; & mari ac terris inserta complectitur] Corrigendum reor contra omnia exemplaria. Quod mari terras, & maria terris inserta complectitur. Et infra. Immobiles sit mundus] Castiga, immortalis sit mundus, ex uetere lectione. Et infra. Natura ad utrumque genuit & contemplationi rerum & actioni] Exemplar Franciscanum. Natura ad utrumque genuit & contemplationem rerum & actionem. Et infra. Sed etiam ad contemplationem factum] Factura, non factum maior pars scriptorum codicum.

CAP. XXXII. Et uultum suum circumferre cum toto corpore] Verbum, corpore, non habetur in eodem exemplari, nec item in Gallicano meo, ut per dictionem, toto, accipiamus, mundo ipso. Et infra. Sublime fecit illi caput] Exemplar Facundi ac Primitiui, sublimius praefert, non sublime. Et infra. Sena per noctem signa perlucent, nullam non partem sui explicuit] Vetus lectio produceret agnoscit, non perlucent, ut forte legendum sit, sena per noctem signa produxit, & nullam non partem sui explicuit.

Et infra. An propter ipsum pondus corporum] Praeter, non propter, eadem. Et infra. Quod a me probatur homines diuini spiritus esse partem] Legendum, quo maxime probatur, non quod a me probatur, ex eadem, & uerbum illud, partem, sequentibus adiungendum est non praecedentibus. Et infra. In terras desiliuisse atque ex alieno loco exisse] Scribe, in terram resiliuisse atque extraneo loco haesisse, ex eadem. Et infra. Ad haec quaerenda natus aestima] Legendum ex eadem. Ad haec quaerenda natus existimat.

Et infra. Ego secundum naturam uiuo] Scribendum. Ergo, non Ego, ex eadem. Et infra. Quoniam ne contemplatio quidem sine actione est] Exemplar Facundi ac Primitiui, quoniam ne contemplationi quidem intendere possum sine actione. Et infra. Nec unquam sumas illud tempus] Vllum, non illud, uetus lectio.

Et infra. Nec ille qui se contemplationi inseruit] Codex Facundi ac Primitiui, nec ille qui contemplationem elegit. Et infra. Sed eam qua ratione efficit firmam sibi] Sic prior editio. Idem codex quam agnoscit, non qua. Et infra. Nobis statio est non portus haec] Lege inuersis dictionibus. Nobis statio haec non portus est, ex uetere lectione. Et infra. Adice nunc hunc] Adice nunc hoc, exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Quod e lege Chryssippi] Vetus lectio, quod de lege Chryssippi. Et infra. Negabis mihi accessurum in hanc R. P.] Ad hanc rempublicam. Exemplar Facundi & Primitiui, non in hanc R. P. Et infra. Et

hanc

hanc fugiet] Scribe, & hanc fugiet sapiens, ex eodẽ exemplari.
 Et infrà. Quum laudet navigationem] Exemplar idem & Pin-
 cianum, antequam laudet navigationem. Scribendum puto per
 transpositionem dictionum, quum ante laudaret navigationem.

IN LIB. I. DE TRAN-
 QVILLITATE VI-
 tæ ad Serenum.



V A E manu præiderem] Quidam codices, CAP. B
 quæ manu penderem. Exemplar Facundi & Primi-
 tivii, quæ manu prenderem, rectè. Et infrà. Quem
 nec parent familia nec spectent] Pro meliore le-
 ctione duxerim expectent, quàm spectent: quam

approbant verba hæc statim succedentia. Non ante multos para-
 tus dies] Quædam exemplaria, nec in multos paratus dies. Alia
 nec ante multos imperatus dies. Quid si legas, nec multos ante pa-
 ratus dies. Et infrà. Nihil habeat accersiti pretio, sed habilibus
 non defuturus] Vetus lectio, nihil habens accersiti pretio, siue ubi
 licet non defuturus. Scribo, nihil habens accersiti pretiosiue. Vbi
 libet non defuturus. Et infrà. Sine ullo opere & nomine artifi-
 cis] Eadem, sine ullo nomine artificis. Reliqua non agnoscit.

Et infrà. Diligentius quàm iam intra latus uestita & auro culta
 mancipia] Eadem, diligentius quàm intra larem uestita, cætera:
 ut forte legi possit, diligentius quàm in priuato lare uestita, cæte-
 rat hoc ipso libro infrà. Sed habet ubi se etiam in priuato lare
 explicet magnus animus. Verba autem statim ante præcedentia, de
 luxuria prædictorum non habentur in ullo uetere exemplari. Et
 infrà. Iam domus etiam quæ calcatur pretiosa] Scribe, qua calca-
 tur, non quæ calcatur, ex eadem. Et infrà. Et assentator comesq;
 patrimoniorum] Assentator lege, non assentator, ex eadem.

Et infrà. Tantusq; morsus subit] Tacitus lege, non tantus, ex
 eadem. Et infrà. Aut aureis uirgis adductum capeffere] In qui-
 busdam codicibus uerbum, aureis, non habetur. In aliis adductum,
 non adductum, & compescere, non capeffere. Et infrà. Promptus
 compositus] Scribe, propius positus, & adiunge superioribus ex
 antiqua lectione. Et infrà. Et nemo non omisit. Ad quam cum
 animum insolitum arietari permisi] Corrige, & nemo non misit.
 Vbi aliquid animã insolitam arietari percussit, ex eadem. Et infrà.

Alter

Alterius coërcere in foro superbiam] Alicuius nō alterius omnes scripti codices præferunt, Et infrà. Cogitationis magnitudine leuauit] Iidem cogitationum, non cogitationis rectius. Et infrà. Altiusq; ut spirare ita eloqui gessit] Sperare in eisdem habetur, nō spirare. Et infrà. Et ad dignitatem rerū exit oratio] Exemplar Facundi & Primitiui, & ad dignitatem rerum exigitur oratio. Et infrà. Oblitus tum lenis, præfiorisq; iudicii sublimis feror] Legis, non lenis, & sublimis, non sublimis, scripta lectio.

C A P. I I. Nec ullius propius admoneri exemplo] Eadem. Nec ulli propius admouerim exemplo. Et infrà. Non parum est corpus sanum] Scribe, in uerso ordine, non parum sanum est corpus, ex eadem. Et infrà. Alicubi instes grauis] Grauius legendum, non grauis, ex eadem. Et infrà. Ego eam tranquillitatem uoco] Verbum, eam, superuacaneum est, ex eadem. Et infrà. Et illi qui marcent & oscitant] Prior æditio oscitantur, nō oscitant, pro quo ociantur legit exemplar Facundi & Primitiui. Et infrà. Quam quibus difficilis somnus] Quam quibus difficilis somnus est, ex uetere lectione scribendum. Et infrà. Qui non inconstantia uitio] Quædam exemplaria, qui non constantia uitio. Quid si legas, qui non constantia in uitio. Et infrà. Hoc oritur ab intemperantia animi] Intemperie, exemplar diuæ Mariæ, non intemperantia. Et infrà. Nec dolent se praua frustra uoluisse] Sic prior æditio. Exemplar Facundi & Primitiui. Nec dolent praua se frustra uoluisse, minus corruptè. Codex Franciscanus. Nec dolent praua sed frustra uoluisse, rectissimè. Et infrà. Ad secreta studia] Scribe, & ad secreta studia. ex uetere lectione. Et infrà. Se ipsas strangulant] Se ipsæ strangulant, eadem. Et infrà. Et ille fluctus mentis incertæ] Mille non ille, eadem. Et infrà. Et ex hac deinde uersatione alienorū processuum] Sic prior æditio. Legendum per minorem cum superioribus, & ex hac deinde uersatione alienorum processuum, ex eadem. Et infrà. Gratiior quibūdā pessimis ingeniis] lege gratiior pessimis quibusq; ingeniis, ex eadem. Quædam exemplaria, gratiiorq; pessimis quibusque ingeniis. Et infrà. Et mutare nondum fessum latus] Quid si legas motare, non mutare, ut alludat ad Virgilianum illud, & fessum quoties motat latus. Et infrà. Et tecta uel antiquæ satis opulenta turba. Verba hæc in exemplaribus Pinciano & Franciscano desiderantur. Et infrà. Aliud ex alio suscipitur] Lege, Aliud ex alio iter suscipitur, ex uetere lectione. Et infrà. Omnes itaque scire debemus] Expungendum uerbum, omnes, ex eadem.

CAP. III. Curam corporis educunt] Scribe, & cura corporis diem educunt, ex eadem. Et infra. Ad rerum ciuiliu tutamen] Certamen in eadem, non tutamen habetur. Et infra. Ita tamen delituerit, ut ubicunque ocium suum absconderit, prodesse uelit. cætera] Corrige, ita tamen delituerint, ut ubicunque ocium suum absconderint prodesse uelint, ex eadem. Et infra. Virtute instruit animos qui ad pecuniam luxuriamq; cursu ruentes prensat ac retrahit] Eadem, uirtute instituit qui animos ad pecuniam luxuriamq; cursu ruentes prensat ac retrahit. Et infra. Qui inter peregrinos & ciues aut urbanus præter adeuntibus assessoribus uerba pronunciat] Emendandum puto, qui inter peregrinos & ciues, aut urbanus prætor adeuntibus, aut assessor æris uerba pronunciat. ut pro æris accipias legis in ære incisæ: ut illud, Nec uerba minantia fixo ære ligabantur. Et infra. Quàm qui docet quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorum intellectus, quantum bonum sit bona conscientia] Vetus lectio, quàm qui quid sit iustitia, quid pietas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorum intellectus, quàm gratuitum bonum sit bona conscientia declarat. Et infra. Quod subduxeris officiis non deserueris, nec munus detrectaueris] In exemplari Pinciano ultima uerba, nec munus detrectaueris, non habentur. Legendumq; ex eodem non te deserueris. In codice Facundi ac Primitiui, quod de officiis subduxeris. cætera. Et infra. Contra difficultates locorū educere] Vetus lectio ducere præfert nō educere. Et infra. Quod nobis natura consumendum dedit] Consumandū, non consumendū, exemplat Facundi & Primitiui. Et infra. Quare nihil turpius est] Deest uerbum, sæpe, ex omni antiqua lectione. Quare nihil turpius est sæpe. Et infra. Sed parcius se inserat officiis] Inerat, non inserat quidam codices, posset legi ingerat. Et infra. Officia si ciuis amiserit] Officia ciuis amisit, uetus lectio. Et infra. Et fors inter gregarios posuit] Triarios, non gregarios, in eadem habetur. Et infra. Stes tamen, clamore iuues, si quis fauces oppressisset] Corrige, Stes tamen. Clames. Si quis fauces oppressisset, ex eadem. Et infra. Siue patiat & sentitur iure suo] Sic prior æditio. Legendum siue exspatiatur, & utitur suo iure, ex exemplari Facundi ac Primitiui. Et infra. In quocunque habitu est pro fit] Scribe in quocunque habitu est prodest, ex eodem. Et infra. Longe itaque optimum miscere ocium rebus] Lege ex eodem. Longe inquam optimum est miscere ocium rebus.

Et

Et infrà. Vt nulli actioni locus honestæ sit] Scribendum ordine inuerso, ut nulli actioni honestæ locus sit, ex eodem. Et infrà. In qua tot tyranni quot satellites erant] Expende an è contrario legendum sit, in qua quot tyranni tot satellites erant. Et infrà. Et diuitibus opes suas incoerentibus] Omnis scripta lectio metuentibus agnoscit, non incoerentibus. Et infrà. Et in florenti ac beata, pecuniam, inuidiam, cætera.] Exemplar Franciscanum, & in florenti ac beatam pecuniam, inuidiam. Vt legendum putem, & in florenti ac beata, impotentiam, inuidiam. Et infrà. Malle esse se mortuum quàm uiuere] Sic prior æditio. Legendum reor mutato uerborum ordine, male esse se quàm uiuere mortuum. Sequitur confestim. Ex uirorum numero exire] Vinorum scribendum puto, non uirorum. Et ultra. Nec aliter quàm periculosa nauigatione submersus portum petas] Scribe, nec aliter quàm in periculosa nauigatione subinde portum petas, ex uetere lectione.

CAP. IIII. Deinde eos quorum causa, aut cum quibus] Eadem, deinde eos quorum causa, aut cum quibus agendum est. Et infrà. Laborioso oppressit officio] Presit, non oppressit, eadem. Et infrà. Irritamenta nocitura libertati euitet] Eadem, irritamenta nocituræ libertatis euitet.

CAP. V. In actore quàm in pondere] Quid si legas, in latore quàm in pondere, quia sequitur mox paulo, quæ ferente maiora sunt. Et infrà. Necessè est ut opprimant onera] Particula, ut, superuacanea est, ex uetere lectione.

CAP. VI. Hominum namque delectus habendus est] Ita prior æditio. Lege, Hominum utique delectus habendus est, ex eadem. Et infrà. Qui cum amicorum officiis paria in mensa faciunt] Exemplar Facundi & Primitiui, qui cum amicorum officiis pares mentas faciunt. Et infrà. Deinde illi sint testes] Corrige, Deme illis testes, ex uetere lectione. Et infrà. An ocio, studio, contemplationi quæ; aptior sit] Lege, an ocio, studio, contemplationi quæ; aptior sit, ex eadem.

CAP. VII. Afflatu quæ; ipso in proximo laborabimus] Duo uerba, in proximo, non habentur in eadem. Et infrà. Vbi enim istud inuenies quod tot seculis quærimus] Scribendum, Vbi istud inuenies quem tot seculis quærimus, ex eadem.

CAP. VIII. Vtrisque enim pecunia sua adhæsit] Vtrisque enim pecunia sua obhæsit, eadem. Et infrà. Potest ipse dubitare] Idem legendum, non ipse, ex eadem. Et infrà. Non pu-

det]

det.] Eadem. Non te pudet. Et infra. Nihil apud Diogenem iam tui est.] Eadem tutum agnoscit, non tui. Lego tuum. Et infra. Habiliora sunt corpora pusilla.] Prior æditio. Habiliora sunt corpora imbecilla. Exemplar Facundi & Primitiui. Imbecillo legit, non imbecilla. Corrigendum puto in bello siue in bella.

C A P. IX. Placebit autem nobis mensura.] Scribe, Placebit autem hæc nobis mensura, ex uetere lectione. Et infra. Et usu rerum ornamenta metiri.] Eadem. Et usus rerum, non ornamenta metiri. Et infra. Libidoq; qua necesse est effluat.] Dictioncula, quæ, superfluit, ex eadem. Et infra. Discamus membris nostris inuitis cultum uictumq; non ad noua exempla componere.] Eadem. Discamus membris nostris inniti. Cultum uictumq; cætera. Et infra. Etiam si nos pudebit.] Variant hoc loco insigniter exemplaria. Quædam sic habent. Etiam simul hos pudebit. Alia sic. Etiam simules non pudebit ei plus. Alia. Etiam simules nos pudebit esse populo. Legendum reor, Etiam similies non pudebit. Aut sic. Etiam si similes nos pudebit esse populo. Et infra. Nec curari mollius potest.] Melius, in uetere, habetur lectione non mollius, & si exemplaria quædam mollius præferant. Et infra. Quid ni durius enim consulitur, & si paupertas & ignominiosa rerum euersio, adhibetur, malo malum opponitur.] Corrige. Quid ni consulitur? si & paupertas, & ignominia, & rerum euersio adhibetur. Malo malum opprimitur, ex eadem. Et infra. Sed in spaciis uitæ.] Sed in his spaciis uita, eadem. Et infra. Studiorum quoque quæ liberalissima impensâ est tandiu rationem habet.] Exemplar Facundi & Primitiui. Studiorum quoque liberalissima impensâ est: tamen tandiu rationem habent. Legendum puto habebō, non habent, quia sequitur. Quo mihi innumerabiles libros. Et infra. Quadraginta milia librorum Alexandria arserunt.] Legendum uidetur. Quadringenta potius, quàm quadraginta. Cæterum Gellius libro sexto capite ultimo, septingenta prodit fuisse librorum millia. Et infra. Honestius inquis in hos impensas quàm in Corinthia pictasque tabulas effuderim.] Exemplar Facundi & Primitiui. Honestius inquis in hos impensum esse quod in Corinthia pictasque tabulas effuderint. Et infra. Et inter tot milia librorum oscitant.] In quibusdam codicibus non habetur conjunctio, & In aliis habetur, &, desideratur tot.

C A P. X. Et uoluptatem si uolueris malam putare uitam potius quàm inuidiosam facere.] Vetus lectio, & uoluptates, si uolueris

lueris malam putare potius uitam quam inuidiosam facere. Et infra. Deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt.] Exemplar Pincianum, deinde ubi non dedignari illa. caetera. Et infra. Quam cum sciret quibus erumnis nasceremur calamitatum mollimentum consuetudine inuenit.] Corrigendum arbitrator, quam quod sciens quibus erumnis nasceremur calamitatum mollimentum consuetudinem inuenit. Nam & in codice Pinciano consuetudinem habetur, non consuetudine. Et infra. Aliorum aurea cathena est, aliorum laxa.] Exemplar Facundi ac Primitiui. Aliorum aurea cathena est, & laxa, rectissimè. Et infra. Et quamuis augustum pedem.] Legendum reor, quemuis augustum pedem. Et infra. Et fortunam suam quam maxime potuerunt in planum deferendo.] Poterunt non potuerunt, scribendum ex uetere lectione. Et infra. Sed hoc ipsum testentur.] Lege, Sed hoc ipso testantur, ex eadem. Et infra. Large & benigna manu.] Sic prior editio. Legendum larga non large, ex eadem. Et infra. Ad secundos casus praesidia.] Forte sequentes, non secundos commodius legeretur. Et infra. Et finitæ non in immensum. caetera.] Exemplar Facundi & Primitiui, sed finitæ non in immensum.

CAP. XI. Solet intueri fidei commissa.] Tucri lege, non intueri, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Recipe animo meliore quam dedisti.] Omnis scripta lectio. Recipe animo meliorem quam dedisti. Et infra. Viues diutius & morieris expeditius.] Scribe, Attu etiam uiues diutius, caetera, ex eadem. Et infra. Morbus, & captiuitas, ruina, ignis.] Lege, Morbus enim, captiuitas, ruina, ignis, ex eadem. Et infra. Sciebam in quam tumultuosum me contubernium natura duxisset.] Clusisset, non duxisset, eadem. Et infra. Toties prope limen immaturas exequias fax cereusque praesit.] Corrigendum. Toties praeter limen immaturas exequias fax cereusque praecessit, ex eadem.

Et infra. Multos his ex quorum forum, curia, sermo, mecum contraxerat.] In eadem, Multos ex his quos forum, curia, sermo, mecum contraxerat. Et infra. Miror aliquando ad me pericula accessisse.] Mirer eadem praefert, non miror. Et paulo post, si pario, non si parii. Et infra. Inter solum & aulam ingenuam.] Scribe inter solium & aliena genua, ex eadem. Et infra. Cui cum Granus uetus cognatus.] Cuius, non Granus, ex eadem. Et infra. Perit in Palatio cognata.] Cognati lege, non cognata, ex eadem. Et infra. Qui in rogam suum descendit iussus & extin-

qui uidit.] Eadem. Qui rogum suum, & descendit iustus & extingui uidit. Corrigendum reor, qui rogum suum & incendi uinus & extingui uidit, ex Herodoto primo. Et infra. Id est ne aut labor irritus.] Verbum, Id est, eradendum, ex eadem.

CAP. XII. Horum & si aliquem, cætera.] Dele coniunctionem, &, ex eadem. Et infra. Quid cogitas? Respondebit tibi.] Legendum sine interpolatione cum nota interrogationis in fine. Quid cogitas respondebit tibi? ex eadem. Et infra. Cum interim concurrerunt.] Legendum per minorem, cum interim cucurrerunt, ex exemplari Franciscano. Et infra. Ad iudicium sæpe litigantis, ad sponsalia sæpe nubentis.] Corrige, Sæpe aut iudicium litigantis, aut sponsalia nubentis, ex codice Facundi & Primitiui. Et infra. Non industria inquietos, sed insanos falsæ rerum imagines agitant.] Scribe per maiorem, Non industria inquietos, & insanos, falsæ rerum imagines agitant, ex exemplari Franciscano. Exemplar tamen Facundi & Primitiui, inquietes præfert non inquietos. Sed puto ueriores esse lectionem, & si nullo suffragante exemplari ad hunc modum, Inanis industria inquietes ut insanos falsæ rerum imagines agitant. Et infra. Inanes & leues etiam causæ.] Verbum, etiam, delendum, ex uetere lectione. Et infra. Nomenclator persalutauit.] Eadem, nomenclatores persalutauit. Et infra. Nec publice ad superuacua se ferat.] Castiga, ad superuacua scilicet referens, ex eadem.

CAP. XIII. Semper de illa cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere.] Exemplar Pincianum & Franciscanum, semper de illa cogitare debemus, & nihil sibi de fide eius promittere.

CAP. XIII. Ne nimis destinatis rebus indulgeamus, transeamus in ea quæ nos casus deduxerit.] Vetus omnis lectio, ne nimis destinatis rebus indulgeamus, transeamusque in ea. cætera, sed placet prior lectio. Et infra. Hemina sanguinis in tua potestate est.] Corrige ex eadem, En uena sanguinis. In tua potestate est. Et infra. Falleris ille dixit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Phalaris habet, non falleris. Et infra. Cum centurio agmen periturum trahens & illum quoque citari iuberet,] In uetere lectione, cum centurio agmen periturorum trahens illum quoque excitari iuberet. Et infra. Quid mæsti inquit estis uos? Quæritis an immortales animæ sint.] Castigandum puto sic, Quid mæsti inquit estis? Vos quæritis, cætera. Et infra. Iam non proculerat tumulus.] Scribe, Nec iam procul erat tumulus, ex uetere lectione. Et infra. Inquit. Quid cani nunc cogitas?]

Inuerso ordine legendum. Quid inquit cani nunc cogitas? ex eadem, ut mox ante. Quid mœsti inquit estis uos. Et infrà. Nemo diutius philosophatus.] Eadem. Nemo diutius philosophatur.

CAP. XV. Priuatæ tristitiæ causas abiēcisse.] Quædam exemplaria adieciſſe legunt, non abiēcisse. Et infrà. Et circumcurrit tot scelerum feliciũ turba.] Scripta lectio, occurrit non circumcurrit. Et infrà. Ut uix unquam est nisi cum expedit fides, sed libidinis lucra damaque pariter inuisa.] Eadem, Et uix unquam nisi cum expedit fides, & libidinis. Et infrà. Quas non sperare licet non habere prodest.] Scribe, quas nec sperare licet nec habere prodest, ex eadem. Et infrà. Ille & spei bonæ aliquid relinquit.] Coniunctio, &, expungenda ex exemplari Pinciano.

Et infrà. Omnia hominum negotia similia nuptiis esse.] Exemplaria nonnulla initiis præferunt non nuptiis. Alia miciiis. Corrigendum reor, mimis, siue mimicis. Nam & uetus est adagium, mimum esse uitam. & Augustus auctore Tranquillo paulo ante obitum amicos percunctatus est, Ecquid his uideretur mimum uitæ commode transegisse. Et infrà. Quam conceptus inchoatos.] Quid si scribas, quam concubitus in his actos. Et infrà. Nec in risum nec in lachrymas excidere.] Exemplar Facundi & Primitiui excitari habet, non excidere, sed non displicet impressa lectio. Et infrà. Quia aliquis filium suum efferat.] Exemplar Facundi ac Primitiui, si quis filium efferat. Et infrà. Ut in simulatione etiam simplicissima dolor eueniat.] Scribe, ut in simulatione etiam simplicissima res dolor ueniat, ex uetere lectione. Et infrà. Sequitur pars quæ solet non immerito contristari, & in sollicitudinem deduci, ubi dolorum exitus mali sunt. Vbi Socrates cogitur in carcere mori.] Exemplar Facundi & Primitiui. Sequitur pars quæ solet non immerito contristare & in sollicitudinem adducere. Ut bonorum exitus mali sunt. Ut Socrates cætera. Et infrà. Ipsorum animos desidera.] Idem Exemplar, tu talis fieri desidera. Et infrà. Quorum desiderio uirtus tibi placeat.] Verbum, desiderio, delendum, ex uetere lectione.

Et infrà. Non tu dignus mala fortuna. Diis uisus es. Indignus in quem iam aliquid fortuna posset.] Eadem, Non tu dignus mala fortuna diis uisus es, sed indignus. Et infrà. Aut regulum quod tot clauis configitur, aut Catonem, quod uulnera sua fortiter tulerit.] Exemplar Facundi & Primitiui, aut Regulum quod tot clauis transfigitur, aut Catonis uulnus iteratum, rectissimè. Et

infrà

infrà. At illa quantum haberet uoluptatis.] Habet legendum est non haberet, ex uetere lectione. Et infrà. Nec perduratum est.] Quidam codices percuratum. Alii procuratum. Et infrà. Inter lusum ac festa ipsa tempora.] Exemplaria aliquot intra ludos legunt, non inter lusum, & in omni antiqua lectione desideratur uerbum tempora. Et infrà. Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio.] Exemplar Facundi ac Primitiui, animo præfert, non animorum. Et infrà. Nec ad tanta hominum cupiditas tenderet.] Scribe, Nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, ex uetere lectione. Et infrà. Oratorem magnum meminimus quem nulla hora ultra decimam retinuit.] Exemplar Facundi & Primitiui, oratorem magnum meminit nostra ætas, quem nulla res ultra decimam retinuit. Et infrà. Ut cælo libero & multo spiritu.] Festiuor lectio exemplaris Facundi & Primitiui, ut, cælo libero, ut multo spiritu. Et infrà. Sed ut deprimat curas.] Verbum, curas, expungendum, ex uetere lectione.

Et infrà. Truditenim curas.] Eluit enim curas, eadem. Et infrà. Et asserit uegetioremque & audaciorem in omnes conatus facit.] Scribe, Et asserit uegetatque & audaciorem, reliqua ex eadem. Et infrà. At facilius efficiet quisquis obiecerit crimen honestum quam turpem Catonem.] Eadem, Facilius efficiet quisquis obieciat hoc crimen honestum quam turpem Catonem, & paulo post perpulit, aut compulit non pepulit. Et infrà. Decidat oportet à solito & efferatur.] Desciscat, non decidat, exemplaria diui Francisci & Facundi ac Primitiui, & perpende an sit correctior lectio efferetur quam efferatur. Et infrà. Et rectorem capiat suum, eoque feratur quo per se timuisset ascendere.] Corrige, & rectorem rapiat suum, eosque ferat quo per se timuisset accedere, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà. Surrepentibus uitiiis.] Quidam codices repentibus uitiiis. Alii semper repentibus uitiiis.

IN LIB. II. DE TRANQVIL-

litate uitæ, ad Serenum.

LVcii Annæi Senecæ ad Serenum liber Secundus.] Verbum, secundus, in correctioribus exemplaribus non habetur. Et infrà. Quam primum nos eripiant, & in illum æditum uerticem educant.] Legendum singularitatis numero eripiat, & educat, ex uetere lectione. Et infrà. Et ardua ad quæ uocamur.] Exemplar Facundi ac Primitiui. At ardua per quæ uocamur. Et infrà. Supra Pompeios & Cæsares surgentem.] Lege, quod supra,

CAP. I.

cætera, & paulò ante pro Catonis substitue. M. Catonis, ex uetere lectione. Et infrà. Et tacita cupiditate corrupti non intelligebant se dum uendunt & uenire.] Scribendum, & cæca cupiditate correpti non intelligebant se dum uendunt etiã uenire, ex eadem.

CAP. III. In tres diuisus partes.] Verbum, partes, redundat, ex eadẽ. Significat autẽ Cæsarem, Pompeium, Crassum, cuius est.

CAP. IIII. In eadem quæ cæteri descendistis.] Lege incidistis, non descendistis, ex eadem. Et infrà. Quo nulla permittatur iniuria.] Perueniatur crediderim scribendum non permittatur. Et infrà. Quod sacrilegium non inueniat.] Castigator puto lectio erit sacrilegium, quàm sacrilegium: quam confirmant uerba statim sequentia, si existunt qui magnitudinem, reliqua.

Et ultra. Non icturi petant.] Omnis scripta lectio appetat, non petat agnoscit: & mox paulò habeatur, non habebatur. Et infrà. Quam si nulla sit.] Quam si nulla sit, eadem. Et infrà. Vel teri potest.] Vel deteri potest, eadem. Et infrà. Tot uerberati procellis.] Eadem. Tot uerberati seculis.

CAP. IIIII. Cum potentes imperio æditi.] Eadem. Etiam cum potentes & imperio æditi. Et infrà. Aut dimissis in profundum cathenis Neptunum potuisse contingi.] Demissis, non dimissis, eadem habet: & uidetur constringi legendum esse potius quàm contingi. Et infrà. Vnum malum enim illi est turpitudine.] Permuta uerborum ordinem. Vnum enim illi malum est turpitudine, ex eadem.

CAP. V. Bona sua solidum habet.] Scribendum, bona sua in solido habet, ex eadem. Et paulò post perducta, non producta in eadem habetur. Et infrà. Libera est inuiolabilis immota.] Scribe, Libera est, inuiolabilis, immota, incõcussa, ex eadem. Et infrà. Sic contra casus indurat.] Scribendum reor. Sic contra casus induruit. Et infrà. Quia uirtute sui salua sunt.] Sua ut legatur, non sui, & Grammaticæ ratio poscit, & exemplaria scripta confirmant.

Et infrà. Megarã Demetrius ceperat.] Corrige, Megara neutro genere, tam nota re, ut prodi nõ debeat. Et infrà. Et patriam uiolauerat. Ille illi uictoriam excusit.] Vetus lectio, & patriam. At ille uictoriam illi excusit. Et infrà. Non uictum tantum.] Scribe, nõ inuictum tantum, ex eadem. Et infrà. Aut uicinus potens.] Corrige, aut uicinus impotens, ex eadem. Et infrà. Inter nutantes ubique gladios.] Nutantes, non nutantes, exemplar Facundi & Primitiui. Et infrà. Si parum fidei habeo.] Habes legendum, non habeo, ex uetere lectione.

CAP. VI. An tollere se homo natus supra humana possit.] In eadem attollere habetur, non tollere. Et infra. Tandem assum hoc uobis probaturus.] Scribendum, En adsum hoc uobis probaturus, ex eadem. Et infra. Eripimus erumnis domos.] Castiga, Erepſi modò è ruinis domus, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Habèt ista hostile uestigium.] Quid si legas, Patent ista hostili uestigio. Et infra. Nullum introitum habent nec probent.] Lege, nullum introitum præbent, reliqua superuacanea sunt, ex uetere lectione.

CAP. VII. Quam mali inter se.] Dicitio, mali, tollenda è medio, ex eadem. Et infra. Quod si lædi nisi infirmior non potest, nec iniuria bonis, nisi à dispari uerenda est.] Scribe, Quod si lædi nisi infirmior non potest. Malus autem infirmior bono, nec iniuria bonis, nisi à dispari inferenda est, ex eadem. Et infra. Sed iniuste inquis Socrates damnatus est. Iniuriam accepit.] Legendam absq; illa distinctione expuncto uerbo, est. Sed iniuste inquis Socrates damnatus iniuriam accepit, ex eadem. Et infra. Cum in uilla mea surripuit.] Scribe, cum è uilla mea surripuit, ex eadem. Et infra. Opposita ueste elusum est.] Exemplar Facundi & Primitiui, apposita ueste elusum est, sed magis placet prior lectio. Et infra. Vt alterum sine altero esse non possit.] Scribe, ut alterum sine altero esse possit, alterum sine altero non possit, ex eodem exemplari. Et infra. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. Non est quod mireris.] Corrige, Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. Ergo sapienti iniuria non potest fieri. Nec est quod mireris, ex ueteri lectione.

CAP. VIII. Nec prodesse quidem quisquã potest.] Eadem. Nec prodesse uerò quisquam potest. Et infra. Et maius nihil potest tribuere sapienti.] Exemplar Pincianum, & inanis nihil potest tribuere sapiens. Astipulatur & codex Franciscanus. Et infra. Quod ad se transferri sapiens gauisurus sit.] Duo paulò ante citata exemplaria, quòd a se transferri legunt, non quod ad se transferri. Et infra. Ad illa nitens petensq; excelsa.] Pergens, non petens, uetus lectio. Et infra. Non habet ubi accipiat iniuriam.] Mallem legeres unde acciperet, quã ubi acciperet. Et infra. Ultra quod nihil habent iratæ leges ac sæuissimi domi minantur.] Scribendum reor, ultra quod nihil habent iratæ leges ac sæuissimi domini quod minentur. Et infra. Multo facilius alia tolerabimus. Damnum & dolores & ignominias.] Vetus lectio, multo fortius alia tolerabimus damna, dolores, ignominias.

CAP. IX. *Cætera forte accidentia.*] Forte, non forte legendum, ex eadem. Et infrà. *Circa nos scivit.*] Expède an citra nos scribi debeat, non circa nos. Et infrà. *Quæq; alia intra togatos latrocinia sunt.*] Inter, non intra legendum, ex vetere lectione.

Et infrà. *Est & alia iniuria frequens.*] Illa non alia eadem præfert. Et infrà. *Hæc effugiet sapiens.*] Effugit, non effugiet, in eadem habetur. Et infrà. *Nam si illum tangit iniuria & mouet & impedit. caret autem ira sapiens.*] Eadem. Etiam si illum tangit iniuria & mouet & impedit habet iram. caret autem ira sapiens. Et infrà. *Inde continuo gaudio elatus. Adeo autem ad offensiones rerum hominumq; non contrahitur, ut illa ipsi iniuria usui sit.*] Corrige, *Inde cōtinuo gaudio elatus adeo ad offensiones rerum hominumq; non contrahitur, ut ipsa illa iniuria usui sit, ex eadem.* Et infrà. *Ex hoc puta genere patientiam & sapientiam.*] Eadem. Ex hoc puta genere sapientem.

CAP. X. *Plerisque non communibus.*] Corrige, *Plerisque uerò cōmunibus, ex eadem.* Totus autem hic locus sic forte aptius legetur. *Quum iam quibusdam propriis, plerisque uerò communibus contumeliam refutauerimus, est minor iniuria. cætera.* Et infrà. *Et non in medio me loco.*] Maior pars exemplarium lectio agnoscit, non loco. Et infrà. *Nulliq; tantum de se licere nunciat quàm sibi.*] *Quædam exemplaria, quantū legunt, non quàm.* Alia non agnoscunt omnino eam particulam.

CAP. XI. *Quantum illis audaciæ sit tanto audaciora despiciere.*] Corrige, *quàm ut illis audacia sit tanto celsiora despiciere, ex vetere lectione.* Et infrà. *Mancipiorum nostrorum urbanitas.*] Verbum nostrorum superfluit, ex eadem. Et infrà. *In conuiujs ius facit.*] In conuiuijs ius facit, eadē. Et infrà. *Qui probra meditate effundant.*] Eadem. *Qui probra immeditata effundunt.*

CAP. XII. *Hi autem in campo foroq; serio ludunt.*] Eadem. *Hi eodem in campo, cætera.* Legendum puto eadem, non eodem.

Et infrà. *Ergo par pueris, sed longius progressus.*] Corrige, *Ergo par pueris longiusq; progressis, ex eadem.* Et mox paulo malo, non mala scribendum. Et infrà. *Sed quia fecerunt ut desinant facere.*] Scribe, *sed quia fecerunt, & ut desinant facere, ex eadem.*

CAP. XIII. *Quemadmodum aduersus ægros suos medicus.*] Scribendum, *quem aduersus ægros suos medicus, ex eadem.* Et infrà. *Quam ægros intemperatos.*] *Quam ægros intemperantes, eadem.* Et infrà. *Quo animo honores eorum.*] Lege, & *quo animo honores eorum, ex eadem.* Et infrà. *Ex his qui ad*

castra

castra negotiantur.] Emenda, ex his qui ad Castoris negotiantur, ut subaudias templum attice. Fuisse autem Castoris templum in foro Papinius in syluis, Catullus, & multi alii ex Poëtis historicisque passim testantur, astipulante etiam omni scripta lectione. Et infrà. Ergo ut huiusmodi humanitatem inhumanitatemq[ue].] Huius eadem agnoscit, non huiusmodi. Et infrà. Habentis sub se Parthos, Medos, & Bactrianos.] Corrige, Habes sub te Parthos, Medos, & Bactrianos, ex eadem. Et infrà. Sed propter quos remittere arcum non tibi contingit.] Exemplar Facundi & Primitiui, sed per quos remittere arcum tibi non contingit. Posset etiam legi & fortasse syncerius remittere animum, non remittere arcum. Et infrà. Nouum aucupantes dominum.] Omnis scripta lectio dominium agnoscit, non dominum. Et infrà. Nam si semel se dimiserit eo.] Corrigen dum puto demiserit pro dimiserit. Et infrà. Vt in iudicando sibi contumeliam factam.] Particula, in, non habetur in uetere lectione.

CAP. XIII I. Et illum quem quærit tanquã canem acrem obiecto cibo leniet.] Castiga, & illum quisquis erit tanquam canem acrem. cætera, ex eadem. Et infrà. Et petit tornum.] Exemplar domesticum, petens tornum. Exemplar Facundi & Primitiui, petens thronum, rectius.

CAP. XV. Si quis oculos illi eruet.] Corrige, si oculus illi eruetur, ex eadem. Et infrà. Coniecturam non capitis ingentis animi.] Negatio, non, delenda, ex eadem. Et infrà. Quare & aspera & quæcunque toleratu grauiasunt.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quare & si aspera. & cætera. Corrigen dum reor, Quare, & si aspera & quantumcunque toleratu grauiasunt. Et infrà. Eum non obruent cum eorum cœtu.] Vetus lectio, non obruentur eorum cœtu. Et infrà. Et animi magnitudinem intra certos fines tenet.] Scribe, teneri, non, tenet, ex eadem. Et infrà. Nisi tota uincatur. Nec putes istam stoicam esse duriciam.] In eadem nisi tota uincitur Ne putes istam. cætera. Et illum ex toto summouere.] Illam non illum exemplar Pincianum. Et infrà. Venali fastidio.] Quædam exemplaria, studio, non fastidio.

CAP. XVI. Equidem illud contumelia dicitur.] Exemplar Facundi & Primitiui, & quibus illud quod contumelia dicitur. Corrigen dum puto, è quibus illud est quod contumelia dicitur. Et infrà. Quæ ipsi dicere assueuimus.] Scribe, quæ ipsi in nos

dicere assueuimus, ex uetere lectione.

CAP. XVII. Quod illum ueruecem aliquis maximum dixerat.] Eadem, quod illum aliquis ueruecem marinum dixerat. Et infra. Cum illum Corbula struthio camelum depilatum dixisset.] Castiga, Cum illum Corbulo struthio camelum depilatum dixisset, ex eadem. Et infra. Tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio discessio offenditur. Si quis sermonem nostrum imitatur.] Corrige, Tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio discessit. Quid? quod offenditur si quis sermonem nostrum imitatur, ex eadem. Et infra. Et propter contumeliam urbanis.] Emendandum & per contumeliam urbanis, ex eadem. Et mox paulo quaedam exemplaria illa legunt, non illam. Et infra. Qui ex se coeperit.] Qui ex coepit, in eadem habetur. Et infra. Depudere dicerat.] Omnia scripta exemplaria pudere agnoscunt, non depudere. Expende itaque, an per transpositionem syllabarum placeat legi, pudere dedidicerat. Et infra. Non debet quidem homo esse contumeliosus.] Non habentur haec uerba in ulla scripta lectione.

CAP. XVIII. Sub fronte simul latentiū.] Eadem, sub fronte anili latentium. Et infra. Et enudatis capillis aspersi.] Exemplar Facundi & Primitiui, & emendicatis capillis aspersi. Quid si legas medicatis, non emendicatis. Et infra. Asiaticum Valerium in primis ferocem habebat uirum.] Corrige, Asiaticum Valerium in primis amicis habebat ferocem uirum, ex uetere lectione. Et infra. Huic in conuiuio, in concione.] Scribe, per maiorem. Huic in conuiuio. Item in concione. Ex eadem. Et infra. De Chærea tribuno militum sermo promanuerat languidus somno & infracta uoce suspectior.] Corrige, Chæree tribuno militum sermo non pro manu erat: quod languidus sono & infracta uoce suspectior, ex eadem. Et infra. Crepidatus, auratus.] Eadem, crepidatus, ac iratus. Castigandum reor, crepidatus, armillatus, ex uetere lectione. Et infra. Ceruicem mediam uno ictu decidit.] Scribendum arbitror discidit, non decidit, ex eodem Suetonio. Et infra. Ac idem Caius omnia contumelias putat.] Legendum forte. Hic idem Caius omnis contumelias puteus, Et statim. Et fuit ferendarum impatiens faciendarumque cupidissimus.] Corrige, ex uetere lectione, & sicut ferendarum impatiens faciendarum cupidissimus. Et infra. Qui illum Caium salutauerat.] Lege, quod illum, cætera ex eadem. Et infra. Hic enim in castris natus & alumnus legionum uocari solebat.] Scripta omnis lectio. Hoc praefert, non Hic, ut sit Graecanicus dicendi modus. Hoc ille uocabatur,

pro hoc nomine ille uocabatur. Et infra. Sed iam Caligulam con-
 uitiium & probrum putabat. Conturbatus ergo.] Verbum, Contur-
 batus, ad superiora pertinebat in priore æditiōe. Quapropter cor-
 rigendum reor, sed iam caligam conuitiium & probrū putabat co-
 thurnatus ex Suetonio. Sæpe inquit depictas gemmatasq; iudutus
 penulas manuleatus & armillatus in publicum processit. Aliquan-
 do sericatus & cycladatus, ac modo in crepidis uel cothurnis, mo-
 do in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri. Et infra.
 Et in una contumelia consumuntur.] Confirmantur sunt non-
 nulla exemplaria quæ habeant non consumuntur. Et infra. At
 Iphicrates cui mater barbara & thraessa obiiciebatur.] Prior ædi-
 tio. Anthiopæq; mater barbara & thraessa obiiciebatur. Nonnulla
 exemplaria scripta, Antiphoni mater barbara, cetera. Exemplar Fa-
 cundi & Primitiui. Antistheni mater barbara & thraessa obiicie-
 batur, rectissimè, ex Diogene Laërtio in uita Antisthenis.

CAP. XIX. Ex publicis & priuatis officiis. Aliquando etiam
 saluantibus non occurremus.] Vetus lectio, publicisq; & priuatis
 officiis, aliquando etiã salutaribus non occurremus. Et infra. Ali-
 quando etiã oberati potentibus detegemus hunc affectum.] Ex-
 emplar Facundi & Primitiui oberatis legit, nõ oberati. Et infra. Ne
 inquietata agenda sit uita] Verbum, agenda, non habetur in exem-
 plaribus Pinciano & Franciscano. Et infra. Quis omnium est.]
 Scribe, Quis enim est, ex uetere lectione. Et infra, Quoq; hone-
 stior est, genere, fama, patrimonioq; hoc se fortius gerat.] Eadem.
 Quo quisq; honestior, genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius
 stare faciat. Et infra. Quæris quis sit locus uiri sapientis? Aliud
 auxiliū est.] Exemplar Pincianum & Facundi ac Primitiui. Quæ-
 ris quis hic sit locus uiri. Sapienti aliud auxiliū est. Et infra. Esse
 aliquem in quem fortuna non possit ex republica est, humani ge-
 neris est] Scribe, esse aliquid inuictum, esse aliquem in quem ni-
 hil fortuna possit è republica est, generis humani est, ex eadem, &
 si existimo redundare alterutrum è duobus uerbis illis substanti-
 uis, est, aut prius, aut posterius.

IN LIB. DE BREUITATE

VITAE AD PAULINUM.

A IUNT animalibus tantum indulgisse.] Exemplar
 Facundi & Primitiui. Illam scilicet iam animalibus
 tantum indulgisse.

CAP. II. Quibusdam nihil in quo cursum diri-
 gant

CAP. I.

gant placet.] Præpositio, in, delenda, ex uetere lectione Et infra. Exigua pars est uita qua nos uiuimus.] Verbum, nos non habetur in eadem. Legendum reor, Exigua pars est uitæ quam uiuimus.

Et infra. Vrgentes circumstant uitia.] Surgentes, non Vrgentes, exemplar Facundi & Primitiui. Vrgentia exemplar Franciscanum.

Et infra. Et emerfos & in cupiditate infixos premunt.] Cupiditatibus, non cupiditate, uetus lectio. Legendum autem reor, sed emerfos & in cupiditatibus infixos premunt Et infra. Ille iudicat.] Exemplar Franciscanum, Ille iudicat, nec se sibi uendicat. Et infra. Hic illius cultor est. Ille illius, suus nemo est.] Codex Facundi & Primitiui. Ille istius cultor est. Iste illius. Suus nemo. Et infra. Quod ipsis adire nolentibus non uacuerint.] Vetus lectio, quod ipsos adire uolentibus non uacuerint.

CAP. III. Quoniam quidem cum illa faceres.] Exemplar Facundi & Primitiui, quæ quidem cum ipse faceres. Et infra. In uitam suam incedere alios sinunt. Imò uerò ipsi etiam possessores eius futuros inducunt.] Exemplar idem longe aliter, & in aliorum cedem suæq; uitæ dispendium properant. Ut uehementer mirandum sit, unde tanta in exemplaribus diuersitas oriatur. Et infra. Quantum respub.] Quidam codices, non respub. legunt, sed rex. Alii reus. Et infra. Qui tibi usus tui fuerit.] Exemplar Scholarum Sal. Quando tibi uisus tui fuerit, ad stipulante etiam codice Facundi & Primitiui.

CAP. IIII. Ad reliquias uitæ reseruare.] Lege, reliquias uitæ tibi reseruare, ex uetere lectione. Et infra. Ad quinquagesimum annum differre sana consilia, & inde uelle uitam inchoare in quod pauci perduxerunt.] Corrige ex eadem, in quinquagesimum & sexagesimum annum differre sana consilia, & inde uelle uitam inchoare quo pauci perduxerunt. Et infra. In te ipsa fortuna ruit.] Scribendum puto, in se ipsam fortuna ruit: ut illud, in se magna ruunt.

CAP. V. Hic labores suos etiam si falso dulci tamen oblectabat solatio.] Scribe, Hoc, nõ Hic, ex uetere lectione. Et infra. Ut quanquã rerum lætitia moratur adhuc.] Emendandum reor, ut quum rerum lætitia moretur adhuc. Et statim ante perduxit non prouexit, habet exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Iam fractam ætatem territabant.] Aliter idem exemplar, iam fractam ætatem irritabant. Et infra. Partes semper aliquæ rumpebantur.] Quidam codices corrumpebantur agnoscunt, non rumpebantur. Et infra. Qui uoti compotes tacere facere poterat.] Verbum, ta-

ere, supernuacaneum est, ex uetere lectione. Et infra. Et illam per-
euntem tenet.] Eadem, & illam pessum euntem tenet.

CAP. VI. Nec iam liberum erat inchoatas relinquere.] Deest
uerbum, semel: ut sit, nec iam liberum erat semel inchoatas relin-
quere, ex eadem. Et infra. Et gratiam suam interponere.] Lege
& gratiam suam foro interponere, ex eadem. Et infra. Tam effi-
caciter.] Deest hic quoque uerbum, quidem, ex eadem: tam effi-
citer quidem. Et infra. Tam festinatam audaciam.] Maior scri-
ptorum codicum pars, tam prece quem audaciam. Exemplar Fa-
cundi & Primitiui, tam festinam audaciam. Et infra. An mors
uoluntaria esset in illo an tempestiua.] Emenda, an mors uolun-
taria esset nullo, an tempestiua, ex exemplari Facundi ac Primiti-
ui. Et infra. Verum testimonium dixerunt.] Adiiice his uerbis
ex omni uetere lectione, perosi omnem actum annorum suorum.

Et infra. Nostra mehercule uita.] Vestra legendum esse, non
Nostra, uerba quae infra mox sequuntur ostendunt adstipulante
etiam uetere lectione. Et infra. Ista omnia nullum non seculum
deurabunt.] Corrige, Ista uitia nullum non, caetera, ex eadem.

Et infra. Quamuis natura currit ratio dilatat cito nos effugiat
neesse est.] Eadem, quod quamuis natura currit ratio dilatat ci-
to uos effugiat neesse est. Et infra. Vel bellatores.] Exempla-
ria Franciscanum & Facundi ac Primitiui, uel odia exercentes in-
iusta uel bella. Et infra. In honesta labes est.] Tabes, non labes
correctiores codices. Et infra. Quamdiu colant.] Exemplar
Pincianum & Facundi ac Primitiui, quamdiu colant, quamdiu colan-
tur. Et infra. Quae iam ipsa officia sunt.] Officiosa, non of-
ficia codices Pinciae Facundi; & Primitiui.

CAP. VII. Viuere in tota uita discendum est. Quod magis
mirandum est in tota uita discendum est mori.] Scripta lectio, ui-
uere tota uita discendum est, & quod magis forfasse miraberis to-
ta uita discendum est mori. Et infra. Nihil inde incultum ocio-
sumque; uacauit] Exemplar Facundi ac Primitiui, nihil inde in cul-
tum ociumque; uocauit. In exemplari Pinciano non habentur omni-
no haec uerba. Et infra. Interdum mihi uiuere non licet.] Inter
haec mihi uiuere non licet. Exemplar Facundi & Primitiui. Et
infra. Omnia uota ad satietatem percepta sunt.] Idem exemplar.
Omnia nota. Omnia ad facietatem percepta sunt. Et infra. Huic
potest detrahi nihil, adiiici sic, sicut aliquis uentre quoque admo-
dum saturo iam non pleno aliquid cibi quod nec desiderat capit]
Exemplar idem breuius & castigatius. Huic adiiici potest, de-
trahi

trahi nihil, & adici sic quemadmodum saturo iam & pleno aliquid cibi adicitur.

CAP. VIII. Ac uiribus uentorum è diuerso furentium] Viribus, non uiribus, exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Per eadem uestigia in orbem egit] Per eadem spatia in orbem egit, idem exemplar & pleraque alia. Et infra. Ipsum tempus quidem neutri quasi nihil petitur.] Vetus lectio, ipsum quidem neuter. Quasi nihil petitur. Et infra. Si mortis periculum admotum est propius.] Lege præpostero ordine, si mortis periculum propius admotum est, ex eadem. Et infra. Nihil autem tumultuabitur] Verbum, autem, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Non illa se regis imperio non fauore populi longius proferet] Exemplar Facundi & Primitiui. Non illa regitur imperio, non fauore populi longius procedet, & mox paulo diuertet scribo, non deuertet. Et infra. Cui uelis nolis uacandum est.] Exemplar statim antecitatum. Ibi uelis nolis uacandum est.

CAP. IX. Operosius occupari sibi] Operosius occupati sunt, uetus lectio. Et infra. Velut diuino ore instinctus.] Et uelut diuino ore instinctus, eadem. Et infra. Nec semper casuro.] Hæc uerba in exemplari Facundi & Primitiui non habentur, in Franciscano & Scholarum Sal. habentur, sed laturo in eis, non casuro legitur. Et infra. In tanta temporum fuga lentus.] Deest coniunctio, & ut sit, & in tanta temporum fuga lentus, ex uetere lectione. Et infra. Misericis & occupatis.] Eadem misericis, id est occupatis. Et infra. Peruenisse ante sciunt.] Et peruenisse ante sciunt, eadem.

CAP. X. Contra affectus impetum non subtilitate pugandum.] Impetu legendum, non impetum, ex eadem. Et infra. Hoc est enim in quo ius fortuna perdidit.] Verbum, enim, in plebisque codicibus non habetur, in quibus etiam quod legitur, non quo. Et infra. Iniucunda est præteritæ rei recordatio.] Codex Franciscanus & Academiæ Salmanticensis & nonnulli alii, certe iniucunda est poenitentæ rei recordatio. Et infra. Nec audent ea retractare.] Retentare quidem correcti codices, non retractare. Et infra. Etiam quæ aliquo præsentis uoluptatis lenocinio surrepant.] Vetus lectio, etiam si aliquo præsentis uoluptatis lenocinio surripiebantur. Et infra. Libenter se in præteritum torquet.] Eadem, retorquet, non torquet. Et infra. Et impotenter uincit.] Coniunctio, &, tollenda ex eadem. Et infra. Occupatorum animi cum uelut sub iugo sunt.] Particula, cum, desiderata.

tur, in eadem. Et infra. Abiit igitur uita eorum in profundum.] Eadem. Abit ergo uita eorum in profundum. Et infra. Quod excipiat ac ferat.] Prior æditio feruet, non ferat agnoscit. Scribendum, feruet, ex eadem.

CAP. XI. Iam ergo cum aliqua imbecillitas.] In eadem. Iam uerò cum illos aliqua imbecillitas. Et infra. Tota ut ita dicam in reditu est.] Eadem, in reditum habet, non in reditu. Et infra. Et inde quando cumq; ultimus dies.] Ideò non inde legendum, ex eadem. Et infra. Immisi deinde canes eiiciunt.] Corrige, immisi demum canes eiiciunt, hoc est cancelli, unde cauea dicta, aut è contrario, ex eadem. Et infra. Speciosius elidi aut in aliena cõtemprius.] Expende an arideat magis hæc lectio, speciosius elidi an in aliena contractus. Et infra. Quos hasta prætoris infami lucro laborant lucus, & quæ neq; superatior exercet.] Sic prior æditio. Corrigen dum, quos hasta prætoris infami lucro, & quandoque suppurraturo exercet, reliqua superuacanea sunt, ex uetere lectione. Et infra. Quorum non ociosa uita est.] Legendum arbitror. Quorundam, non Quorum.

CAP. XII. Vicorum suorum gregis metatur. Quidam codices uictorum, non uicorum. Alii uictorum. Et infra. Et coloru paria deducit.] Scribendum uidetur, & in colorum paria diducit. Suffragantibus etiam exemplaribus, Pinciano, Franciscano, & Scholarum Sal. Et infra. Inflexu modulationis ineptissimæ.] Inertissimæ, non ineptissimæ, uetus lectio. Et infra. Quando pernoctare.] Maior codicum pars noctare agnoscit, non pernoctare. Legendum puto, uectari, nam post balneum gestari consueuerunt, ut ex multis locis obseruare poteris. Et infra. Sed imitantur.] Prior æditio, sed multarum imitantur. Scribe, sed multarum mentiuntur: ex codice Facundi & Primitiui, quam lectionem confirmant uerba sequentia. Non facile dixerim utrum magis miserear si hoc ignorauit, an si se ignorare finxit.

CAP. XIII. Quod primus nauali prælio Duillius uicit.] Lege, quæ primus quisque ex Romanis ducibus fecisset. Primus nauali prælio Duillius uicit, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Etiam si nunc ista ad ueram gloriam non tendunt.] Scribendum, Etiamnum ista etsi ad ueram gloriam non tendunt, ex uetere lectione. Et infra. Vnde tabulæ codices dicuntur.] Lege, unde publicæ tabulæ codices dicuntur, ex eadem. Et infra. Quæ ex antiqua consuetudine com meatu subuehant caudicatæ uocantur.] Legendum, quæ ex antiqua consuetudine per Tiberim com

meatus

meatus subuehunt caudicaræ uocantur, ex eadem, & M. Varrone & aliis. Et infra. Cum alioqui alligati tunc darentur.] Particula, tunc, expungenda, ex eadem. Et infra. Ingenti mole animalium obterantur.] Prior æditio exterrantur præfert, non obterantur. Legendum arbitror contra omnia exemplaria exenterantur. In codice Facundi & Primitiui conteruntur.

CAP. XIII. Vnde recessi & in alia materia ostendam.] Corrigendum, unde recessi, & in eadem materia ostendam, ex uetere lectione. Et infra. Idem enarrabat.] Scribe, narrabat, non enarrabat, ex eadem. Et infra. Centum & uiginti captiuos elephantos duxisse.] Et hoc loco, & supra ubi dixit. Curius dentatus in triumpho duxit elephantos in exemplari Facundi & Primitiui, elephantos legitur secunda inflexione, non elephantos tertia, & sic ferè accuratior proferunt. De numero autem horum elephantorum magna inter auctores dissensio, ut diximus in Plinianis obseruationibus. Et infra. Ex hesternâ crapula semiformes.] Particula, ex, tollenda, ex uetere lectione. Et infra. Excitatione superbissima reddent.] Oscitatione legendum, non excitatione, ex eadem. Et infra. Nullius amici capitalis sumptuosa obseruatio.] In exemplari Facundi & Primitiui, inimici legitur, non amici.

CAP. XV. Quæ non sunt fordide nec maligne custodienda maiora quo illa à pluribus diuiseris.] Vetus lectio, quæ non erunt fordide, nec maligne custodienda maiora fient, quo illa pluribus diuiseris. Et infra. Honores & monumenta.] Eadem. Honorum monumenta. Et infra. Quod consecrauit. Sapientiæ noceri non potest. Nulla delebit ætas præsens, & nulla diminuet sequens.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quæ consecrauit sapientia perire non possunt. Nulla abolebit ætas. Nulla diminuet. Sequens, cætera, & mox paulo conferet scribendum, non confert, ex eodem. Et infra. Quod putes diu nicturos.] Vetus lectio, quod putes diu uuentium.

CAP. XVI. Nec quomodo disponant.] Nec quomodo id disponant, eadem. Et infra. Quam quando dies muneris gladiatorii eductus est. Aut cum alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectatur constitutum.] Exemplar Facundi & Primitiui, quam cum dies muneris gladiatorii edictus est. Aut alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectato constituto. Et infra. Voluptate concubitus clementer duplicasse noctem.] Sic legit prior æditio. Scribendum reor, uoluptate concubitus Alcmenæ triplicasse noctem. Nota est fabula. Illud sciendum in omnibus

bus scriptis exemplaribus delinitus duplicasse legi, non clementer duplicasse, sed perperam. Et infra. Quid aliud est uitia incendere quam auctores illis inscribere deos.] Honestior reddetur sensus si permutato loco illius particulae, quam, legatur ad hunc modum. Quid aliud est quam uitia nostra incendere auctores illis inscribere deos. Nam in omni antiqua lectione habetur uerbum, nostra. Et infra. Subitque cum maxima exultatione sollicita cogitatio.] Corrige, subitque cum maxime exultantes sollicita cogitatio: ex exemplaribus Franciscano & Scholarum. Sal. Et infra. Nec numerum eius nec mensuram comprehenderet.] Exemplar Pincianum, nec numerum eius, sed nec mensuram comprehenderet. Exemplar Facundi & Primitiui, nec numerum eius, sed mensuram comprehenderet, recte ut arbitror ex historia lustrati exercitus apud Herodotum. Et infra. Ille qui flebat.] Vetus lectio ipse qui flebat, & paulo ante profudit, non fudit. Et infra. Illos centesimum annum timebat.] Scribe, illos quibus cetesimum annum timebat, ex eadem.

CAP. XVII. Quod fortuito euenit instabile est, quid altius surrexit opportunum est in occasum.] Legendum, quod fortuito obuenit instabile est, quod altius surrexerit uergit pronius in occasum, ex exemplari Facundi & Primitiui, etsi scripti alii codices cum impressa lectione consentiant. Et infra. Candidati laborem destituimus, suffragationes incipimus.] Vetus lectio desinimus agno scit, non destituimus, & legendum reor, suffragatoris, non suffragationes. Et infra. Suis opibus detinetur.] Exemplaria Franciscanum & Scholasticum, suis operibus distinetur. Exemplar Facundi & Primitiui destituetur. Et infra. Non tantæ maturus rei Scipio.] Scribe, nondum tantæ maturus rei Scipio, ex uetere lectione. Et infra. Et post fastiditos à iuvene æquos honores.] Scribendum, & post fastiditos à iuvene diis æquos honores, ex uetere lectione.

Et infra. Per occupationes intercludetur otium, nunquam agetur semper optabitur.] Eadē, Per occupationes uitæ reddetur otium. Nunquam agetur semper optabitur. Quid si legas, Per occupationes uita eluditur. Otium nunquam agetur semper optabitur. Aut sic, Per occupationes uitæ eludetur otium. Nunquam reliqua.

CAP. XVIII. Pauline clarissime.] Eadem, Pauline carissime. Et infra. Et charis turbæ uoluptatibus.] Carnis, non charis, Exemplar Facundi & Primitiui, ut forte pro illa dictione, turbæ, reponendum sit turpibus. Et infra. Omnibus adhuc tractatis operibus.] Lege omnibus adhuc strenue tractatis operibus, ex

ueterē lectione. Et infra. Istum autem animi uigorem.] Verbum autem, tollendum, ex eadem, & paulo ante administras legendum, non administrans. Et infra. Quod dicebat populo Romano superstiti.] Corrigen- dum puto, quod decebat populo Romano superstite. Nam omnis scripta lectio, superstite legit, nō superstiti. Et infra. Ferrum, saxa, ignes, gladium, excepturi.] Cum ferrum dixisset, quid attinebat gladium adiungere. Quapropter fidelissimam duco lectionem exemplaris Facundi & Primitiui in quo non gladium habetur, sed Caium, quasi uelit dicere, Caium ipsum imperatorem excepturi omni ferro, saxis, ignibus, terribiliorem. Et infra. Summa dissimulatione tantum inter uiscera latentis mali tegebant cum ratione.] Corrigen- dum reor, summa dissimulatione tamen intra uiscera latentis mali agebant curationem.

CAP. XIX. Quæ uoluptas, quæ conditio, quæ fortuna.] Vetus lectio, quæ uoluntas, quæ conditio, quæ forma. Et infra. Sydera cursibus suis excitet.] Exemplar Scholarum, orbibus legit, non cursibus. Exemplar Facundi & Primitiui motibus. Et infra. Multarum bonarum artium amor uirtutum atque usus.] Corrige, multas bonarum artium amor uirtutumque usus, ex ueterē lectione. Et infra. Cum uideris itaque per textam. Arti sæpe sumptam.] Eadem, Cum uideris itaque prætextam tæpe iam sumptam. Et infra. Per mille indignationes erupissent.] Eadem, per mille indignitates erupissent. Cæterum perpende an sit uerior lectio erepsissent, quam erupissent.

CAP. XX. Et imperitæ coronæ assensiones captantem.] Assensiones, non assensiones, Exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. In accipiendis immorientem rationibus.] Particula, in, redundat ex eodem exemplari. Et infra. Tyrannus fuit exactæ diligentæ.] Fidelior lectio. Titianus aut alia huiusmodi quam Tyrannus. Posset non absurde legi. Turranius. Præfectus is fuit annonæ Tyberio principe, peruenitque usque ad tempora Claudii, potissimus inter eius amicos auctore Cornelio Tacito libro primo & undecimo. Et infra. Et ad rogum munera.] Et ad rogum munia, Exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Tanquam nimium uixerint ad faces & cereos ducenda sunt.] Scribendum puto, tanquam minimum uixerint, non ad faces, sed ad cereos deducenda sunt. Pueros enim non ad faces efferi solere, sed ad cereos siue candelas auctor est poëta Persius. Hinc tuba candelæ, reliqua, & ueteres codices deducenda legunt, nō ducenda.

IN LIB. DE CONSO-

LATIONE AD

Polybium.



NOSTRA [corpora.] Initium est diuersi operis, cui in uetustis codicibus præfixus est talis titulus. Incipit liber L. Annæi Senecæ ad Polybium de consolatione fratris sui inortui. Cæterum quædam exemplaria, si naturæ compares habent, non Nostra compares. Alia Nostras compares, ut forte scribendum sit. Nostra si compares. Et infra. Ad conditionem naturæ.] Ad conditum naturæ Exemplar Facundi & Primitiu. Et infra. Et si qua his multo mirabiliora.] Verbum, multo, non habetur in exemplari Scholastico. Et infra. Eat modo aliquis.] Eat nunc aliquis, exemplar Facundi & Primitiu.

CAP. XXI. Ruinæque ipsi mundo imminente.] Scribe, ruinæque etiam ipsi mundo imminente, ex uetere lectione. Et infra. Fortunæ meæ superfluit.] Eadem superfluit, agnoscit, non superfluit. Et infra. Adhuc uidebaris.] Legendum reor, ad hoc uidebaris. Et infra. Ecce eum dolorem.] Scribe, Ecce eum dolorem illi, ex uetere lectione. Et infra. Hanc partem tantummodo patere ictibus tuis.] Hac parte, non hanc partem codices Franciscanus & Scholasticus. Et infra. Illam à se obiecit.] Exemplar Facundi & Primitiu, illà à se abiicit. Et infra. Vnum enim ex his hunc quos in principali domo, cætera.] Scribe conuerso ordine. Vnum enim hunc ex his quos in principali domo, cætera, ex uetere lectione. Et infra. Magis tamen etiam libeat.] Videtur mihi superfluere hæc particula, etiam.

CAP. XXII. Antequam felicitatem tuam nosceret.] Vetus lectio, antequam felicitatem suam nosset. Et infra. Fateamur & conqueramur.] In eadem conqueramur tantum legitur, reliquæ desiderantur. Et infra. Tam cito indulgentiæ tuæ pœnituit.] Scribe, tam cito indulgentiæ tuæ te pœnituit, ex eadem. Et infra. Nihil syncerus & tutus literarum amor.] Corrigendum reor, nihil syncerus ex toto literarum amor, ut non ita post, proiice omnem ex toto dolorem. Et infra. Quicquid de reliquis possit admonitus.] Sic omnia præferunt exemplaria mendose ut arbitrator. Ego legerim quid de reliquis possis admonitus, cum fortuna enim illi sermo est. Verbum autem, metuere, non habetur

ulquam. Et infra. Nec à Cæsare quidem posse defendi. Diutius accusare fata possumus.] Verbum, diutius, ad superiora pertinet.

CAP. XXIII. Nihil unquam parcent ulli nec remittunt.] Scribe, Nihil unquam ulli remittunt, ex exemplari Facundi & Primitiui, reliqua superfluent. Et infra. Facilius enim nos illis dolori adiciet quàm illos nobis reducet.] Corrige, Facilius enim nos illis dolor iste adiciet quàm illas à nobis reducet, ex quibusdam codicibus. Et infra. Et assidua materia.] Lege, & assidua materia est, ex uetere lectione. Et infra. Alium super uestibulū obsidens turba.] Scribendum semper, non super: ex eadē. Et infra. Si sentit ingratum est.] Verbum, est, delendum, ex exemplari Facundi & Primitiui.

CAP. XXIII. Ut cruciatu tuo noceat tibi.] Vetus lectio, ut cruciatu tui noceat tibi, malim legeres sui quàm tui. Et infra. Ostendit & præstitit.] Duo priora uerba, ostendit &, superuacanea sunt, ex eadem. Et infra. Quid itaque iuuat doloribus intabescere Sic prior æditio, corrigendum ex eadem. Quid itaque iuuat doloris ut tabescere. Et infra. Vterque uestrum inertem dolorem dimittite.] Correctiora exemplaria, utrique uestrum inhaerentem dolorem dimitte. Et infra. A lachrymis iam inutilibus.] Scribendum puto, à lachrymis tam inutilibus. Et infra. Quod duces magnificiunt rebus afflictis.] Fideliores codices, affectis legunt, non afflictis. Et infra. Qui honestum putabunt.] Verbum, qui, non habetur in scripta lectione. Et infra. Et solatium debes esse & consolator illorum.] Eadem præpostero ordine. Et solatium debes esse illorum & consolator.

CAP. XXV. Et utrum ne tu tantum in rebus secundis indulgere scias.] Corrige, & utrum ne tu tantum rebus secundis dextere uti scias, ex exemplaribus Franciscano, Scholastico, & Facundi ac Primitiui. Et infra. Obseruabuntur oculi tui.] Scripta lectio. Obseruantur oculi tui. Et infra. An in statu & gradu steteris.] Scribe, an in gradu steteris, reliqua otiosa sunt, ex eadem.

Et infra. De studiis ac moribus recepta.] Adice dictionem, tuis, ex eadem, de studiis ac moribus tuis recepta. Et infra. Proiecti & eruditi uiri professione.] Perfecti eadem, non profecti.

CAP. XXVI. Quæ humilimis in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est ex magna fortuna.] Scribe, quæ in humillimis & in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est magna fortuna, ex eadem. Et infra. Ut possit per ordinem suum principis maximi officiū geri quieti animi est.] In eadem, ut possit

per ordinem suum principis maximi animo subiici exigendus is est, ut referas ad congestus, hoc est accuratè disponendus, quod ab eo qui aliquo affectu sollicitatur præstari nequit. In quibusdam exemplaribus erigendus legitur, non exigendus. Vt fortè scribendum sit. Vt possit per ordinem suum principis maximi animo subiici erigendus tuus est. Et infra. Non licet tibi unquam flere.] Legendum inquam, non unquam, ex eadem. Et infra. Si quis modo est fabulis traditus.] Quædam exemplaria, si quis modo est fabulis traditus fauor. Et infra. Cariorem tibi spiritu tuo Cæsarem fore.] Esse uetus lectio non fore. Et infra. Tutum hic erit omne tempus.] Scribe, tutum id erit omne tempus, ex eadem.

CAP. XXVII. Aesopeos logos.] Legendum fortè, Aesopi apologos, hoc est fabellas dictione iam latini iure donata. Et infra. Solita uenustate connectas.] Vetus lectio, solita sibi uenustate connectas. Legendum uidetur tibi non sibi. Et subdubito an scribendum sit conuertas, non connectas, ut hortetur Polybium ad transferendos in latinum carmen Aesopi apologos, quod præstitisse apud Græcos Socrates perhibetur. Et infra. Si sæpe te interrogaueris.] Lege, si sæpe te sic interrogaueris, ex eadem.

Et infra. Petit me indulgentem iactatio.] Castiga, perit meæ indulgentiæ iactatio, ex eadem. Et infra. Nam si nullus defunctis sensus est.] Eadem, Nam si nullus defunctis sensus superest. Et infra. Nihil cupit, nihil patitur.] Scribe, nihil timet, nihil cupit, nihil patitur, ex eadem.

CAP. XXVIII. Ingentibus & gratis & maxime circumfusis bonis caruisse.] Lege ex eadem, ingentibus, & cum maxime circumfusis bonis caruisse. Et infra. Quam is cui parata est.] Quid si legas, quam is cui parta est. Et infra. Et modo alleuans nos subiectis incrementis.] Subitis, nõ subiectis, uetus omnis lectio. Et infra. Et nunc libere uagatur.] Exemplaria Franciscanum & Scholasticum, & nunc illis libere uagatur. Et infra. Omnibus illud nobis commune est iter.] Scribe, Omnibus illo nobis commune est iter, ex codice Franciscano. Exemplar Pinicianum & Facundi ac Primitiui. Omnibus cum illo nobis commune est iter. Et infra. Magna felicitas est in felicitate mori.] Superuacanea sunt hæc uerba ex omni scripta lectione.

CAP. XXIX. Et inuoluta ueritate.] Varietate legendum arbitror, nõ ueritate. Et infra. Illud quoque iustitia omnibus rebus.] Vetus lectio. Illud quoque qua iustitia in omnibus rebus est. Lego, non est. Et infra. Habuisse & tam bonum fratrem.] Scribe,

habuisse te tam bonum fratrem, ex eadem. Et infra. Cogita iucundissimum quod habuisti.] Desideratur uerbum esse ex eadem. Cogita iucundissimum esse quod habuisti. Et infra. Non gaudere quod tamen contigerit.] Legendum puto ordine inuerso, quod tamen contigerit, non gaudere.

CAP. XXX. Quisquis ad uiram æditur.] Vetus lectio, Quisquis à uita editur. Et infra. Alium alio tempore fato comprehendent.] Aptior lectio deprehendent. Et infra. Alium in extrema seruitute fatigatum.] Senectute legendum, non seruitute, ex uetere lectione. Et infra. Mortalitem ignorare.] Scribe, mortalitatis legem ignorare, ex eadem. Et infra. Multo ingenii laborare tui.] Lego multo ingenii tui labore, eadem. Et infra. Sic enim illa ex alia lingua in aliam transtulisti.] Scribendum arbitror. Sic etiam illa. cætera, ut duplex fuerit Polybii labor, tum Paraphrasi liberius sensa Homericæ, & Virgilianæ exprimendi: tum utrumque autorem in alteram linguam uertendi, & Homerum latinitate Vergilium Græcitate donandi. Sic nisi legatur aut fallor ego aut ineptissimus sensus erit.

CAP. XXXI. Assistere te necesse est communi malo.] Resistere quædam exemplaria non assistere. Alia obfistere. Et infra. Quam successorem accipiat.] Exemplar Scholasticum, aspiciat legit, nõ accipiat. Et infra. Sera & nepotibus demum nostris.] Deinde non demum, maior exemplarium pars.

CAP. XXXII. Ex uirtutibus eius promittit clementia.] Scripta omnis lectio, quæ ex uirtutibus eius primum obinet locum promittit clementia. Et infra. Non tantum dedit sed petiit.] Lege ex eadem, sed etiam petiit. Et infra. Vel clementia eius faciat bonam.] Verbum, eius, redundat ex eadem. Ego uero etiam dictionem bonam, redundare existimo. Et infra. Quæ ex ipso angulo in quo ego defixus sum.] Eadem, quæ cum ex ipso angulo in quo ego defixus sum. Lego defossus sum, non defixus sum, quia sequitur statim effoderit. Et infra. Ad omnium nauium cõspectum.] Exemplar Scholasticum, ad omnem uanum cõspectum.

CAP. XXXIII. Aut me omnia fallunt.] Legendum puto, omnia, ut sit dicendi modus uulgatus, & fere prouerbii uice. Et infra. Quibus ad animi æquitatem compelleris. Corrige, quibus ad animi æquitatem compellereris, ex exemplari Pinciano. Et infra. Tibi Facundia explicuit.] Scribo, allueta sibi facundia explicuit, ex uetere lectione. Et infra. Et quam pa-

tiens iuris & æqui pietas Africani fuerit.] Legendum impatiens, non patiens, ex codice Pinciano. Cui lectioni uerba sequentia fauent, etiam si per ironiam possit prior lectio tolerari.

CAP. XXXIII. Vllis queratur luctum intulisse.] Vlli, non ullis legendum, ex uetere lectione. Et infra. At nemo magis ex omnibus mortalibus.] Scribe, ac nemo magis, cætera: ex eadem. Et infra. Nunc tot tantosq; luctus.] Eadem, tamen tot tantosq; luctus. Et infra. C. Cæsar diui Augusti auunculi mei nepos circa primos iuentutis suæ annos Lucium fratrum charissimum sibi.] Scribendum iuentæ, non iuentutis, & fratrem, non fratrum, ex uetere lectione. Item noscendum Augustum non fuisse Claudii auunculum, sed magnum auunculum hoc est Octauiæ fratrem quæ fuit auia Claudii. Nam Octauiæ de Marco Antonio Antoniam minorem sustulit, ex qua & Drusus natus est Claudius. Quapropter uide si ne uerior lectio quorundam scriptorum codicum, in quibus auunculi tui filius ac nepos habetur, non auunculi mei nepos adoptione, uidelicet filius natura nepos. Et infra. Et grauiore multo animi uulnere quàm postea corporis ictus est, quod utrunque & piissime, idem & fortissime tulit.] Quædam exemplaria, & grauiora animi uulnera quàm corporis sunt. Vtraque tamen piissime idem & fortissime tulit. Et infra. Drusum Germanici patrem.] Castigo, Drusum Germanicum patrem meum. Nam Drusus Claudii pater à deuictis Germanis Germanici cognomine donatus est à Tranquillo autore, in Claudio. Ad stipularur item uetus lectio. Et infra. Intima Germaniæ recludentem.] Sunt codices in quibus recipiẽtem legatur, non recludentem.

CAP. XXXV. Et triumphali potestate præditus.] Triumphali scribendum, non triumphali, ex uetere lectione. Et infra. Ex quibus erat deos paritura.] Eadem petitura agnoscit, non paritura. Et infra. Faciamus licet illi conuitia.] Eadem conuitium agnoscit, non conuitia. Et infra. Omnesq; cerimonias.] Legendum reor querimonias, non ceremonias. Et infra. Nihil inausum sibi reliquit, nihil intactum.] Scribe, Nihil inausum sibi reliquit. Nihil intactum relinquet, ex uetere lectione. Et infra. Eas quoque domos antiã est iniuriæ causæ intrare.] Verbum, est, expungendum ex eadem, legendaq; sunt hæc uerba per consequentiam cum superioribus. Et infra paulo inducet non induet, agnoscit exemplar Facundi & Primitiu.

CAP. XXXVI. Lapis hominum rebus datum.] lapsis, non lapis

lapsis, habetur in eodem exemplari. Et infrà. Sibi esse sacratum uelit.] Sacrosanctum uetus lectio, non sacratum. Et infrà. Quas ne ab eis quidem per quos uiuimus abstinet.] Iuramus, non uiuimus eadem. Notum autem iurari per genium principis. Et infrà. Dignitatum magna discrimina.] Eadem dignitatum ac nobilitatum magna discrimina adeant. Alii codices magna discrimina sint. Et infrà. Sed in Albano suo secessit ac foro & aduocatis & huiusmodi aliis occupationibus.] Locus conclamatus. Veteres nonnulli codices pro aduocatis legunt pernotatis, & pro secessit cesserit, ut ferè adducar ita legi posse. Sed in Albano suo tessaris ac fere etiam pernoctatis & huiusmodi aleis occupatus. cætera. Nam & Iuuenalis in dignitatibus Romanis pernoctem aleam taxat, si Iuditor inquit alea pernox ante Numantinos si dormire incipit ortu luciferi, reliqua: præsertim cum statim mox sequatur. Principis Romani lugentis sororem alea solatium fuit. Item leuabat, non eleuabat, in nonnullis leges exemplaribus. Et infrà. Luctum suum aut intempestiuus uacare lufibus.] Vocare uetus lectio non uacare. Scribendum reor auocare. Et infrà. Quoniam quidem ea instituisti amare studia.] Familiare in Seneca uitium, quoniam quidem pro quandoquidem, cuius semel admonuisse satis erit.

CAP. XXXVII. Nunc itaque studiis tuis immergere acrius.] Vetus lectio, nunc itaque te studiis tuis immerge acrius. Scribendum puto altius, non acrius, propter significantiam uerbi immergo. Et infrà. Nec ex ulla tibi uelut tui parte inueniat introitum dolor.] Duæ ille dictiones, tibi uelut, superuacaneæ sunt, ex uetere lectione. Et infrà. Aliquo scriptorum monumento tuorum.] Quidam codices, aliquo scriptorum monumentorum. Et infrà. Nulla consumat ætas.] Lege, quo nulla consumat ætas, ex uetere lectione, & paulò post tumulos lege, non cumulos. Et infrà. Immortalis est ingeniis memoria.] Ingenii, non ingeniis, eadem. Et infrà. Omnia illa quæ nobis dedit.] Scribo, omnia enim illa. cætera, ex eadem. Et infrà. Et ad minima ducere.] Deducere, eadem non ducere. Et infrà. Hi uerò uidentur nunquam in huiusmodi casum incidisse.] Scribo, Hi non uidentur mihi unquam in huiusmodi casum incidisse, ex eadem. Et infrà. Alioquin extudisset illis fortuna superbam sapientiam.] Excusisset, non extudisset, eadem. Et infrà. Satis præstiterit oratio.] Scribendum, ratio, non oratio, ex eadem. Et infrà. Nam ut quidem nullum omnino secum patiatur.]

Eadem

Eadem, ut quidem nullum omnino esse eum patiatur. Et infra. Nec motæ.] Malim legere, emotæ. Et infra. Sed ibidem finiantur.] Eadem iidem non ibidem, recte quia præcessit statim ante, sed eadem desinant. Et infra. Quid enim de illo non tuto sponderi fratre possit.] Scribe, posset, non possit, ex eadem.

Et infra. Quem Barbarorum inconditus grauisque fremitus circumsonat.] Quædam exemplaria, quem Barbarorum inconditus & Barbaris quoque humanioribus grauis fremitus circumsonat.

IN LIB. DE CONSOLATIONE AD MARTIAM.



VI uiri quoque libenter hærent & incumbunt.] Vetus lectio, incumbant, non incumbunt. Et infra. Nec spem accepissem.] Eadem, nec spem concepissem. Et infra. In persona patris tui gesseris.] Scribo personam, non persona, ut in quarto de beneficiis, quid amplius in horum personam possum quam uelle.

Et infra. Permittit sibi quædam contra bonum morem magna pietas.] Deest particula, & : ut sit, & contra bonum morem magna pietas, ex uetere lectione. Et infra. Illam unam patriæ seruitutis fugam.] Eadem, illam unam patere seruituti fugam, alioqui paternæ scribendum erat, non patriæ. Et infra. Fudisti que lachrymas palam & gemitus deuorasti.] Videntur aduersa esse inter se fundere lachrymas palam & gemitus deuorare. Quare malim clam legeres quam palam. Et infra. Non tamen hilari fronte texisti.] Vetus lectio. Quidem tamen non hilari fronte texisti. Scribendum puto, Quin & tantum non hilari fronte texisti. Et infra. Ut uero aliquem spiritum mutatio temporum dedit.] Legendum, ut uero aliquam occasionem mutatio temporis dedit, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Quando quisquam erit qui uelit scire.] Vetus lectio, quam diu quisquam uelit scire. Et infra. Quid sit uir Romanus qui subactis iam ceruicibus omnium & ad syllanum iugum adactus indomitus sit.] Scribe partim ex uetere lectione, partim ex coniectura, quid sit uiri Romanus. Quid subactis iam ceruicibus omnium & ad seianianum iugum adactus indomitus. Nam quo iure supra ex salernianos emendatum est seianianos, eodem hic ex syllanum

CAP. 3.

fieri debuit seianianum. Et infra. Si illum ob dictas partes pulcherrimas in obliuionem correptum in eloquentiam & libertatem non eruiffes.] Vetus lectio. Si illum ob duas res pulcherrimas in obliuionem coniectum eloquentiam, & libertatem non eruiffes. Et infra. Scelera quoque quibus solis memoriam meruerunt tacebunt.] Lege, tacebuntur, non tacebunt ex antiquis codicibus. In quorum nonnullis uerbum, quoque, desideratur. Et infra. Nec furtum facere affectibus cogitem.] Quid si legas, nec furtum facere affectibus cogitem, hoc est fraudem facere, ut illud furtum factum mulieri apud Comicum. Et infra. Alii itaque molliter agunt & blandiuntur.] Lege, alii itaque molliter agant & blandiantur, ex uetere lectione. Et infra. Si uerum audire uis.] Si uerum fateri uis, eadem agnoscit. Et infra. Istud idem remedium naturale temporis quod maximas erumnas componit.] Eadem. Illud ipsum naturale remedium temporis quod maximas quoque erumnas componit. Et infra. Quum interim nihil ex illo impetu cecidit.] Lege ex eadem, quum interim nihil ex primo illo impetu cecidit. Et infra. Ita quoque tristitia & miseria, & in se seuiencia.] Eadem. Itaque quoque hæc tristitia & misera, & in se seuiencia. Et infra. In malum uetus se uerterunt.] Exemplar Facundi & Primitiui, in malum uetus ueterauerunt.

CAP. II. Et in exemplum desinere.] Et in exemplis desinere, uetus lectio. Et infra. Mutari hunc interim ordinem.] morem non ordinem, eadem habet. Et infra. Et sexus & seculi nostri exempla.] Lego, tui, non nostri, ex eadem. Et infra. In quem onus imperii reclinaret.] Quædam exemplaria reclinare legunt, non reclinaret, ut repetatur uerbum cæperat. Et infra. Ingenio impotentem.] Exemplar Facundi & Primitiui potentem legit, non impotentem. Et statim. Sed frugalitatis continentiaq;.] Scribendum reor. Sed & frugalitatis continentiaq; Et infra. Non dico enim non est ausa consurgere, sed alleuari recusans.] Exemplar Facundi & Primitiui. Non dico tantum consurgere, sed alleuari recusans, cætera desiderantur. Et infra. Nullam sibi fieri mentionem.] Vetus lectio, nullam sibi fieri de illo mentionem.

CAP. III. Diua Liuia amiserat filium Drusum magnum futurum principem, iam magnum ducem. Intrauerat ipse peritus Germaniam, & ibi signum Romani fixerunt, ubi uix ullos Romanos esse notum erat: in expeditione ter decesserat.] Sic prior

æditio. Tres uersus, tres superuacaneæ dictiones. In primo, Di-
 ua. In secundo, Ipse. In tertio, Ter, ex om.ii uetere lectio-
 ne. Et infra. Et totius Italiæ multitudo. Eside.] Ita prior ædi-
 tio legebat, elegans sanè & ad exemplum mirus deprauationis
 modus, multitudo, Eside, pro desiderium. Nam omnis antiqua
 lectio habet, & totius Italiæ desiderium. Et infra. Non licue-
 rat matri ut filii oscula gratumque extremi sermonem oris hau-
 rirret, longo itinere reliquias profecuta.] Scribe, ex eadem, non
 licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremi sermonem
 oris haurire longo itinere reliquias Drusi sui profecuta. Item
 paulò post irritatæ legendum puto, non irritata, & si omnes scri-
 pti codices profecuta & irritata habeant non profecuta & irrita-
 ta. In quorum nonnullis habetur uti filii osculo, non ultima fi-
 lli oscula. Et infra. Simul & dolorem suum posuit.] Vetus le-
 ctio, simul & illum & dolorem suum posuit. Et infra. Vtique
 illum sibi priuatim publiceque.] Scribe, Vbique non utique, ex
 eadem. Et infra. Ipsumque desiderabis triste matribus agmen
 occurrere.] *Quædam exemplaria, ipsumque desiderans tristem
 matribus omnem occurrere. Alia sic, ipsumque desiderans omnem
 occurrere. Legendum reor. Ipsa te desiderabis. Triste matribus
 omen occurtes. Cui correctioni uidentur suffragari uerba Sene-
 cæ libro quarto declamationum. Hic mihi uiuendum ne cui de
 nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurrat. Pos-
 set etiam non absurde ita legi. Ipseque quem desideras tristis ma-
 tri & ominosus occurtet. Et infra. Quod turpissimum effrenis-
 simumque est animo tuo.] Vetus lectio alienissimum agnoscit,
 non effrenissimum. Et infra. In meliore noto partes.] Lego
 contra omnia exemplaria parte, non parte, ut circa initia, non est
 ignotum qualem te in personam patris tui gesseris. Et infra.
 Si ad hoc maximum foeminae exemplum applicueris moderatius
 ac mitius eris in erumnis.] Vetus lectio. Si ad hoc maximæ foe-
 minæ te exemplum applicueris moderatius ac mitius, non eris in
 erumnis. Et infra. Quæ enim maior est amentia pœnas à se illi-
 citas exigere.] Corripo, Quæ enim malum amentia est pœnas
 à se infelicitatis exigere, ex eadem. Et infra. Illum ipsum iu-
 uenem dignissime quietum nominatum cogitatumque faciet.]
 Veteres omnes codices. Illum ipsum iuuenem dignissime quietum
 semper nominatus cogitatusque faciet. Scribendum fortè.
 Illum ipsum iuuenem diguissimum quiete semper nominans co-
 gitansque facies, quam correctionem probare uidentur uerba
 statim*

statim sequentia.

CAP. IIII. Vt humano ferre humana iubeam modo.] Vetus lectio, ut humanæ ferre inhumano iubeam modo. Scribe, ut humana ferre inhumano iubeam modo. Et infra. Vtrum magnus esse debeat an perpetuus] Deest uerbum, dolor, utrum magnus dolor esse debeat an perpetuus, ex eadem. Et infra. Magni tibi placeat exemplum.] Magis lege, non magnum, ex eadem.

Et infra. Illa te ad suum concilium uocat] Eadem, concilium agnoscit, non concilium. Et infra. Se consolandam philosopho uiri sui præbuit] Prior æditio, se consulero philosopho uiri sui præbuit. Vetus lectio, non consulero, habet, sed consulareo. Emendandum puto se consilio Arei philosophi uiri sui præbuit. Fuit hic Areus siue Arius philosophus Alexandrinus Augusto acceptissimus. Cum quo instituto sermone & dextra ei data, ut inter cius suos spectabilis foret, admirarenturq; eum omnes, ingressus est Alexandriam post debellatos Antonium & Cleopatram. Deinde quum in suggestum theatri ascendisset: Alexandrinis omnibus præ metu exanimatis, & in terram procidentibus quum eos stare iussisset omni se inquit populum crimine absoluere, idq; se facere primo propter conditorem Alexandrum: secundum propter miram pulchritudinem, magnitudinemq; eius urbis: tertio propter Arium amicum suum, auctor Plutarchus in Antonio, Suetonius quoque in Augusto. Deinde etiam inquit eruditione uaria repletus super Arei philosophi filiorumq; eius Dionysii & Nicanoris contubernium inuit, etiam si in Suetonio exemplaribus atroci menda, sperare, legatur pro super Arei. Huic Areo credunt nonnulli Dioscoridem inscripisse libros suos de medicinali materia. Cæterum in exemplari Facundi & Primitiui sic habetur, se Areo philosopho uiri sui præbuit. Et infra. Et multum eam rem profuisse sibi confessâ plus quàm Romanum] Scribe, ex uetere lectione, & multum eam rem profuisse sibi confessâ est plus quàm Romanum populum. Et infra. Diligentissimum. Vique in hunc diem Liua] Scribendum reor per maiorem. Diligentissime ut sit exordium orationis quàm Areus habuit ad Liuiam.

Et infra. Cui non tantum quæ in publicum emittunt uota, sed omnes qui sunt secretiores animorum nostrorum motus] Legendum ex uetustis exemplaribus, cui non tantum quæ in publicum emittuntur nota sed omnes sunt secretiores animorum uestrorum motus. Et infra. Multarum rerum ueniam dare & nullius petere] Tolle coniunctionem, &, ex eisdem.

CAP. V. Quomodo aliquid loquantur coram te de Druso] Sic prior editio. Scribendum, quomodo se gerant. Loquantur aliquid coram te de Druso an nihil ex eisdem. Et infra. Qui huiusmodi casibus] Lego, qui in huiusmodi casibus, ex eisdem. Et infra. Et oblita meliorem fortunam tuam quæ deterior est aspicias.] A liter uetus lectio, nec fortasse peius, & oblita meliorem fortunam tuam qua deterior est aspicias. Et infra. Non conuertisti te ad conuictus filii tui, occurfus iucundos] Lege occurfusq; iucundos, ex eadem, & mallem legeres conuertis quam conuertisti.

CAP. VI. Primo duntaxat strepitu contenta] Scribe, contenta, non contenta, ex eadem. Et infra. Et mutata persona consolatus est] Corrige, Muto personam te consolatus est, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Si fletibus fata uincuntur, conferamus] Sic in omnibus legitur codicibus. Quid si legas, confisgamus, non conferamus. Et infra. Et mors tenuit quicquid abstulit] Tenet legendum, non tenuit, ex uetere lectione. Et infra. Quare regnamur nec nos ista uis transuersos auferat] Eadem, ne, legit, non nec, & considera an commutato dictionum ordine scribendum sit. Quare regamus nos ne ista, cætera. Nam regamus in eadem habetur non regamur. Et ultra. Fluctuantia uela] Fluitantia, eadem, non fluctuantia, assueta etiam in Plinio menda.

CAP. VII. Cum sæpe ad cubilia expilata redierint] Expilata, non expilate, eadem. Et infra. Eadem in omnibus seruant] Eadem, non eadem legitur, in eadem. Et infra. Quia naturaliter] Desiderantur in eadem hæc duo uerba, & recte, nam confessum sequitur eadem sententia. Quare? quia uires illi à natura date sunt. Et infra. Quæ nihil impium constituit] Scribe, quæ nihil in personam constituunt, ex eadem. Et infra. Paupertatem lucrum, ambitionem alius aliter sentit] Scribendum reor, paupertatem, luctum, orationem, alius aliter sentit. Nam & uetus lectio, luctum præfert, non lucrum. Et infra. De non timendis terribilibus] Legendum reor, terribilibus, non terribilis.

CAP. VIII. Dolorem dies consumit] Scribo dolorem dies longa consumit, ex uetere lectione. Et infra. Qualis in illo fuit] Vitiatissima uerba, & quæ pro tempore donec meliora occurrant sic restituenda puto, qualis in Liuius fuit.

CAP. IX. Et aliud & pacatius ingressi iter] Exemplar Facundi & Primitiui, & alius pacatius ingressi iter. Et infra. Multo
ante

ante prouisa] Legendum prouisa, non prouisa, ex uetere lectione. Et infra. In tuum librata corpus quoties aut ad latus, aut penes tergum ceciderunt] Scribo in tuum uibrata caput. Quoties ad latus aut post tergum ceciderint. Nam & Paulo ante praecessit, circa te uibrasse, & adstipulatur uetus lectio. Et infra. Alium percussisti me petisti] Eadem, alium quidem percussisti, sed me petisti. Et infra. Quis non si admoneatur, ut de suis cogiter] Duo illa uerba, de suis, superflua sunt, ex eadem. Et infra. Egregium uersum & dignum audiui est enim de populo. Cuius potest accidere quod cuique potest] Deprauatissimus locus si quis in toto opere, non tantum uerbis uitiat, sed inuerso etiam ut conicio ordine. Sunt codices qui sic habeant, egregium uersum & dignum audiui qui non de populo heri & cuius potest accidere quod cuiquam potest. Legendum opinor, Egregium uersum audi & dignum qui non esset Publii Syri. Et cuius potest accidere quod cuiquam potest. Comprobat hanc castigationem Seneca ipse in libro de Tranquillitate uitae, his uerbis. Nunquam me in bona re mali pudebit auctoris. Publius tragicis comicisque uehementior ingenii, quoties mimicas ineptias & uerba ad summam caueam spectantia, reliquit inter multa alia cothurno non tantum supario fortiora & hoc ait, cuius potest accidere quod cuiquam potest. Fuit hic Publius natione Syrus mimographus poeta temporibus Caesaris dictatoris, multis & pulcherrimis sententiis clarus in primis. Quas leges apud Gellium libro 17. capite 14. & apud Maerobium secundo Saturnalium non procul a calce. Et infra. Terror decipit] Legendum putarim error, non terror.

CAP. X. Ampla arua] Legendum atria, non arua, ex uetere lectione. Et infra. Nihil dono datur: collatis & ad dominum redituris instrumentis scena adornatur.] Scribe ex eadem, nihil horum dono datur, collatis, & ad dominos redituris. Et infra. Metuere ut recessura] Eadem, a metu ire cessura. Corrigo ames ut recessura. Et infra. Et sine delatione omne gaudium aduertite] Haurite scribi debet non aduertite, ex eadem. Et infra. Deficiet iste comitatus] Quidam codices. Deficietur habent, puo legendum deficiet te. Et infra. In fugam uiuere] Vetus lectio, & fuga uiuere. Ut uerba illa, miseri nescitis, parentheses claudantur. Et infra. Et in hanc legem datus hoc fatum ab utero statim prosequabatur] Eadem. In hanc legem datus est. Hoc illum fatum ab utero statim prosecutum est. Et infra. Vel in poenam admotis uel in certa nudos maria iactabat] Variam & parum sibi

confi

confi
modi
penan
bit non
In alio
in alio
randus
te ferti
dum]
qui im
dispend
CA
lo, non
ro, & r
uenerat
phyci
mus est
uenerat
phyci
erunt si
uius e
uicripta
spicis u
pta. No
Lacedae
lis Apo
item pr
ptum A
Laertius
deesse ia
buit. E
ueteres le
infra. A
Veteres
cus est a
ad comp
censeo si
laborat,
famq; fle
casum,

constantem ueterem lectionem hoc loco reperio. Sed quæ commodior ex emendationibus codicibus elici potuit sic habet, uel in penam admotis uel in remedium, alios uinciet. Id nunc isti licet nunc tibi. Alios per incerta, nudos maria iactabit. Et infra. In alicuius uentrem immensæ beluæ detrudet] Verus lectio, sed in alicuius uentrem immensæ beluæ recondet. Et infra. Moderandus est ita que nobis animus ad hæc maxime quæ immoderate fertis, & in metus, & in dolores humanum pectus dispensandum] Breuius eadem, moderandum est itaque uobis maxime qui immoderate fertis, & in multos dolores humanum pectus dispensandum.

CAP. XI. Hæc omnis ista quæ in foro litigat, & mox paulo, non dispari gradu uadit] Lege huc, non hæc, & foris, non foro, & negatio, non, tollenda, ex eadem. Et infra. Et quæ diligis ueneraris, & quæ despicias unus exæquat cinis hic uidelicet illa pythiæ oraculis ascripta noscit.] Sic prior æditio. Deploratissimus est locus. In quibusdam codicibus sic habetur. Et quæ diligis ueneraris, & quæ despicias unus exæquat cinis hoc uidelicet illa pythiæ oraculis ascripta noscite, quæ uerba minus forte uitiosa erunt si sic legantur. Et quem diligis ueneraris, & quem despicias unus exæquat uox Chilonis, hæc uidelicet illa pythiæ oraculis ascripta, Nosce te, uel sic. Et quem diligis ueneraris, & quem despicias unus exæquat Chilonis uox licet illa pythiæ oraculis ascripta. Nosce te. Notum sententiam illam, nosce te, Chilonis esse Lacedæmonii, ex Plinio, Plutarcho, Aufonio & aliis, & si Iuuenalis Apollini ascribat. E' cælo descendit gnothi seauton. Cicero item prima Tusculana. Nimirum inquit hanc habet uim præceptum Apollinis quo monet ut se quisque noscat. Diogenes quoque Laërtius in uita Chilonis cum sententiam illam, sponsoni non deesse iacturam, Chiloni tribuat, hanc de se noscendo non tribuit. Et infra. Non tempestate ut dissiperis est opus] Lege ex uetere lectione, non tempestate magna ut dissiperis est opus. Et infra. Alimenta metuens sua quorum modum inopia rumpit.] Veteres quidam codices duo uerba addunt, & semper, sed & sic locus est ambustus & uerbis quibusdam casus quæ omnino addere ad complementum sensus necessarium habui. Scribendum igitur censeo sic, & semper alimenta metuens sua quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur. Et infra. Morbitum, putre, caulamq; fletus uita auspiciatum] Legendum puto morbidum putre, cassum, à fletu uitam auspiciatum. Plinius libro 7. Nullumq; tot
anun

animalium ad lachrymas, & has protinus uitæ principio, & paulo post, & à suppliciis uitam auspicatum. Et statim. Cæterum quantos tumultus] Scribe, Cum interim quantos tumultus, ex uetere lectione.

CAP. XII. Si modo tibi ulla ratio est] Corrigo, Si modo ulla illi ratio est, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Sed de eo gratias agere quod collegisti] Cœpisti, uetus lectio, non collegisti. Et statim. Peruenerunt enim fatis magni fructus laborum tuorum] Scribe, prouenerunt, non peruenerunt, unde prouentus dicti. Adstipulante etiam uetere lectione. Et infra. Liberos nutrientibus non ipsa fructus educatione acquiritur.] Exemplaria quædam liberos nutrientibus non fructus educat ipsa educatio. Et infra. Licet itaque tibi nihil industria eius contulerit, licet nihil diligentia sua custodierit] Vetus lectio. Licet itaque nihil tibi industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit. Et infra. At potuit longior esse non maior.] Exemplar Facundi & Primitiui. At potuit longior esse maiorq;. Et infra. Iuuenis cito prudens cito maritus] Lege, iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, ex uetere lectione. Et statim. Omnia tanquam prospera] Corrigendum puto, Omnia tam præpropere. Cui emendationi suffragantur uerba hæc non longe à fine. Hac sanctitate morum effecit ut puer admodum dignus sacerdotio uideretur. Et infra. Filium tibi dii immortales non diuidant. Statim tibi talem dederunt] Vetus lectio, filium tibi dii immortales non diu daturi, statim tibi talem dederunt. Et infra. Eiectam te à diis cui frui non liceret filio.] Legendum, abiectam te à diis cum frui non licuerit filio, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Occurrent passim ubique qui maiora senserunt, ista magni iudices senserunt principis] Vetus lectio, occurrent tibi passim ubique maiora. Senserunt ista magni duces. Senserunt principes. Et infra. Quibus male nimis secundæ res constant.] Eadem, quorum male illo nimis secundæ res constant. Coniicio legendum, quorum malis illius nimis secundæ res constabant.

CAP. XIII. Et solennia pontificalis carminis uerba concepit] Sic agnoscent complura exemplaria, sed in exemplari antiquissimo & correctissimo Facundi & Primitiui tantum habentur, solennia pontifica perfecit, cætera uacant. Et infra. Quouinctum ante currum egit Persæ inelyti regis nomen.] Lego quouinctum ante currum egit Persæ inelyti regis nomen, ex uetere
lect

lectione
tio.] S
ferè hab
contigit
non tam
Vnum
pa, uetus
in comm
cum in c
ui, conc
CAP.
midelicet
CAP.
libris i
se.] Cor
bus inger
frà. Par
(libeat) f
Lege lab
tibi si uis
si tibi uis
tis sentit
matres ac
frà. Null
lum amat
bam iam p
exemplari
damno ue
dia sine da
est. Et j
iniquior f
ri.] Hæc
Eadem M
Scribe co
mortalium

CAP.
ueret, ex e
fidium ac
mittere, c
infra. Qu

lectione. Et infrà. Et qui magis poterat mouere tanta mutatio.] Scribendum uideretur. Ecquem magis poterat cætera, & sic ferè habetur in exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà. Non contigit tamen tristem Paulum Persæ uidere.] Idem exemplar, non tamen contigit Persæ tristem Paulum inuenire. Et infrà. Vnumquemque animo occupa.] Vnumquemlibet animo occupa, uetus lectio. Et infrà. Quoniam grauia illi uidebantur & cū in commune crescerent.] Lege, quæ grauia illi uidebantur etiam cum in conciuem crescerent. Exemplar enim Facundi & Primitiui, conciuem, agnoscit, non commuse.

CAP. XV. Sed uide ut in orbem ista tempestas.] Scribe, sed uidelicet it in orbem ista tempestas, ex omni uetere lectione.

CAP. XVI. Quis enim dixerit naturam maligne cum mulieribus ingenuis egisse, & uirtutem illarum in arcum retraxisse.] Corrige, quis enim dixerit naturam maligne cum muliebribus ingeniis egisse & uirtutes illarum. cætera, ex eadem. Et infrà. Par ad honesta libera facultas.] Scribendum. Par ad honesta (libeat) facultas, ex eadem. Et statim Laborem, dolorè ex æquo.] Lege laborem doloremque ex æquo, ex eadem. Et infrà. Quod tibi si uis exempla referri.] Præpostero ordine scribendū. Quod si tibi uis exempla referri, ex eadem. Et infrà. Nec amissos ciuitas sentit.] Eadem sensit legit, non sentit. Et infrà. Scipionumque matres ac filios egit.] Scribe exegit, non egit, ex eadem. Et infrà. Nullum autem frustra cadet telum.] Quidam codices, nullum amat frustra cadere telum. Et infrà. Mirum est tantum turbam iam potuisse sine iniuria damno'ue præteruehi.] Quædam exemplaria, mirum est tantam turbam non potuisse sine inuidia damno'ue præteruehi. Alia. Mirum est tantam turbam sine inuidia sine damno præteruehi. Legendum puto esset potius quam est. Et infrà. Ad hoc iniquior fortuna fuit.] Scribe, At hoc iniquior fortuna fuit, ex uetere lectione. Et infrà. Similes patri.] Hæc uerba desiderantur in eadem. Et infrà. Mecillii.] Eadem Metilii. Et infrà. Hæc quidem natura mortalium est.] Scribe commutatio dictionum ordine. Est quidem hæc natura mortalium ut nihil magis, cætera, ex eadem.

CAP. XVII. Illud quoque martia mouet me.] Scribe moueret, ex eadem non mouet. Et infrà. Iam patri, iam matri præstitum ac decus amittere.] Scribe, iam patri iam matri residuum amittere, cetera otiosa sunt, ex codice Facundi & Primitiui. Et infrà. Quam continenti quondam celsisse constat subito illud

dd mare

mare irrupit.] Lego ex uetere lectione, quàm continenti quondam cohaesisse constat. Subitum illo mare irrupit.] Lego ex uetere lectione, quàm continenti quondam cohaesisse constat. Subitum illo mare irrupit. Et infra. Auidissimum maris uerticem restringere.] Legendum reor, perstringere, non restringere. Et infra. Siue illas primum nascentes inuenit siue transflumen integrum subter tot maria.] Sic prior aeditio. Vetus lectio, siue illas ibi primum nascens inuenit, siue in ipsum trans flumen. Sunt codices, qui legant siue in ipsum trisflumen. Scribe, Siue illas ibi primum nascens inuenit siue immersum terris flumen integrum subter tot maria. Et infra. Vt ne maximarum quidem tempestatum locus furori sit.] Inuertendæ dictiones, furori locus sit, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Ille excisus in infinitam altitudinem faxis nauis carcer.] Legendum reor, lautumius carcer, de quo multa in obseruationibus Plinianis. Et infra. Et latius territorium.] Exemplar Facundi & Primitiui & laxius turritam. Et infra. Lympidissima hyberna.] Vetus lectio, lepidissima. Lego tepidissima, ut patet ex uerbis sequentibus, cuius rei Plinius quoque meminit secundæ historiæ naturalis capite sexagesimoquarto. Et infra. Dicit omnibus nobis natura.] Scribe dicit, non dicet, ex eadem. Et infra. Potes habere formosos & deformes. Sed si fortasse tibi multi nascentur esse ex illis aliquis.] Castior eadem, poteris habere formosos, poteris & deformes. Multi nascentur esse aliquis ex illis, reliqua superfluunt. Non est quod speres.] Exemplaria quædam desperes habent non speres. Et infra. Vt ipsis maledictum sit.] Legendum ex antiqua lectione, ut ipsi maledicta sint.

CAP. XVIII. Annum, æstatem, hyememque æqualiter diuidentem.] Eadem, Anno, æstates, hyemesque æqualiter diuidentem. Et infra. A' fraternis occurSIONIBUS.] Lege à fraternis occurSIBUS, ex eadem. Et infra. Et modo toto ore terris imminentem accessionibus damnisque mirabilem.] Scribe, & modo occultam modo toto ore terris imminentem, accessionibus damnisque mutabilem, ex eadem. Et infra. Satiatos spectaculo superiorum.] Scribendum supernorum, non superiorum, ex eadem. Et infra. Quæ interuentu suo maria circumdant & distinguunt.] Duo illa uerba, circumdant &, tollenda ex eadem.

Et infra. Et inter rapidorum torrentium cursum aurum arenis interfluens.] Corrige, & inter rapidorum torrentium arenas aurum interfluens, cætera superfluunt, ex Exemplari Facundi

& Pri
Scribe
citat
za rem
Matr
Disce
nent.]
reliqu
Scribo
Et mo
tio. E
eruciat
incertu
debis
scunt, n
C A
Facund
mus pr
rabile,
infra.
bo, abs
tere le
codice
bentur
dicet.]
Plus or
confert
faciunt
Scribe,
scimus
nalia, n
Eadem
illos in
Castiga
nihil eu
depella
C A F
scit, nec
tura dir
Et inf

& Primitiui. Et infrà. In mari & fidem excedèti magnitudine.] Scribe, immani, non in mari, ex uetere lectiōe. Et infrà. Concitatis pernicioſa nauigijs & remigijs.] Scribe cōcitatis pernicioſa remigijs, reliqua redundant, ex eadem. Et infrà. Eriſq; ei ſpectatrix.] Exemplaria quædam, eriſq; eius expertrix. Et infrà. Diſces. Docebiſq; artes illas quæ uitam inſtruant, alias qui ornament.] Legendum, Diſces docebiſq; artes. Aliàs quæ uitam, reliqua ex uetere lectiōe. Et infrà. Et latrocinia & naufragia.] Scribo & latrocinia & uenena & naufragia, ex eadem. Et infrà. Et mors iucerta facilis per pœnam cruciatumq;.] Sic prior additio. Exemplaria quædam, & mors incertusq; finis per pœnam cruciatumq;. Exemplar domesticū non reſpuendæ fidei, & mors incertum facilis an per pœnam cruciatumq;. Et infrà. Reſpondebis nolle te uiuere.] Omnia ſcripta exemplaria uelle, agnoſcunt, non nolle, recte. Sequitur enim. Viue ergo, ut conuenit.

CAP. XIX. Videbis primū quid curandum ſit.] Exemplar Facundi & Primitiui, uideatis primū. Scribendum puto, Videamus primū. Et infrà. Id per ſe deſiderabile apparet.] Tolérable, non deſiderabile, idem agnoſcit exemplar rectiſimè. Et infrà. Abſentes enim futuros dum uiuerent, non ſtemus.] Scribo, abſentes enim ab futurosq; dum uiuerent non ſtemus, ex uetere lectiōe. Et infrà. Et noſmetipſi non fallamus.] Quidam codices ſine negatione, & noſmetipſi fallamus. In alijs non habentur omnino hæc uerba. Et infrà. Et qui contemptum uindictet.] Vetus lectiō, & quia contemptu uindictet. Et infrà. Plus orbitas confert quàm eripit.] Scribe plus gratiæ orbitas confert quàm eripit, ex eadem. Et infrà. Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles fabula eſt. Nullas imminere mortuis tenebras.] Scribe, Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles fabula eſt. Nullas ſcimus imminere mortuis tenebras, ex eadē. Et infrà. Nec tribunalia, nullos in illa reos libertate tam laxa, nullos iterum tyrānos.] Eadem, nec tribunalia & reos, & in illa reorum libertate tam laxa nullos iterum tyrānos. Et infrà. Et omnia ad nihil redigit.] Caſtigatius eadem, & omnia in nihilum redigit. Et infrà. Vnde nihil eum pellat, unde nihil terreat.] Scribe, Vnde nihil eum depellat. Vbi nihil terreat, ex eadem.

CAP. XX. Siue calamitatem repellit.] Eadem expellit agnoſcit, non repellit. Et infrà. Non poteſt fortuna tenere quod natura dimiſit.] Lege, non poteſt id fortuna tenere, cætera, ex eadē. Et infrà. Et nulla publica clades conſpicitur.] Coniunctio, &

eradenda, & exemplar Facundi & Primitiui pestis agnoscit, non
 clades. Et infrà. Carcere educit.] Lege. Hæc è carcere educit,
 ex uetere lectione. Et infrà. Hæc exulibus in patriam semper
 animo oculisque tendentibus ostendit nihil interesse infrà quot
 quisque iaceat.] Castigandum puto, hæc exulibus in patriam sem-
 per animum, oculos, tendentibus ostendit nihil interesse in terra
 qua quis iaceat. Nam & uetus lectio quis, præfert, non quisque.
 Et infrà. Hic ubi res fortuna male diuisit & equo iure genitos
 alium alii donauit.] Hæc ubi res communes fortuna male diui-
 sit & æquo iure genitos aliud alii donauit, uetus lectio. Puto le-
 gendum alium aliis donauit. Et infrà. In qua nemo humilita-
 tem sensit.] Scribe ex eadem. In qua nemo humilitatem suam
 sensit. Et infrà. Vt non concidam aduersum minas casuum.] Le-
 gendum forte cæsarum potius quàm casuum. Exemplar Facundi
 & Primitiui, aduersus ruinas casuum. Et infrà. Coram te iura
 beneficio mortis habeo.] Sic prior æditio. Vetus lectio uita
 habet, non iura. Proinde scribendum sic reor. Coram te uita be-
 neficio mortis habeo, Nam & inter alios Plinius quoque maxi-
 mum uitæ bonum appellat mortem. Et infrà. Neapolis fortu-
 na abstulisset.] Exemplar Facundi & Primitiui, Neapolis ua-
 letudo abstulisset. Et infrà. Quam infelices reliquæ sunt impe-
 ratorem ipsum superuisse.] Scribendum, quæ infelices reliquæ
 sunt imperatorem superuisse, ex eodem exemplari. Et infrà. Et
 sacrosanctum uictoribus corpus facietati præstitit.] Considera
 an sit commodior lectio, & sacrosanctum uictoribus caput satel-
 liti præstitit. Et infrà. Liberata republica conseruator eius.]
 Postrema duo uerba, conseruator eius, in exemplari Facundi &
 Primitiui non habentur. Et infrà. Tunc felix mori potuit.]
 Lege, etiam tunc felix mori potuit, ex uetere lectione. Et infrà.
 Latrocinia, bella, rapinas, tantum Catilinarum. Legendum puto
 trium Catilinarum, non tantum Catilinarum. Nam Augustum,
 Antonium, Lepidum, tres Catilinas uocat, ut Iuuenalis tres Syl-
 las. In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres. Et infrà. Nihil er-
 go mali illi immatura mors attulit.] Sic Exemplar Pincianum.
 Legendum arbitror. Nihil ergo mali Metilio immaturam mors
 attulit. Et infrà. Nimis cito perit & immaturus primum puta
 illi superuisse.] Vetus lectio, nimis tamen cito perit & immat-
 urus. Quæ sequuntur sic puto legenda. Primum puta illum su-
 peresse. Et infrà. Quantum est ad breuissimum tempus æditi,
 cito cessuri loco. Venienti.] Exemplar Pincianum, quantum
 est

est ad b
 Et in
 Castiga
 hoc pro
 spiritum
 partem
 maior
 portion
 compar
 tra huiu
 tium to
 mesticu
 tiatur.
 toties re
 satis est.
 est, ceter
 frà. Nil
 supererat
 gavit.]
 frà. Qui
 ubi posit
 frà. Nec
 uerba in
 tur. Scit
 dem cod
 lam dilig
 ra.] Expo
 tra uota
 ctione.
 gent opus
 CAP.
 is oculos
 Exempl
 uari ofac
 CAP.
 sit.] S
 ctione. I
 is curari
 uatem q
 berent.

est ad breuissimum tempus æditis, cito cessuris loco, uenientibus.

Et infrà. Venienti in pactum hoc prospicimus hospitium.] Castigandus fortè uitiosissimus locus sic. Venientibus in puncti hoc proximum hospitium. Posses etiam legere spatium, non hospitium. Et infrà. Minorem portionem. Aetas nostra quàm partem puncti habet si tempori cõparetur omni. Huius est enim maior mensura.] Exemplar Facundi & Primitiui. Minorem portionem habet ætas nostra quàm punctum si omni tempori comparetur, cuius maior est mensura. Et infrà. Cum ille se intra huius spatium remetiatur.] Scribo, cum ille se intra huius spatium toties remetiatur, ex exemplari Facundi & Primitiui. Domesticus meus codex, utpote cum ille se præ huius spatium metiatur. Legendum arbitror, utpote cum ille se per huius spatium toties remetiatur. Et infrà. Imò multum est quod uiuimus si sitis est.] Exemplar Facundi & Primitiui. Imò modo multum est, cætera. Scribendum uidetur, Vno modo multum est. Et infrà. Nihil enim iam supererat.] Vetus lectio, nihil illi iam ultra supererat. Et infrà. Intra quatuordecim annos quædam defatigauit.] Scribe defatigantur, non defatigauit, ex eadem. Et infrà. Qui uicturus.] Quia uicturus, eadem. Et infrà. Manebit tibi positus est.] Eadem, manebit semper tibi positus est. Et infrà. Nec ullum ulterius diligentia aut gratia promouebit.] Hæc uerba in codice Pinçano non leguntur. Quæ uerò statim sequuntur. Scit libenter illum ex consilio perdidisse.] Ita leguntur in eodem codice, ut recitauit, sed mendose. Puto sic corrigenda, nec illam diligentia uel consilio protulisset. Et infrà. Eunt ut sua fata.] Expende an legendum sit, eunt ut sua fata. Et infrà. Et frustra uota ac studia sunt.] Expungenda coniunctio, &, ex uetere lectione. Et infrà. Arguria opus suum fata.] Quid si legas, urgens opus suum fata.

CAP. XXI. In summa pudoris custodia. Inter luxuriosæ urbis oculos cõseruaturum, si potuisset ira morbos euadere, cætera.] Exemplar Facundi ac Primitiui, & summa pudoris custodia inter luxuriosæ urbis oculos cõseruatum potuisset, ita reliqua.

CAP. XXII. Aut fœda proloqui ex quo luxuria fœdior inuenit.] Scribe, & fera eoquæ fœdior luxuria inuasit, ex uetere lectione. Et infrà. Aut in popinam uentremque proiecti summa illis curarum fuit, & esset quod biberent.] Eadem, Aut in popinam uentremque percoqui. Summaque illis curarum fuit quid essent, quid biberent. Et infrà. Non simplici dolore pudenda curantium.]

Quædam exemplaria, non per simplicem dolorem. Alia, non simplicem dolorem. Et infra. Posthæc exiliū, non fuit innocentior filius tuus quàm Rutilius quàm Coruncanus, non fuit sapientior quàm Socrates, non fuit sanctior quàm Cato, qui uoluntario uulnere transfixit pectus. Cum ista perspexeris.] Falso scripta. Pectus disjuncta. Præpostere locata uerba. Lego ex uetere lectione. Posthæc Exilium, non fuit innocentior filius tuus. Carcerem, non fuit sapientior quàm Socrates. Voluntario uulnere transfixum pectus, non fuit sanctior quàm Cato. Quum ista perspexeris. Et infra. Clienti suo atrio secundo.] Lego Satrio, non Atrio, ex Cornelio Tacito. Et infra. Nec imponi quidem sed descendere.] Sunt exemplaria quæ habeant. Nec imponi quidē sed ascendere. Et infra. Decernebatur illi statuae in Pōpei theatro ponendæ.] Corrigere, Decernebatur illi statua in Pōpei theatro ponenda, ex uetere lectione. Et infra. Exclamauit tunc Cordus uerè theatrū perire.] Scribo inuersis dictionibus. Exclamanit Cordus. Tunc uerè theatrū perire, ex eadē. Et infra. Consecrari pessimū militē.] Nō pessimum, sed perfidū habet eadē, ut puto rectè: alludere enim uidebatur ad militē illum qui Pompeiū obruncauit. Et infra. Ut sibi mansuetos omnibus ferros habere.] Vetus lectio, ut sibi uni mansuetos omnibus ferros habere posset. Et infra. An mortis rei perderentur.] Locus est corruptissimus, ex eorū numero qui emendatore indigent Oedipo. Fortasse sic minus corruptè legetur, an maiestatis reo perire daretur. Quam lectionē astruere uidentur uerba sequentia pene non licuit. Et infra. Fles quod quenquam tuorum mori necesse fuit.] Vetus lectio, Fles quod cuiquam tuorum.

CAP. XXIII. Præter hoc etiam quod omne futurum incertum est. Et infra. Quæ illustriora breuiora sunt.] Lege quoque, non quæ, ex uetustis exemplaribus. Et infra. Ita est indicium imminētis exitiū maturitas.] Scribendum, ex eisdem Ita est. Indiciū est imminētis.

CAP. XXIII. Sub matris custodia.] Sub matris tutela, eadem. Et infra. Cogita tot illos perire annos matribus & per solitudinem exigi.] Eadem, totos, non tot, & solitudinem, non sollicitudinem agnoscunt. Quæ certe lectio præsentī magis conuenit institutio. Et infra. Excellentis ingenii & æquaturi animum.] Lege auum, non animum, ex eisdem. Et infra. Nullius foeminae spei se præbuit.] Dictione, foeminae, necessaria non erat præcedente paulo ante uerbo mulierum, proinde eradenda est, suffragante etiā uetere lectione. Et infra. Nisi pro bono candidato ualuisse.]

Quædam

Quædam exemplaria, uolisset habent, non ualisset. Et infra. Harum contemplatione uirtutum filium geri tanquam si nec ille tibi magis uacet.] Sic prior æditio. Scribendum puto, Harum contemplatione uirtutum sic tegere tanquam si nunc ille cætera. Ut infra. Sic itaq; martia tegere tanquam sub oculis patris filiiq; posita. Sequitur statim, Nunc nihil habet quo uocetur. Scribendum arbitror auocetur, non uocetur, ut infra paulò despoliatus oneribus alienis, & sibi relictus. Et infra. Et effigies non simillima.] Castigandum existimo & effigies non simul ipse, & confestim non est legendum quidem sed, qui, ex exemplari Facundi & Primitiui. Quid si legas, & effigies non simul animus ipse qui. Et infra. Circum nobis neruos & obductam cutem.] Corrige, circa nos, ossa, neruos, & obductam cutem, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Arcetur à diuersis in falsa coniectus.] In quibusdam exemplaribus aduersis habetur, non à diuersis. In aliis auersis. Scribo alterutro modo, aut sic, à ueris & suis in falsa coniectus, aut sic auersus à suis in falsa coniectus. Et infra. Et confusus crasiq; pura & liquida inferentem.] Sic prior æditio. Lego è confusis crasisq; pura & liquida uisentem, ex uetere lectione.

CAP. XXV. Nihilq; terris relinquens.] Scribo, nihilq; in terris relinquens animus, ex eadem. Et infra. Vtiq; contemptores uitæ & mortis beneficio liberi.] Eadem interq; contemptores uitæ & mortis beneficio liberos. Et infra. Liber ducit.] In eadem libens ducitur. ut ad adolescentem referatur non ad auum.

Et infra. Vtq; ignotarum urbium monstratus hospiti gratus est.] Monstrator, non monstratus exemplar Franciscanum. Et infra. Et in profunda terrarum promittere aciem iuuat. Delectat enim ex alto relicta respicere.] Vetus lectio breuior, & in profunda terrarum permittit aciem. Iuuat enim ex alto cætera. quam lectionem agnoscit quoq; exemplar emendatissimum Facundi & Primitiui. Et infra. Sic itaq; Martia te gere.] Scribe distincte, te gere, ex eadem. Et infra. Aut inuixæ ualles aut incerta uada syrrium, tramites plani, & ex facili mobiles & expediti & inuicem peruii sunt intermixtiq; syderibus.] Codices nonnulli. Aut inuæ ualles, aut incertarum uada syrrium. Omnia plana, & ex facili mobilia & expedita & inuicem peruia sunt intermixtaq; syderibus.

CAP. XXVI. Quid in te domus status uitæ ipsa ad maiores recepit suos.] Sic prior æditio. Sunt exemplaria in quibus legatur, quod se ipse ad maiores recepit suos, reliqua non habeantur. Aliàs

sic fuisset ut opinor scribendum, quod uiua te, domo stante se ipse ad maiores recepit suos. Et infra. Quam nullis benignam facile se praestitit, nisi qui in unum cum illa contraxerat.] Verus lectio, quam nullis benignam, facilem, se praestiterit nisi qui minimū cum illa contraxerint. Et infra. Reges ne diceres felicissimos futuros si maturius illos mors stantibus subtraxisset malis.] Eadem. Reges ne tibi nominem felicissimos futuros, reliqua. sed legendum reor, instantibus, non stantibus. Et infra. Ostendi quā magno me iuuat animo scripsisse.] Corrigendum puto, quā magno quae iuuabat animo scripsissem. Nam omnis uetus lectio scripsissem agnoscit, nō scripsisset. Et infra. Videmurq; non alta nocte circumdati. Nil apud uos, caetera.] Sic prior aeditio. Scribe, uidimusq; non alta nocte circumdati, nil apud uos. reliqua ex eadē. Et infra. Venietiumq; iuuabit unius seculi me facta componere.] Lege ex eadem, euentumq; iuuabat unius seculi fata componere. Et infra. Nihil constabat loco stabili.] Hæc uerba non habentur in eadem, & rectè: nam sequitur confestim eadem sententia. Et infra. Adducetq; secum uetustas.] Lege abducat, non adducet, ex eadem.

Et infra. Quota enim ista fortitæ potentiae portio est.] Fortunæ, non fortitæ, exemplar Facundi & Primitiui. Et infra. Et æterna forte.] Scribe, & æterna fortitæ, ex uetere lectione. Et infra. Et ipsius parua ruina ingentis accessio.] Lego, & ipse parua ruinae ingentis accessio, ex eadem.

IN LIB. DE CONSOLATIONE AD HELBIAM MATREM.

CAP. I.



V C I I Annæi Senecæ ad Albinā matrem.] Omnis scripta lectio, Helbiam agnoscit, non Albinam. Et infra. Ut auderem multa me interpellabant.] Lege impellebant, non interpellabant, ex eadem. Et infra. Etiam si suppressere non potuissem absterissem.] Scribendū, etiam si suppressere non potuissem interim certè absterissem, ex eadem.

Et infra. Rursusq; retardare.] Eadem, rursusq; retardabar. Et infra. Ne ipsum solatia irritarent.] Scribe, ne ipsum ipsa solatia irritarent, ex eadem. Et infra. Nam in morbis quoq; nihil esto magis periculosum, nec perniciosum, quā immatura medicina. Expectabam dum ipse uires suas frangeret.] Breuius eadem, nam in morbis quoq; nihil est perniciosius quā immaturā medicina.

Expect

Expectabā itaq; dum uires suas frangeret. Et infrā. Præterea quum clarissimorū omnia ingeniorum monumenta.] Cōmuta dictio-
num ordinē. Præterea quum omnia clarissimorū ingeniorum mo-
numenta, ex eadem. Et infrā. Verebarq; ne hoc non consolatio
sed exulceratio.] Deest uerbum, esset, uerebarq; ne hæc nō conso-
latio esset, sed exulceratio, ex eadem, & si in plerisq; codicibus ne-
gatio, non, desideratur. Et infrā. Necessē est ut delectum uerbo-
rum eripiat.] Superfluit uerbum, ut eadem.

CAP. II. Sed cogitet.] Eadem. Sed is cogitet. Et infrā. Oēs
itaque luctus suos.] Lege, Omnes itaq; luctus illi suos, ex eadem.

Et infrā. Quos sæpe uexat semper non sæpe, eadem. Et infrā.
Nullam tibi uacationem dedit.] Scribo, nullam tibi fortuna ua-
cationem dedit, ex eadem. Et infrā. Et ad uitam quodammodo
exposita creuisti sub nouerca.] Legendum, & ad uitam quodam
modo exposita es. Creuisti sub nouerca, ex eadē. Et infrā. Quan-
ta uel in filia conspici potest.] Scribendum arbitror cōtra omnia
exēplaria, quanta uix in filia cōspici potest. Et infrā. Et ne scti-
tiam suā fortuna leuiorē deducendo faceret.] Ducendo nō dedu-
cendo, exēplar Facūdi & Primitiui, rectē, hoc est procrastinando,
protrahēdo, ut illud tardando nostros in longū ducis amores. Et
infrā. Vbi se dolor tuus inclinaret.] Vetus lectio reclinaret, non
inclinaret. Et infrā. Quos sine interuallo uite incurstantes pertu-
listi.] Eadē, quos sine interuallo in te incurstantis pertulisti. Et
infrā. Intra uigesimalū diem tu quæ filium meū, cætera.] Scriben-
dum, intra uigesimalū diem quam filium meum, cætera, ex eadem.

CAP. III. Non summam cutem tenet, rupit.] Verbum, tenet,
non habetur in eadem. Et infrā. Tyrones leuiter faucii non uo-
ciferantur.] Scribe, Tyrones leuiter faucii, tamen uociferantur, ex
eadem. Et infrā. Excoriari patiuntur.] Exsecari patiūtur eadem
agnoscit. Et infrā. Lamentationes & ululatus, & alia per quæ
inficiæ mulieres tumultuantur amoue.] Eadem. Lamentationes &
ululatus, & alia per quæ ferē muliebris dolor tumultuatur amoue.

Et infrā. Et quid? Videor ne tecum timide egisse cum nihil tibi
subduxi ex malis tuis.] Eadem. Ecquid uideor ne tecum timide
egisse? Nil tibi subduxi ex malis tuis. Et infrā. Cōstitui uincere
dolore dolorē tuum. Verbum, dolore, desideratur in eadem.

CAP. IIII. At ego mihi ipse satis placebo.] Magis, non sa-
tis, eadem præfert.

CAP. V. Non deseruimus.] Scribe, non deseruerimus, ex ea-
dem. Et infrā. Intra se omne gaudium peteretur.] Lege, peteret,

non peteretur, ex eadē. Et infrā. Facile se ac sua tueatur.] Facile se ac suos tuentur, eadem. Et infrā. Illis grauis ipsa fortuna est quibus est repentina.] Duo illa uerba, ipsa fortuna, non habetur in eadem. Et infrā. Omnia illa quæ in me diligētissimè cōferebat.] Indulgentissimè legendū, non diligentissime, ex eadem. Et infrā. Nam in ipsa felicitate.] Exemplar Facundi & Primitiui, infirmitate legit, non felicitate. Et infrā. Cum inania & speciosa ac decepturo fūco circumlita inueniantur nihil habentia fronti suæ simile.] Scribe, ex uetere lectione. **Quin** inania & speciosa ac decepturo fūco circumlita inueni, intra nihil habentia fronti simile. Legendum puto specioso potius quàm speciosa.

C A P. VI. Quosdam industria latam ostendendæ uirtuti nata materiam.] Eadem, laxam agnoscit, non latam, & ostendendæ malleu legeres quàm ostendendæ. Et infrā. **Quidam** uenalem formam suam attulere] Dicitio, suam, non habetur in eadem. Et infrā. Nulla est ubi magnam partem peregrinæ multitudinis non inuenias.] Aliter eadem, nulla non magnam partem peregrinæ multitudinis habet. Et infrā. Nunc transiliens ab ipsis quarum amœna positio.] Lege. Transi ab his quarum amœna positio, ex eadem. Et infrā. Giarum & Corsicam pete.] Eadem. Giarum & Corsicam percensē. Et infrā. **Quid** ad copias respicienti ieiunius.] Eadem, quid ad copiosa respicienti tenuius. Et infrā. Plures tamen hic peregrini quàm ciues sunt & consistunt.] Duo illa uerba, sunt &, tollenda, ex eadem.

Et infrā. Si propriam eius originem aspexeris.] Primam legito, non propriam, ex eadem. Et infrā. Aspice sydera mundi illustria.] Aspice sydera mundum illustrantia, eadem. Et infrā. **Quamuis** cum uniuerso uersatur in contrarium nihilominus ipi mundo refertur.] Quædam exemplaria, & quamuis cum ipso uertatur in contrarium nihilominus ipsi mundo defertur. Et infrā. Perpetua eius cogitatio.] Legendum agitatio, non cogitatio, ex uetere lectione. Et infrā. Semper in tumultu sunt.] Scribe, semper in transitu sunt, ex eadem. Et infrā. Orbes suos explicuerunt.] Lege explicuerint, non explicuerunt, & paulò post uenerant, non uenerunt, ex eadem. Et infrā. Vel delectet se uel conseruet.] Exemplar Facundi & Primitiui, nos delectet se uerò conseruet. Et infrā. In mediis Barbarorum nationibus Græcæ urbes.] Scribendum regionibus, non nationibus, ex uetere lectione. Et infrā. Atheniensis in Asia turba est. Miletus, c c c c c l x x. urbium populum in diuersa

effusa

effudit] Deprauatissima uerba. Scribendum reor, Athenien-
 sium in Asia urbs est Miletus. Ea. l x x v. urbium populum re-
 liqua. Ionas quorum caput in ora minoris Asiae Miletus est Athe-
 nienses fuisse notius est quam ut sit prodendum. Vetus item lectio
 eum quem signaui urbium numerum praefert, adstipulante etiam
 ferè Plinio libro historiae naturalis quinto capite 29. Miletus
 inquit Ioniae caput super l x x x. urbium per cuncta maria ge-
 nitrix. Strabo quartodecimo maximam esse multitudinem scri-
 bit coloniarum à Mileto profectarum suppresso earum nume-
 ro. Et infra. Totum Italiae latus quod inferiori mari alluitur.
 Scribo, infero, non inferiori, ex omnibus ferè autoribus & scri-
 pta lectione. Et infra. Alios superfluentis populi frequentia ad
 exonerandas uires emisit.] Lege, alios nimia superfluentis po-
 puli frequentia, caetera, ex eadem. Scribendum tamen puto, ur-
 bes, non uires. Et infra. Aut frequens terrarum hiatus.] Fre-
 quentes, non frequens, eadem. Et infra. Felicis soli uitia.] In
 felicis eadem, non felicis. Et infra. Omnes autem istae populo-
 rum transformationes.] Eadem, transportationes agnoscit, non
 transformationes.

CAP. VII. Et Euandrum in ripa Tyberis.] Coiunctio &, tol-
 lenda, ex eadem. Et infra. In Italiam deducit.] Eadem, partim
 deduxit habent, partim detulit. Et infra. Vbicunq; uicit Romanus
 habitabat.] Scribe, Vbicunq; uicit Romanus habitat, ex eadem.
 Et infra. Colonos mutauit.] Cultores mutauit, eadem.

CAP. VIII. Conuersatione Graecorum Ligurumq; primo
 desciiuit.] Scribe, conuersatione Graecorum Ligurumq; à patrio
 desciiuit, ex eadem. Et infra. Permixa omnia & instituta sunt.]
 Scribendum existimo, permixa omnia & insititia sunt. Et infra.
 Quod licet in exilium euntibus uirtutes suas ad locum ferre se-
 cum ad quem migraturi sunt,] Lego, quod licet in exilium eun-
 tibus uirtutes suas ferre secum. reliqua redundant ex uetere le-
 ctione.

CAP. IX. Ab illo spectaculo eius infatigabiles sunt non obdu-
 cantur.] Scribendum ex eadem, cuius, non eius, & legendum po-
 tius abducantur quam obducantur. Et infra. Sed intra se circum-
 agentes suum uestigium.] Quidam codices, sed intra suum se cer-
 tum agentes uestigium. Alii, sed intra suum se circumagentes uesti-
 giu. Et infra. Non auri argentiq; uenae eximuntur.] Vetus lectio
 eruuntur, agnoscit, non eximuntur. Et infra. Ad illa adducendus
 est.] Abducendus lego, non adducendus, ex eadè. Et infra. Quo
 latius

latius uicōs correxerint.] Legendum reor, quo laxius uicos porre-
xerint, & paulo post laxissimum, non latissimum. Et infra. Si
non id fortiter pateris quæ Romuli casam nosti.] Scribe, si id eod
id fortiter pateris, quia Romuli casam nosti, ex uetere lectione.

Et infra. Cum prudentia pietas.] Eadem, quum continentia,
quum prudentia, pietas. Et infra. Quam quo R. P. consulatum
rexit.] Scribe, quam quo Reipub. consulatum, ut superfluat uer-
bum, rexit, ex eadem. Quo die illum exulem Brutus
relinquere non potuit, nec Cæsar uidere.] Particulam, nec, ea-
dem non agnoscit. Et infra. Non dubitas quin semper ille Mar-
cellus tantus uir.] Scribendum, Num dubitas quin se ille Marcellus,
cætera, ex eadem. Et infra. Ita te disciplinis imbuiisti.] In
priori æditione, quod patria carere non est miserum. Ita te disci-
plinis imbuiisti. Vetus lectio. Quod patria cares, non est mise-
rum. Ita te disciplinis imbuiisti. Correctior forte lectio. Quod
patria cares non es miser, etenim ita te disciplinis imbuiisti. Et
infra. Porro hic qui te expulit.] Scribe, Quid porro? hic qui te
expulit, ex eadem. Et infra. Ecce trahit illum Africa.] Legen-
dum, Ecce trahit illum ad se Africa, & mox paulo refouet scri-
bendum, non refouit, ex eadem. Et infra. Villo modo uirtu-
tem habenti.] Corrige, Vllam modo uirtutem habenti, ex ea-
dem. Et infra. Ultra phasin capere uolunt.] Capi non capere
scribe, ex eadem. Et infra. Omnia uota fastidienti gulæ.] No-
ta eadem præfert, non uota. Et infra. Illi paupertas etiam aliquid
prodest.] Scribe, quid, non aliquid, ex eadem. Et infra. Dum
non potest illa nolenti similis est.] Legendum, dum non profunt
illa nolenti similis est, ex eadem. Et infra. Sed hic uelut cæci
trauseunt.] Scribe, hæc, non hic, ex eadem.

CAP. X. Quid manus & aduersus feras & homines armatis.]
Eadem sic præfert. Quid manus aduersus feras & aduersus homi-
nes armatis. Et infra. Maiores nostri.] Eadem, scilicet maiores
nostri. Et infra. Nondum gemmis renitebant.] In eadem, nite-
bant habetur, non renitebant. Et infra. Si sestertio centies si ui-
xisset.] Eadem, si in sestertium centies uixisset. Et infra. Imò
puta pecuniæ modum ad rem pertinere.] Sic prior æditio. Eadem,
In uno puta pecuniæ modum ad rem pertinere non animi. Corri-
go, I nunc & puta pecuniæ modum ad rem pertinere non animi.

CAP. XI. Etiam in malis exemplis per se docilem.] Lego,
etiam sine malis exemplis per se docilem, ex eadem. Et infra. Sed
si hoc quoq; ad usum.] Verbum, sed, redundat ex eadem. Et infra,

Paulo uelamentū, non uelamen agnoscit, eadem. Et ultrā. Quod necessarium faciebat.] Legendum puto sciebat, non faciebat. Et infrā. Sed desiderat saturatam.] Scribendum, reor, Si desiderat saturatam. Et infrā. Non fortunæ uitio.] Scribe, non fortunæ iste uitio, ex uetere lectione. Et infrā. Quam ullus sufficiet humor ad sanandum eum.] Saciandum, non sanandum eadem haber. Et infrā. Qui continebitur itaq;.] Scribendum, Qui continebit itaque se, ex eadem. Et infrā. Necessariis rebus exilia sufficiunt.] Lege, Necessariis rebus & exilia sufficiunt, ex eadem. Et infrā. Quum quod tantum satis est.] Scribendum, quum quantum satis est, ex eadem. Et infrā. Et nimis corporibus suis abdita.] Lege addicta, non abdita, ex eadem.

CAP. XII. Ad leuanda incommoda paupertatis.] Eleuanda eadem, non leuanda. Et infrā. Quo animus eorum in pauciora distrahitur.] Eadem, quod animus eorum in pauciora distringitur. Et infrā. Et quotiescunq; festinantem necessitas itineris exigit.] Scribe, ex eadem, & quoties festinationem necessitas itineris exigit. In exemplari tamen Facundi & Primitiui dictio, itineris, non habetur. Et infrā. Paupertatis uti remedii pudet.] Scribe, solatiis, non remedii, ex eadem. Et infrā. Miseros uixisse dicet.] Misere, non miseros, eadem. Et infrā. Mercenarium suum decessisse ab eo desertum esse rus.] Eadem, mercenarium suum discessisse, & ab eo desertum esse rus. Et infrā. Dotem receperunt.] Dotem acceperunt, Eadem.

CAP. XIII. Quid artificiose ista diducis quæ singula sustineri possunt. Commutatio cætera.] Verba hoc loco tria deerant, quorum defectus sensum reddebat obscuriorem. Legendum igitur sic. Quid artificiose ista diducis, quæ singula sustineri possunt, collata nō possunt, ex exemplaribus Facundi & Primitiui, ac meo domestico. Et infrā. Si ignominia ei absit quæ sola opprimere animos solet.] Corrige, si ignominia absit quæ uel sola opprimit, cætera, ex uetere lectione. Et infrā. Neque enim poterat carceres uideri in quibus Socrates erat.] Legendum, neque enim poterat carcer uideri in quo Socrates erat, ex eadem. Et infrā. Nemo ab alio contemnitur nisi à se contemptus est.] Deest dictio, ante, nisi à se ante contemptus est, ex eadem. Et infrā. Non tanquam in hominem iustum.] Inuertendæ dictiones, tanquam non in hominem iustum, ex eadem. Et infrā. Qui faciem eius spueret.] Scribe, qui in faciem eius inspueret, ex eadem. Et infrā. Poterat ob hoc non moleste ferre quod sciebat neminem id ausu-

rum animi purioris.] Verbum, animi, tollendum ex eadem, & legendum distincte purioris. Et infrà. Non magis putes illum contemni quàm ædium sacrarum.] Scribe, non magis illum contemni quàm ædium sacrarum, ex eadem.

C A P. XIII. Nam aut istud te monet.] Lego, illud, nõ istud, ex eadem. Et infrà. Aut illud quod desiderium ipsum per te pati non potes.] Ociosum est uerbum, illud, ex nonnullis codicibus, in quibus etiam per se habetur, non per te. Et infrà. Quæ potentiam liberorum muliebri impotentia exercent.] Mallem legeres, quæ potentia liberorum muliebrem impotentiam exercent. Et infrà. Tanquam aliis rebus uteris.] Scribe, alienis, non aliis, ex uetere lectione. Et infrà. Non potes itaq; in erepto filio desiderare.] Deest dictio, ea, ut sit, ea desiderare, ex eadem.

C A P. XV. Tristem uultum relaxassem.] Tristem uultum relaxavi, eadem. Et infrà. Adiciam istis loca ipsa.] Adiciis, eadem non Adiciam. Et infrà. Bene nos fortuna diuiserat.] Exemplar Facundi & Primitiui disunxerat agnoscit, non diuiserat. Et infrà. Ante xiiij. diem.] Vetus lectio, ante tredecim diem. Correctiora tamen exemplaria ueriores habent lectionem, ante tertium demum diem. Sic enim esse scribendum patet ex uerbis sequentibus, ultimum certe fructum biduo diutius uidendi filium tu lisses. Et infrà. Si multo antea fugisses.] Scribe, Si multo antea abfisses, ex eadem. Et infrà. Nec absenti assuesceres.] Lege, absentia, non absenti, ex eadem. Et infrà. Ni pene concessum est imò datum in lachrymas ius.] Immoderatum eadem, non imò datum. Et infrà. Et nullo nimis inhumana duritia.] Eradendum uerbum nimis ex eadem. Et infrà. Optimum inter pietatem & luctum temperamentum est.] Lege, ex eadem. Optimum inter pietatem & rationem temperamentum est.

C A P. XVI. Mors finit.] Eadem mors finiuit. Et infrà. Non faciem lenociniis aut coloribus polluisti.] Eadem, non faciem coloribus ac lenociniis polluisti. Et infrà. Quæ ad nihil aliud est exigenda quàm ut nuda componeret.] Eadem & breuius, & longe aliter, quæ amplius nudaret quàm componeret. Et infrà. Rutilia Cottam filium secuta est.] Verbum, Cottam, non habetur in eadem. Et infrà. Eundem iam reductum & in republica florentem.] Eadem, reductum, non reductum agnoscit. Et infrà. Volumus eum interim obruere.] Eadem, uolumus interim illum obruere. Et infrà. Nam qui de lusu uoluptatibus & occupationibus abductus est refugit.] Scribe, Nam qui aut delusus uolupta-

libus aut occupationibus abductus est resurgit, ex eadem. Et infra. Si quantum tibi.] Eadem sed quantum tibi. Et infra. Nimis maiorum consuetudini deditus.] Quædam exemplaria minus legunt, non nimis. Et infra. Sed ad luxuriam construunt.] Verus lectio, aliàs obstruuntur habet, aliàs construuntur. Forte instruuntur aut instituntur. Et infra. Iacta disciplinarum.] Eadem. Iacta sunt disciplinarum. Et infra. Nunc ad illas reuertamur.] Nunc ad illas reuertere, eadem. Et infra. Et nulli horum patebit peccatus tuum.] Coniunctio, &, superuacanea est, ex eadem.

Et infra. Sed quia nondum in illum portum quem studia promittunt perueneris.] Lege, Sed quia dum in illum portum quem tibi studia promittunt perueneris, ex eadem. Et infra. Certabunt uitæ officiis.] Scribo, certabunt in te officiis, ex eadem. Et infra. Quicquid matri dolendum fuerit in me transierit. Floreat reliqua in tuo statu turba.] Eadem. Quicquid matri dolendum fuit in me transierit, quicquid à me in me. Floreat, cætera. Legendum reor non, quicquid à me in me: sed, quicquid auix, in me. Et infra. Ad tuum formetur arbitrium. multum sibi dabis.] Lege, ex eadem. Ad tuum fingatur arbitrium. Multum illi dabis. Et infra. Non potest animum pie dolentem à sollicitudine auertere, nisi aut ratio, aut honesta occupatio, numerares inter magna solatia, cætera] Eadem. Non enim animum pie dolentem à sollicitudine auertit, nisi aut oratio, aut honesta occupatio. Numerarem inter magna solatia. Et infra. Tu tot quidem nepotes pronepotisq; dando.] Scribe, Cui tu quidem tot nepotes pronepotisq; dando, ex eadem.

CAP. XVII. Illa quidem affectus tuos sequitur. In mea tamen persona, non tantum pro te dolet. Illius manibus in urbem prolatus sum.] Eadem. Illa quidem affectus tuos semper sequitur. In mea tamen persona non pro te dolet. Illius manibus in urbem prolatus sum. Et infra. Aut datæ salutationis sustinuit audaciã.] Scribe, claræ, non datæ, ex eadem. Et infra. Siue seruare habitum illum uoles.] Legendum istum, non illum, ex eadem. Et infra. Primum uirum amiserat auunculum nostrum, cui uirgo nupserat in ipsa quidem navigatione.] Scribe, ex eadem. Charissimum uirum amiserat auunculum nostrum cui uirgo nupserat in ipsa navigatione. Et infra. Sed si huic illi simplex annumerandis uirtutibus.] Verbum, Sed, ociosum est, ex eadem, in qua etiam admirandis habetur, non annumerandis, ut forte legendum sit, ad memorandas uirtutes. Et infra. Quæ oblita etiam imbecillitatis.]

Ocio

Ociosâ quoque & hic est coniunctio, etiam, ex eadem. Et infra. Oblita etiam firmisimâ metuendi maris.] Scribe, in uersis dictionibus. Oblita metuendi etiam firmisimâ maris, ex eadem. Et infra. Nobilitatur carminibus hominum.] In eadem, omniâ, habetur, non hominum. Et infra. Qui pari periculo minus redemit.] Legendum, redimit, non redemit, ex eadem. Et infra. Nihil à uiro petiti.] Auro, non à uiro legit exemplar Scholarum Salmanticensium. Forte scribendum est ab ullo. Et infra. Et hodie similem sibi quiuis nunquam speret.] Corrige, & hodie similem illi quamuis nunquam speret, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Quas circumscribere potius est quàm partem transcurrere.] Castiga, ex exemplari Facundi & Primitiui, qua circumscribere est tam parce transcurrere. Et infra. Pestes uicerunt.] Lege, & pestes uicerunt, ex uetere lectione. Et infra. Non quæreret quemadmodum inde exiret.] Puto scribendum mutato uerborum ordine, quæreret, non quemadmodum inde exiret. Et infra. Sui uniuersi quæ naturam.] Scribe, suam uniuersiq; naturam, ex uetere lectione. Et paulo ante. Manus sæpius ad id decurrere.] Quædam exemplaria recurrere legunt, non decurrere. Exemplar Facundi & Primitiui castigatius ut arbitror, manum sæpius ad id referre. Et infra. Aeternitatis suæ memor.] Scribo, æternitatisq; suæ memor, ex uetere lectione. Et infra. Futurumq; est uadit omnibus seculis.] Scribendum puto mutato dictionum ordine, futurumq; est omnibus seculis uadit.

IN LIB. I. EPISTOLARUM.

EPIST. I.



Q UOD mortem prospicimus.] Codices nonnulli. Quod mortem procul esse coniicimus. Et infra. In huius rei nimis fugacis ac lubricæ possessionem.] Vetus omnis lectio non habet, nimis, sed unius: quod & rectius, quia sequitur, Cum interim hoc unum est. Et infra, Et tanta stultitia mortalium est.] Scribe, Sed tanta stultitia mortalium est: ex eadem. Et infra. Impetrari sibi cum perire patiantur.] Castigatissima quædam exemplaria, impetrare, agnoscunt, non perire. Et paulo ante. Ex qua expellit quemcunque uult.] Prior æditio, ex qua expellitur quicunque uult. Exemplar Scholasticum, ex qua nemo expellitur

nili

nisi quicumque uult. Et infrà. Quid est? Scribe, Quid ergo est? ex uetere lectione.

EPIST. II. Bene cōpositæ mentis.] Verbum, bene, non habetur in eadē. Et infrà. Quæ ubi uaria sunt & diuersa coinquinant.] Eadem, inquinant, agnoscit, non coinquinant. Et infrà. Et si quando ad alios diuerſi libuerit.] Diuertere non diuerſi, Exemplar Scholasticum. Exemplar Pincianum, & pleraque alia transire.

EPIST. III. Illa dicet tibi se & diem fecisse & noctem.] In quibusdam codicibus. Illa dicet tibi, & diem fecisse se & noctem. In aliis. Illa dicet tibi se & diem fecisse se & noctem.

EPIST. V. Fugamus & à nobis auertimus.] Scribe inuerso ordine. Fugamus à nobis & auertimus: ex uetere lectione.

EPIST. VI. Obseruauit illum an ex formula sua uiueret.] Quidam codices, obseruauit ut ex formula sua uiueret. Et infrà. Quid me apud hecatonem delectauerit.] Desideratur dictio, hodie, ex omni uetere lectione, quid me hodie apud.

EPIST. VII. Quorū animi ex longo morbo inficiuntur.] Eadem reficiuntur præfert non inficiuntur. Et infrà. Omnia ista mortes meræ sunt.] Lego ex eadem. Omnia ista mortis morte sunt. Et infrà. Interfectores interfectis iubentur obiiici.] Exemplar Scholasticum interfecturis habet, non interfectis. Et infrà. Vnum exemplum aut luxuriæ aut auaritiæ.] Prior coniunctio, aut, superfluit, ex uetere lectione. Et infrà. Non est quod te gloria publicandi ingenii.] Adde uerbum, ergo. Non est ergo, reliqua ex eadem. Et infrà. Si tibi didicisti.] Scribe, Tibi didicisti, ut superfluat particula, si, ex eadem.

EPIST. VIII. Quisquis nostrum tutam agere uitam uolet.] Legendum, uestrum, non nostrum, ex eadem. Et infrà. Quod habere nos putamus hæremus.] Corrige, quod habere non putamus. Habemur, ex eadem. Et infrà. Hanc utrum cespes erexerit.] Quidam codices extruxerit legunt, non erexerit. Et infrà. Mihi crede qui nihil agere uidentur maiora agunt, humana diuinæque tractant.] Scribe, Mihi crede qui nihil uel minora agere uidentur maiora agunt, quia humana diuinæque simul tractant: ex uetere lectione. Et infrà. Adhuc Epicurum complicamus.] Bona pars scriptorū codicum replicamus præfert, non cōplicamus.

EPIST. IX. Vno uerbo cito uoluerimus.] Verbum, cito, aduentitium existimo & uel expungendum ex contextu, uel in locum eius substituendum, scito, aut icite. Et infrà. Si quis oculum

casu excusserit.] Scribe casus, non casu, uetus lectio. Et infra. Et erit in minuto corpore & amputato tam letus quam in integro fuit.] Quaedam exemplaria, & erit imminuto corpore & amputato tam letus animus quam in integro fuit. Alia sic, & erit imminuto corpore & amputato tam letus quam quum integer fuit. Et infra. Sed quæ sibi defunt num desiderat? Non deesse mauult.] Omnia scripta exemplaria pro particula illa, num, legunt, non, ut putem per transpositionem uerborum scribendum sic. Quæ sibi defunt non desiderat, sed non deesse mauult. Et infra, Habes autem non tantum amicitiae usum ueteris & certè magnam uoluptatem, sed etiam initium & comparationem nouæ.] Castigo partim ex uetere lectione, partim ex coniectura. Habes autem non tantum usu amicitiae ueteris & certè magnam uoluptatem, sed etiã initio & comparatione nouæ. Et infra. Sed habeat aliquem.] Scribe per minorem ex eadem, sed ut habeat aliquem.] Qui se spectat & propter hoc ad amicitiam uenit.] Quaedam exemplaria, & propter hoc amicitiam mit. Illud noscendum in nonnullis exemplaribus hæc uerba initium præbere epistolæ à superiore distinctæ, cuius lemma est. Quomodo aliquis sibi amici faciat, & quod nisi sapientia sua non sufficiunt siue placent. Et infra. Qui causa utilitatis assumptus est.] Scribe, Quæ causa utilitatis assumpta est, ex uetere lectione, ut referatur ad amicitiam.

Et infra. Et dicit quod Stilbon ille dixit.] Lege, Stilpon, per p, non per b, ex Suida, Diogene, & reliquis. Et infra. Etiam si hunc diem expunxi.] Particula, si, superuacanea est, & item paulo post dictio bona, ex uetere lectione.

EPIST. X. De solitudine uitanda prudentibus.] Scribe imprudentibus, non prudentibus, ex uetere lectione, quam scripturâ confirmant uerba sequentis epistolæ. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat.

EPIST. XII. Quod inter nos sit.] Scribendum puto, Quid interim nobis sit, ut mox ante. Quid mihi futurum est. Nam uetus omnis lectio habet. Quid inter nos sit? & paulo post primus legendum non primum. Et infra. Ego sum Philosti uillici filius.] Exemplaria quaedam Philositi legunt. Alia Philosoti. Mallem legeres Philisti quod græcam magis refert indolem. Et infra. Cupiditates fatigasse ac reliquisse.] Fugasse quidam codices, non fatigasse. Et infra. Ut non improbe unum diem speret.] Negatio, non, superuacanea est, ex nonnullis exemplaribus. Et infra. Hic pertinet à natali ad diem extremum.] Codicum pars pertin-

git agnoscit, non pertinet. Et infra. Est deinde per se annus.] Vetus lectio. Est deinde ipse annus. Et infra. Cui cognomen Scotinon fecit orationis obscuritas.] Legendum reor, Scotinu, ut sit genitiuus græcus non scotinon. Et infra. Planeta facit ista non alias contractior, alias productior dies.] Exemplaria quædã. Plura habent non planeta. Alia Pluralitas. Verbum autem, dies, in cunctis desideratur. Et infra. Et illis funereis epulis se sepelisset, & quasi sibi parentauerit.] Vetus lectio breuior, & illis funeribus epulis sibi parentauerit, reliqua superuacanea sunt. Et infra. Quid ni nulla? si patent undiq; ad libertatem uiæ. Scribe, Quid ni nulla sit? Patent undique ad libertatem uiæ, ex eadem.

IN LIB. II. EPISTOLARVM.

EPIST. XIII.

Certe nunquam uenerint.] Castigatio uetus lectio. Certè nondum uenerunt. Et infra. Quædam ergo nos magis torquent. Eadem. Quædam enim nos magis torquent. Et infra. Primum id quia res in controuersia est, illud legendum, non id: ex eadem. Et infra. Satis cito dolebit cum uenerit.] Dolebis legendum ex eadem, non dolebit. Et infra. Quid faciet lucri tempus? Scribe, Quid facies lucri? Tempus, ex eadem. Et infra. Interim non est, meliora propone.] Legendum, Interim dum nõ est meliora propone, ex eadem. Et infra. Si plures habebit sententias metus.] Habebis antiqua lectio præfert, nõ habebit. Quædam etiam exemplaria habes legunt, non habebit, aut habebis. Et infra. Cum illic nec sit quicquam mali.] Illi legendum, non illic, ex eadem. Et infra. Et tam leuibus te remediis refocillare.] Eadem, focillare agnoscit, non refocillare. Et infra. Videbimus utrum ueniet.] Videbimus utrum uincat, eadem. Et infra. Et mors istam uitam honestabit.] Eadem partim ista legit, non istã, partim non habet omnino hoc uerbum. Et infra. Cicuta magnum Socratem confecit.] Scribendum reor. Cicuta magnum Socrate fecit. Et infra. Qui se quàm maxime ad ambitione parat.] Vetus lectio, cum maxime, non quàm maxime. Legit tunc maxime.

EPIST. XIII. Et turbam ferarum quàm in uiscera condant humana.] Sunt codices qui sicarum legant, non ferarum. Et infra. Et cruces & eculeos.] Vetus lectio, culeus, non eculeos. Et infra. Gratiოსi timeantur in eo uiri.] Verbum, timeantur, non habetur in eadem. Et infra. Qui seculum pelagus interdum etiam plus quàm timere debeamus exasperet.] Verba illa, interdum etiam plus quàm timere debeamus, desiderantur in eadem. Et infra. Rixa est inter competitores.] Lege, unde rixa est inter cõpetitores,

ex eadem. Et infra. Plures competant quam oderint.] Sunt codices in quibus occiderint legatur, non oderint. Quid si legas, Plures compilant quam occiderint. Et infra. Quid tunc alter uincere potest, melior uincere non potest, non potest esse peior qui uictus fuerit melior qui uicerit.] Sunt exemplaria in quibus sic legitur ut recitauit. In aliis diuerso modo. Quid tu alter uincat. Potest melior uincere, non potest non peior esse qui uicerit. In quibusdam est. Quid tibi an alter uincat. Potest melior uincere, non potest non esse peior qui uincit: quæ lectio uidetur rectior, modo legatur, non uincit, sed uincitur, & sunt quaedam exemplaria ubi sic habeatur. Quid tu alter uincat. Potest melior uincere, non potest peior esse qui uicerit. Et infra. Et misit iratas uoces.] Irritas, non iratas omnis prisca lectio. Et infra. Et portandus extra forum traheretur.] Scribendum reor deportandus, siue exportandus, non & portandus. Et infra. An sapienti opera perdenda sit.] Quidam codices, an sapientiora opera perpendenda sit, ut forte ita restitui possit, an sapienti opera. P. R. impendenda sit. Et infra. Sed tu quid accidere in medio mari credis.] Scribendum ordine uerborum permutato, sed quid tu accidere, reliqua ex ne-re-lectione. Et infra. Propositum est aliena laudare.] In quibusdam codicibus, dare legitur, non laudare.

EPIST. XV. Quodlibet ex his elige usum sit facile.] Verus lectio quemlibet ex his elige usum rudem facilem. Et infra. Imminere libro aut tabulis aut pugillaribus.] Verba illa, aut tabulis, non habentur in eadem. Et infra. Ut non resoluatur, sed ut remittatur.] Scribe, ut non resoluatur, sed remittatur, ex eadem. Et infra. Quod si uelis deinde quemadmodum ambules discere.] Scribendum cum distinctione. Quod si uelis. Deinde quemadmodum ambules discere. Ita erit sensus apertior, & fauet etiam uetus lectio. Et infra. Fac in ciues conuitium.] Plerique codices non legunt in ciues, sed uicinis. Codices emendatores, uitiis.

Et infra. In id ualebit.] In id latus modesta, agnoscit omnis uetus lectio, non in id ualebit. Et infra. Detrahit tibi non pusillum negotium mercedula & munus gratum ad hæc beneficia accedet.] uitiatissimus est locus. Scripta exemplaria modo, unum Græcum legunt ubi scriptum est, munus gratum, modo unus Græcus, ut forte ita legi possit. Detrahit mihi non pusillum negotiū mercedule unus Græcus ad hæc beneficia accedens, ut pro uno Græco Epicurum accipias, à quo has sententias Lucillio debitas mutuabatur Seneca. Et infra. Te ipsum ipse antecessisti.] Ver-

bum,

bum, ipsum, superfluit, ex uetere lectione. Et infra. Ecce hic ultimus dies.] Scribe, Ecce hic ultimus dies est ex eadem.

EPIST. XVII. Quotidiana meditatione.] Sunt codices qui legant non meditatione, sed lectione. Et infra. Nec tamen longis.] Nec tam longis uetus lectio. Et infra. Quod iam de te spem habeam nondum fiduciam.] Particula illa iam, non habetur in quibusdam codicibus. In aliis habetur, sed desideratur, quod. Et infra. Ut aliqua oblectatione consumatur dies.] Nonnulla exemplaria, ut cum aliqua oblectatione consumatur dies. Et infra. Si aut consilium meum Deus occupauit.] Sed aut consilium, quidam codices: & si tolerabilis etiam est prior lectio. Et infra. Aut si repentina aut subita dominantur.] Vetus lectio, aut si repentina uis & subita dominatur. Et infra. Si bene te noui circumspicias.] Circumspexisti eadem, non circumspicias. Et infra. Retrahe te à uanis.] Scribe, Retrahe ergo te à uanis.

EPIST. XVII. Ut sufficere nihil agenti possit.] Quaedam exemplaria, officere, pro sufficere legunt. Alia ut sufficere in hoc agenti possit. Alia ut sufficere hoc agenti possit. Et infra. Cum aliqua conclamatum est.] Vetus lectio, cum aliqua ui conclamatum est. Scribendum reor, cum alicubi conclamatum est.

Et infra. Bene mori non uetat.] Legendum uetet, non uetat, aliàs claudicabit sensus, & sic præfert uetus lectio. Et infra. Aut ex mercede cōpendium.] Quidā codices, aut ex merce compendium. Et infra. Illud quoque paupertatem nobis grauem fecerat.] Verbum, quoque tollendum, ex uetere lectione.

EPIST. XVIII. Quo maxime ciuitas defudat.] Eadem, quum maxime ciuitas defudat. Et infra. Grabatus ille ferus sit.] Scribe, Grabatus ille uerus sit, ex eadem. Et infra. Incipe cum paupere habere commercium.] Scribe paupertate non paupere.

EPIST. XIX. Utinam tibi quidem fenescere contigisset.] Verbum, quidem, non habetur, in quibusdam codicibus, nec male.

Et infra. Nunquam erit tempus.] Scribe, nunquam erit tempus desinendi, ex uetere lectione. Et infra. Minora erunt omnia & affatim implebunt.] Scribe, sed affatim implebunt, non & affatim implebunt, ex eadem. Et infra. Et auida felicitas est alienæ auiditati exposita.] Iteranda coniunctio, & : Legendumque, Et auida felicitas est & alienæ auiditati exposita, ex eadem. Et infra. Quantum ad successum accesserit accedat & metus.] Scribe, accedet ad metus: non accedet & metus, ex eadem.

EPIST. XX.

Cum illum inquit uidi nudum. Verbum, inquit, desideratur in uetere lectione. Et infra. Nec scio ego Epicuri angelus si pauper.] Emenda, nec scio inquit Epicurus si iste pauper, ex eadem. Et infra. Inest illis sine qua nihil est.] Deest coniunctio, enim, ut sit. Inest enim illis, ex eadem.

EPIST. XXI. Suis literis incidisset.] Eadem partim legit incidisset, partim indicasset non incidisset. Et infra. Non irritant inquit hi hortuli famem.] Verbum, inquit, desideratur in quibusdam exemplaribus.

EPIST. XXII. Et quidem prudentiores quam ipse sum ad quos soleo deferre si quid delibero.] Quidam codices, sunt, legunt: non sum. Alii diuerso in totum modo hoc pacto. Equidem ad prudentiores quam ipse sum soleo deferre. Et infra. Id est si uerum affectum eorum inspicias.] Exemplaria nonnulla, & si uerum affectum. Et infra. Vitae desiderio laboramus.] Cum in fine uitae desiderio laboramus, antiqua lectio. Corrigen- dum existimo, quorum in fine uitae desiderio laboramus.

EPIST. XXIII. Eorum more qui fluminibus innatant.] Quidam codices, eorum more quae fluminibus innatant. Et infra. Ex quibus alios leuior unda detinuit.] Alia, non alios iidem, & mox infra ubique ita est corrigendum. Et infra. Torrens impetus deiecit in mare.] Proiecit in aliquibus legitur codicibus, non deiecit Fidelior mihi uidetur lectio deuexit.

EPIST. XXIII. Nunquid ultra quicquam corpori timendum est.] Non corpori, sed illi, quidam praefereunt codices. Alii fidelius ulli. Et infra. Ut beneficio eius nihil anteferendum.] Desunt tres dictiones ex omni uetere lectione. Legendumque ita, ut beneficio eius nihil ante ferendum timendumue sit. Et infra. Quod facere te moneo, sed scio certe fecisse.] Particula, sed, eradenda, ex eadem. Et infra. Mors nos aut consumit aut exiuit.] Exemplaria quaedam non exiuit habent, sed emittit: cui lectioni fauet uerbum statim sequens, emisit. Et infra. Vel ad mortis uel ad uitae patientiam. At in utrunque monendi ac firmandi sumus.] Vetus lectio, uel ad mortem uel ad uitae patientiam, aut in utrunque monendi enim ac firmandi sumus. Et infra. Sed non temere, nec cum procursum capiendus est impetus Particula, nec, desideratur in quibusdam codicibus, & quidem ut sentio recte.

EPIST. XXV. Omnia nobis mala solitudo persuadet.] Vitia legunt nonnulla exemplaria, non mala.

EPIST.

EPIST. XXVI. Proſite ne habituro aliquid ſi quicquid noſſim, quicquid non poſſim non poſſe me gaudeo.] Locus uitiatifſimus, uerbis partim redundantibus, partim deficientibus, nec in illo alio maior exemplarium diſſonantia: diſcuſſis igitur, & diligenti cenſura perpenſis ſcriptorum codicum uerbis hanc lectionem elicio, Proſint ne habituro quæ uelim. Atqui ſi nolim quicquid non poſſe me ſcio gaudio. Et infra. Quam in finem ſuum natura ſoluenſe dilabi.] Vetus lectio delabi, non dilabi. Et infra. Totam uitam tracta.] Legendum cenſeo, tota uita tractata. Nam & exemplar Facundi & Primitiui tractata præfert, non tracta. Et infra. Finire iam uolebam.] Fidelior uetus lectio. Deſinere iam uolebam. Et infra. Exſpecta me puſillum.] Dicitio, me, deſideratur in nonnullis exemplaribus. Et infra. Putas me non dicere unde ſumpturus ſum mutuam.] Puta ſcribendum, non putas ex uetere lectione.

EPISTOLA XXVII. Hoc denique tibi circa diem mortis præſta.] Aliquot codices. Hoc denique tu tibi ante diem mortis præſta. Et infra. Dimitte iſtas uoluptates turbidas magno leuandas.] Scribendum puto luendas, non leuandas. Et infra. Tam properanter quam ille Troianos & Achiuos perſalutabat.] Sic prior æditio. Corrigo ex exemplari Facundi & Primitiui, tam perperam, quam ille Troianos. Et infra. In quod ipſe neceſſe eſt uigiles ipſe laborem tuum impendas.] Caſtigatius uetuiſta lectio, uigiliam habet, non uigiles. Et infra. In medio uerſu excidebat.] Verbo, non uerſu, eadem agnoſcit. Et infra. Ut Grammaticos habere analectos.] Eadem analectas habet, non analectos, quam lectione etiam Rhodiginus agnoſcit.

EPIST. XXVIII. Magis quis uenerit quam quo intereſt.] Veneris eadem non uenerit. Et infra. Inquire in te.] Eadem. Inquire te in te.

IN LIB. IIII. EPISTOLARVM.

ET in ipſa deſperatione extrema remedia tentet.] Malim legere, ſed in ipſa deſperatione.

EPIST. XXX. Neque cum audirem his dicentibus.] Vetus lectio, neque cum audirem ab his dicentibus.

EPIST. XXXI. Minusq; ſibi uinci ac ſtringere permiferint.] Sic prior æditio. Quædam exemplaria, minusque ſibi uitia conſurgere permiferint. Et infra. Ille prudens atque artifex.] Nonnulli codices. Prudens artifex tantum legunt. Laborem ſi non recuſes parum eſt poſſe.] Corrige. Laborem ſi nõ recuſes parum

EPIS. XXIX

est. Posce, ex uetere lectione. Et infra. Deum in humano corpore hospitem.] Scribe, Deum in humano corpore hospitantem, ex eadem.

EPIST. XXXII. Non conuersari cum dissimilibus.] Propositio, cum, in omni antiqua lectione desideratur. Et infra. Deducimus illam in particulas ac lancinamus.] Eadem laniamus agnoscit, non lancinamus. Et infra. Nemo sibi contigit.] Contingit, eadem: non contigit.

EPIST. XXXIII. Itaque pars magna bonitatis est uelle fieri bonum.] Verbum, Itaque, redundat ex eadem. Et infra. Cuius acta discordant.] Aliquot codices, cuius dictis acta discordant.

EPIST. XXXV. Si tamē re quoq; ipsa lætus esse uolo.] Vetus lectio, Sed tamen re quoq; lætus esse uolo.

IN LIB. V. EPISTOLARVM.

EP. XXXVI.

DEniq; nihil illi iam liberum est, spondit.] Vetus lectio, denique nihil illi iam liberum esse spondit. Et infra. Nec necesse esset in id comparari.] Scribe, Nec enim opus esset, ex eadem.

EPIST. XXXVII. Sacramēto ligatus es. Deridebit si quis tibi dixerit.] Eadem, non ligatus agnoscit, sed rogatus, ut sit rogatus pro interrogatus. Codex tamen Franciscanus decipit legit, non deridebit, quod nō displicet, quia paulò post sequitur, nolo te decipi.

EPIST. XXXVIII. Et effusæ audiente populo.] Vellem legeres audienti, nō audiente. Et infra. Idem facit ratio.] Oratio scribe, non ratio, ex uetere lectione.

EPIST. XL. Quæ non effundit una, sed præmit & urget.] Eadem, quæ non effundit imò præmit & urget. Exemplar Pincianum notatum habet in margine legendum esse, quæ non effundit una uox, sed præmit & urget: quàm lectionem probō, quia subiicit statim. Plura enim ueniunt quàm quibus uox una sufficiat.

Et infra. A quo Romana eloquentia exiuit. Quidam codices exiuit, non exiuit.

EPIST. XLII. Sed etiam de iactura. Vetus lectio, sed etiam tibi de iactura. Et infra. Perdidi postquam faciatus es.] Perdis, non perdidisti eadem habet rectè, nam iteratur confestim idem uerbum, perdis.

EPIST. XLIII. Eo tibi die diligentius uiuendum est.] Codex Franciscanus addit compluscula uerba, hoc pacto. Quanto diligentius uita tua, pro honoris fastigio quaeritur, tanto tibi diligentius uiuendum est.

EPIST.

EPIST. XLIIII. Si ad uetera te reuocas.] Verbum, te, superuacaneum est, ex uetere lectione.

IN LIB. VI. EPISTOLARVM.

Vellem inquis magis cōsiliū mihi quā libros dares.] Locuscus manifestè præpostere scriptus. Lego, Vellem inquis magis libros mihi quā consiliū dares.

EPI. XLV.

EPIST. XLVII. Ex his qui ad te ueniunt.] Scribendum à te, non ad te, ex uetere lectione. Et infrà. Eruditā manū frustra excutit.] Quidā codices, eruditā manū in frustra excitat. Et infrà. Tu tam illum ingenuum uidere potes quā ille te seruū.] Lege cōmutatis dictionibus. Tam tu illum uidere ingenuū potes, quā ille te seruū: ex uetustis exemplaribus. Et infrà. Itaq; inquit profus colant.] Scribe, Ita inquā profus colant: ex eisdem. Et infrà. Verberibus multa admonentur.] Vetus lectio, uerberibus multa amouentur. Puto corrigēdum, uerberum multa amouetur. Quid si legas, Verberibus muta admonentur, seu amouentur. Et infrà. Sic exardescunt, sic sæuiunt.] Sic exardescunt sic sæuiunt, eadem.

Et infrà. Diutius te me morari nolo.] Verbū, me, redūdat ex eadē. Et infrà. Et permanent.] Coniunctio, & nō habetur in eadē.

EPIST. XLVIII. In diuersum. Ecce sapiētia & stultitia discunt.] Error in ordine. Lege per maiorem. In diuersum ecce sapientia & stultitia discedunt, ex eadem. Et infrà. Quod in re tam seria senes ludimus.] Superfluit uerbum, quod, ex eadē. Illud notandum in plerisq; antiquorum exemplarium connecti hanc epistolam cum sequente, & unam esse, non duas.

EPIST. XLIX. Fidem præsta quantū potes. Ergo mi Lucili reduc te ab istis exceptionibus.] Erratū est in ordine & dispositione uerborū. Corrige, fidē præsta. Quantū potes ergo mi Lucili.

EPIST. L. Aut seruuli familiaris amissio.] Admissio crediderim legendū potius quā amissio. Et infrà. Nobis satis resistentem.] Quædam exemplaria, non satis resistentem. Et infrà. Accatis nostræ portio est.] Scribe, Aetatis nostræ bona portio est, ex uetere lectione. Et infrà. Aduersus hæc me doce; aliquid affer ne mortē fugiam.] Corrigo, aduersus hæc me doce aliquid. Effice ne mortem fugiam: ex eadem.

IN LIB. VII. EPISTOLARVM.

EPIST. LII.

Aetnam & illum nobilissimum Siciliæ montem.] Coniunctio, & superuacanea est in plerisq; exemplaribus. Et infrà. aspiciere tot genera cymbarum.] Verbum aspiciere, desideratur in uetere lectione, alioquin aspiceret legendū erat. Et infrà. Quam

sibi unam noctem anxius ipse duxisset. Scribendum, quod in una nocte manu sua ipse duxisset, ex eadem. Et infra. Et paulò post extirpa, non extirpa legendum.

EPIST. LIII. Sed quomodo aut quando nos ab illa reuellemus.] Posteriorius pronomen, nos, redundat ex eadem, & bona pars exemplarium reuellemur legit, non reuellemus. Et infra. Quosdam ait Epicurus ad ueritatem sine ullius adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos uiam.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quosdam Epicurus ait ad ueritatè contendere sine ullius adiutorio. Ex se fecisse sibi ipsos uia. Quid si legas, ex his se fecisse sibi ipsi uiam. Nam Epicurus gloriabatur, autore etiam Cicerone, nullo usu fuisse præceptorè. Tanto magis quod secundæ notæ exemplum attulit Metrodorum tertie Hermachum, ut uerisimile sit primæ notæ exemplum non fuisse prætermittendum. Et infra. Alterum puram arcam accepit.] Scribendum arbitror. Alterum dura area accepit.

EPIST. LV. Et huiusmodi exhortationibus tacitis.] Deest uerbum, scilicet, ut sit, & huiusmodi exhortationibus tacitis, scilicet ex uetere lectione. Et infra. Nihil cogito de die tuto.] Scribendum toto, non tuto, ex eadem.

EPIST. LVI. Et de ignauitatis uitio uitando.] Lege, & de ignauo otio uitando, & ex eadem. Et infra. Debilitatem nobis inducere delitiarum.] Induxere non inducere, eadem. Et infra. Amicitia Asiæ Galli.] Scribe, amicitia, non amicitiarum, ex eadem. Et infra. Et altera usque in occidentem tenet.] Coniunctio, &, superuacanea est, ex eadem: & tenetur, non tenet legunt pleraque exemplaria. Quid si legas torretur, non tenetur. Et infra. Prata bona medius riuus diuidit.] Prior æditio. Prata noua medius riuus diuidit. Exemplar Facundi & Primitiui. Platanos medius riuus diuidit. Exemplar Franciscanum. Plata noua medius riuus diuidit. Lego, Platanona medius riuus diuidit.

Et infra. Manus ad parata porrigitur.] Quidam codices priuata, non parata. Et infra. Ut Baias neget.] Baiis, non Baias scribendum, ex uetere lectione. Et infra. Animus est qui sibi commendat omnia.] Verbum, sibi, desideratur in emendationibus exemplaribus.

EPIST. LVII. Cum in aliquem inertem & hæc Plebeia functione contentum incidi.] Scribendum existimo aliptem, non aliquem, & unctio codex meus familiaris habet, non functione. De alipte Iuuenalis, cuius uerba mire cum uerbis Senecæ congruunt.

Et infra. Si uerò Pellicreus superuenerit.] Pelicreus, non pellicreus legitur duo antiqua, & correctissima exemplaria, ut sit qui pilos

cutit.

euellit. Et infra. Tabulas experitur & tibias.] Legendum forte non tabulas, sed tubas. Et infra. Animum non cogo sibi intentum esse.] Scribe, Animum enim cogo sibi intentum esse, ex uetere lectione. Et infra. Et ferrarium uicinum.] Ferrarium, eadem, non ferrarium. Et infra. Et ideo ad rerum actus exercitandi.] Legendum, ex eadem, excitandi, non exercitandi. Et infra. Ad uocem ex accidenti erigitur.] Eadem, ad uocem & accidentia erigitur. Et infra. Arietata in arma agminis densi.] Inter, non in, eadem. Et infra. Et carere conuictio.] Quidam codices conuictu, non conuictio. Et infra. Et experiri & exercere me uolens.] Prior coniunctio, &, redundat: & uolui lego non uolens, utrumq; ex uetere lectione.

EPIST. LVIII. Et tantum luti tota uia fuit.] Eadem, sed tantum luti tota uia fuit. Et infra. Non ut nos per tenebras uideamus.] Pronomen nos non habetur in eadem. Et infra. Itaq; & uultum adducet ad tristitiam.] Castiorem lectionem putamus abducat quàm adducet. Et infra. Vigiliarium ruat an mons.] Vetus lectio uigilarium, non uigiliarium. Et infra. Adeo non effectus sed efficientiam timor spectat.] Sunt exemplaria quæ non efficientiam, sed efficaciam præterunt. Opinor scriptum fuisse, adeo non effectum, sed effectus causam timor spectat. Deinde librariorum inscitia duas dictiones in unam coaluisse, scilicet effectus causam in efficaciam siue efficientiam. Et infra. Permanere non posse.] Corrigendum reor permeare non posse. Sequitur enim quia non fuerit illi exitus liber.

IN LIB. VIII. EPISTOLARVM.

CICERONEM auctorem huius uerbi habeo.] Castigandum existimo, Ciceronem auctorem usia uerbi habeo, quod sequentia monstrant. Et infra. Natura continens fundamentum omnium.] Naturam, non natura pleraq; legunt exemplaria. Et infra. Sed id si necesse est ponam quod esset.] Ex uetere lectione lege, sed ita necesse est ponam quod est. Et infra. Esse aliquid genus & speciem.] Sic prior æditio. Eadem. Esse aliud genus esse & speciem. Et infra. Canis est species.] Verbum, est, non habetur in eadem. Et infra. Quædam anima carent.] Eadem. Sed sunt quædam quæ anima carent. Et infra. Primum genus Stoicis quibusdam uidetur. Sed quare uideatur subiiciam.] Exemplar correctissimum Facundi & Primitiui loco illius particule, sed, habet, quod, ut sit legendum. Primum genus Stoicis quibusdam uidetur, quod. Quare uideatur subiiciam, hoc sensu. Visum esse Stoicis primum genus non esse, quod est, quia natura comple-

EPIST. LIX.

atur,

Etatur, etiam quæ non sunt, sed tantum, quod. Et infra. Quæ sunt interrogas. Proprie Plato ideas uocat.] Vetus lectio. Quæ sunt interrogas? Propria Platonis supellex est. Plato ideas uocat. Et infra. Ex quibus omnia quæ sunt fiunt.] Secus eadem, ex quibus omnia quæcunq; uidemus fiunt. Et infra. Eorum quæ naturaliter fiunt.] Eadem, eorum quæ natura sunt. Et infra. Exemplar picturæ tuæ habeo.] Scribe, te, non tuæ, ex eadem. Et infra. In idem flumen bis descendimus, & non descendimus.] Bona pars exemplarium breuius. In idem flumen bis descendimus, ut putem legendum addita negatione. In idem flumen bis non descendimus. Sententia Aristoteli & aliis memorata. Et infra. Tanquã semper futura ac semper habituri.] Vetus lectio, tanquam aut semper futura, aut semper habituri. Et infra. Hac ratione uitium corporis uincat.] Scribe, ac, non hac, ex eadem. Et infra. Potest tamen aliquatenus nostra quoque prouidentia prorogare huic corpusculo moram.] Scribendum reor, posse tandem aliquatenus nostra quoque prouidentia longiorem prorogari huic corpusculo moram. Et infra. Vtrum sex uitæ hæc sit.] Scribe, utrum ea sex sit reliqua tollenda ex uetere lectione.

EPIST. LX. Opinione falsi boni immoderatam & immodicam.] Legendum, opinione falsi boni motam immoderatam & immodicam, ex eadem. Et infra. Inuenio tamen translationes uerborum, ut non temerarias, ita non indecoras. Ita quæ periculum sui fecerint.] Breuius pleriq; codices. Inuenio tamen translationes uerborum, ut non temerarias ita quæ non periculum sui fecerint. Alii sic. Inuenio translationes uerborum, ut non temerarias, ita quæ periculum sui fecerint, & paulo post mouet, scribe, non mouit. Et infra. Namq; ut supremam falsã inter gaudia noctem egerimus. Nosti eos totã luxuriari noctem inter falsã gaudia. Et quidem tanquã supremã agunt.] Lego, Namq; ut supremã falsã inter gaudia nocte egerimus nosti. Omnẽ luxuriosi noctem inter falsã gaudia, & quidem tanquam supremam agunt: ex uetere lectione.

EPIST. LXII. Quia quamdiu futurum hoc sit non minus pendo.] Quidã pro uerbis illis, non minus pendo, nemini pando legunt. Quid si scribas non animi pendeo, uel certe minimi pẽdo.

EPIST. LXIII. Desine beneficium naturæ male interpretari.] Omnis antiqua lectio, fortunæ agnoscit, non naturæ, quæ scriptura uidetur confirmari uerbis sequentibus, maiorem ipsi nobis iniuriam fecimus, quã a fortuna accepimus. Et infra. Quia ab hominibus dictũ est.] Omnibus lege, nõ hominibus, ex eadẽ.

EPIST. LXV. Sed hæc tantum morbis & temporibus aptanda sunt.] Modis legendum, non morbis ex eadem. Indicant id etiam uerba auctoris paulo post. Teras ista oportet & eligas tempus, adhibeas singulis modum.

EPIST. LXVI. Esse debet ergo unde aliquid fiat. Denique à quo fiat.] Scribe, Esse ergo debet unde aliquid fiat. Deinde à quo fiat, ex eadem. Et infra. Nulla sine motu ars, nulla mutatio est.] In quibusdam codicibus imitatio habetur, non mutatio. Et infra. Ne hoc quidem tempus ut existimas perdo.] Lege, Nec ego hoc quidem tempus, ex uetere lectione. Et infra. Quemadmodum artifices ex alicuius rei subtilioris intentione quæ oculos defatigat.] Scribendum, quemadmodum artifices cum alicuius rei subtilioris intentione oculos defatigant, ex eadem. Quidam tamè codices non intentione, sed inspectione præferunt. Cui lectioni suffragantur uerba, quæ non multo post habentur. Interdices mihi inspectionem rerum naturæ, & paulo ante calcem, & illa de qua modo loquebamur inspectio. Et infra. Et uelut sacramento ligatus.] Rogatus, non ligatus, eadem. Et infra. An sæpe nascendum, quo hinc iturus sim.] Legendum reor, an sæpe. Nesciam quo hinc iturus sim. Et infra. Et nunc cum hæremus.] Vetus lectio, & nunc tamen dum hæremus.

IN LIB. IX. EPISTOLARVM.

EPI. LXVII.

SCILICET uirtutem incapacem augmenti uel decrementi.] Vetus lectio, detrimenti, non decrementi, cui fauere uidentur uerba quæ sequuntur infra. Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, implentur. Et infra. Grator est pulchro ueniens è corpore uirtus.] Eadem, grator & pulchro ueniens in corpore uirtus. Bonâ tamen exemplarium pars ita habet ut impressa lectio. Et infra. In similitudinem sui adducit & eingit.] Rectior lectio, in similitudinem sui abducit & fingit.

Et infra. Minuuntur cadunt.] Mallem legeres eminent cadunt. Nam & quæ sequuntur continuo per oppositum dicta sunt, deteruntur crescunt, exhauriuntur implentur. Et infra. In exitium ipsas sui uerti.] Suum, non sui, omnis antiqua lectio. Et infra. Liberras, constantia, æquanimitas.] Liberalitas, non libertas, eadem. Et infra. Inter gaudium & dolorem inflexibilemque patientiam.] Exemplar Franciscanum, inter gaudium & dolorum inflexibilem patientiam. Et infra. Plurimum quantum ad illa.] Vetus omnis lectio, plurimum inter illa. Et infra. Naturalis animi remissio.] Scribe, naturalis est animi remissio, ex eadem. Et infra.

frā. Alterius in gaudio positi, alterius inter tormenta fortissime stantis.] Exemplar peruetus & correctum, unius in conuiuio iacentis, alterius inter tormenta fortissime stantis. Et infra. Ergo tuam quoque uirtutem non magis laudabis.] Scribe, Ergo tua quoque uirtus non magis laudabilis, ex uetere lectione. Et infra. Quam breuem aut modicum.] Lege, quam breuem & modicum, ex eadem. Et infra. Falsa multum habent uani.] Scribendum, Illa falsa multum habent uani, ex eadem. Et infra. Quam multo reparata sanguine.] Castigandum censeo, quam multorum parua sanguine. Et infra. Vi quadam & patientia educta.] Exemplar Franciscanum, ui quadam patientiae inducta. Et infra. Maiora esse aliis possunt.] Idem exemplar possent agnoscit, non possunt. Et infra. Et ut calamitatem fortiter ferat.] Particula, ut, redundat ex uetere lectione. Et ultra. Ut male laxandos articulos exoletis meis porrigam.] Nonnulla exemplaria, laxandos tantum habent: non, male laxandos. Alia rectius malaxandos, hoc est molliendos à uerbo græco tractum. Hoc melius quam malacizandos.

EPIST. LXVIII. Nondum me committo frigido ueri.]

Exemplar Franciscanum, aëri legit, non ueri. Et infra. Adhuc uigor est eius in frigore.] Corrigendum puto, adhuc rigore eius infringor. Et infra. Itaque maior pars in uestimentis degitur.] Scribendum reor, non uestimentis, sed stramentis: hoc est in cubili. Sequitur enim quod me lectulo affixit. Et infra. Quasi colloquor tecum,] Colloquar, non colloquor, uetus lectio. Et infra. Omnium nostrorum fortem tolerantiam.] Scribe, tormentorum, non nostrorum. Tum ex uetere lectione, tum quod subiicit tormentorum fortis patientia. Et infra. An feliciter, quod agis?] Quidem, non quod, eadem.

EPIST. LXIX. Si non præcepto ad exemplum.] Exemplar

meum, si non præcepto at exemplo. Et infra. Depono hoc apud te.] Depono quidam codices, non depono. Et infra. Atque etiam aliud proposito tuo nomen, impone, ualitudinem & imbecillitatem uocato desudiam.] Verus lectio, Atqui aliud proposito tuo nomen impone. Valitudinem & imbecillitatem uocato & desudiam. Et infra. Tanti est ab hominibus uinci.] Inuerte dictiones. Est tanti ab hominibus uinci, ex uetere lectione: etsi nonnulli codices præferant omnibus, non hominibus. Plus habeo gratiæ.] Habet, non habeo in eadem inuenies. Illud notandum, putare me ordinem uerborum hoc loco perturbatum haberi, legendaque esse omnia ad hunc modum. Ille clientum turba. Cuius turba

par esse non possum plus habet gratiæ. Est tanti ab hominibus uin-
ci dum à me fortuna uincatur. Et infra. Iam disputauit.] Quid
si legas. Iam dispumauit, quia subdit primo feruore adolescentiæ:
est enim metaphora sumpta à musto. Et infra. Hoc est breuis
huius boni tēpus.] Verbi, breuis, nō habetur in uetustis codicibus.

EPIST. LXX. Nedum si tam breue tempus per interualla
discindimus.] Exemplar antiquum, nedum si tam breue temporis
interuallum discindimus.

IN LIB. X. EPISTOLARVM.

ET quemadmodum Vergilius noster ait in mari terræq; ur-
besq; recedunt.] Erratum in ordine uerborum.] Legc, Et
quemadmodum in mari ut ait Vergilius noster terræq; urbesq;
recedunt: ex uetere lectiōe. Et infra. Stultitia est timore mortis
mori.] Eadem addit complurcula uerba hoc pacto. Si ibi commo-
daret stultitia esset. Stultitia est timore mortis mori. Et infra.
Quam illo seculo quisquam sperare poterat, at ipse quum æger à
senatu.] Legō ex eadem, quam illo seculo quisquam sperare pote-
rat, aut ipse ullo. Quum æger à senatu. Et infra. Non sanè fre-
quentibus obsequiis.] Exemplar Facundi & Primitiui, exequiis
legit, non obsequiis. Et infra. Vtrum conscisceret mortem.] Ve-
nus lectio, utrum conscisceret sibi mortem. Et infra. Alia enim
exercent fortasse in superuacuum.] Exercentur, legendum non
exercent, ex eadem. Et infra. Nunquam à nobis exiget huius uir-
tutis experimentum.] Scribo contra omnia exemplaria exegit,
non exiget, quia præcedit permansere diuitiæ & sequitur supersti-
tes fortuna seruauit. Et infra. Huius unius rei ñum qui excitet
dies ueniet.] Exemplar Franciscanum exigat habet, non exciter,
rectissimè: dixerat enim paulo ante, nūquam à nobis exegit huius
uirtutis experimentum. Et infra. Cumq; cōmodo mori non li-
cuisse.] Non commodo, sed quo modo omnia scripta exempla-
ria præferunt, ut putem omisum fuisse librariorū incuria uerbum
aliquod necessariū ad cōplementū sententiæ. Et infra. Et in præclu-
sis faucibus spiritū elisit.] Præpositio, in, superuacanea est, ex eisdē.

EPIST. LXXII. Ergo consilium sub die nasci debet.] Venu-
stior lectio antiqui exemplaris sub diem, quam sub die. Et infra.
Summum est quod honestum est.] Scribe, Summum bonum est
quod honestum est: ex omni antiqua lectiōe. Et infra. Qui ani-
mum minuta docendo dimittunt.] Legendum demittunt, non di-
mittunt: ex eadem. Et infra. Et hanc summam dixit esse sapien-
tiam.] Coniunctio, &, superuacanea est ut reor: & uerbum sequēs,

inquit,

EPIST. LXXI.

inquit, mutandū in, inquam. Bisq; idem admissus est error, nisi nos potius erramus. Et infrā. Eodem natura demittit.] Omnis uetus lectio dimittit. Et infrā. Rigidari quidem amplius intendi non potest.] Exemplaria pleraq; cum impressa lectione rigidari praeferrunt. Alia rigida est, ut considerandum lectores habeant, an ita legi commode possit. Rigida esse amplius non intendi potest.

Et infrā. Nec quæ illa quidem fiunt.] Verus lectio, nec quæ ab illa quidem fiunt. Et infrā. Qui suprā fortunam extat.] Scribe, quàm qui suprā fortunam extat: ex eadem. Et infrā. Vbi ergo est origo calamitatis. Vbi illud malū uerū est.] Scribendum, Vbi ergo est calamitas? Vbi illud uestrū malum est? ex codice antiquo. Et infrā. Si ista animū detrahunt.] Distrahunt, non detrahūt, in eodē habetur codice. Et infrā. Omnia quæ uirtute cōtracta sunt.] Quaedam exemplaria contenta sunt, praeferrunt: non cōtracta sunt.

EPIST. LXXIII. Liquebat mihi si rem edicerē per se, sed diu non retentauit memoriam meam.] Exemplar Franciscanum, liquebat mihi sic rem edidiscerā, sed diu non retentauit memoriam meā. Et infrā. Quaedam enim sunt quæ posses & incise scribere.] Codex Facundi & Primitiui non incise legit, sed in circo. Alii in cisis, quā lectionē probo, est enim cisiū genus uehiculari gestatorii auctore Nonio Marcello, nec posses, legendū, sed possis. Et infrā. Sapientis uerō contextitur gaudiū, nulla rumpitur fortuna.] Vetus lectio. Sapientibus uerō contextitur gaudiū. Nulla rumpitur causa. Nulla fortuna. Et ultrā. Aliquo incōmodo afflatur.] Melior lectio aliquando, quàm aliquo. Et infrā. Hæc est etiā quæ aeterna cōmendat.] Veteres codices. Hæc etiā est quæ externa cōmendat.

Et infrā. Ad rapinā alterius erecti & attoniti.] In quibusdā exemplaribus, attenti habetur, non attoniti. Et infrā. Quā non quidē attigerunt.] Contigerunt uetus omnis lectio, non attigerunt. Et infrā. Cū medios quoq; sequatur fructus suos.] Prior editio fluctus, nō fructus, quod nō displicet: quia præcessit, iā in portu sunt. Scripti quoq; codices eam lectionem agnoscunt.

EPIST. LXXIII. Animosius à mercatore quàm à uectore.] Adde coniunctionem, & ut sit & animosius, ex eisdem.

EPIST. LXXV. Illa uerō maxima est ex omni mortaliū populorū turba miserorū.] Emēda. Illa uerō maxima est ex omni mortaliū populo turba miserorū, ex eisdē. Et infrā. Circa premiū rixa est.] Prīmū, nō premiū: eadem. Et infrā. Aliquos spes uana delusit.] Lege inuadendiq; aliquos spes uana delusit: ex eisdē. Et infrā. Aut inde fallimur.] Omnia quæ legerim exemplaria ita habent

præter unum Franciscanum in quo legitur, aut decipimur aut fallimur. Et infrà. Quicumq; beatū esse se constituet.] Verus lectio. Quicumq; beatus esse cōstituet. Et infrà. Et ut lingua nostra loquar produc̄ta.] Coniunctio &, non habetur in eadē. Et infrà. Nisi tēperatur præmit.] Corrige, nisi tēperat premit: ex eadē. Et infrà. Ad conuersationē uniuersi pertinere.] Scribe conseruationē, non conuersationē: ex eadē. Et infrà. Quod negatis ullum esse aliud honesto bonum.] Legendū, quod negatis ullum esse aliud ab honesto bonum. Alia exemplaria, quod negatis ullū esse aliud bonum quā honestū. Et infrà. Quare si amicū bonum amisit.] Si sustinetur particula, quare, per interrogationē legatur sententia necessarium erit, ut sit respōsio. Si amicū bonum amisit, sed in antiquissimo & correctissimo exēplari diui Frācis̄ci quod subinde aduoco nō habetur, quare. Et infrà. Quod si quæris.] Scribendū per interrogationem. Quid sit quæris: ex uetere lectiōe. Et infrà. Quid illos quoq; bonos fecerat uirtus.] Lego, quod illos bonos fecerat uirtus: ex eadē. Et infrà. Non facit collectio amici sapientiorum.] Amcorum lege, non amici: ex eadem. Et infrà. Siue circa senectutem finitus est.] Citra legendum, non circa, ex codicibus Pincia. & Facund. ac Primit. Et infrà. Et nullo actu pigritia.] Corrige, & in ullo actu pigritia: ex uetere lectiōe.

EPIST. LXXVI. Multum tamen operis impendi uerbis nō oportet.] Legendum operæ, non operis: ex eadē. Et infrà. Quid aures meas scalpis, quid oblectas. Aliud agitur. Vrendus, secandus, abstinentus sum.] Scabis, non scalpis: & abscindendus, non abstinentus in quibusdam habetur exemplaribus. Et infrà. Postquam hæc animum implicuerunt & perpetua eius mala esse cœperunt.] Nonnulli codices, Hæc cum semel ceperunt animum implicuerunt, & perpetua eius mala esse cœperunt. Et infrà. Assidua & uetus ptysum.] Legendum reor pthysum, non ptysum: & mox paulo, profecere, non præfecere. Et infrà. Iam non sollicitatur libidine, sed tolerat etiam nunc ambitionem.] Sic prior æditio, Corrigendum. Iam non sollicitatur libidine etiam nunc ambitionem sentit: ex uetere lectiōe. ctsi quidam codices legant, Iam non sollicitatur libidine, at etiam nunc ambitione. Et infrà. Optima & noxa carentia expectant nos, si ex hac aliquando fece in illud euadimus sublime & excelsum. Tranquillitas animi est expulsis erroribus absoluta libertas.] Scribe, Optima noxa carent. Expectat nos si ex hac fece in illud euadimus sublime & excelsum tranquillitas animi & expulsis erroribus absoluta libertas: ex collatione &

diligenti excussione ueterum codicum.

EPIST. LXXVII. Et quidem quintum iam diem habeo ex quo in scholam eo.] In nonnullis exemplaribus, equidem habetur, non & quidem, sed omnino suspecta mihi tota hæc lectio, mallemeque; legeres sic, & quidem quintus iam dies abiit ex quo in scholam eo: etsi nullus antiquus codex faueat. Et infra. Si hoc unum senectutem meam decet.] Scribendum reor dedecet non decet. Et infra. Metronactis petenti domum.] Petentibus non petenti: uetus lectio. Et infra. Illud quidem factum est & hoc ingenti studio quis sit Pitaules bonus iudicatur.] Castiga, Illud quidem ingenti studio quis sit pitaules bonus iudicatur: reliqua superuacanea sunt, ex eadem. Et infra. Honor afferetur.] Castigatum exemplar offeretur habet, non afferetur. Et infra. Vnum est bonum quod honestum.] Lege, unum enim est bonum quod honestum: ex uetere lectione. Et infra. Et ut in artum quæ dicta sunt contraham.] Particula, ut, redundat: ex eadem. Et infra. Et sapor uinum.] Coniunctio, &, delenda ex eadem. Et infra. Quare fortia dorso iumenta sint quaeris.] Quam legendum, non quare: ex eadem. Et infra. Nec cui argenteum rostrum est.] Scribe, nec cui argenteum, aut aureum rostrum est: ex eadem. Et infra. Velox & non sentiens uentum.] Expende an sit aptior lectio uelox & consentiens uento. Et infra. Etiam si statim facturus hoc eris.] Lege, etiam si non statim facturus hoc eris: ex uetere lectione. Et infra. Interdum ex re pulcherrima.] Scribendum puto per maiorem. Interim ex re pulcherrima. Et infra. Sed ille quoque.] Lege per maiorem. Sed & ille quoque: ex uetere lectione. Et infra. Et parum grata existimatio ciuium respondebit tibi. Ista omnia extra opus meum sunt.] Corrige, & parum grata existimatio. Respondebit tibi, Ista omnia extra opus meum sunt: ex eadem. Et infra. Cum basi illum sua metire, paruus pumilio licet in monte constiterit.] Corrigen-dum ex eadem, cum basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit. Et infra. Sciebam hæc mihi restare.] In quibusdam codicibus notatum inueni in margine legendum esse, Nesciebam, non sciebam. Sed potest tolerari sciebam, si legatur per interrogationem ducentem ad negationem.

IN LIB. XI. EPISTOLARVM.

EPIS. LXXVIII.

Non enim certus numerus quem debeas explere finitur.] Emendandum reor, Non enim certus numerus cætera? ut sit interrogatio.

EPIST. LXXIX. Non minus me hercule quam capitis ipsius, sed

sed quo incitator est.] Vetus lectio. Non minus me hercule quā capitis ipsius si incitator est. Et infrā. Animum deducit à corpore.] Diducit uerior lectio, quā deducit. Et infrā. Corpus tuum ualetudo tenet.] Dicitio, tuū, superuacanea est, ex uetere lectione: generalis est enim sententia. Exemplar Facundi & Primit. Corpus cum ualide tenet. Et mox paulo moratur scribe, non morantur. Et infrā. Quantumlibet sit illud.] Nonnulli codices, quantumlibet licet sit illud.

EPIST. LXXX. An omnis tempestas atq; mare illud contorqueat.] Aequè, non atq; Vetus lectio: etsi quēdā exemplaria legant: an omnis tempestas atq; flatus mare illud contorqueat. Et infrā. Quicquid illo freti turbine.] Sunt codices in quibus nō habetur uerbū freti. Et infrā. Quod aliquando longius nauigantibus soleat ostendi.] Scribe solebat, non soleat: ex uetere lectione. Et infrā. Fumo quoq; per diem segnior.] Legendum puto, segnior, non segnior. Et infrā. Foratum pluribus locis solum.] Quaedam exemplaria perforatum legunt, non foratum. Et infrā. Retractaturus ingenii tui uires.] Retracturus omnis prisca lectio, non retractaturus. Et infrā. Detrahat assidua uis ignium.] Expende an legendum sit deterat potius, quā detrahat. Et infrā. Non ruina inferius adducet.] Vetus lectio abducat agnoscit, non adducet. Et infrā. Circa quas delituerat.] Apud quas delituerat, emendatiores habent codices. Et infrā. Nunquid nō opinio eius emicuit.] Vetus lectio enituit habet, nō emicuit: & post paulo enituisse, nō emicuisse. Et infrā. Qui uoluissent per eadē ire uestigia.] Addēda cōiunctio, & ut sit, & qui uoluissent: ex eadem.

EPIST. LXXXI. Ad sphæromachiam auocauit.] Scribendum arbitror, sphæromachiā, non sphæromachiā, hoc est calcium sine talorum pugnā, ut sequentia uidentur probare, si corpus perducere exercitatione ad hanc patientiā potest, qua & pugnos pariter & calces nō unius hominis ferat. Et infrā. Nō alleuabatur uelū.] Alleuabitur uetus lectio, nō alleuabatur. Et infrā. Qui nobis partes quas male agamas assignat.] Scribe, qui nobis partes has quas, ex eadē. Et infrā. Latus incēdit.] Scribendū r eor, laxius, non latus. Et infrā. Quod de aliis loquor.] Emendatiores exemplaria. Quid de aliis loquor? ut sit interrogatio.

EPIST. LXXXII. Fœneratorē nō fugat à foro coactor.] Quaedam exemplaria non coactor habent, sed tortor ut legendum putē, coctor, qui aliās dicitur decoctor. Et infrā. Quāuis iniurię præpoderent: tamen beneficiis donetur cū quod ex iniuria superest

plus nocuit, sed prius profuit.] Scribendū per maiorem. *Quantū* iniuria præponderet: tamen beneficiis donetur quod ex iniuria superest. Plus nocuit, sed prius profuit: ex uetere lectione. Et infra. Vtiq; dum prope sibi est reddere beneficiū & p̄sare ab accepto.] Exemplar Facundi & Primiti. utiq; dum prope est ab accepto, reliqua superfluunt. Et infra. *Quantū* autē existimas interessē, utrū aliquis quod dederat receperit, uel quod præstauit sumpserit.] Vetus lectio, & breuior, & correctior. *Quantū* autem putas interessē, utrū aliquis quod decrat, sed quod præstabat sumpserit: reliqua non habentur. Et infra. Etiam si multū erit, sed si id donari salua pietate ac fide poterit, remittet.] Scribe per maiore, Etiam si multum erit, et si id donari: ex castigatissimo codice. Et infra. *Quam* qui cum maximē obligatur.] Lege ex exemplari diui Pauli Pinciani, quam qui accipiens cū maxime obligatur. Et infra. Et illa crescunt mora.] Videretur scribendū, At illa crescunt mora. Et infra. Nostrū enim hoc bonū quemadmodū iustitia non est, ut uulgo creditur ad alios pertinens.] Corrigendū reor mutato uerborum ordine. Nostrū enim hoc bonū est, non quemadmodū iustitia ut uulgo creditur ad alios pertinens. Et infra. Nec ulla miseriam cōtingit his qui patiuntur iniurias.] Legendū existimo, cū patiuntur, non qui patiuntur: aliā nullū elicit sensum. Et infra. Nemo si ingratus est nō miser erit, non differo illum, statim miser est.] Corrigendū ex codice Franciscano, reliquos enim deprauatos inuenio. Nemo si ingratus est miser erit. Non differo illum. Statim miser est. Et infra. Quod pessimū ex illa est, & ut ita dicā spicissimum.] Legendū reor, pessimū, non spicissimū: formauit enim in perlatiuum à superlatiuo, ut apud Græcos primissimus, ipsissimus. Et infra. Illud autē uenenū.] Verbū, autem, tollendum, ex uetere lectione. Et infra. Sed nec querit cui imputet casum.] Dele uerbum, sed, ex eadē. Et infra. Et hoc facit quod qui post tabulas accepto quidē præstauerant usurā. Vel hi remittunt uel tabulas nouas soluunt.] In duobus fidelissimis exemplaribus Franciscano & Facundi ac Primitiui multa ex his uerbis non habentur ni fallor rectissimē. Legitur in his ad hunc modū, Et hoc facit quod qui post tabulas nouas soluunt: reliqua desiderantur. Et infra. Cogitamus non quid impetratū, sed quid petendum sit.] Scribe impetrandū, non petendum, ex exemplari diuæ Mariæ Salmanticensis. Et infra. Sic & in hoc fidem populo demus.] Vetus exemplar, sic & hoc fidei populi credamus. Et infra. *Quam* me beneficii uiolati pudere.] Sic plerique habent codices castigatiores, quam beneficii

neficii oblati pudere.

EPIST. LXXXIII. Nunc sic excipe.] Fidelius in quodam antiquo exemplari. Nunc sic accipe. Et infra. In superabili loco stat animus.] Scribe, In superabili loco stat animus: ex uetere lectione. Et infra. Laudatur non exilium, sed qui hoc nō doluit.] Scribendum, Laudatur non exilium, sed is qui patienter tulit, ex eadem. Sunt tamen exemplaria in quibus legitur, Laudatur non exilium, sed qui non doluit quamuis isset: pro quo fortasse reponendum, sed qui non doluit cum exulasset. Et infra. Sed etiam cum persuaseris istas fabulas esse.] Scribe ista, non istas, ex exemplari correcto & prisco. Et paulo ante territat, non terreat, habet uetus lectio. Et infra. Et ab re suspecta ac periculosa fugiat.] Malim legeres fuget, quam fugiat. Et infra. Non ibis audacior si mala illa esse credideris.] Scribe audentior, non audacior: repetit enim Vergilianum uerbū, sic etiam agnoscente uetere lectione. Et infra. Nec uictoriam sperant nec reditum.] Scribe, sperantes, non sperant, ex castigatissimo codice. In quo etiam funditus legitur paulo post, non futurus. Et infra. Ne Python quidem uulnerabilis erat.] Scribendum censeo ne Python quidem inuulnerabilis erat: et si arbitror hæc uerba Senecæ non esse, sed studiosi Senecæ uerba refellentis, exemplo Pythonis qui fuerat ab Apolline sagittis confectus, quæ uerba postea per errorem à librariis in ordinem contextus tracta fuerunt.

IN LIB. XII. EPISTOLARVM.

Si interuenit dico non tanquam aliquando discedat.] Tolle negationem, non, ex uetere lectione. Et infra. Breuissimo somno utor, & quasi interuigilo.] Eadem interiungo habet rectissimè, non interuigilo. Et infra. Sed sanè si hoc senserit.] Verbum, si, delendum, ex eadem. Et infra. Tam creditū est illi Cimbro.] Corrige, tam creditum est Tullio Cimbro, ex exemplari Franciscano, & ex ipso Seneca paulo post, præterque Suetonio, Appiano, Plutarcho, & aliis. Et infra. Ebrius ex quo semel factus fuit.] Codices correcti, ebrius ex quo semel factus est fuit.

Et infra. Extendi in plures dies illum ebrii habitum.] In quibusdam exemplaribus uerbum, dies, desideratur, in quibusdam pro eo, uires, substitutum leges. Et infra. Et intellectu facinore mori uoluit. Certe eruit omne uitium ebrietas & incendit & detegit.] Verba illa, Certe eruit, aliter habentur in uetere lectione. Quædam exemplaria. Certe diruit. Exemplar diuæ Mariæ. Certe desituit. Quæ lectio propius ad ueritatem accedit. Scribendū enim

EPISTOLA
LXXXIIII.

puto per minorem, ut legatur coniunctim ad superiora certè deli-
tuit, & referatur ad Alexandrum, qui occiso Clito conspectum ho-
minum ueritus domi se multos dies continuit ad confirmandum
pudorem autore Curtio, Et infrà. Vallatur enim exasperaturq;
fanitas mentis.] Exemplaria quædam uallatur agnoscunt, ut ha-
bent impressi codices. Alia uillatur alia uiolatur. Codex diuæ Ma-
riæ Salmaticensis, bellatur, ut ferè adducar legi posse, bellatur, hoc
est in belluæ naturâ transit. Et infrà. Nam cum sæpe apud se non
sunt consuetudine infantiæ durata.] Corrige, Nam cum sæpe apud
se non sint ubi consuetudo infantiæ durata est, ex exemplari Facun-
di & Primitiui.

EPIST. LXXXV. A lectionib⁹ recessi.] Scribe, à lectione nõ
recessi, ex codice Franciscano. Cæteris cū impressis conuenit. Et
infrà. Inuicem hoc illo commutandum est.] Cõmeandum, non
cõmutandum omnis habet antiqua lectio. Et infrà. Et alterum
altero temperandum.] Maior codicum pars reparandum legit, nõ
temperandum. Et infrà. Etiam si alicuius in te comparebit simi-
litud.] In correcto exẽplari. Quod si alicuius: rectius. Et infrà.
Ne intelligi quidem posse si magni uiri.] In nõnullis codicibus,
ne intelligi quidem posse si magni uiri ingenium est. Et infrà.
Nec enim omnibus quæ ex quoq; uelut exemplaria traxit.] Va-
riant hic codices. Quidam legunt ex æquo, non ex quo. Alii exem-
plari, non exemplaria. Alii struxit agnoscunt, non traxit. Ex hac
dissõnantia lectionum cõmodam aliquam excogitato ingenio-
sus lector. Et infrà. Ut unitatem cum illa petant.] Quædam
exemplaria, & in unitatem illa computat. Et infrà. Et cauea ue-
natoribus cincta.] Exemplar Facundi & Primitiui, non uenatori-
bus legit, sed ænatoribus pulcherrimè. Et infrà. Quam ne se
post alium.] Vetus lectio, quam ne alium post se. Sunt tamen co-
dices in quibus uerbum, alium, redundat. Et infrà. Si is cui inui-
detur & inuidet.] Coniunctio si, superuacanea est, ex antiquo co-
dice. Et infrà. Trãquillissimasq; res & simul amplissimas pete.]
Deest uerbum, eius, tranquillissimasq; res eius & simul amplissimas
pete: ex uetere lectione.

EPIST. LXXXVI. Quod si sanum uoces leuiter febricitan-
tantem.] Scribe, Quid, non Quod, ex eadem. Et infrà. Idem
enim negat nunquam uirtutem esse sine uoluptate.] Scribe, un-
quam, nõ nunquã, ex eadem. Et infrà. Aut si stulti & amentis est
mala non timere.] Scribẽdum per maiorem. At si stulti & amen-
tis est, ex eadem. Et infrà. Inter lymphaticos metus numerat.]

Eadem

Eadem numerat habet, non numera. Et infrà. Si ex intervallo quo magis torméta sentiat repetitur.] Quid si legas, referitur, non repetitur, Et statim. Et percicata uiscera recēs dimittitur sanguis.] Vetus lectio, exsiccata, siue asiccata. Item existimo legēdum, demittitur, nō dimittitur. Et infrà. Nō in effectu tunc maxinus.] Legendum per maiorem & absq; negatione. In effectu tunc maxinus: ex eadem. Et infrà. Osculatur tigrim suus custodes.] In quibusdā codicibus legitur, Osculatur tigres suos custodes. Et infrà. Elephantem minimus & æthiops iubet subsidere in genua.] Dele coninnctionem, & paulō pōst adde illam, ut scribatur & ambulare per funem, ex uetere lectione. Et infrà. Vbiq; horrenda cūm ad hunc peruenere mansueta sunt.] Eadem, Quæcunq; horrenda ad hunc peruenere mansueta sunt.

IN LIB. XIII. EPISTOLARVM.

Quædam oblectabilia senescenti.] Vetus lectio, Quædā oblectamenta senectutū. Et statim ante, in sitionibus legendum puto, nō in sationibus. Et infrà. Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma in libertate.] Antiquus codex. Aut Scipio Romæ esse nō debebat, aut Roma in libertate. In aliis, Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma sine libertate, sed prior lectio magis probatur. Et infrà. Quid putas illo soluisse malitiā labore uirum.] Sic prior æditio. Legendū reor, Quid putas illos oluisse, militiam, laborem, uirū, ut paulō pōst Pastillos Rucillus olet. Ut uerba illa. Quid putas illos oluisse? interrogatio sit eius qui antiquorū sordes improbat. Senecæ autē responsio sit, Militiā, laborē, uirū. Posset etiam legi uires, non uirum. Et infrà. Annuo tempore ista ponenda sunt.] Corrige, an uno tempore ista ponenda sint: ex exemplari Franciscano. Et infrà. Relicto tantū capite ipso ex quo illæ pependant.] Castigatior lectio cuiusdā antiqui codicis, relicto tantum capite uno ex quo. Et infrà. Quas necesse est teneras adhuc & precario harentes.] Prior æditio & omnes quos legerim scripti codices, cæteras habēt, non teneras: uno excepto in quo, cereas legitur, non cæteras rectissimè. Et infrà. Parū autem arboris antequam obruat radix.] Sic in omnibus inueni exemplaribus, sed radit, scribendum, non radix, ex his quæ sequuntur datur intelligi. Et infrà. Grandis copix sunt.] Forte, grandiscapix sunt, ut sit grandiscapix dictio composita, hoc est grandis capitis: nam si separatim copix legas quare adderet, ut ita dicam.

EPIST. LXXXVIII. Nondū audeo frugalitatē palā ferre.]

Quædam exēplaria proferre legūt, nō ferre. Et infrà. Quia ma-

gnus Calendarii liber uoluitur.] Rectior uetus lectio, euoluitur.
 Et infrà. Et cū omnia dixeris pauper est.] Scribe, per maiore &
 absq; coniunctione. Cū omnia dixeris pauper est, eadē. Et infrà.
 Quem tā necessariū R. o. pop. hercule profuit nasci quā Scipio-
 nem.] Eadē, quē tā R. P. fuit nasci quā Scipionē: reliqua desideran-
 tur. Exēplar tamē quoddā profuit habet, nō fuit. Et infrà. Et hip-
 poperis quidē impositis, ut secū utilia portaret.] Puto legendū non
 utilia, sed utensilia. Nam nō ita post subiicit: partim enim sarcinæ
 ab utroq; latere dependentes occupabant. Et infrà. Curfores &
 Numidas & multū ante se pulueris agentē.] Emendatissimū exem-
 plar, agētibus legit, non agentē, rectē ut referatur ad troisulis, non
 ad Catonē. Et infrà. Cultior imitatorq; quā M. Cato uideretur.
] Comitator, nō imitator legendum, ex uetere lectione. Et
 infrà. Ab ipso Catone defrictū.] Stare potest uerbum defrictū, ut
 illud, nā multos qui fricabat cōsul factus est. sed ueteres codices le-
 gunt defrictū, unde strigiles dictæ. Et infrà. Quod bonū est fa-
 cit musicū.] Aliqua exemplaria, quod bonū est bonos facit musi-
 cos. Et infrà. Ab eo inquit quod est bonū.] Maior codicū pars,
 inquit, agnoscit, non inquit. Et infrà. Quomodo posuerimus
 quod bonū est musicō.] Corrige, quomodo posuerimus quod bo-
 num est in musicæ: ex uetere lectione. Et infrà. Etiam nūc facere
 is me planius uolo.] Castigandum ex eadem. Etiamnum facere,
 id planius uolo. Et infrà. Nec cupit nimis nec expauescit.] Lege,
 aut cupit nimis aut expauescit: ex eadē. Et infrà. Chelidonium ex
 Clepatræ mollibus.] Aliqui codices, Chelidon unus ex Cleopatrae
 mollibus. Et infrà. Cui contingit habere rem nō quamlibet
 hunc non quemlibet dixeris.] Brevior uetus lectio. Cui contingit
 habere nō quælibet, hunc non quælibet dixeris. Et paulō pōst, acces-
 sionē lege pro accessione, ex eadē. Et infrà. Verū est quod con-
 temptissimo.] Scribe, Verum est ergo quod contemptissimo: ex eadē.
 Et infrà. Necessē est ut recipiat sacrilegiū reliqua.] Ver-
 bum, ut, desideratur in antiquo codice. Et infrà. Quo quid fieri
 portentuosius potest.] Legendū portentuosius, ex uetustis codici-
 bus. Et infrà. Prorsus persuasimus.] Forte legendū, prorsus per-
 suasi sumus. Et infrà. Dissimillima enim utriusque rei conditio
 est.] Cōiunctio, enim, eradēda, ex uetere lectione. Et infrà. Illic
 lucrum sine sacrilegio facere non possum.] Corrige, Hic lucrum
 Præcessit enim alterum Illic, ex eadem. Et infrà. Duas inquit si-
 gnificationes habet propositio nostra.] Vestra legendum, non
 nostra, ex eadem: & si in aliquibus exemplaribus non habeatur
 omnino

omnino ea dictio. Et infrà. Et sua cuiq; nocet stultitia.] Scribe, aut sua cuiq; nocet stultitia : ex eadem. Et infrà. Essent malum si per se nocerent.] Eadem. Essent malū si ipsæ nocerent. Et infrà. Bonum animum habere.] Scribe, Bonum animū habere: ex eadem.

Et infrà. Græci dicunt sterresin, cū dicunt non quod habeat dicitur, sed quod non habeat.] Lego, Græci dicūt cata sterresin. Non quod habeat dicit sed quod non habeat: ut uerbum habeat, ad paupertatem referatur. Reliqua superuacanea sunt ex eadē. Et infrà. Aliter inquit quàm debes paupertatem intelligis.] Deest coniunctio, enim. Aliter enim inquit quàm debes, ex eadem.

EPIST. LXXXIX. Syllabarū enarratio.] Sic scripta omnia præferunt exemplaria. Sed considerandum an enumeratio sit scribendum, nō enarratio. Et infrà. Si tristem me facit uicinus potens.] Vetus lectio impotens habet, non potens, rectius. Sunt tamen exemplaria quæ præpotes legant. Et infrà. Quid immutabilis rei notitia proficiet.] Mallem legeres proficiam quàm proficiet: ut notitia sit casus auferendi. Et infrà. Ut ab insidiis tutus essem. Nunquid me craftina nō fallit hora, fallit enim quod nescienti euenit.] Scribe, ut ab insidiis tutus esses. Nunquid te craftina nō fallit hora nec insidiis noctis capieris opacæ, fallit enim, ex uetere lectione.

Et infrà. His imperitorum feriuntur oculi.] Feruntur eadem agnoscit, non feriuntur, hoc est ducuntur, trahuntur, ut illud summi Poëtæ, trahit sua quenque uoluptas. Et infrà. Pueriles sunt & aliquid habētes liberalibus simile hæ artes quas eleutheras Græci.] Legendum puto, sed aliquid : non, & aliquid. Item antiqui & emaculati codices, & item impressi ante germanicam impressionem non eleutheras habent, sed incyclius, hoc est circularis. Ita certè appellat illas apud Græcos, ut alios omittam, Athenæus: apud nostros Capella Martianus, & communi uulgataque nomen elatura Græci encyclopædiam uocant, hoc est circulare disciplinam. De cuius nominis ratione alia alii, plura Philoponus in posteriora. Et infrà. Est aliqua moralis, est aliqua rationalis. Sic & hic quoque.] Tria illa prima uerba, est aliqua moralis, superflua sunt ex nonnullis exemplaribus : & legendum hæc, non hic, ex uetere lectione. Et infrà. Aliquid nobis præstat Geometriæ ministerium.] Aliquod, non Aliquid, exemplar Facundi & Primitiui. Et infrà. Hoc illa altius condent.] Scribe, condam, non condent : ex uetere lectione. Et infrà. De diuinis humanisque dicendum est.] Discendum, non dicendum : eadem. Et infrà. Primum an per se sit aliquid.] Eadem. Primum an ipsum sit ali-

quid. Quibusdam tamen exemplaribus conuenit cum impressis. Et infra. Deinde an aliquid ante tempus sit, si tempus cum mundo coeperit? an & ante mundum quia cetera.] Duo emendati codices. Deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore. Cum mundo coeperit an & ante. Et infra. Miser erat si tam multa superuacua legisset.] Verbum, erat, in aliquibus scriptis codicibus non habetur. Et infra. Noli cogitare quantum temporis tibi auferat mala ualutudo.] Scribe, per minorem & lege cum superioribus, non cogitare quantum temporis auferat mala ualutudo: ut pronomen tibi superfluum sit. Alioqui sibi scribendum erat non tibi, ex uetere lectione. Et infra. Parmenides ait ex quæ uidentur nihil esse in uniuerso.] Corrigendum reor, Parmenides ait ex his quæ uidentur nihil esse nisi unum. Et infra. Omnia negotia de negotio deiecit.] Verba illa, de negotio, in plerisque exemplaribus non habentur. Et infra. Et megarici & cretici.] Legendum critici, non cretici, hoc est si liceret dici iudiciales. Sed id uerbum receptum iam à Latinis & latii iure donatum est.

IN LIF. XIII. EPISTOLARVM.

EPIST. XC.

Similimum mundo spectaculum.] Lege, Simillimum uel mundo spectaculum: ex codice antiquissimo. Et infra. Et sic à nobis aspicienda.] Scribe, erit à nobis aspicienda: ex antiquo exemplari. Et infra. Quia causæ diuinorum humanorumque partes sunt.] Exemplar Franciscanum, quia causæ diuinorum humanorum pars diuinorum sunt. Et infra. Illud quasi constet.] Omnis emendatior lectio, constitit, non constet. Et infra. Nec iustus homo esse sine studio sui potest.] Corrige, Nec uirtus autem esse sine studio sui potest: ex uetere lectione. Et infra. Sed ad uirtutem uenitur per ipsam.] In eadem uerbum, sed, non habetur: rectè. Et infra. Sed eam accessionem esse.] Eum legendum, non eam, ut referas ad locum: ex eadem. Et infra. Ipse elementis locus.] Elementi eadem, non elementis. Et infra. Hanc analyticam, illam topicam placuit appellari.] Eadem aliter præfert Græcis literis. Hanc dialecticam, illam Rhetoricam placuit appellari. Et infra. Analytica in duas partes diuiditur.] Dialectice in eadem scriptum est Græcis characteribus, non Analytica. Et infra. Itaque in eo loco finem faciam.] Eadem. Itaque hoc loco finem faciam. Et infra. Quousque arationes uestras porrigetis ne prouinciæ quidem statione contenti.] Scribendum

dam, Quousq; arationibus uestris fines uestros porrigetis ex eadē. Sed legendum puto statione, non statione. Et infrā. Per priuatum decuruis.] Deest uerbum, est, per priuatum decursus est : ex eadem.

Et infrā. Nisi trans Adrianū & Ionium.] Adriam, non Adrianum, eadem rectē. Res est nota: idē confirmationibus superfedi.

Et infrā. Quam uultis latē possidere?] Scribe, possidete, nō possidere: nec est ulla in uerbis interrogatio, ex eadem. Et infrā. Nō contenti solo nisi quod manu feceritis.] Scribendum, nec contenti solo : ex eadem. Et infrā. Quantulum enim ex istis epulis quæ per tot comparatis manus.] Lege, ex eadem, Quantulum enim est quod ex istis epulis quas per tot comparatis manus.

EPIST. XCI. Philosophiæ autem quòd benè uiuimus.] Remoue uerbum, autem : ex eadem. Et infrā. Pro certo debetur.] Lege per minorem cum præcedentibus, pro certo habetur : ex eadem. Et infrā. Cuius scientiam nulli dederunt.] Vlli habent, nonnulli antiquiora duo exemplaria. Et infrā. Et sapientia quod in se optimum habet.] Superuacanea est coniunctio, & : ex eisdem. Et infrā. Inter septem æui sapientia notus.] Scribe, notos, non notus, ex castigatis exemplaribus. Posset etiam legi, inter septem æui illius sapientes natus. Et infrā.

Nec illi fabricæ asseram gloriam.] Illam lego, non illi : ex uetere lectione. Et infrā. Ante architectores fuisse.] Non architectores, sed architectonas, præfert eadem literis Græcis quanquam male deliniatis, & uacillantibus. Et infrā. Et ferro per designata corrente.] Scribe, ferra, non ferro : ex eadem. Et infrā. Nō enim tecta cœnationum epulas receptura parabantur.] Scribe,

Non enim tecta cœnationi epulum recepturæ parabantur : ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrā. Et in procliuē disposita.] Idem exemplar deposita legit, non disposita. Et infrā. In summo uenas iacentes liquefactas fudisset.] Liquefacta, non liquefactas, ex eodem scribendum. Et infrā. Ipsa tales inueniunt]

Ista malleu legeres, quàm ipsa. Et infrā. Et animo humum expectante.] Sunt codices in quibus uerbum, animo, non habetur.

Et infrā. Quæ si audire humanum genus uoluerit.] Scribe, Quam, non Quæ, ut referas ad naturam : ex uetere lectione. Et infrā. In delitiis laboratur etiam.] In delicias laboratur, eadem. In qua uerbū, etiam, nō habetur. Et infrā. Facilem actū uitæ daret.]

Legendum fortasse, Facilem ac tutam uitā daret. Et infrā. Nos ista pernitiōsa, nos misera.] Corrige, Nos ista preciosā. Nos mira: ex uetere lectione. Et infrā. Itaque hunc textorum, hinc fabro-

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum officinae sunt.] In quibusdam codicibus, non hinc habetur, sed huic, non minus comoda lectione. Et infra. Separata coire cogantur.] Castiga, spata coire cogantur, ex omni antiqua lectione. Et infra. Textricū quoq; artem à sapientibus dixit inuentā.] Textrini lege per minorē, non Textricū recte, ut non multo post, futrinum. Et infra. Quod lato pariant insecti pectine dentes.] Sic legitur in omnibus scriptis exemplaribus, sed feriunt, esse legendum, non pariunt docet Quid. in 6. Metamor. unde hi uersus desumpti. Quos notandum in eodē Quidii 6. aliter haberi. Inferitur mediū radiis subtegmen acutis, Quod digiti expediunt atq; inter stamina ductū Percusso feriunt insecti pectine dentes: nisi forte Seneca ex comodo suo illos concidit. Et infra. Proficillum aratro solū & inter aratrum.] Legendū reor, nō inter aratrū, sed iteratum. Et infra. Et sæpius regeruntur.] Legendū credo reteruntur, non regeruntur, præcessit enim attritū. Et infra. Omnia hæc quidē inquit sapiens inuenit.] Error in ordine uerborū. Corrige, ex codice Facundi & Primitiui. Omnia hæc inquit sapiens quidē inuenit. Et infra. Deinde à corporibus se ad incorporalia transtulit.] Corrige, Deinde à corporalibus se ad incorporalia transtulit: ex uetere lectione. Et infra. Quia homines sunt non quia sapientes.] Lege qua, non quia, utrobiq;. Nam & statim subiicitur, Quā uelox est, non quā sapiens. Et infra. Qui cursu omnes anteibit.] Dictione, qui, tollenda, ex uetere lectione. Et infra. Aliquem uitriariū ostendere.] Vitriariū, non uitriariū, legi in antiquo exemplari, quod & uidetur exposcere analogiæ ratio. Præterq; grammaticos quosdam id magis approbare uideo. Et infra. Qui uix diligenti manu effingerentur.] Vetus lectio, qui uix diligentia manuum effingerentur. Et infra. Quemadmodū ebur molliretur.] Sic quidem legunt omnes scripti codices. Sed poliretur existimo legendum, nō molliretur. Et infra. Non quia sapiens erat.] Corrigenđū ut ante admonui, nō qua sapiens erat, ad stipulante etiam uetere lectione. Et infra. Sed illa quæ nullum bonum putat.] Scribe, sed de illa quæ nullum bonum putat: ex eadem. Et infra. Tam inter diem illis quàm noctem patebant prospectus huius pulcherrimæ domus.] Castigo, Tam interdū illis quàm noctu patebat prospectus huius pulcherrimæ domus: ex eadē. Et ut ita dicā à diis recentes.] Sunt exemplaria quæ recententes habeant, non recentes.

EPIST. XCII. Lugdunum quod ostendebatur in Gallia quæritur.] Codex antiquus non quæritur habet, sed quæri. Et infra. Validissimos ptyfis.] Phthisis legendum, non ptyfis, ex uetere lect

lectiōne, cuius uitii & antea admonui. Et infrā. Qui diem dixit horam momentumq; temporis euertendis imperiis sufficere.] Puto, reclamationem licet omnia exemplaria, desiderari in his uerbis negationem, non legendumq; qui diem dixit, non horam momentumq; temporis. Quam sententiam mutuatus uidetur Seneca à Phalereo Demetrio, qui cum legisset apud Euripidem, diuitias rem esse diariam, sufficereq; uel unicam diem ad alleuanda quæ depreffa sunt, uel è contrario reliqua pronuntiauit ab Euripide rectè dicta, nisi quod non diem fuit dicturus, sed momentum. Auctor est Plutarchus in consolatione ad Apollonium. Et infrā. Si tanto tempore repararentur cuncta quanto finiuntur.] Emendatio-
 ra exemplaria, Si tanto tēpore perirent cuncta quanto fiunt. Alia, si tam tarde perirent cuncta quàm fiunt. Et infrā. Ornamentumq; prouinciarum quibus & inserta erat & excepta.] Considerandum an sit commodior lectio prouincialium quàm prouinciarum. Et infrā. Ac speculas ad humilem arenam deduxit.] Vetus lectio, ac speculas ac humile deduxit. Et infrā. Omnibus exitus manet.] Eadem, omnes exitus manent. Et infrā. Siue interna ui flatuq; præclusa uiolenti.] Eadem, siue interna uis flatuq; præclusa uiolenti. Sed expendendum an sit aptior lectio præclusi, quàm præclusa. Et infrā. Siue torrentiū in abdito uastior obstantia effregerit.] Vastorum lege, non uastior, ex eadem. Et infrā. Felicitatis urbis inimicus.] Puto desiderari hoc loco principis. C. Caligulæ nomen, quem infensissimum extitisse urbis successibus auctor est Tranquillus. Et infrā. Aetas ne homini quidem extrema deducta.] Vetus lectio. Aetas ne homini quidem extrema. A Plauto deducta. Alii codices non à Plauto habent, sed à Plano. Alii, A Planco rectè, Eusebius in Chronicis, Munacius, inquit, Plancus Ciceronis discipulos orator habetur insignis, qui cum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit. Et infrā. Nihil horum dedignandum est.] Legendum indignandum, non dedignandum, ex eadem. Et infrā. Tam Ardea capta quàm Roma capta est.] Eadem. Tam Ardea capta quàm Roma est. Et infrā. Discede inquit ambitio. Omnium quæ terram premunt seruus miles esto.] Corruptissima uerba, nec in ullo scripto codice castigatiora. Minus uitiosa ni fallor futura si sic legantur. Discede inquit ambitio. Omnium quæ terram premunt seruem unam esse. Quandoquidem in uetere lectiōne sere miles habetur, non seruus miles. Et infrā. Ista de quibus quæris omnibus eadem sunt.] Quæris, non quæris, uetus lectio. Et infrā. Nisi fama uicisset.] Eadem iussisset

set agnoscit, non uicisset. Et infrà. Cùm ne morti quidem hæc apud nos noceat.] Scribendum puto, ne morti quidem hi apud uos noceant: ut pronomen hi, referat rumores. Nam dictio, cum, in omnibus antiquis codicibus propalam desideratur. Et infrà. Et hoc malam molitionem habet.] In eisdem sic ut recitauit habetur, sed legendum puto, & hæc malam amolitionem habet: hoc sensu, mortem quoque sicuti infamiam, & alia huiusmodi, amolitionem habere, sed malam: hoc est amoliri homines illam, sed decipi. Non enim ut creditur malum est nemine id experto. Ab amoliendo. Amuleta dicta quæ circa collum aut in brachiis gestari solent, gratia amoliendi fascinoes morbosæ, Græci Phylacteria uocant, hoc est, ut sic dicam, seruatoria. Dioscorides & alii.

EPIST. XCIII. Is inquam beatus quem nulla res.] Deest uerbum, est, Is inquam beatus est quem nulla res: ex uetere lectio-
ne. Et infrà. Si ueritas tota perfecta est.] Scribe, Si ueritas tota perfecta est: ex eadem. Et infrà. Vides autem quale sit, & te non esse contentum.] Sic prior æditio. Corrige, Vides autem quale sit sole te non esse contentum, ex exemplari domestico reliquis hoc loco deprauatis. Corroborant hanc emendationem uerba sequentia, Quod potest in hac claritate solis. Et aliquanto post, Paulo ante dicebam igniculum nihil conferre lumini solis. Et infrà. Liber ad conspectum uniuersi.] Inspectum, non conspectum, uetus lectio. Et infrà. Tam discors inter se iunctura corporum.] Corporis, non corporum legendum, ex eadem. Et infrà. Sanctissimæ intemperans usque ad indigesta.] Eadem ingesta agnoscit, non indigesta. Quid si legas, intemperans æque ac iniusta.
Et infrà. Nonne petas illas.] Elegantior antiqua lectio, non petes illa. Et infrà. Hoc unum bene elegi.] Scribendum eligi, non elegi. Et mox paulo cœna, non cœno, ex eadem. Et infrà. Ego de corpore quoque.] Lege, Ergo, non Ego, ex eadem. Et infrà. Summum enim bonum non sequitur.] Emenda, summum tamen illud bonum non sequitur: ex eadem. Et infrà. Non esse miserum etiam beatum.] Scribe, nõ esse miserum, esse etiam beatum: ex eadem. Et infrà. In quanto libet tempore bona æterna consumat.] Quantulo, non quanto, eadem. Et infrà. Et habitus manente suo.] Manentem legit eadem, non manente: ut referatur ad aspectum. Legendum item, sed, ut puto, non, &, Et ultrà. Ut in perfecto Huic malitiæ uis quædam inest.] Scribendum reor mutata literarum quantitate. Ut imperfecto uiro huic malitiæ uis quædam inest:

ut sit malitiae pro mollitudinis, ut supra. Et infra. Ad praua ille agit carens malitia, & ea agitatio abest à bono.] Locus in omnibus exemplaribus corruptus. Corrigendus forte sic, Ad praua illum agit haerens malitia, & ea agitatus abest à bono. Et infra. Vt suarum possessionum orientis occidentisq; terminus fiat.] Vetus lectio compendiosior & elegantior, ut sua orientis occidentisq; terminus fiat. Et infra. Vtrum proiectum aues differant an consumatur canibus data praeda marinis.] Exemplar diuinae Mariae proiectam agnoscit, non proiectum, ut scribendum sit proiectas. Item consumantur libentius legerim quam consumatur: & Latinis legendum, non marinis. Est enim Virgilianus uersus ex nono. Heu terra ignota canibus data praeda Latinis, Alitibusq; iaces. Et infra. Quid ad illum qui tunc quoque cum inter homines est nullas minas timet, ullas ne timebit post mortem minas eorum quibus usque ad mortem timeri parum est. Non conteret inquit me nec uncus.] Breuior fideliorq; uetus lectio; Quid ad illum qui nullas sed tunc quoque cum inter homines est minas timet ullas post mortem timebit? Parum est, non conteret. Et infra. Nisi illud secundis cinxisset.] Ita omnis scripta & haecenus impressa lectio habet. Correctio erat in promptu, nisi illud secum discinxisset. Discinctum fuisse Mœcenatem & Virgilius in elegia in eius obitum, & alii testantur. Seneca item statim ante. Alte cinctum pures dixisse. De soluto autem & discincto Mœcenatis ingenio legito multa libro xx. epistolarum, in epistola cuius initium est, Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio.

EPIST. XCIII. Dum utique exeundum est.] Castiga, unde utique exeundum est. Et paulo antè, parere, non parare: ex uetere lectione. Nec sero mortuus, sed diu.] Deest uerbum, est, nec sero mortuus est, sed diu: ex eadem. Et infra. Et uixit & uiguit.] Nonnulla exemplaria, & uiuit, & uixit, & uiguit.

Et infra. Vt agam uitam ut non prateruehar.] Vetus lectio ordine praeptero, ut agam uitam non ut prateruehar. Et infra. Scimus ad quid principalis natura se attollat.] Scribe, Scimus à quibus principalis natura se attollat: ex eadem, Et infra. Etiam inter illos fui.] Lego, per diuisionem, & iam inter illos fui: ex eadem. Et infra. Etiam si nusquam transiturus accedo.] Eadem, excedo agnoscit, non accedo. Et infra. Annales Tarnusii.] Lego, Annales Tanusii, tum ex uetere lectione, tum ex

Sue

Suetonio Tranquillo in Cæsare dictatore. Meminerunt inquit huius coniurationis Tanusius geminus in historia. Et mox paulò, Tanusius adiicit Crassum pœnitentia uel metu. Et infra. Quam non decori sint.] Exemplaria quædam, quam non dedecorosi sint. Alia pro decori, derosi, habent. Sunt etiam quæ legant, quam non dederosi sint, ut forte scribendum sit quanto opere derisi sint, aut sic, quanto derisui sint. Et confestim. Et qui uocentur.] Legitur etiam in nonnullis codicibus, & quid uocentur. Et infra. Hæc est uita quorundam longa & quod Tanusii sequitur annales.] Corrigendum arbitror, Aequè est uita quorundam longa, & quod Tanusii sequitur annales. Sed considera an magis placet legi per transpositionem dictionum, & quod sequitur Tanusii annales. Et infra. Nunquid aliquem esse tam cupidum uitæ putas.] Vetus lectio. Nunquid aliquem tam stulte cupidum esse uitæ putas. Et infra. Quid autem ad rem pertinet quandiu uites.] Scribe, Quid enim ad rem pertinet ex quibusdam scriptis codicibus.

EP. IST. XCV. Vtrum pars philosophiæ superfluat.] Desideratur uerbum, præceptiua. Vtrum pars philosophiæ præceptiua superfluat, ex uetere lectione. Et infra. Et de annotatione contra malum popularis opinionis.] Aduocatione, non annotatione eadem habet. Et infra. At illam habentem præcepta.] Legendum puto decreta, non præcepta, ut ex sequentibus constat. Et infra. Quocunque illa uult utitur.] Inuertendæ sunt dictiones, quocunque uult illa utitur: ex uetere lectione. Et infra. Alioquin doces illud quod sano faciendum sit.] Castigo, Alioquin doces illum quid sano faciendum sit; ex eadem. Et infra. Sic incede, sic cœna.] Nonnulla exemplaria, sic incede, sic mane. Et infra. Vtrum manifesta demum an dubia percipies.] Corrige, Vtrum deinde manifesta an dubia præcipies. Et mox paulò monitore legito, ex uetere lectione. Et infra. Si iam mones quod obscurum est.] Scribe per maiorem. Si id mones quod obscurum est: ex eadem. Et infra. Scit sibi faciendum scit etiam te tacente.] Castigo, Scit quid sibi faciendum sit: quid non, etiam te tacente; ex exemplari domestico. Et infra. Au: uagantem.] Agnoscunt quædam uetusta exemplaria aut uacantem: & si sunt quæ impressæ lectioni consentiant. Et infra. Aut procurare mentem ægram.] Codices nonnulli procurare legunt, non procurare. Et infra. Malitia liberatur, & liberatur

ratis non est opus exhortatione.] Vetus lectio, Malitia liberatus & liberat. Non est opus exhortatione. Et infra. Non ut tantum nota sint nobis, sed etiam parata.] Permuta dictionum ordinem, ut non tantum nota sint nobis, ex eadem, Et infra. Emas non quod opus est, sed quod necesse est.] Scribendum reor contra omnia exemplaria, Non emas quod opus non est, sed quod necesse est. Confirmat hanc emendationem Seneca ipse subdens, Quod non opus est alle carum est. Alioqui quod opus est necesse est. Et infra. Animum quoque magis alleuent.] Lege, animumque magis alleuent: ex uetere lectione. Et infra. Non uident aliud ingenium esse hominis mobilis & erecti, aliud tardi & hebetis.] Corrige, non uident alium esse ingenii mobilis & erecti, alium tardi & hebetis: ex eadem. Et infra. Vtique alius alio ingeniosior est.] Eadem. Vtique alium alio ingeniosiore. Et infra. Hoc scilicet ut liberetur.] Scribe, hoc scilicet ut illis liberetur: ex eadem. Et infra. Si tamen illa diutina pestis infecit nec enecuit.] Corrige, si tamen illa diutina pestis infecit nec enecuit: ex exemplari Scholarum Salmanticonsum. Dixerat enim paulo ante obscurata esse, & oppressam indolem non extinctam. Considerandumque an sit magis commoda lectio, tantum, quam tamen. Et infra. Sed ad haec non satis prospicit.] Praepositio, ad, superuacanea est, & prospicit legendum, non prospicit: ex uetere lectione. Et infra. Dubiosque & in prauum inclinabiles.] Sic quidem omnia quae legerim exemplaria praeter Franciscanum, in quo inclinantes legitur, non inclinabiles. Et infra. Si saepe tecum sint profutura quam bona exempla.] Desunt duo uerba in fine addenda, Plus putes: ex uetere lectione. Et infra. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum deorumque simulachra ex uicino cernentibus, & alicuius oraculi uocem operientibus.] Locus mutilatus & uerbis nonnullis callus in exemplaribus omnibus praeterquam in meo familiari in quo sic habetur. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum deorumque simulachra ex uicino cernentibus, & alium ante fores alicuius oraculi uocem operientibus. Et infra. Etiam si nudis praecipis utimur.] Scribendum utitur, non utimur, ex uetere lectione. Et infra. Quae adiuuat ratione, quae praecipit.] Castius eadem, quae adiuuat ratione quod praecipit. Et infra. Si imperio & admonitione proficitur.] Lege ex eadem. Si imperio proficitur, & admonitione. Et infra. Vtraque admonitio facit.] Scribendum, Vtraque admonitio facit: ex eadem. Et infra. Quae affectus nostros uelut edicto coercent & obligant.] Scribe, ab-

legant, non obligant: ex eadem. Et infra. Nam qui didicit & facienda ac uitanda percipit.] Scribe, illam qui didicit, & facienda ac uitanda percipit: ex eadem. Et infra. Cui duo ista sufficiant.] Legendū, cui duo illa sufficiant: ex eadē. Et infra. Nulla ad aures nostras uox impune profertur.] Lege profertur, non profertur, ex eadē. Et infra. Nemo errat uni.] Eadē, Nemo errat unisibi. Et infra. Opiniones quæ nos circumsonant cōpescamus.] Eadē, opiniones quæ nos circumsonant repellantur. Et infra. Calcandumq; ac premendū dedit, & quicquid est propter quod calcamur ac premimur.] Scribe per maiorem, Calcandumq; ac premendum dedit quicquid est propter quod. ex eadem. Et infra. Et sine ullo ictu sonituq; fulgores cœli fatiscentes.] Legendum uidetur per maiorem & distincte. Cœli fatiscentes. Vt per fulgores accipias quod Græci selas appellant, per cœlos fatiscentes chasmata: & si uetus omnis lectio non fatiscentes præferat, sed patiscentes. Et infra. Hæc supra nos natura disponit.] Vetus lectio. Hæc supra nos iura disposuit. Et infra. Sterile terræ genus & informe perpur-gatur.] Maior codicum pars infernum legit, non informe. Et infra. Vnam denique uocem audire.] Quid si legas ueram, non unam: lubrico lapsu inter utrunque uerbum cum, ueram, per compendium scribitur. Et infra. Quā quem liētor semita deiicit.] Antiqua lectio, quam te quem liētor semita deiicit. Et infra. Nemo illis uenientibus resistit.] Scribo restitit, non resistit, ex eadē.

Et infra. In qua eruditus est incepit, qui quod cuique optimum est eripuit.] Scribe, incipit & eripit, præsentī tempore, non incepit & eripuit. Nam præterquam quod uetus lectio ita habet sequitur eodē tēpore iubet, cum dicit statim. Lacedæmoniā seruire iubet.] Lege, Lacedæmona, non Lacedæmoniam, ex correctioribus codicibus. Et infra. Et alias alio loco proiicit.] Coniunctio, &, superuacanea est, ex eisdem. Et infra. Nec subsistit unquam lassata crudelitas.] Corrige, nec subsistit usquam lassata crudelitas, ex eisdem. Et infra. Cum Teutonicos Cimbrosq; concideret.] Teutonos lege non Teutonicos ex geographis omnibus, ex uetere lectio. Et infra. Qui rapta conuoluunt, & ob hæc maiore impetu incurrunt.] Scribendum, qui rapta conuoluunt, sed ipsi ante uoluuntur, & ob hoc maiore impetu incurrunt, ex eadem.

Et infra. Ideoq; cum multis fuerunt mali.] Corrige, Ideoq; cum multis fuerint malo, ex eadem. Et infra. Et ex isto coetu inuicem noxia procul abegisse.] Castiga, & ex isto coetu inuicem noxia procul abiisse: ex eadem. Et infra. Quis sub ali-

culus

cuius umbra rusticæ arboris positus.] *Lego, Quis sub alicuius rusticæ arboris proiectus umbra, ex eadem. Et infrà. Si ut non ostendamus effeceris.] Castigatior uetus lectio, sine offendamus effeceris.*

IN LIB. XV. EPISTOLARVM.

Non tamen semper ad actiones rectas præcepta perdu-
cunt.] *Verbum, tamen, desideratur in uetere lectio-
ne. Et infrà. Atque illud ergo hic his respondemus.] Lego,
Atqui est illud ergo & hoc. His respondemus: ex eadem. Et in-
frà. Vnde omnis natura creat res haurit alitque. Quæque eadem
rursus.] Vetus lectio. Vnde omnis natura creat res auget alitque.
Quoque eadem rursus, minus uitiosè. Scribendum. Vnde omnis
natura creet res auget alitque. Quo'ue eadem rursus ex Lucretio
primo. Et infrà. Qui in re præcepta acceperit non in nomine.]
Exemplar Franciscanum, qui in rem præcepta acceperit non in
omne. Confirmatur hæc lectio uerbis continuè sequentibus. Im-
becilla (sunt per se ut ita dicam sine radice quæ partibus dantur. In
quibus uerbis deest coniunctio &, ex uetere lectione ut sit, & ut
ita dicam sine radice. Et infrà. Aliarum impetu subeuntium.]
Corrige, Aliarum impetu sequentium, ex eadem. Et infrà. Aut
cursu defatigati, aut uenatu, aut tellure uersata.] Exemplar Fran-
ciscanum & meum familiare aliter habent, & quidem ut sentio re-
ctius, aut cursu defatigata, aut uenatu, aut tellurem uersantia. Et
infrà. Et huiusmodi scientiæ conditor.] Huius, non huiusmodi:
uetus lectio. Et infrà. Atqui etiam capillis destituuntur, & pe-
dibus agræ sunt.] Sic prior æditio. Corrigendum puto. Atqui
hæc iam capillis destituuntur. Et infrà. Non minus peruigilant,
non minus potant.] In codice antiquo non habetur peruigilant,
sed peruigilantur, ut fere persuadeat scribendum esse pugillantur,
etsi uerbum sit non frequentatum: tamen quia Seneca solet huius-
modi uti uerbis non debet uideri nimis absurdum si sic legatur.
Pugiles autem fuisse mulieres Iuuenalis proclamat, & Terentius
id quoque inuere uidetur, dicens, Si qua est paulo habitior pugi-
lem esse aiunt. Et infrà. Et uinum omne uomitu remittunt.]
Remetiuntur, non remittunt, uetus omnis lectio. Et infrà. Et
antiqui medici nesciebant dare cibum sapius.] Coniunctio, &,
superuacanea est, nec cibum legitur, sed scyphum, in correctissimo
exemplari. Et infrà. Nesciebant crurum uincula, brachiorumq;
latentem uim.] Scribe uinculo, non uincula, ex eodem. Et in-
frà. Quanta circa nepotum focos iuuentus premit.] Scribendum*

EPIST. XCVI.

reor premitur, non premit. Et infra. Aliæ cubiculi contumeliæ expectant.] Cubili non cubiculi, exemplar castigatum. Et infra. Eadem prima mensura lanuginis.] Scribe primæ, non prima, ex uetere lectione. Et infra. Ne quis cui erectior est coma crispulis misceatur.] Eadem, rector legit, non erectior. Et infra. Quid illud sossiorum garum pretiosam malorū piscium saniem.] Lego sossiorum, non sossiorum, ex eadem & Plinio lib. 31. capite 7. & Aufonio Poëta & omnibus ferè scriptoribus. Præterea dictio, malorum, in uetustissimo codice Facundi & Primitiui non habetur, quod non admodum probo. Videtur enim significare scombroscos pisces ad nihil aliud utiles: teste eodem Plinio, eodem loco. Et infra. Exhalantibus crapula uentrem.] Corrige exhalantibus crapulam ueterum. Et mox statim conquoqui pro coqui, ex eadē. Et infra. Memini fuisse quondā in fermone nobile patinā.] Sic quidem omnia præferūt exemplaria. Sed nisi coniectura fallor legi debet, Memini fuisse quondā Aesopi nobile patinā. De hac Aesopi patina Plinius multa lib. 10. cap. 51. Meminit & Aesopi huius ut ditissimi Macrobius tertio Saturnaliorū. Et infra. Apud lautos solet diē ducere.] Sic oēs codices, sed frigida opinor sententia. An imaduertendumque an sit fidelior scriptura diduci in diuersas patinas, quā diem ducere hoc sensu, quæ separata & diducta magnificas & sumptuosas apud lautos struunt mensas, ea omnia in unam Aesopi patinam accumulata fuisse. Et infra. Et ostrea eatenus circumcisā quæ eduntur interuenientibus distinguiebantur.] Puto corrigendum, & ostrea è testis circumcisā, quæ dentibus interuenientibus distinguiebantur: aut sic, quæ dentium interuentu distinguiebantur. Nam dictio, echinis, ad sequentia pertinet. Legendumque echini, non echinis. Obuallant hanc correctionem uerba quæ sequuntur. Quantulo autem minus est hoc testas excerptere, atque ossa. Dentium opera coquum fungi.

Et infra. Distracti que sine ullis ossibus muli.] Exemplaria quædam distracti habent, non distracti. Alia distincti. Et infra. Constrauerunt. Piget esse iam singula coquuntur in unum sapor. In cana fit quod fieri debet saturo in uentre.] Vitiatissima uerba, restituendaque ad hunc modum ex exemplaribus Pinciano & Facundi, ac Primitiui: contraxerint pituitam singula. Coquuntur in unum. Sapor is in canam fit, qui fieri debet saturo in uentre. Sunt tamen exemplaria quædam, quæ congeruntur præferant, non coquuntur. Et infra. Priuatim quæ commissa capite

luerent

luerent, tamen quia paludati fecere laudamus.] Verbum, priuatum, superioribus adiungendum. In reliquis uariant exemplaria. Quædam legunt: Quæ clam commissa capite luerent, tamen.

Et infra. Non pudet hominis mitissimum genus.] Hominum codices nonnulli, non hominis. Alii, quod magis placet, homines. Et infra. Voluptas ex omni queritur.] Verior lectio ex uariis exemplaribus colligitur. Voluptas ab omni parte queritur. Et infra. Honestatis obliuio inuasit.] Elegantior uetus lectio. Honesti obliuio inuasit. Et infra. Homo sacra res, homo iam per lusum & iocum occiditur.] Eadem: Homo sacra res homini iam per lusum rectius: ut alludat ad ueterem parcemiam. Homo homini Deus. Et infra. Satisque spectaculi in homine mors est.] Scribe: Satisque spectaculi, & ex homine mors est: ex eadem. Et infra. Sine instructione subtili euaserunt probi.] Eadem, institutione agnosceat, non instructione. Et infra. Quæ quàm sint necessaria, scilicet uideas.] Exemplar antiquissimum, non scilicet legit, sed seculo. Et infra. Sciet in uxorem grauissimum esse genus iniuriæ habere pellicem.] Verbum, habere, delendum, ex uetere lectione. Et infra. Ut ad præcepta quædamus possit animus ire soluendus ire.] Castiga, Ut ad præcepta quædamus possit animus ire soluendus est: ex eadem. Et infra. Exhibebit recta.] Eadem. Exhibuit recta. Legendum fortè exhibuit recta. Et infra. Non præstabunt quemadmodum oportet.] Emendo, non præstabunt, ut quemadmodum oportet: ex eadem.

Et infra. Faciet ergo quod oportet monitus.] Dicitio, ergo, superfluit, ex eadem. Et infra. Amici, inquit, omnia me fallunt.] Legendum puto omina, non omnia, & pronomen me, desideratur in omnibus antiquis codicibus. Et infra. Nam ille qui emerat.] Omnis uetus lectio, non illi qui emerat, ut dicitio sequens admiratus per maiorem literant scribenda sit. Et infra. Quæque ex eo sunt semper bona sunt.] Postremæ tres dictiones, semper bona sunt, desiderantur in eadem. Et infra. Nisi æstimantur que rependant animos.] Repellunt, non rependant, eadem. Et infra. Nunquam satis perfectum erit.] Scribe perfectum, non perfectum, ex eadem. Considerandum tamen an perfectum emendatior sit lectio quam perfectum. Et infra. Errat si quis putat illos nocere uelle uel posse, nec accipere iniuriam.] Legendum, Errat si quis putat illos nocere uelle. Non possunt, Nec accipere iniuriam, ex eadem. Et infra. Et aliquando spe boni puniunt.]

Scribe specie, non spe, ex eadem. Et infra. Erranti ut uiam monstrat.] Particula, ut, delenda est, ex eadem. Et infra. Paratae sunt iuuantis manus.] Exemplar familiare, paratae sunt ad iuuandum manus. In reliquis paratae sunt iuuandis manus. Et infra. Isti uersus & in pectore & ore sint.] Verus lectio. Iste uersus & in pectore & in ore sit. Et infra. Habeamus in commune quod nati sumus.] Exemplar Franciscanum Habeamus, In commune nati sumus, ut forte non Habeamus legendum sit, sed Coeamus. Et infra. Causa iusque iactationis.] Scribe, Causa uisusque iactationis, ex uetere lectione. Et infra. Continent uitam & bonam & malam.] Correctum & antiquum exemplar. Continent uitam. Bona & mala. Et infra. Rerum commodarum possessio, existimatio ac dignitas.] Quidam codices commodatio, non commodarum. Alii moderatio. Et mox paulo aestimationem substituit, pro aestimatorem: & scilicet, pro scire licet. Et infra. Hoc nescis nisi constitutionem ipsam.] Nescies uetus lectio, non nescis. Et infra. Recedendum esse a praeceptis superuacuis & decretis.] Corrigendum reor: recedendum esse a praeceptis superuacuis sine decretis, hoc est quae praecepta superuacua sunt sine decretis. Et infra. Et quidem multa, quia inuoluta sunt uix summa diligentia.] Scribe per minorem ut adiungas superioribus, & quidem multa, quia inuoluta sunt, uixque summa diligentia ex uetere lectione. Et infra. Aperta quae sensu comprehenduntur, quae memoria. Obscura quae extra haec sunt.] Nullo pacto adduci possum ut credam fidelia esse duo illa uerba, quae memoria, nec intelligo sensum ullum commodum posse ex his erui. Cum itaque paulo post sensus communis fiat mentio, subdubito an scribendum sit (& si duriore castigatione) hoc pacto. Aperta quae sensu comprehenduntur communi. Obscura quae extra hunc sunt. Et infra. Sine qua omnia in animo natant. Necessaria ergo sunt decreta.] Scribo, Sine qua si omnia in animo natant necessaria sunt decreta: ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Adiiicimus iustum & honestum.] Lege: adiiicimus iustum & honestum, ex eodem. Et infra. Aperite iuuat cor, illud quo manus iuuant ex quo impetum sumunt.] Corrige: Aperite iuuant. Pertinentque duo haec uerba ad praecedentia. Tum sequitur per maiorem. Cor illud quo manus uiuunt, ex quo impetum sumunt: ex uetere lectione. Et infra. Admissis receptisque ostenduntur in sacro.] Corrupta & preposterio ordine scripta uerba. Emenda: admissis receptisque in sacra ostenduntur ex eadem. Et infra. His adiiicit causarum inquisitionem & etymologiam, qua curita dicere

non audeamus.] Brevior uetus lectio & correctior. His adicit
 etologiam, quam quare dicere non audeamus. Nimirum uerba illa,
 causarum inquisitionem, glossema fuerunt, quo dictio Græca eto-
 logiam exponebatur. Et infra. Ait utilem futuram esse descriptio-
 nem cuiusq; uirtutis.] Eadem: Ait utilem futuram & descriptio-
 ni cuiusq; uirtutis ac uitii, & si quidam codices discretioni legant,
 non descriptioni. Et infra. Hanc Posidonius etymologiam uo-
 cat quidam characterismon.] Legendum, ut dixi etologiam, non
 etymologiam. Sed illud sciendum desiderari hæc uerba in non-
 nullis antiquorum exemplarium. Et infra. Luxuriatq; toris ani-
 mosum pectus anhelitum si qua sonitum procul arma dedere.]
 Verbum, anhelitum, non habetur in uetere lectione, nec item in tertio
 Georgicorum, unde mutuati sunt hi uersus, Item scito deesse ex se-
 rie Vergilianæ carminis uerba compluscula quæ in codice antiquo
 gymnasi Salmenticensis plenè leguntur hoc pacto: Luxuriatque
 toris animosum pectus. Honesti spadices glauciq; color deterri-
 mus abis & giluo. Tum si qua sonitum procul arma dedere.]
 Et infra. Et primus incedens ad motus iam exercitus alpihus.] Cor-
 rige, & primus incessens ad motos iam exercitus alpihus, ex uetere
 lectione. Et infra. Non enim queri debet an liber Cato.] Ver-
 bum, debet, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Inter publi-
 cas ruinas non labentis.] Eadem labantis, non labentis. Et infra.
 Tuberonis ligneos lectos.] Eadem lectulos, non lectos. Et in-
 fra. Fractum est & in milites conflatum.] Exemplar Franciscanum,
 fractum est & milies cõflatum. Exemplar Scholasticum fractum
 est conflatum, reliqua non agnoscit. Legendum fortè, fractum est
 & in uile æs conflatum.

IN LIB. XVI. EPISTOLARVM.

Quomodo in longa uia sunt & puluis & lutum & pluuia.]
 Verbum, sunt, desideratur in uetere lectione. Et infra. Tur-
 turillæ sunt tuti cõtumeliæ causa.] Sic legunt exemplaria omnia,
 fortasse autem non turturillæ scribi debuit, sed Tutulinæ, quæ dea
 fuit apud antiquos, à tutando dicta, sicuti & Tutanus deus, autore
 Nonio. Meminit & August. in ciuit. dei.

EPI. XCVII.

EPIST. XCVIII. Quod cum Cæsaris uxore in aperto com-
 miserat.] Operto mallem legeres, quàm aperto, nota est histo-
 ria. Et infra. Violatis religionibus eius sacrificii.] Quidam co-
 dices religionis habent, non religionibus, Proinde legendum pu-
 to in totum sic, uiolata religione eius sacri. Et infra. Sic submo-

tis extra conspectum omnibus uiris.] Vetus omnis lectio, con-
 septum habet, non conspectum. Et infra. Hoc uero matribus fa-
 miliae denuntiare est.] Locus mutilatus in reliquis exemplaribus,
 praeter quam in meo, ubi integer habetur. Legendum igitur hoc pa-
 cto. Illud est matribus familiae denuntiare, hoc illudere. Et paulo
 ante. Etiam noctes scortorum mulierum.] Vetus quoddam exem-
 plar certarum habet, non scortorum. Et infra. Quicquid fuisse
 corruptius illis moribus credis.] Quicquam legito, non quicquid,
 ex uetere lectione. Et infra. Florales iocos nudandarum mu-
 lierum.] Exemplar Franciscanum nudarum correctius, quam nu-
 dandarum. Et infra. Et fieri facta ista ex licentia urbium.] Scri-
 be, Et fient & facta ista sunt. Et licentia urbium: ex uetere lectio-
 ne. Et infra. Iudices apud eum confiterentur.] Reum, fidelior
 & syncerior lectio, quam eum, ut eadem dictio uenuste iteretur,
 & ex auctoris consuetudine. Et infra. Rei iudicandae causa.] Iu-
 dicandi libentius legerim, quam iudicandae. Et paulo post: uno
 adulterio legito, non uni. Et infra. Non omne Catones fert.]
 Scribe, feret, non fert, ex uetere lectione. Et infra. Non praenun-
 cius tantum ad uitia, sed praecipit.] Sic omnis antiqua & recentior
 lectio. Sed scribendum existimo altero ex duobus modis: aut sic:
 Non in proum imus tantum ad uitia, sed in praecipit. Aut certe
 sic: Non proum imus tantum ad uitia, sed praecipit. Et infra.
 Offenduntque; dum errantem uitae peccata delectant.] Legendum
 offenduntque; deerrantem. Vitae peccata delectant; ex uetere lectio-
 ne. Et infra. Laetatur ille circumscriptione furti, quod non tam illi
 culpa, quam culpae fortuna displicuit.] Corrige, Laetatur ille cir-
 cumscriptione, furtoque; nec ante illi culpa, quam culpae fortuna displic-
 uit, ex eadem. Et infra. Subesse animis etiam in pessima adduc-
 tis.] Scribendum abductis, non adductis, ex eadem: Et paulo post
 dictio, omnes, per minorem scribenda, legendaque; cum superioribus.
 Et infra. Latendi fides non potest.] Legendum puto fiducia,
 non fides, ut ex sequentibus liquet. Et infra. Quia latenti etiam
 si facultatem habeant, fiduciam non habent.] Scribe, quia latendi
 etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent: ex uetere lectio-
 ne. Et infra. Hoc ergo repugnare sectae nostrae.] Ego, non ergo
 legendum, ex eadem. Et infra. Legem & iudicem effugiunt.]
 Vindicem, non iudicem, quaedam exemplaria.

EPIST. XCIX. Nunquam credideris felicem quenquam ex
 felicitate suspensum. Fragilibus innititur qui aduentitio laetus est.
 exhibet.] Sunt codices qui legant, & forte rectius: Nunquam cre-
 dideris

dideris felicem quenquam esse ea felicitate suspensum quæ fragilibus innititur, qui aduentitia latus est. Exhibit gaudium. Et infra. Fidele firmumq[ue].] Scribe, fidele firmumq[ue] est: ex uetere lectione. Et infra. Omnia que fortuna intuetur.] Eadem intuentur, non intuetur. Et infra. Si quis habens ista se quoque habet.] Scribe, Si quis habens illa se quoque habet: ex eadem. Et infra. Ut carmen fortius ac iustius repetam.] Exemplaria quædam petam legunt, non repetam. Alia an petam, pro quo non absurdè fortasse substitueris, amputem, hoc est breuius faciam. Et infra. Quin uerò metuenda declina.] Scribe, Tu uerò metuenda declina, ex omni uetere lectione. Et infra. Et ad tolerandum omne obfirmata mens.] Omnino non omne, eadem. Et infra. Tam intemperantes in ipsis miseriis, quàm sunt ante illas.] Puto inuertas esse dictiones, legendumq[ue], tam intemperantes in ipsis miseriis sunt, quàm ante illas. Et infra. Plus dolet, quàm necesse est. Eadem enim infirmitate.] Refarci locum mutilatum sic. Plus dolet quàm necesse est, qui ante dolet quàm necesse sit. Eadem enim infirmitate: ex uetere lectione. Et infra. Intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem. Lege, eadem intemperantia fingit: ex eadem. Et infra. Et oblitus fati quo humana iactantur.] Prior æditio, & oblitus huius peccati quo humana iactantur minus uitiose, legendum enim petauri, non peccati, ex omnibus scriptis exemplaribus. De cuius dictionis significatione legendi glossatum scriptores. Et infra. Mortale est omnium mortalium bonum.] Omne legendum, non omnium, ex eisdem. Et infra. Quo illos singuli dies turbent.] Vetus lectio turbant, forte trahant. Gallicanum meum exemplar contra reliqua omnia trahant, non turbant, legit, siue turbent. Et infra. Aequo animo perdere quod perituum est.] Exemplar Facundi ac Primitiuæ, æquo animo perdere quod perdendum est, rectius. Et infra. Intelligebat enim quod dari posset & eripi.] Vetus lectio: Intelligebat enim quod dari potest & eripi posse. Alii codices: Intelligebat enim quod dari posset & eripi posse. Et infra. Animosi sumus inter exempla quare deficiamus.] Lege, Sumus inter exempla quare deficiamus, ex eadem. Et infra. Ista uis ulceris quam opto me hercules mitigari.] Scribe, illa uis ulceris quam opto me hercule mitigari: ex eadem. Et infra. Sed securus de isto sum.] Ipso, non isto: eadem. Et infra. Quid ergo, non ne suadebit & exibit.] Corrigendum: Quid ergo? non si suadebit exhibit: ex eadem. Et infra. Philosophiam in opere discere.] Sic legunt ple-

raque omnia exemplaria. Vnum tantum Scholasticum habet, Philosophiam in opus ducere.

EPISTOLA C. Quibus ingeniseunt homines amoris causa.] Exemplar Franciscanum non habet amoris, sed moris. Et infra. Quantum ue gauisi sint.] Particula, ue, redundat, ex uetere lectione. Et infra. Hoc habet inter reliqua mala dolor, quod non superuacuum tantum, sed ingratus est.] Legendum, hoc habet inter reliqua mali dolor. Non superuacuum tantum, sed ingratus est: ex eadem. Et infra. Aut si mortem in homine non cogitant.] Scribendum puto. At, non Aut. Et infra. Flet aliquis factum quod aiebat non posse fieri.] Exemplar Facundi, & Primitiui. Flet aliquis factum quod aiebat non posse non fieri. Et infra. Sed quis tibi concedit.] Vetus lectio concedat, non concedit. Et infra. Ita nihil perdit ille nisi aleam in damnum certius.] Castiga, Ita nihil perdidit ille nisi aleam in damnum certiore: ex eadem. Et infra. Puta autem me uetare quaedam quae non sunt sui iuris.] Lege, puta autem me uetare. Quaedam sunt sui iuris: ex eadem. Et infra. Quibus adiacentem humorem perpremit.] Lego premit, non perpremit: ex eadem. Et infra. Nec fluunt unquam tam turpiter quam finguntur.] Scribendum opinor, nec fluunt unquam tam turpiter, quam cum finguntur. Et infra. Quam multis uitalia eruantur.] Vetus lectio, quam multi uitalia emittunt. Et infra. Sic aues, sic ferae suos diligunt.] Scribe, Sic aues, sic ferae suos diligunt foetus: ex eadem. Et infra. Hanc ipse captandam in eiusmodi tempore.] Sic prior aeditio. Sed legendum arbitror, esse, non ipse. Alioqui in meo peruertere exemplari redundat haec dictio. Et infra. Dolorem aut admittendum non esse.] Scribitur dolorem aut admittendum in animum non esse: ex uetere lectione. Et infra. Dico admittitur, captatur.] Inverte dictiones: Admittitur dico captatur, ex eadem, & si in meo uetusto codice, imo legitur ubi scriptum est, dico. Et paulo post, curanda, non sananda aliquot praefertur exemplaria.

EPISTOLA CI. Qui inscribuntur ciuilium.] Quidam codices agnoscent hanc lectionem. Alii habent, qui inscribuntur artium ciuilium. Alii qui inscribuntur artium & Iulium, Alii sine coniunctione, Artium Iulium. Alii Archinilium. Et infra. Et non respondisse expectationi tuae. Legendum reor, sed non respondisse expectationi tuae. Et infra. Puto esse quod dicis & effundi uerba, non fingi.] Lege: Puto esse quod dicis & effundi uerba non fige: ex uetere lectione. Et infra. Non effundere uidetur orationem,

nem,

nem,
legito
post
à sine
nec te
rum
lectio
ctum
bend
cissim
quau
tenor
ni te
tum
aditi
com
annu
opin
quã
& sc
orati
beti
asper
ctio
Exem
puto
& se
erit i
mult
uete
tem
gati
fecit

C
nia
illa
cipi
mag

nem, sed fundere.] In exemplari Facundi & Primitiui utrobique legitur effundere. Puto in priore loco scribendum esse fundere, in posteriore effundere: sequitur enim adeo larga est. Item nō longe à fine epistolæ de oratione eius loquens, non est inquit uolenta nec torrens, quamuis effusa sit. Et infra. Primo aspectum oculorum occupasse.] Scribe, primo aspectu oculos occupasse: ex uetere lectione. Et infra. Quod parum recisum sit, quod parum structum.] Eadem, quid, non quod utrobique. Item strictum puto scribendum, non structum: quia sequitur non multo post, exceptis paucissimis quæ ad certum modum, & ad unum exemplar astricta sunt, quauis de Pollione id non de Fabiano. Et infra. Non sunt enim tenore quieto cōpositōq; formata.] Castiga ex eadem, & ad animi tenorem quietum compositumq; formata. Et infra. Sed totum corpus uideri quàm sit comptum honestum est.] Sic prior æditio. Aliter tamen eadem. Sed totum corpus uideris quàm sit comptū. Honestum est. Et infra. Quos non magis Philosophiæ annumerare possis quàm historiæ.] Aut inuerſas esse dictiones opinor, & legendum, quos nō magis, historiæ annumerare possis, quàm Philosophiæ, aut certè eradendam esse negationem, non, & scribendum, quos magis Philosophiæ. Et infra. Non est fortis oratio eius quamuis elata sit.] Exemplar domesticum, electa habet, non elata. Et infra. Desideras, inquis, contra uitia aliquid asperè dici.] Lege, Desideres inquit contra uitia: ex uetere lectione. Et infra. Non erunt sine dubio singula circumspecta.] Exemplar Franciscanum circumspecta legit, non circumspecta, ut puto rectè. Præcessit namq; , Videbimus quid parum recisum sit: & sequitur è uestigio, nec in se collecta. Et infra. Sed multum erit in omnibus locis & ingens sine tudio spatium.] Corrige: Sed multum erit in omnibus locis. Sed ingens sine tudio spatium: ex uetere lectione. Et infra. Deterret enim qui imitandi cupiditatem non fecit, spem abstulit.] Exemplar Franciscanum sine negatione pulcherrimè. Deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit: spem abstulit.

IN LIB. XVII. EPISTOLARVM.

CVM æterna meditates respicere cogit ad mortem.] Scribe, **E**Tum æterna meditates, ex uetere lectione. Et infra. Pecunia quoque circa paupertatem plurimum amorem habet dum ex illa eroquat.] Sic omnia legūt exemplaria, sed qui sit sensus nō percipio, fortè scribendum non amorem, sed moræ: aut si hoc arripet magis, molem. Et infra. Illi qui & mari & terra pecuniam agitabatur,

EPIST. CII.

tabat, qui ad publica quoque.] Lego: Ille quem & mari & terra pecunia agitabat, ex uetere lectione: & in uno tantum meo codice scriptum annotauit publicanos, non publica. Et infra. In ipso actu bene cedentium rerum.] Fortasse uerius est lectio, istu, hoc est, momento, quam actu. Et infra. Et castrensium laborum tarda manu premia.] Scribe, coniunctim, manupretia, ex uetere lectione. Et infra. Quae quoniam nunquam cogitatur, nisi aliena nobis subinde ingeruntur mortalitatis exempla.] Lege: Quae quoniam nunquam cogitatur nisi aliena, subinde nobis ingerantur mortalitatis exempla: ex uetere lectione, & praecipue ex exemplari Franciscano. Et infra. Tanquam ad extremum uentum sit.] Extrema, non extremum, eadem agnoscit. Et infra. Nihil est miserius dubitatione uehementer irruentium quorsum euadant.] Venientium, non uehementer irruentium omnia ferme exemplaria scripta, ut forte legendum sit uoluentium, siue uolutantium. Cui lectioni suffragari uidetur quod sequitur. Quomodo effugiemus hanc uolutationem. Et paulo ante. Quod etiam aliquid ex illa differtur.] Mendosa uerba & difficilis ad corrigendum coniectura. Sed ni fallor uerius erit scriptura, quod in aliud ex alio differtur. Nam & uetus omnis lectio pro etiam aliquid habet in aliquid, & hoc uerbum, aliquid, cum per compendium scribitur dubitationem affert sit ne legendum aliquid an aliud: sicut etiam hoc ipso loco scriptum erat in exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Collecta mens inexplicabili formidine agitatur.] Explicabili omnia exemplaria non inexplicabili, quibus fauet quod sequitur statim. Vno si uita nostra non prominebit si in se colligitur. Considerandum tamen an desit negatio sicuti multis locis superfluit & legendum sit: Non collecta mens, siue incollecta mens, ut sint honesto dicendi modo inculcata duo nomina, incollecta & inexplicabili, idem habentia initium. Et infra. Si certus sis aduersus incerta.] Legendum sit, non sis, praecessit enim uerbum tertiae personae, cogitat: ex uetere lectione. Et infra. Subitq; auuiditas & miserrimum, atque miserrima omnia efficiet metus mortis.] Castiga, subitq; auuiditas temporis & miserrimus atque miserrima omnia efficiens metus mortis, ex eadem. Et infra. Debilem facito manu, debilem pede. Coxa tuber. astrue gibberum.] Scribe, debilem facito manu. Debilem pede. Debilem coxa. Tuber astrue gibberum: ex eadem. Et infra. Hanc mihi uel acutam si subdas crucem sustineo quod miserrimum erat.] Scribe: Hanc mihi uel acuta si sedeam

cruce

cruce sustine. Quod miserrimum erat: ex eadem, & si impressæ lectioni facere uideantur uerba mox paulo sequentia, suffigas licet & acutam sensuro crucem subdas: sed sensuro ibi, non sensuro scribi debet: ut notabo. Ita uerba illa magis ab antiqua lectione stant, quàm ab impressâ. Et infrâ. Quid tam sceda uitæ mendicatio.] Sunt codices qui legant, non mendicatio, sed commendatio, nescio quàm rectè, quia supra uelut commendauit uitam suam, cum dixit. Hanc mihi uel acuta si sedeam cruce sustine.

EPIST. CIII. Effectum tamen uerè habentem.] Scribe, affectum tamen ueræ habentem: ex uetere lectione. Et infrâ. Cogitationi aptæ traditum & iterum si licuisset ulterius.] Iturum legendum reor, non iterum, & si posset etiam legi ituræ, ut referatur ad nomen cogitationi. Et infrâ. Credebam enim me facilem opinionibus.] Exemplar Pincianum: Credebam enim facile opinionibus. Et infrâ. Neget me epistola prima.] Neget legendum, non neget, ex uetere lectione. Et infrâ. An ex eo quodcumque erit sensuri sumus, antequam aliquis fructus percipi aut peti possit.] Eadem, An ex eo quod eum erit sensuri non sumus antequam aliquis fructus. Ego dictiones illas, antequam redundare existimo. & mox paulo posita legitur in eadem non sita. Et infrâ. Nisi aliud præcidero intelligi non poterunt quæ resellentur.] Maior codicum pars, nisi aliquid prædixero intelligi. Exemplar Facundi & Primitiui, & nisi aliquid prædixero. Corrigen dum puto: Sed nisi aliquid. Et infrâ. Quid est quod etiam nunc præcidere uelim.] Inuerte dictiones, quid est etiam nunc quod prædicere uelim. Ita mea sententia melius legetur, ad stipulante etiam exemplari Franciscano. Et infrâ. Vno enim spiritu unum bonum contineri ac regi debet.] Expende an sit rector lectio continuari, quàm contineri. Et infrâ. Quia in nostra tela mittuntur.] Legendum fortè, quia in nos tela mittuntur. Et infrâ. Dicis, inquit nullum bonum ex distantia esse.] Dicitis non dicis, uetus lectio. Et infrâ. Claritas autem ista bonorum uirorum secunda opinio est.] Verbum, secunda, expungendum ex quodam scripto codice allatò nobis ab urbe Valeria ad usus harum castigationum. Et infrâ. Vox est autem licet uirorum sit bonum. Nam & plaudit & sibilat.] Exemplar Scholarum Salmanticensium: Vox est autem licet bonorum uirorum sit, bonum non est. Nam qui plaudit & sibilat. In quibus uerbis ex duobus substantiuis uerbis, est, prius remoueri debet.

Et

Et infrà. Diversa horum conditio est & illius.] Scribe: Diversa horum conditio, & illius est: ex uetere lectione. Et infrà. Aequè uerò insistitur ab his qui disidere non possunt.] Exemplar familiare prospicitur habet non insistitur: ut sit sensus, Aequè consuli ueritati à bonis qui discordare non possunt. Exemplar Franciscanum æquè uero inficitur. Disidere non possunt, reliqua non habentur. Eodem modo legitur in codice Facundi, & Primitiui, nisi quòd pro inficitur habet inficiscitur, quod & alia exemplaria agnoscunt. Et infrà. Illic enim potest unius sententia quod omnium.] Scribe, Illic idem potest unius sententia: ex uetere lectione. Et infrà. Quia omnium si prorogetur una erit.] Exemplar familiare non prorogetur habet, sed interrogatur.

Et infrà. Non est unius una sententia.] Scribe, altero ex duobus modis, aut sic, Non est omnium una sententia: aut cerè quod magis probo sic, Non est. Vnius una sententia est. Et infrà. Cùm dicant claritatem laudem esse bonorum à bonis redditam non ad uocem referunt.] Corrige ex meo exemplari domestico, reliqua enim deprauata erant. Cùm dicant claritatem laudem esse bonorum à bonis redditam non ad uocem referunt.

Et infrà. Et omne aliud studium auribus deditum.] Scribe, debitum, non deditum, ex eodem exemplari. Et infrà. Vtique eorum quibus ipse sum boni causa.] Legendum, utique eorum quibus istius sum boni causa: ex uetere lectione. Et infrà. Est istud laudantium bonum.] Eadem illud, non istud præfert. Item exemplar Franciscanum laudationum fermè habet, non laudantium. Et infrà. Quin iustitia & habentis bonum sit.] Codex Facundi & Primitiui, an iustitia & habentis bonum sit. Et infrà. Et an bonum sit eius cui debitum soluit.] Exemplar Franciscanum, & sit autem eius cui debitum soluit. Lego, & sit item eius cui. Et infrà. Abunde respondebimus.] Considera an uerior sit lectio responderimus, quàm respondebimus. Et infrà. Arguta disserere.] Mallem legeres, argutias serere. Et infrà. Quam inter se perite captantium lusis.] Nihil me hoc loco adiuuerunt scripta exemplaria. Sed coniectura ductus opinor restituenda esse hæc uerba sic, quam inuicem se puerorum captantium lusis.

Et infrà. Aut si quod est etiam nunc frequentius oculis lætius uictis solum, illi patria est quodcunque suprema & uniuersa circuitu sua cingit.] Puto corrigendum, aut si quod est etiam nunc frequentius accolis: lætius nautis solum. Patria illi est quodcunque suprema & uniuersa circuitu suo cingit. Nam in antiquis

exemplaribus uerba illa, Patria illi est, hoc ipso ordine habentur,
 & in quibusdam oculis per duplex ce. legitur. Item in exempla-
 ri Franciscano pro suprema, solennia legitur. Ut possit fortasse
 sic in rotum legi: Patria illi est quacunquesol meatus, & uniuersa
 circuito suo cingit. Posset etiam tolerari uectis, posset legi ad-
 uenis, posset uectoribus. Et infra. Iam coniungit.] Puto scri-
 bendum, etiam coniungit. Et infra. Deinde actam aratem sibi
 dari non finit.] Existimo scribendum certam, aut arctam, non
 actam. Et infra. Omnes inquit ante me sunt.] Scribe, omnes
 inquit anni mei sunt: ex correctioribus codicibus. Et infra. Nul-
 lum non cogitationi paruum tempus.] Legendum peruium, non
 paruum: ex eisdem. Et infra. Qui mixtum hoc diuini huma-
 niq; se cernat tempus. Hic ubi inueni relinquam.] Corrigendum
 reor, qui mixtum hoc diuini humaniq; fecernat. Corpus hoc ubi
 inueni relinquam. Et confestim. Ipse me diei reddam.] Diis,
 non diei uera lectio est, quia sequitur, Nec nunc sine illis sum:
 ad stipulanti etiam exemplari Scholastico. Et infra. In quem
 uidemur emitti. Iam idonei spiritum trahere & in aperto dura-
 re.] Scribe, in quem uidemur emitti iam idonei. Spiritum tra-
 here. Et infra. In alium naturæ sumimur partum. Alia origo
 nos spectat.] Posset legi pro illis uerbis, in alium naturæ sumi-
 mur partum, in alium maturescimus partum, sed rectissimè, ut pu-
 to, legit hunc locum exemplar Scholarum, in alium naturæ sumi-
 mur, & tanquam partum alia nos ab origo expectat. Et infra:
 Relicto in quo latebas corpore exiteris.] Verus lectio exieris
 habet, non extiteris. Et infra. Denum offendit duræ manus ta-
 ctus.] Deinde eadem, non demum. Et infra. Pereunt sæpe ue-
 lamenta nascentium.] Malleu legeres semper, quam sæpe. Et
 infra. Huic nunc quoque tu quantum potes subuolutaris, quæ nisi
 etiam necessariis cohærebunt. Alienus iam hinc altius aliquid
 sublimiusq; meditare. Sic prior æditio, Scribendum reor: Hinc
 nunc quoque tu quantum potes subuola ab aliis nisi quæ necessa-
 rio cohærebunt alienus. Iam hinc altius sublimiusq; cogita. Et
 infra. Aliquando naturæ tibi arcana reteguntur.] In exempla-
 ri Scholastico non, Aliquando habetur, sed antequam ut fortè
 legendum sit per minorem cum præcedentibus, intra te quando
 naturæ tibi. Forte sic, meditare illa. Quando naturæ tibi arc.
 Et infra. Cum totam lucem & totus aspexeris.] Delenda con-
 iunctio, &: ex uetere lectione. Et infra. Et tamen admiraris
 illam

70. 7113

Di-
 infra.
 exem-
 , Ae-
 exem-
 unt, re-
 di, &
 & alia
 enten-
 tia: ex
 erit.]
 entur.
 duo-
 certe
 Et in-
 reddi
 home-
 in lau-
 ferunt,
 Scribe,
 'tique
 orum
 à. Est
 Item
 iudan-
 Codex
 infra.
 nifica-
 m eius
 terior
 Argu-
 Quam
 uerunt
 uenda
 lufon.
 lætus
 fa cir-
 n nunc
 de cum
 ti quis
 exem

illam procul.] Scribe, Et tamen admiraris iam procul: ex eadem.
 Et infra. Quid tibi uidebitur diuina lux.] Videtur eadem, non
 uidebitur. Et infra. Quid ni non timeat qui mori sperat.] Co-
 dex Franciscanus: Quam qui ni timeat qui mori sperat. Puto le-
 gendum, quam qui meminit quid mori expaet. uel sic: Quam
 qui mente teneat quid mori expaet. Dixerat enim: Quam qui
 mente concipit. Et infra. Si is quoque qui tandiu animum.]
 Exemplar Scholasticum: Sed ille quoque, ut forte desit coniun-
 ctio, legendumq; fit: Sed & illa quoque. Et infra. Non minus
 praesentiam esse utilem quam memoriam.] Sic prior editio.
 Praeposterus est ordo uerborum, legendumq; non minus memo-
 riam quam praesentiam esse utilem: ex meo familiari codice.

EPIST. CIIII. Incidentium dico ruina, aliqua nobis in-
 cidunt non insidiantur.] Scribendum puto: Incendium dico,
 ruina. Alia quae nobis incidunt non insidiantur. Et infra.
 Pares sunt casus & si graues.] Opinor legendum. Rari sunt casus
 & si graues: quia sequitur, Ab homine homini cotidianum peri-
 culum. Rarum autem cotidiano opponitur. Et infra. Quos
 transire non querunt.] Scribe: quos transire non queunt, ex ex-
 plari Francisc. Et infra. Ad nocendum nisi necessitas misit.]
 Omnis uetus lectio, iniicit agnoscit, non misit. Et infra. Non
 arietant inter se fenes, ut eodem ambulantes.] Corrige: Non
 arietant inter se nisi in eodem ambulantes: ex emendatiore le-
 ctione scripta. Et infra. Insolenter tractata.] Lego: iactata po-
 tius quam tractata, & si omnia exemplaria reclamant: quia pra-
 celsit. Quid philosophiam non debebis iactare. Et infra. Nec
 ita agat ut quicquid non facit.] Scribe, nec hoc agat, ut quicquid
 non facit: ex uetere lectione,

IN LIB. XVIII. EPISTOLARVM.

EPIST. CV.

NAM cum scias spiritum illius in meo uerti.] Vetus lectio,
 Nam quum sciam spiritum. Sed cum non omnes codices
 hanc lectionem agnoscant, bona enim eorum pars habet, Nam
 cum scias spiritum illius: fit ut putem legendum esse, Nam conscius
 spiritum illius. Et infra. Etiam cum me fortiorem senectus ad
 multa reddiderit.] Scribe, per maiorem. Et cum me fortiorem
 senectus: ex eadem. Et infra. Ut me fortius amet.] Castigan-
 dum arbitror, ut se fortius amet: aliis sensus non procederet. Et
 infra. Sed si coeperit intermittat: & suis se commodat.] Exemplar
 fami

familiares rectius, & suis se concedat. Et infra. Et illum odorem culinarum fumantium quæ in ora quicquid pestiferi uaporis obruerit cum puluere effundunt.] Scribendum, Et illum nidorem culinarum fumigantium quæ motæ quicquid pestiferi uaporis obtinent cum puluere effundunt: ex uetere lectione. Sunt tamen exemplaria, in quibus obruerant, habeatur, non obtinent. Et infra. Vbi quod stringatur inueniet.] Ita prior æditio. Emendo, ubique quo distringatur inueniet. Exemplar Franciscanum, quo distrahatur. Meum, quomodo distringatur. Et infra. Putes uenisse te Athenas.] Puta, non putes, uetus lectio. Et infra. Tanto tibi uideris defici quanto uinceris.] Legetanto tibi uideris deficere, quāto aliquis plus habet: ex emaculatiorebus codicibus. Non tamen defunt codices qui defici, non deficere habeant. Item puto scribendum: uideberis, non uideris. Et infra. Ringeris quoties aliquem in fastis.] In meo familiari codice non ringeris habetur, sed inuidebis. Et infra. Exterrebunt te non tantum pericula, sed suspiciones. Vanis semper agitaberis.] Codex Franciscanus non, uanis habet, sed uanæ, ut prioribus adiungatur. Posset etiam legi non absurdè, sed suspicionibus uanis semper agitaberis. Et infra. Quicquid te delectat æquè uidet ut uideras dum uireret. Utinam. Alium alio die casus excutiet.] Vitiōsissimus locus & nodus Deo dignus uindice. In codicibus ferè omnibus, uide, non uidet, & uiret, non uireret, & pro utinam, uter aut utrum. Itaque coniectura ductus suspicor Senecam ita scriptum reliquisse, Quicquid te delectat æquè uiret. Viuunt dum uirent. Vtiq; aliū alio die casus excutiet. Et infra. Horum nihil cogitabis ab his, nec remedia uulneribus oppones.] Duo illa uerba, ab his, in nullo scriptorum exemplarium habentur, & appones probarem magis, quàm oppones. Et infra. Si satis alterum alteri misceas.] Legendum puto: Si sapias alterum alteri misceas. Et infra. Quæ maximæ ægra est laeçsisit mobiliorem, leuioremq; reddit ipsa tractatio.] Legendum opinor laeçsisitā, non laeçsisit. Et infra. Citiusq; quàm uenerant abeunt.] Codex Franciscanus ocysus legit, non citius. Et infra. In libertatem asseritur.] In libertatem erigitur, codex idem. Et infra. Medicina ergo non regio quærenda est: ex uetere lectione. Et infra. In itinere colligitur.] Exemplar Facundi & Primitiui, non itinere colligitur, ut puto rectè, ne est hic ulla interrogatio. Et infra. Et emenda desideria. Intra saltem modum contine.] Codex Scholarum, & emenda desideria tua. Intra salutem modum contine.

Exemplar meum rectius, & emenda desideria intra modū saltem contine. Scribendum arbitror: aut amanda desideria, aut intra modum saltem contine, ut sit amanda pro abige, expelle. Nam uerbo illo, emenda, mox ante usus fuerat. Et infra. Multum nocituri si prope à te fuissent.] Scribendum, si prope te fuissent: ex exemplari Franc. Et infra. Videbuntur in opere esse.] Vetus lectio partim si uidebunt in opere esse, partim. Hi uidebunt in opere esse, partim: Hi uidebunt in opere esse, rectè. Et ultra. Nec tantum scire loqui.] Eadem, eloqui, non loqui, & fortè scitè, quàm scire rectius legeres: quando quidè exemplaria quædã sic te preferat non scire. Et infra. Stare fidenter ad portū.] Corrige: stare uidenter apertè, ex codice Franc. in quo uno tantū sic emendatè legebatur, reliquis uitiat. Nam sequens uerbum latitantem planissimum facit scribendum esse apertè, non ad portum. Et infra. Profert se, laudari & aspici credit.] Legendum puto, Profert se, laudari & aspici gestit. Et confestim. Omnium est supra omnia est.] Scribe: dominus omnium est. Supra omnia est, ex meo familiari codice. Et infra. Nihil quod uirum incuruet.] Dictio, uirum, in quibusdam codicibus non habetur. In meo illo uetusto exemplari sic legas: Nihil asperum quod uirum incuruet. Et infra. Minime quidem si rectis oculis intueri illa possis.] Legendum, minime quidem si quis rectis oculis intueri illa possit: ex uetere lectione. Et infra. Egregie Vergilius noster iure dixit terribiles sed uisū.] Egregie Vergilius noster non re dixit terribiles esse, sed uisū, ex uetere lectione. Codex meus: Egregie Vergilius noster in re dixit terribiles nō esse, sed uisū. Et infra. Inuictum tamen & paupertatem.] Exemplar Franciscanum calligatius, inuictum fame & paupertate. Et infra. Et labores quos militares quoque pertulit.] Laboribus, nō labores, idem codex. Et infra. Quibus ille domuit exercitus.] Domi scribe, non domuit, ex eodem. Et infra. Usque eo animū Socratis non mouerant.] Lege, Hæc usque eo animum Socratis non mouerunt: ex uetere lectione. Et infra. Illam mirabile laudem & singularem usque ad extremum, non hilariorem quisquam non tristiozem Socratem uidit.] Eadem, Illam mirabilem laudem & singularem usque ad extremum seruauit. Nec hilariorem quisquam, nec tristiozem Socratem uidit. Et infra. Totis externarum gentium præsidii, hinc Cn. Pompeium.] Opinor inuerso dictionum ordine scribendum. Hinc Cn. Pom. totis externarum gentium præsidii. Et infra. Satis unus aduersus omnia.] Sunt codices in quibus omnes, non omnia habeatur. In meo exempla-

ri, satis aduersus omnia tutus. Et infra. Solus Cato fecit aliquas & Reipublicæ partes.] Sic omnia exemplaria præter domesticū in quo legitur. Solus Cato fecit aliquas sui, & reipublicæ partes. Cui lectioni uideretur suffragari quod subiicit, duos in medio relictos, Rempub. & Catonē. Et infra. Quæ constituta esse ab hostibus iratissimis poterant.] Agnoscitur hæc lectio ab omnibus codicibus præter Scholarum codicem in quo ita leges, quæ constituta esse ab hostibus iratissimis uix filii Atrei poterant. Et ante paulo, qui ea sibi scribe, non quid sibi, ex domestico codice.

EPIST. CVI. Si nihil humeris quod cupiditate alienam & improbam irriter.] Castiga, si nihil habueris quod cupiditatem alienā & intemperiem irriter, ex exemplari Franciscano. Et infra. Neminē lacessendo aut gratificando.] Corrige, neminem lacessendo gratuito: ex uetere lectione. Et infra. Qui apud aliquem potentem potentes sunt.] Exemplar diuæ Mariæ, qui apud aliqū impotentem potentes sunt. Et infra. Dulcedo sermonis qui irrepit & blanditur.] Vetus lectio, dulcedo sermonis quæ irrepit & eblanditur. Et infra. Secreta producit.] Veram & genuinam lectionem arbitramur secreta prodit. Et infra. Ut garrulitate suā custodiat & contentus sit unius auribus populū faciet.] Sic quæcumque legi exemplaria agnoscunt, unius literæ deprauatione adumbrato perspicuo sensu. Puto enim scribendū poculum, non populū. Nam meminisse oportet uerborū, quæ non ante multò præcesserunt, & non aliter quàm ebrietas aut amor secreta prodit. Erit ergo sensus pro modo & capacitate poculi custodire aliquem garrulitatem suam, aut nō custodire, & esse contentum unius auribus aut plurium. Et infra. Trepidant enim cum fecerunt. Hæret conscientia, aliud agere non patitur.] Corrige, Trepidant enim cum fecerunt. Hærent. Conscientia aliud agere non patitur, ex uetere lectione.

EPIST. CVII. Quare non protinus rescriberem ei de quo querebas.] Ita agnoscit maior codicū pars, sed in scholastico codice, tibi legas, non ei. Et infra. Ergo & corpus est bonū eius.] Præpostere scripta uerba. Lege, Ergo & bonum eius corpus est ex uetere lectione. Et infra. An ruborem euocent an fugient sanguinem.] Scribe, An ruborem euocent an fugent sanguinem: ex exemplari Franciscano. Et infra. Ergo & malitia & spes omnis malignitatis, Inuidia, superbia.] Corrige, Ergo & malitia & species eius omnes. Malignitas, Inuidia, superbia: ex uetere lectione.

Et infra. Omnes autem uirtutes quas retuli bonæ sunt.] Bonæ
hh 2 potius

potius quàm bonæ legendum arbitror. Et infra. Non tristitia adducit.] Abducit, non adducit exemplar Pincianū. Castigandū puto obducit, unde frons obducta apud Iuuenalē. Et infra. Latrūculis ludimus.] Latrūculis ludimus in emédatoribus codicibus. Et infra. Apertior res est sapere imò simplicior.] Scribe, imo simplicior est, multū enim addit neruorū orationi uerbū substātiū in sine locatum iteratumque, & sic legitur in exemplari Franciscano.

EPIST. CVIII. Tam pusilla tangunt.] Exemplar diuæ Mariæ, Tam pusilla te res angit. Et infra. Si amici deciperent.] Veriorem lectionem duco, si amici deceperunt. Et infra. Habeāt sane nomen quod illis Epicurus noster imposuit, & uocentur quo turpius non omnibus sit rebus tuis. Desunt illi.] Vetus lectio quo turpius non sit omnibus rebus tuis. Minus uitiose leget totus hic locus, ut ego credo, si sic legatur. Habeant enim sanè nomen quod illis Epicurus noster imposuit. Ita uocentur. Quota pars non est si ex omnibus rebus tuis desunt illi qui & operam tuam conterebāt.

Et infra. Et te omnibus molestum esse credebant.] Fidelio rem lectionem existimo, & te omnibus molestum reddebant. Et infra. Et labaris oportet & arietes & cadas.] Non arietes exemplar antiquum, sed erigaris legit. Et infra. Aut inquineris luto.] Lege, Aut inquineris in luto: ex uetere lectione. Et infra. Eadem uitæ conditio est quæ balnei. Turbæ itineris quædam intermittentur quædam incident.] Error est in dispuñtione uerborum. Legendum, Eadem uitæ conditio est, quæ balnei, turbæ, itineris. Quædam intermittentur, quædam incident, & incident. Et infra. Idem metiaris.] Corrupta in omnibus exemplaribus uerba. Forte legendum iter emetiris, quia subiicit paulo post, per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter. Et infra. Sciat se uenisse tonat ibi fulmen.] Hæc uerba in quibusdam exemplaribus non habentur. In aliis sic leguntur. Sciat se uenisse ubi patiatur fulmen. Et infra. Deinceps quæ multa & uaria sunt in nos diriguntur.] Correctiorem existimamus lectionem. Deinde quum multa & uaria sint quæ in nos diriguntur. Et infra. Alium aqua alium ignis eripiet.] Aliud, non alium utrobique uetus lectio.

Et infra. Quem Cleanthes noster.] Familiare exemplar, quomodo Cleanthes noster.

IN LIB. XIX. EPISTOLARVM.

EPIS. CIX.

Quia pertinet properas.] Sunt codices qui legunt, quia pertinaciter properas. Et infra. Ne ipsa impediatur.] Lege ne ipsa

ipsa se impediatur, ex uetere lect. Legitur & in aliis codicibus, ne te
 ipsa impediatur. Et infra. Qui multis apud philosophiam annis per-
 federint.] Corrige, qui multis apud philosophiam annis per-
 federunt, ex eadem. Et infra. Ut aliqua illi uitia deponant.] Ita
 prior aditio. Puto scribendum illic, non illi. Et infra. Quam
 Phrygii solent tibicinis sono semiuiri.] Emenda, quam solent
 Phrygii tibicinis sono semiuiri: ex uetere lectione. Et infra. Af-
 ficiuntur illi & sunt quales iubentur. Si illi animo forma perman-
 ferit.] Eadem, Afficiuntur illis & sunt quales iubentur, si illa ani-
 mo forma permaneat. Puto sinceriorem lectionem esse. Afficiuntur
 illis. Essent quales iubentur. Et infra. Tunc illa animi bona
 uelut soluta excitantur.] Quaedam exemplaria, uelut ad solita ex-
 citantur. Codex diui Francisci, tunc illa anima bona uelut sollici-
 tatur. Scribendum reor, tunc ad illa animi bona uelut sollicitantur,
 uel sic, tunc ad illa animi bona uelut solita excitantur. Et infra.
 Cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patenti ore
 nouissimè exitu effudit.] In quibusdam exemplaribus, dictio il-
 la, tractum, non habetur. & coniunctim patenti ore legendum, non
 patenti ore, ex omnibus antiquis codicibus. In quorum nonnullis
 effundit legitur, non effudit. Et infra. Qui paupertati suæ aptus
 est.] Scribe, qui paupertati suæ aptatus est: ex uetere lectione. Et
 infra. Facillimè enim tenera conciliantur ingenia.] Reconcili-
 antur aliqua exemplaria agnoscunt, non conciliantur. Et infra.
 Et adhuc docibilibus leuiterque corruptis.] Docibilibus præfe-
 runt duo antiqua exemplaria, non docibilibus, correctius. Et in-
 fra. Cui liceret censuram agere regnantium.] Exemplar fami-
 liare gentium habet, non regnantium. Et infra. Hæc enim
 non cibi sed oblectamenta sunt.] Castiga, Nec enim cibi sed
 oblectamenta sunt, ex uetere lectione. Et infra. Quem obti-
 nemus odor in corpore est. Nullo inde uino caret stomachus.]
 Exemplar Franciscanum, quoniam optimus odor in corpore
 est nullus. Inde uino carens stomachus. Adstipulatur & alter
 eiusdem bibliothecæ codex. Et infra. Quem mihi amorem Py-
 thagoras iniecerit. At Socion dicebat quare ille animalibus ab-
 stinisset.] Puto corrigendum, quem mihi amorem Pythagoræ
 iniecerit Socion. Dicebat quare ille animalibus abstinisset.
 Sed expende an legendum sit pro dicebat, docebat, siue discre-
 bat. Nam sequitur infra. Hæc cum exposuisset Socion. Et in-
 fra. Omnia tibi in integro serua.] Exemplar familiare. Om-
 nia tibi integra seruas. Et infra. Quod iste crudelitati-

bus tuis damnū est.] Sic in omnibus ferè habetur exemplaribus, sed
 in proptū erat correctio. Quod istius crudelitatis tuæ damnū est.]
 Nec desunt codices qui hāc etiam lectionem agnoscant. Et infrā.
 Alienigenarum gentium sacra mouebantur.] Nullus scriptus co-
 dex habet uerbum, gentium. Et infrā. Sed inter argumēta super-
 stitionis ponebatur quorundam animalium abstinetia.] Puto in-
 uertendas esse dictiones, & legendum. Sed inter argumenta super-
 stitionis quorundam ponebatur animalium abstinetia. Et infrā.
 Si quis exhortaretur illos, si quis impenderet.] Scribendum forte
 impelleret, non impenderet. Et infrā. Et omisis ad quæ diuertimur.]
 Vetus lectio diuertimus. Et infrā. Qui Grammatici
 oculis carmen istud legit.] Exemplar Franciscanum Grammati-
 cis legit, non Grammatici, quod non minus placet. Et infrā. An-
 ci pater Martius Numæ nepos dicitur.] Idem exemplar, Anci pa-
 ter nullus Numæ nepos dicitur. Alius codex, Numæ nepos fuit. Et
 paulō pōst. Id ita in pontificalibus libris aliqui putant. Et Fene-
 stella eosdem libros cum Grāmaticis explicuit.] Legendum reor,
 Id esse in pontificalibus libris, & alii putant, & Fenestella. Eosdem
 libros cum Grammaticis explicuit. Et infrā. Primum uerba ex-
 pressa ab se dici à Cicerone. Idem re ipsa in cōmentarium refert]
 Verba hæc uitiatissima, & cimmeriis quod aiunt inuoluta tenebris,
 sic restituēda coniecto. Primum uerbum priscum, reapse, dici à Ci-
 cerone, id est re ipsa in cōmentarium refert. Ut dictionē, priscum,
 reponā, admonent me ea quæ infrā sequuntur; non ut uerba prisca
 aut ficta captemus. Exemplar Facundi & Primitiui sic legit. Pri-
 mum enim uerba expressa ab se. Ut forte scribendum sit. Primum
 Ennii uerbum priscum reapse. Et infrā. Nec minus sese idem se-
 ipse.] Castiga, Nec minus sese, id est seipse: ex uetere lectione. Et
 infrā. Hanc quam nunc in circo creatam uocamus, calcem antiqui
 dicebant.] Corrigendum puto, Hanc quam nunc in circo metam
 uocamus. De Metis in circo Suetonius & coplores alii. Et infrā.
 Deinde inanes colligit uersus.] Legō, Deinde Ennianos colligit
 uersus, ut liquet ex sequentibus. Et infrā. Cui nemo cuius atque
 hostis qui nult pro factis reddere operæpretiū.] Vetus lectio, cui
 nemo cuius neq; hostis. Sed ego opinor, non qui uult legēdum, sed
 quibus, hoc est poterit. Nam sequitur neminem potuisse Scipioni,
 neq; ciuem, neq; hostem reddere operæpretium. Iam uerbum, est,
 quod in fine clauis adiectū est à nullo, neq; antiquo neq; recen-
 tiore codice agnoscitur. Et infrā. Non tātum auxilium signifi-
 casse operā, ait operā eius neminē potuisse Scipionē neq; ciuem.]

Vetus

Vetus lectio deprauata etiã, sed manum nõnihil emendaturo por-
 rigit: quæ sic habet, non tantũ auxilium significasse, sed operam, ait
 opera enim eius neminem potuisse Scipioni. Considera igitur an
 in integrũ restitui possit locus hic permutato dictionũ ordine hoc
 pacto, non tantũ auxilium significasse operã, sed alicuius opera, ait
 enim neminem potuisse Scipioni. Et infrã. Ennius hoc ait Ho-
 mero surripuisse, Ennio Virgilius.] Scribo, Ennium hoc ait Ho-
 mero se surripuisse, Ennio Virgilius. Et infrã. Esse enim apud
 Ciceronẽ in his ipsis de R. P. hoc epigramã.] Puto contra omnia
 exemplaria scribẽdum hoc pacto. Est Ennii apud Ciceronẽ in his
 ipsis de R. P. hoc epigramma. Alioquin si enim legas, non Ennii,
 uitiosa esset confirmatio afferre epigramma librorũ Ciceronis ad
 confirmandum Ennii imitatione Homeri portas cœli appellasse.
 Quod autẽ Ennii poetæ sit hoc epigramma, docet Lactantius Fir-
 mianus lib. 1. cap. 18. his uerbis. Ille autẽ qui infinita hominũ milia
 trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, nõ mo-
 dõ in tẽplum, sed etiã in cœlum admittitur. Apud Ennium sic lo-
 quitur Africanus: Si fas cœdendo cœlestia scandere cuiquã est, mi-
 soli cœli maxima porta patet. Et infrã Si fas est plagas cœlestiũ
 ascendere cuiquã,] Prior æditio minus corrupte, ni faciendo pla-
 gas cœlestum ascendere cuiquã. Lege, Si fas cœdendo cœlestia scan-
 dere cuiquam est, ut mox ante ex Lactãtio apparuit. Et infrã. In
 Philologum aut Grammaticum delabar.] Correctẽ magis exem-
 plar meum dilabar. Et infrã. Velut aliquot artificium uenale di-
 dicerunt.] Reclament licet exemplaria omnia, contenderim le-
 gendum esse docuerunt, non didicerunt. Sequitur enim, quã ui-
 uendum esse præcipiunt. Et rursus, Non magis mihi potest quis-
 quam talis prodesse præceptor. Et infrã. Et ingens agmen. Non
 tamen talium.] Sic prior æditio. Exemplar Franciscanum, & in-
 gens agmen tot ac talium. Quid si hæc uerba. Non tamen talium,
 adiectitia sunt glossema, uidelicet studiosi cuiuspiam, qui ingens
 agmen interpretabatur esse nõ talium quales fuerant Zeno, Chry-
 sippus, Posidonius.

EPIST. CX. Præter hæc aliquis cogitationes suas exprimet.]
 Aliquas, nõ aliquis omnis habet uetus lectio. Et infrã. Vno mo-
 do dicas licet non esse in melle dulcedinem.] Legẽdum reor, isto
 modo dicas licet. Et infrã. Quibus morbi uitio uel amarum esse
 uideatur.] Scribe, quibus morbi uitio mel amarum esse uideatur:
 ex omni uetere lectio. Et infrã. Et huic profuturo idonea
 materia sit.] Profuturo, nõ profuturo eadem. Et infrã. In sum-

num inquit producto calorem.] Perducto, nō productoreadem.
 Emenda paulo post. Et infrā. Vti amplius arma desiderat.] Ar-
 mis lege, non arma: ex eadem. Et infrā. Itaq; prodest qui vir-
 tutes alicuius partes sui amat.] Scribendum puto contra omnia
 exemplaria, pares suis, non partes sui. Et infrā. Etiā nunc sapien-
 tis animum peritē mouere nemo alius potest nisi sapiens.] Scri-
 be, Etiam nunc sapientis animum perite mouere nemo alius po-
 test, quā sapiens: sicut hominem mouere rationaliter non po-
 test, nisi homo: ex omnibus scriptis codicibus. Et infrā. An de-
 liberaturus sit sapiens, an in consilium aliquem aduocaturus.] Ca-
 stigatiorem existimamus lectionem, An deliberaturus sapiens sit,
 aliquem in consilium aduocaturus. Et infrā. Et animo cogita-
 tiones miscendo.] Scribe, & animos cogitationesq; miscendo: ex
 uetere lectione. Et infrā. Quæ in exercendo sensu ualet.] Exē-
 plar Scholasticum, quæ in exercēdo se usu ualet. Et infrā. Aiunt
 homines plus in alieno negotio uidere. Vticio hoc illis euenit.]
 Lege, Aiunt homines plus in alieno negotio uidere quā in suo.
 Hoc illis euenit: ex emaculatiōibus codicibus. Et infrā. Etiam
 si contra me gladii micarent.] Circa legendum, non contra, ex
 omni scripta lectione: ut mox statim, Etiam si circa me flagrant
 incendia. Et infrā. Etiam si subitus turbo totam nauem meam
 mari raperet.] Exemplar Franciscanum, toto legit, non totam: ex
 exemplari Facundi ac Primitiui. Et infrā. Hanc mihi præstaturum
 uoluptatem ut gloriam contemnam.] Sic prior æditio. Puto
 legendum, Hanc mihi præsta tu, ut uoluptatem, ut gloriam
 contemnam.

EPIST. CXI. Vt memineris maiores nostros qui crediderūt
 hos Stoicos fuisse. Legendum puto, non hos, sed hoc. Et infrā.
 Quoties enim calamitas felicitatis est causa & uitium fuit, quod
 calamitas uocabatur.] Castigatius & breuius uetus lectio, Quoties
 enim felicitatis causa & initium fuit quod calamitas uocabatur.
 Et infrā. Est autem tanti diu nihil gaudere.] Scribe, in uersis di-
 ctionibus, Est autē tanti nihil diu gaudere: ex eadem. Et infrā.
 Nec inter hæc humani ingenii sagacitas sistitur.] Corrige, Nec
 intra hæc humani. Ex eadē. Quo feratur unde surrexerit.] Eadē,
 Quomodo feratur. Vnde surrexerit. Et infrā. Si contempseris
 etiam fordidum panem.] Corrige, Si non contempseris etiam
 fordidum panem: ex exemplari Pinciano. Et infrā. In quem si
 pretiosa congerimus.] Scribe, in quem sic pretiosa congerimus:
 ex uetere lectione. Et infrā. Alia ergo gratiora si recentiora
 perfer

perferuntur ad mensam.] Eo legendum, non ergo, ex eadem. Et infra. Alia si diu pasta & coacta pinguescere.] Verbum, si, eradendum ex omnibus scriptis codicibus. In quorum uno, dure pasta habetur, pro diu pasta: ut fortè legendum sit, diu repasta. Et infra. Hinc puerorum prospicuos cultu atque forma greges.] Prospicuos lege, non prospicuos, ex eisdem. Et infra. Delectat te nitor horum.] Nidor lege, non nitor: ex eisdem. Et infra. Hæc nobis Attalus dixit natura dixit omnibus.] Scribo, Hæc nobis Attalus dixit. Natura omnibus dixit, ex exemplari Facundi & Primitiui. Ex cuius fide lege paulò antè per comutationem uerborum, in alienum cadit arbitrium.

EPIST. CXII. Quibus quisque se tradidit questiuiculas quidem uafas.] Vetus lectio, Quibus quisquis se tradidit questiuiculas quidem uarias nectit. Placet tamen magis ut uafas legatur quàm uarias. Et infra. Nec in summis ambulat digitis.] Præpositio, in, superuacanea est, ex eadem. Et infra. Sive fluctuatur & per aduersa & difficilia.] Superfluit coniunctio, &, ex eadem.

Et infra. Et animum specie subtilitatis inductum tentant morantur.] Corrige, & animum specie subtilitatis inductum tenent ac remorantur, ex eadem.

EPIST. CXIII. Cito tamen redibit in gratiam.] Scribe, cito tamen cum illa redibit in gratiam: ex codicibus syncerioribus.

IN LIB. XX. EPISTOLARVM.

DE mortali fortitudine, iustitia, doctrinam inferens.] Corrige, Moralem de fortitudine, & iustitia doctrinam subinferens, ex uetere lectione. Et infra. Ut exercere ingenium inter irrita uideremur.] Legendum esse uideamur, non uideremur, & sensus monstrat & exemplar Scholasticum. Item correctiorem ducerem lectionem, intrâ, quàm, inter. Et infra. Sed me in alia sententia profiteor.] Deest uerbum, esse, ut sit profiteor esse: ex uetere lectione. Et infra. Non tamè duos esse dices nos.] Pronomen nos, expungendum, ex exemplari Franciscano. Et statim. Quare? quia separatim esse debent.] In eodem dictio, Quare, non habetur. Et separatim, non separatim omnis agnoscit antiqua lectio. Et infra, Iustitia animal est, fortitudo. Sic cæteræ uirtutes.] Scribe, Si iustitia animal est, fortitudo, sic cæteræ, ex eadem. Et statim. Ac rursus incipiunt.] Corrige, ut rursus incipiant: ex eadem. Et infra. Agit inquit aliquid & prodest. Impetum habet.] Exemplar diuæ Mariæ, & item familiare, Agit inquit ali-

EPI. CXIII.

quid & prodest. Quod autem agit aliquid & prodest impetum habet. Et infra. Omne animal donec moriatur hoc est idem quod cepit.] Corrige, Omne animal donec moriatur id est quod cepit: ex uetere lectione. Et infra. Equus, canis transire in aliud non possunt: ex eadem. Et infra. Ista quomodo erunt singula animalia cum unus animus sit.] Scribe, Itaque, non ista, ex uetere lectione. Exemplar diui Francisci. Ita quomodo singula animalia erunt.

Et infra. Hoc quoque existimo & quod in tanta copia rerum.] Legendum reor. Hoc quoque existimo esse quod in tanta copia rerum. Et infra. Nulli similitudo cum altero conuenit.] Corrige, Nullius magnitudo cum altero conuenit: ex uetere lectione.

Et infra. Aut irrationalia aut pecora. Virtutes quoque rationales sunt.] Legendum, aut irrationalia, ut ferae, ut pecora. Virtutes utique rationales sunt, atqui nec homines sunt: ex correctioribus codicibus. Sed quia non multo post negat uirtutes rationales esse, crediderim legendum hic potius sint quam sunt, ut concedat aduersariis quod ipse non sentit. Et infra. Specie alicuius rei irritatum est.] Exemplar Franciscanum magis praefere uidetur incitatum, quam irritatum. Et infra. Puta enim prudentiam esse. Et infra. Hoc natura non praecipit.] Scribe recipit, non praecipit, ex melioribus codicibus. Et infra. Prudenter tacere & cenare bonum est. Ita & tacere & cenare animal est.] Castiga, Prudenter tacere bonum est. Cenare bene bonum est. Ita & tacere & cenare animal est: ex uetere lectione. Et infra. Queram an & avaritia & luxuria & clementia.] Scribe, dementia, non clementia, ex eadem. Et infra. Sunt enim & ipsa animalia.] Ipsae, non ipsa legito: ex eadem. Et infra. Si has quoque retundauerint.] Eadem, si has quoque corrotundauerint. Et infra. Ne putes autem primum ex nostris.] Lege, Ne putes autem me primum ex nostris: ex eadem. Et infra. Ergo cur non ipsius Chryssippi exemplo.] Muta uerborum ordinem. Cur ergo non ipsius: ex eadem. Et infra. Idem est animus & iustus & prudens & fortis. At singulae uirtutes quodam modo se habent.] Corrige, Idem est animus: & animus iustus & prudens & fortis ad singulas uirtutes quodam modo se habens ex meo familiari codice. Et infra. Et aptans illis facies tanquam pictor a signo.] Aptas, non aptans: omnis uetus lectio.

Et infra. Non possunt hoc loco dicere.] Possum lege, non possunt: ex eadem. Et infra. Tuis pugna contra ipsam fortunam,

nam, non armat itaque contra hostes, instructi contra illam inermes sunt.] Hunc locum in omnibus exemplaribus corruptum deprehendi: corrigendum hoc pacto censeo, Tuis pugna. Contra ipsam fortunam non armant illa quæ contra hostes. Instructi contra illam inermes sunt. Et infra. Priuatis commodis quàm longissimè auersa sit.] Deest præpositio, à, ut sit, à priuatis commodis quàm longissime auersa sit: ex domestico exemplari. Et infra. Non est quod spectes quod sit iustæ rei præmium maius iniusto est.] Castiga. Non est quod expectes quod sit iustæ rei præmium maius quàm iustum esse: ex eodem. Exemplar tamen Scholasticum quàm iustam esse legit, non quàm iustum esse.

EPIST. CXXV. Vbi contra luxuriam succincte declinat.] Scribendum forte, declinat, non declinat. Et infra. Si approbata est & recepta.] Scribe, sed approbata est & recepta: ex uetere lectione.

Et infra. Mecenas in cultu suo.] De cultu suo: eadem, non in cultu suo, Et paulò ante ire, non iri: & nunc, non tunc. Et infra. Vide ut alueum lyntribus aret uersosq; uado remittat hortos.] Exemplar familiare. Vide ut alueum lyntribus arent, uersosq; uado remittant hortos. Et infra. Ut ceruice lassa sanantur.] Idem exemplar, ut ceruice laxa feratur. Et infra. Ne mori tyranni irremediabilis factio.] Nemo tyranni: idem exemplar. Et infra. Quid si quis feminae cirro crispata & laboris columbatur.] Vetus lectio. Quid si quis feminae cirro crispatae labris columbatur.

Et infra. Tum tam negligenter abiecta.] Particula, tum, tollenda, ex eadem. Et infra. Quod uitium hominis esse interdum corporis solet.] Corrige, quod uitium hominis esse interdum, interdum temporis solet: ex exemplari Facundi ac Primitiui. Et infra. Ut ea quæ cludere solent cena prima ponantur.] Emendo, ut ea quæ includere cenam solent prima ponantur: ex uetere lectione. Et infra. Et illi & pro sordidis solida sunt.] Ex duabus coniunctionibus posterior expungenda, ex eadem. Et infra. Modò fingit & ignota deflectit.] Eadem, modo fingit ignota deflectit. Et infra. Et hoc gratiam sperent si sententia pependit.] Hinc, non hoc: eadem. Et paulo post amient, non amiet. Et infra. Ad Appium & usque & Coruncanum redeunt.] Corrigen- dum, Ad Appium usque & Coruncanum redeunt, ex eadem. Et infra. Quam si nolent splendidis uti.] In quibusdam codicibus excerptum in margine lego scribendum uellent, non nolent. Et infra. Deo blanditur & molliter labitur.] Scribe, adeò blanditur: ex uetere lectione. Et infra. Vix ad clausulas redduntur.] Red- deunt,

deunt, non redduntur, eadem. Et infra. Quid illa in exitu lenta.] Castigandum reor, Quid de illa in exitu lenta. Et infra. Quae audita Panormitanos debere Romanis fecere.] Dedere, non debere lege: ex uetere lectione. Et paulo ante, fugam fecere, non facere. Et infra. Irritant illos & in se aduertunt.] Scribo, auertunt, non aduertunt: ex eadem. Et infra. Nulli molesta est nisi animus labatur.] Eadem, labat, non labatur. Et infra. Simul dubitant.] Legendum puto, simul nutant. Et infra. Non cum omni exoletorum.] Scribe, quod non cum omni exoletorum: ex uetere lectione. Et infra. Nunquid enim mi Lucili hic furor est.] Ex scriptis exemplaribus quaedam sic legunt, Nunquid enim mi Lucili in hoc furor est. Alia negationem addunt, Nunquid enim mi Lucili in hoc furor non est. Et infra. In illo quod nemo nostrum.] Exemplar Scholasticum, in illo etiam quod nemo. Exemplar Franciscanum. Imò in illo quod nemo nostrum: quam lectionem magis probo. Et infra. Cui tanto tumultu comparatur cibus.] Vetus lectio, Cui tantorum cultu comparatur cibus. Et infra. Aspice ueteraria nostra.] Veterana, non ueteraria, exemplar Franciscanum. Et infra. Tot consulam regionumque uina cluduntur.] Exemplar Scholasticum, tot climatum regionumque uina conduntur. Et infra. Nihil tam æque tibi profuerit.] Tamen, non tam: uetus lectio.

IN LIB. XXI. EPISTOLARVM.

EPIST. CXVI.

ET quod omnium hic non solida sed bracteata, & ficta felicitas est.] Vetus lectio. Quod omnium hic eminentium non solida sed bracteata felicitas est. Et infra. Habeo maiora quæ cures quam quæ scribas.] Postremæ tres dictiones, quæ scribas, in omnibus uetustis exemplaribus desiderantur. Et infra. Barba & coma nitidos de capsula tortos.] Discapsulatos pleraque exemplaria non de capsula tortos. Codex Franciscanus, de capsula totos. Et infra. Si circumtonsa est.] Vetus lectio, si circumtonsa est. Et infra. Et quod credas in homine rarum humanitatis bonum.] Scribe, & (quis credat) in homine rarum humanitatis bonum: ex eadem. Et infra. Splendoremque illi suum affunderent.] Dictiuncula, que, superuacanea est: ex eadem. Et statim. Tunc prouidentia cum elegantia.] Tum legendum, non Tunc, ex eadem. Et infra. Nemo illum amabilem.] Lege illam, non illam: de facie enim loquitur, ex eadem. Et infra. Nemo non inquam amore eius arderet.] Corrige, Nemo inquam non amore eius arderet: ex eadem. Et infra. Nunc enim multa obfigilant.

lant.] Codices quidam obfugillant. Alii minus deprauate obfugillant. Lego Obftrigillant. Cuius uerbi fignificationem legito apud Marcellum. Et infra. Et aciem noſtram aut ſplendore nimio repercutiunt, aut obſcurè retinent.] Scribendum reor obſcuritate, non obſcurè: ut ſplendori opponatur obſcuritas. Et infra. Quamuis mulus circa diuitiarum radiantium ſplendor impedit.] Exemplar familiare, impendat, non impediatur. Et infra. Nos ingentium maculæ columbarum ſiue ex Aegyptiis arenis.] Quid ſi legas eremis, non arenis. Nam ſolitudinum Aegypti & Hieronymus & alii meminerunt, & ſequitur ſtatim, me ex Africa ſolitudinibus. Et infra. Miramur parietes tenui marmore indutos.] Codices quidam indutos, non inductos. Et infra. Quantum mali iaceat.] Emendatius quædam exemplaria, lateat, non iaceat, quam lectionem confirmant quæ paulo ante præceſſerunt ſub illo auro fœda ligna latitare. Et infra. Hæc ipſa res tot magiſtratus.] Scribe, Hæc ipſa res quæ tot magiſtratus. Et dictio ſequens, Pecunia, per minorem ſcribi debet & præcedentibus annexi: ex uetere lectione. Et infra. Quærimus non quale ſit quidq; ſed quanti.] Scribe, quærimus non quale ſit quidq; ſed quanti: ex eadem. Et infra. Et honeſta quândiu ſpes ineſt ſequimur in contrarium tranſituri ſi plus ſclerata promitterent.] Eadem. Honeſta quândiu aliqua illis ſpes ineſt ſequimur in contrarium tranſituri ſi plus ſclera promittant. Et infra. Qui lucro innocentiam, ſalute opinionem bonam mutant.] Lege, Qui lucro, innocentia, Salute, Opinionem bonam mutant, ex eadem. Et infra. Sine me uocari peſſimum ut diues uocer.] Adicit eadem uerbum, ſimul. Sine me uocari peſſimum ſimul ut diues uocer. Et infra. An diues an bonus nemo. Omnes quærun.] Caſtiga, An diues ſit omnes quærimus nemo an bonus, ex eadem. Et infra. Vtinam honores petitori cum ambitioſis. Vtinam qui diuitias optaturi eſſent cum diuitibus deliberarent, & ſummum.] Murandus ordo uerborum & ſcribendum ex eadem ſic, Vtinam qui diuitias appetitori eſſent cum diuitibus deliberarent. Vtinam honores petitori cum ambitioſis ſummum. Et infra. Cum priora damnauerint.] Exemplar familiare qui priora damnauerant. Et infra. Et opinio num ſuarum ſecurus.] Verbum, ſuarum, expungendum, ex uetere lectione.

EPIST. CXVII. Nullum enim uitium ſine patrociniò. Nulli non uitium eſt uerecundum.] Caſtiga, Nullum eſt uitium ſine patrociniò. Nulli non initium eſt uerecundum: ex eadem. Et infra.

frā. Imbecillisq; primo omnis affectus.] Eadem imbecillitas est primo omnis affectus. Et infrā. Nec uino infirmum animum comittamus.] In quibusdam exemplaribus uitio habetur, nō uino.

EPIST. CXVIII. Argumentatur contra professores suos.] Vetus lectio. Argumentatur contra quosdam comprofessores suos. Et infrā. Multum mihi tibiq; negotium concinnabis.] Eadem. Multum mihi negotii concinnabis: etsi in plerisq; codicibus continuabis legatur, non concinnabis. Et infrā. Deinde tunc dicere sententiam audebo.] In exemplari Scholastico uerbum. Deinde, non habetur. Et infrā. Quid ergo inquit cum dicimus bonum sapere dicimus referentes ad id de quo pendet.] Vetus lectio, Quid ergo inquit? Num dicimus bonum est sapere. Sapere dicimus referentes ad id de quo pendet. Aliqui codices sic. Quid ergo inquit? Non dicimus bonum esse sapere. Sapere dicimus referentes. Et infrā. Et in aliam partem considerare.] Lege, & in alia parte considerare, ex eadem. Et infrā. Si expetenda res est bona est.] Eadem, si expetenda res est bonum est. Et infrā. Sed petitio bono accedit.] Exemplar Franciscanum, sed petito bonum accedit. Et infrā. Inter alia hinc colligimus.] Vetus lectio. Inter alia hoc colligimus. Et infrā. Aut timentium inferos aut colentium aethera.] Eadem, aut timentium inferos, aut colentium aethera.

Et infrā. Tam corpus est quā ille cui accidit.] Scribe, illud, non illerex eadem. Et infrā. Si extra est postquam accesserat recessit.] Lege, acciderat, non accesserat: ex eadem. Et infrā. An quale istud sit tale hoc sit.] Scribendum, illud, non istud: ex eadē.

Et infrā. Vnum enim deerat illi quo minus bonum esset.] Particula, enim, in quibusdam exemplaribus non habetur. In aliis ergo habetur pro, enim. Et infrā. Nisi quia sapientiam habet.] Lege, nisi qui sapientiam habet: ex uetere lectione. Adstrpulantur & uerba sequentia, Nunquid quenquam qui sapiat non putas habere sapientiam. Et infrā. Puto concedas duo esse hæc.] Puto concedes duo esse hæc: ex eadem scribendum. Et infrā. Habitu sapientiam habet qui sapit.] Castiga ex eadem, Habetur sapientia. Habet qui sapit. Et infrā. Non corpus inquit est quod nunc loquor.] Quidam codices, non corpus est quidem quod nunc loquor. Et infrā. Non enim quid mihi uideatur pronuntio.] Scribe, nondum enim quid mihi: ex uetere lectione. Et infrā. Quid prohibet quominus aliud quidem sed nihilominus bonum.] Puto legendum, Quid prohibet quominus alia quidem sint nihilominus bona. Nam paulo post subiicit, Corporam dice-

re posse ista duo esse, & tamen utraq; bona. Et infrà. Et sapientiam & sapientiam habere duo esse.] Verusta lectio, Et tanquam sapientia & sapiens duo sint. Et infrà. Nihil obstat ergo quominus & sapientia bonum sit: ex eadem. Et infrà. Olim me ipsum damno.] Eadem. Olim ipse me damno. Et infrà. Omnia ista circa sapientiam sunt non in ipsa sapientia sunt.] Corrigo, Omnia ista circa sapientiam non in ipsa sunt: ex eadem. Et infrà. De siderum elementis.] Exemplaribus reliquis hoc loco, deprauatis Franciscanum exemplar opem nobis tulit. In quo nõ de siderum elementis legitur, sed de siderum alimento, rectissime. Et infrà. Quid mihi profuturum est scire aliud bonum esse.] Exemplar familiare, & paucioribus uerbis & longe aliis. Et ex his quid bonum sit. Sciendum tamen notandum hoc haberi partim in margine, partim in contextu: quem, ut apparet, deleuit ille, qui ante me codicem possederat, quam rectè, non ausim affirmare. Quibus animum labentem studiis firmem.] Labantem, non labentem scribendum: & paulo post ferunt, non ferunt. ex uetere lectione. Et infrà. Quæ ad me irrumpunt quomodo illas ad quas irrupi.] Eruperunt & erupi sunt codices qui habeant, non irruperunt & irrupi. Et infrà. Sed ipse mecum quo uisum erit profugiam.] Castigo, sed ipse mecum uisum erit profugiam, ex uetere lectione. Et infrà. Siue nõ uis quid deos rogas.] Corrigendum arbitror, si uiuere non uis quid deos rogas: & ita notatum præfert domesticum exemplar.

Et infrà. Itaq; inquit quàmprimum moriar.] Legendum puto, non Itaq; sed Ita. Nam uidetur principium esse à uoto sumptu hominis qui egritudine manus dederat. Nemo autem incipit à uerbo Itaq;. Idem uicium mox paulo bis castigandum. Et infrà. Tot quæstiones tibi fortuna imposuit.] Lege, posuit, non imposuit: ex uetere lectione. Et infrà. Remoue ista luxuriæ arma.] Lusoria exemplar Franciscanum, non luxuriæ. Et infrà. Hoc secretarum cupiditatum pondus effundam.] Lege, Qua ratione agatur aliquid.] Prima duo uerba, qua ratione, desiderantur in eadem. Et infrà. Sic sit. Negemus sapere bonum esse.] Fit, non sit, eadem. Et infrà. An bonum sit sapientia.] Scribe, an bonum sit futura sapientia: ex Frãscano exemplari. Et infrà. Quid enim dubium est oro te.] Dubii, non dubium legendum: ex eodem. Et infrà. Deinde quale esse.] Vetus lectio, deinde quale est. Et infrà. Sapiam spero, sed interim non sapio.] Castigo. Ut sapiam spero, sed interim non sapio

fapio: ex correctioribus exemplaribus. Et infrà. Tabulā laterunculariā.] Tabulam laterunculariā eadē. Et infrà. Et unde quā multa.] Mallē legeres, & uides quā multa. Quaedā exemplaria & uide quā multa. Et infrà. Et hoc tēpore tā angusto & rapido.] Legendum reor, Ex hoc tēpore tam angusto & rapido. Et infrà. Delectare potius quā sanare.] Scribe, delectare se potius quā sanare: ex uetere lectiōne. Et infrà. Dic mihi cum quid inter sapientiam & sapere intersit didicero cur potius inter uocabula.] Desiderantur hic duo uerba, Verbum, sapiam, & coniunctio ergo, ex codice Facundi ac Primitiui. Vt legendum sit per interrogatiōnem ducentem ad negationem hoc pacto, Dic mihi cum quid inter sapientiam & sapere intersit didicero sapiam? Cur ergo potius inter uocabula. Et infrà. Si dixerō omne quod discō.] Dixerō, non dixerō pleriq; codices.

EPIST. CXIX. Et quid sit bonum. Et quæ honesti & boni differentia.] Castiga, Quid sit bonum, & quæ honesti ac boni sit differentia demonstrat: ex eodem. Et infrà. Vt scriberes ego rescriberem.] Vetus lectiō. Tu scriberes Ego rescriberem. Et infrà. Quis aperte petat.] In quibusdam codicibus arte legitur, non aperte. Et infrà. Propinquus nummus moueri non possit.] Corrige, propinquus nummū mouere nō possunt: ex uetere lectiōne.

Et infrà. In templis suis pendant.] Scribe, pendent, non pendat: ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà. Qui ut aliquid pestiferi consequantur per mala nituntur in malum.] Diuersus est uerborum ordo in uetere lectiōne. Qui ut aliquid pestiferi per mala consequantur nituntur in malum. Et paulò post, optanti, non optandi, scribendum. Et infrà. Verum & uerisimile inter se differunt. Itaque quod bonum est uerò iungitur. Non est enim bonum nisi uerum est. Ad quod inuitat ad se & allicere facit uerisimile est.] Legendum puto hoc pacto. Verum & uerisimile inter se differunt ita. Quod bonum est uerò iungitur. Non est bonum nisi uerum est. At quod inuitat ad se & allicit facit uerisimile est. Nam & Scholasticum exemplar, ita, non itaque habet, & in Franciscano codice coniunctio, enim, non habetur. Et statim. Surripit, sollicitat, attrahit.] Exemplar Franciscanum minus deprauatē, Subripit, non Surripit. Legō, Subrepi. Et infrà. Iam & honestum est.] Superfluit, uerbum, est, ex uetere lectiōne. Legendaq; hæc uerba ut puto per consequentiam cum præcedentibus nulla distinctiōne. Et infrà. Hæc cum honeste ministrata sunt.] Eadem administrata agnoscit, non ministrata. Et infrà.

Leuia

Leuia
ex ca

Et i

Eaden

empla

Et

Vnde

in sine

illam

frā. Il

ratiō

mellis

pōndu

in ma

cari qu

tur. Sec

haben

minim

mam n

alioru

Seneca

istime

secand

ctum e

modo

tum.

nouissi

E P

cam.]

rio. Sec

ligatur

Corrig

nam H

Summa

que eac

proxim

ter, V

quam r

mittes

datur n

Leuia enim sunt contemnenda.] Superuacaneum est uerbum, sunt, ex eadem. In familiari codice. Leuia enim sunt & contemnenda.

Et infra. Nullum enim minimum contemnendum bonum.] Eadem non habet coniunctionem, enim. In meo domestico exemplari aliter. Nullum etiam minimum contemnendum bonum.

Et infra. Vnde aliquid cognoscitur bonum.] Codices quidam, Vnde agnoscitur bonum? Et infra. Hæc eius proprietas.] Deest in fine uerbum, est, ex uetere lectione. Et infra. Quomodo ad illam proprietatem peruenit.] Aliam, non illam, eadem. Et infra. Ille irrationabilis est hic rationalis ex eadem. Et infra. Et exiguum mellis pondus.] Legendum sine coniunctione, Exiguum mellis pondus ex eadem. Et infra. Vbi animus aliquid diu protulit, & in magnitudinem eius sequendo lassatus est infinitum cœpit uocari quod longe aliud factum est quàm fuit cum magnum uideretur. Sed finitum eodem modo cætera.] Verba hæc uitiosissime habentur in omnibus & priscis & neotericis codicibus nullo uel minimo apparente uestigio antiquæ sinceræque lectionis. Proximum nihilofecius sententiam meam: cui quantum tribui debeat aliorum esto iudicium. Certè facilius ea lectione quàm coniecto Senecæ mens percipietur. Ad hunc ergo modum scribendum existimo, Vbi humus aliquid diu protulit qui in magnitudine eius secanda lassatus est infinitum cœpit uocare quod longe aliud factum est, quàm fuit cum magnum uideretur, sed finitum. Eodem modo. Quidam codices adiciunt coniunctionem, & sed & finitum. Et infra. Nouissimè crescente ad difficultatem.] Castiga, nouissimè crescente hac difficultate: ex omni uetere lectione.

EPIST. CXX. Ad maximas te diuitias compendiarie ducam.] Quidam codices compendiarie legunt, non compendiarie. Sed rectius exemplar diui Francisci compendiarie, ut subintelligatur uia. Et infra. Catonianum illud à te mutuum fumes.] Corrigen dum credo Hecatonianum illud à te mutuum fumes: nam Hecatonis testimonium frequens est in Seneca. Et infra. Summa res in utroque est eadem.] Corrige, Summa rei in utroque eadem est: ex eadem. Et infra. Vtrum hæc aqua sit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue elusero.] In eadem aliter, Vtrum hæc aqua sit quam ex lacu proximo excepero, an ea quam multa niue elusero. Et infra. Et superuacanea deuites.] Dimittes, non deuites: eadem. Et infra. Ad proxima quæque tendatur manus. Ipsa mihi commendabit quodcunque comprehendero

dero.] Scribe, Ad proxima quæque porrigatur manus. En ipsa mihi commendauit: ex eadem. Et infrà. In anima inquis lance numeras.] Corrige ex meo familiari exemplari, Inani me inquis lance muneris. Et paulò ante, quæsitur, non quæstor, habent nonnulla exemplaria. Et infrà. Nam ego paraueram fiscos.] Vetus lectio, Ego iam paraueram fiscos. Et infrà. Consecutus est quod nunquam diuitiis contingit finem.] Scribe, consecutus est quod nunquam diuiti contingit finem: ex eadem. Et infrà. **Qui** tantum non alget, non esurit, non sitit.] Puto legendum, qui tantum non alget, hoc est qui ferè non alget. Et infrà. Nunquam satis est quod multum.] Vetus omnis lectio. Nunquam multum est quod satis non est. Et infrà. Post Darium & Indos pauper est, Alexander Macedo quærit quod suum faciat.] Exemplar Franciscanum non Macedo agnoscit, sed Mentior ut sit obiectio. Et infrà. Tanto sine terrarum per suum rediturus orbem tristis.] Scribe, de tanto sine terrarum per suum rediturus orbem tristis est: ex exemplari Facundi & Primitiui, & si codex Franciscanus nõ tanto habeat, sed toto: ut forte legendum sit, tot, non toto. Et infrà. Quorum nomina cum Cræso Licinioque numerantur.] Quædam exemplaria Crasso agnoscunt, non Cræso rectius. Nam Cræsus cum Licinio male committitur, cum Crasso bene: ut illud Persii, Nunc Licini in campos, nunc Crasi mittit in ædes. Et infrà. Iste si mihi credis pauper est si tibi potest esse.] Corrige, Iste mihi crede pauper est si potest esse: ex omni scripta lectione. Et infrà. Hic ipse quem circa naturam diximus.] Exemplar Scholasticum, hic ipse quem citra naturam dicimus. Exemplar familiare, hic ipse de quo circa naturam dicimus. Et infrà. E' contrario dicere solemus.] Castigandum reor, è contrario dicere debemus. Et infrà. Quam paribus ministeriis & leuibus afferatur cibus.] Lege, quàm paribus ministris & leuibus offertur cibus: ex uetere lectione. Et infrà. In prima portione sedatam.] Superfluit præpositio, in, ex eadem. Et infrà. Oculos meos lædit. Id actum est.] Eadem, Oculos hoc meos lædit. Id pactum est. Et infrà. Utamur ergo in hoc naturæ beneficio.] Præpositio, in, superuacanea est: ex eadem.

IN LIB. XXII. EPISTOLARVM.

EPIST. CXXI.

Quomodo ad nos boni honestique notitia peruenerit.] Vetus lectio: Quomodo ad nos boni honestique prima notitia peruenerit. Et infrà. Per analogiam nostri intellectum, & honest

honestum & bonum iudicant.] Corrigendum reor per analogiam nostro intellectu & honestum & bonum iudicante. Patet sic esse legendum ex sequentibus. Et infra. Nemo non gloriam ultra rectum tulit.] Scribendum, Nemo non gloriam ultra uerum tulit: ex uetere lectione. Et infra. Quam si sponte uenisset.] Exemplar Facundi & Primitiui: quam si sponte uenisset. Castigo, quam si è ponte uenisset. Et infra. Sed semel hunc uidimus in bello fortem.] Prima duo uerba. Sed semel ad præcedentia pertinent. Tum sequitur per maiorem literam. Hunc uidimus in bello fortem: ex uetere lectione. Et infra. Sed hospitium & breue hospitium.] Scribe, sed hospitium & quidem breue hospitium: ex eadem. Et infra. Vbi te grauem esse hospitem uideas.] Hospiti, non hospitem: eadem. Et infra. At nos corpus tam turpe sortiti nihilominus alterna proponimus.] Scribe, At nos corpus tam putre sortiti nihilominus æterna proponimus. Nam uetus lectio putre, non turpe habet, & exemplar Franciscanum æterna præfert corruptè pro æterna. Et infra. Hoc quod futurum dico nunc maximè fit.] Lego, Hoc quod futurum dico cum maxime fit ex omni uetere lectione. Et infra. Modo Lucium Crassum diuitiis.] Corrige: Modo Licinium diuitiis, tum ex præcedentibus, tum ex uetere omni lectione, in qua dictio, Crassum non habetur. Et infra. Et inter simulationem uirtutis amoremque utilium assidua iactatio.] Corrige, & intra simulationem uirtutum amoremque uirtutum assidua iactatio: ex eadè.

Et infra. Modò pecuniã spargit nunc rapit.] Scribe, nunc pecuniã spargit. Nunc rapit: ex eadem. Et infra. Sic maximè coarguitur animus imprudens, alius prodit atque alius.] Quædam exemplaria. Sic maximè coarguitur animus impudens. Prodit alius, proditque alius. Et infra. Et ex omnibus constitutionibus suis sensus est.] Puto corrigendum, & quod omnibus constitutionis suæ sensus est.

EPIST. CXXII. Interim enim clamabis hoc, quod clamare soles.] Exemplar Franciscanum. Iterum enim exclamabis, cætera superfluunt, ex eadem. Et infra. Sed ad exclamandum tibi. Primum alios opponam.] Præpositio, ad, eradenda, ex uetere lectione, scribendumque per maiorem. Primum alios opponam. In exemplari Facundi & Primitiui. Sed exclamanti tibi. Et infra. Et uirtutes exhortabor.] Melius: Ad uirtutes exhortabor.

Et infra. Et affectus efferatissimos.] Lege, & affectus efferatissimos: ex uetere lectione. Et infra. Nemo ægre mollitur

actus suos.] Artus lege, non actus: ex eadem. Et infra. Nullum tormentum sentit supina testudo.] Supinata, non supina: correctiora exemplaria. Et infra. Ergo omnibus constitutionibus suus sensus est.] Legendum: Ergo omnibus constitutionis suæ sensus est: ex uetere lectione. Et infra. Necessè est enim id sentiant per quod animalia quoque sentiunt.] Exemplar Franciscanum: Necessè est enim adsentiant per quod animalia quoque sentiunt. Ut fortè legendum sit, Necessè est ei adsentiant per quod animalia quoque sentiuntur. Sic enim pleraque exemplaria habent non sentiunt. Addit codex Scholarum Salmanticensium uerbum ferri. Necessè est enim id ferri sentiant per quod: ut rursus legi possit, Necessè est enim id fieri sentiant, per quod alia quoque sunt: uel sic, per quod animalia quoque sentiuntur. Et infra. Et quod sibi esse scit.] Corrige, Et conatum sibi esse scit, ex omni uetere lectione. Et infra. Enati sunt dentes.] Exemplar Franciscanum, Ei nati sunt dentes. Et infra. In quam constitutionem cum uenit eam tuetur.] Corrige: in quamque constitutionem uenit eam tuetur, ex uetere lectione. Et infra. Quod nihil amplius si intellexerint faciant.] Legō facient, non faciant: ex eadem. Et si sunt codices in quibus habeatur, quod nihil amplius quàm intellexerint faciant: ut existimem legendum, non quàm, sed quum. Et infra. Simul enim conciliatur saluti suæ quicque, & quæ iuuant illa petit.] Corrige, simul enim conciliatur saluti suæ quæcunque iuuant illa petit: ex exemplari Franciscano. Et infra. Quanta diurni laboris.] Omnis scripta lectio quanta diuidui labori. Et infra. In quorum precium illa tenduntur.] Legendum reor contra omnia exemplaria perniciem, non precium. Et infra. Aequo uenit, quod natura distribuit.] Ex æquo lege, non æquo: ex uetere lectione. Et infra. Tacitis quoque & brutis, quamuis in cætera torpeant.] Scribendum puto, Tacitis namque & brutis.

EPIST. CXXIII. Ita tamen ut liberale adhuc spatium sit.] In codice meo non sit habetur, sed supersit. Et infra. Et lucem primam exiit.] Legendum arbitror: luce prima exiuit. Nam Franciscanus codex exiuit præfert, non exiit: aut lege sic, ut luce prima exeat. Et infra. Cuius uigilia in medio die incipit.] Redundat præpositio, in, ex uetere lectione. Et infra. Sunt quidem eadem urbe Antipodes.] Quidam, non quidem legendum: ex eadem. Et infra. Tam infausti homines, quàm nocturnæ aues sunt.]

sunt.] Exemplar Franciscanum noctuæ agnoscit, pro nocturnæ
 & crediderim legendum esse ominis, non, homines. Et infra.
 Totum peruersum uigiliæ tempus deducant.] Peruersæ palam
 est scribendum esse, non peruertum, agnoscente etiam id uetere
 lectione. Et mox ante districtis, non discoctis, eadem præfert.
 Et diducant scribo, non deducant. Et subrexit fortè, non succrescit.
 Et infra. Non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt.] Busta, non
 iusta, uetus lectio. Et infra. Et superbam umbram iners sagina
 succrescit.] Maior pars exemplarium, superba membra, non su-
 perbam umbram. Et infra. At istorum corpora qui se tenebris
 dicauerunt.] Corrigendum puto: ita istorum corpora qui se te-
 nebris dicauerunt. Et infra. Quippe non speciosior illis quàm
 morbo pallentibus color est.] Exemplar Franciscanum: Quippe
 suspectior illis quasi morbo pallentibus color est. Et infra. De-
 inde etiam isti è contrario non uidentur sibi contra naturam ui-
 uere. Ieiuni bibunt.] Scribe, Deinde etiam è contrario isti non
 uidentur tibi contra naturam uiuere qui ieiuni bibunt: ex uetere
 lectione. Et infra. Atque frequens hoc adulescentum uitium
 est.] Atqui, non atque, legendum est: ex eadem. Et infra. Me-
 rum illud delectat non quod innat cibo quod libere penetrat ad
 neruos.] Castiga, Merum illud delectat quod non innat cibo
 quod libere penetrat ad neruos: ex eadem. Et infra. Qui spe-
 ctant ut pueritia splendeat.] Scribendum, expectant: non spe-
 ctant: ex eadem. Et infra. Et calorum apta imitatione bruma-
 lium florem uernum exprimunt.] Mutatione, non imitatione,
 eadem agnoscit: & fortè commodior esset lectio brumalium,
 quàm brumalium. Et infra. Quorum syluæ in tectis domuum.]
 Scribe, domorum non domuum: ex eadem. Et infra. Et delicate
 natate ipsi uidentur, ubi calentia stagna.] In eadem sic habetur,
 & delicate natate sibi ipsi uidentur nisi calentia stagna: ut fortè
 legendum sit, nec delicate natate ipsi sibi uidentur nisi calentia
 stagna. Et infra. Lucet somni tempus quies est.] Correctio-
 nes codices: Focus lucet, somni tempus est, quies est. Et sta-
 tim. Nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus.]
 Exemplar diuæ Mariæ non prandeamus legit, sed pendea-
 mus, quod non ita displicet. Nam Cornelius Celsus libro
 secundo, inter gestationum genera ponit lecti suspensionem.
 Et infra. Et frigore ortus & occasus libentissime infere-
 bar.] Exemplar familiare, non frigore agnoscit, sed frequen-
 ter. Est & in quibusdam exemplaribus licentissime, non liben-

tissime. Et infra. Nunquam liberalius possum agere.] Scribe, per interrogationem: Nunquid liberalius possum agere? ex uetere lectione. Et infra. Argutis redit usa cibos immittere nidis.] Lege, Argutis reditura cibos immittere nidis: ex eadem. Et infra. Varus eques Romanus uicini comes.] Scribendum: Varus eques Romanus, L. Vinitii comes: ex exemplari Franciscano. Fuit hic L. Vinitius praestans orator, Augusti temporibus tam praesentaneo in agendis causis ingenio, ut quicquid longa cogitatio aliis praestatura erat, praesto illi adesset prima animi duntaxat intentione. Itaque eleganter de illo Augustus ingenium in numero habere dixit: Autor Seneca libro declamationum secundo. Et infra. Itaque aliquoties faciunt quod excedat famam.] Itaque male habent, quotiens faciunt quod excedat famam, exemplar familiare. Puto deesse negationem, legendumque hoc pacto: Itaque male habent, quoties non faciunt quod excitet famam. Et infra. Habitasse se supra domum Spanii.] Quaedam exemplaria, Spapinii habent, non Spanii. Alia Spu. Panii. Forte legendum, Spu. Papiinii. Et infra. Clamorem concitatum.] Legendum reor, Clamorem concinentium, siue clamorem cantuum. Et infra. Quid sit ille sonus rotarum uelle gestari dicitur.] Vetus lectio, quid sibi ille sonus rotarum uellet gestari dicitur. Et infra. A balneo exisse.] Exemplar Franciscanum: ab alueo exisse, quod non displicet. Nam solum in balneo etiam alueus dicebatur. Qua in significatione utitur praeter alios Cicero 4. Rhetoricorum ad Herennium, siue quis alius fuerit pro Cicerone eius compositionis scriptor. Deinde, inquit, ubi uisum est, ut in alueum descenderet. Ecce ibi iste de transuerso. Et infra. Excedebat, inquit, caena cuius diem minime.] Vetus lectio inuersis dictionibus: Excedebat, inquit, cuius diem caena minime. Scribendum fortasse: Excedebat, inquit, eius in diem caena? Minime. Et infra. Itaque credo dicentibus illam quibusdam auarum & sordidum. Vos, inquit, & lychnobiium dicetis.] Sic prior aeditio Scribendum reor, Pedito non credo, ut referatur dictionem sequens ad Pedonem Albionanum, cuius erant priora uerba. Item lychnobiium per i, non per y legendum, ut ludat in ambigua uerbi significatione. Designat enim & hominem ad lucernam uiuentem & helluonem, ac uoracem, prout, hoc uel illo modo scribitur. Et infra. His distorti.] Exemplar diuae Mariae. Ab his distorti. Et infra. Quibus peccandi praemium infamia est.] Commodior erit mea sententia lectio: Quibus peccandi praemium in fama est, siue sine

propositione, quibus peccandi præmium fama est, ut liquet ex superioribus. Et infrà. Qui ut ita dicam, recto uiuunt.] Corrigendum arbitror, qui ut ita dicam retro uiuunt.

EPIST. CXXXIII. Itaque in lecto lassitudinem pono hanc coci ac pistoris moram boni consulo.] Scribe, Ita in lectulo lassitudinem pono. Hanc coci. Hanc pistoris moram boni consulo: ex uetere lectione. Et infrà. Quod indignandum nihil.] Puto legendum: Quàm indignandum nihil. Et infrà. Etiam locupletibus & instructis à nobis optantem prohibent, & occurrent.] Ita prior æditio: Quia in lectione exemplaria omnia deprauata comperi, præter unum illud meum familiare, in quo synceram scripturam deprehendi ad hunc modum, Etiam locupletibus, & instructis aciebus optabam prohibentes occurrent. Suffragatur nonnihil exemplar Scholarum legens à diebus, non à nobis. Et infrà. Hæc qualiscunque cæna Diali iucundior erit.] Exemplar Facundi & Primitiui: Hæc qualiscunque cæna Attali iucundior erit. De Attalo Philosopho suprâ. Et infrà. Si non tantum æquus molestiam, sed placidus aspexit.] Nonnulli codices molestia: Lego molesta. Et infrà. Sed quod dari deberet.] Vetus lectio: si quod dari deberet. Et infrà. Vtebamur illis non quia debebamus.] Adde coniunctionem enim, Vtebamur enim illis: ex eadem. Et infrà. Quam multa ante parabamus, quia alii parauerunt.] Autem eadem agnoscit non ante: & puto castigatiorem esse lectionem paramus quàm parabamus. Et infrà. Ut qui honestum hominem uenire.] Verbum, ut, superuacaneum existimo. Et infrà. Omnes iam multos habent, qui crystallina.] Bona exemplarium pars mulos legit, non multos. Quid si legas famulos, non multos siue mulos, quod magis uidetur sensus exposcere, Et infrà. Horum omnium sermo uitandus est.] Scribe hominum, non omnium: ex exemplari domestico, ut paulò pôst. Pessimum genus horum hominum uidebatur. Et infrà. Hi sunt, qui uitia tradent, & alio aliunde transferent.] Scribe, Hi sunt qui uitia tradunt, & alio aliunde transferunt, ex uetere lectione. Et infrà. Nam etiamsi non statim proficit.] Officit lege, non proficit, ex exemplari diuæ Mariæ. Et infrà. Ferunt secum in auribus modulationem illa ad dulcedinem, cantumque cogitationes.] Castiga, Ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus quæ cogitationes impedit: ex uetere lectione. Et infrà. Facere omnia libere.] Eadem: facere, esse, bibere, Ut fortè accipiat facere pro

ueneris uti. In qua significatione, & apud Plautum inuenitur, & uulgo usurpatur. Et infra. Dubitamus quod iuuat sapere.] Dubitamus quod iuuat facere, quaedam agnoscunt exemplaria. Et infra. Et ætati uoluptates non semper decepturæ. Interim dum potest, dum possit ingerere.] Castigo, Et ætati non semper uoluptates decepturæ, interim dum potest, dum possit ingerere: ex codice Franciscano. Et infra. Quanta dementia est hæredi sui res procurare: ex omni uetere lectione. Et infra. Alienæ uitæ censes, siue hostes.] Scribe: Alienæ uitæ censes suæ hostes: ex eadem. Et infra. Et in turpem uitam ac miseram ubi turpius illidunt.] Breuius & syncerius exemplar familiare: & in turpem uitam miseros illidunt. Et infra. Aduersus potentia concitemur.] Potentia, non potentia, omnis scripta lectio. Quid si legas, prementia. Nam supra duo dixit esse genera rerum, quæ nos inuident aut fugent, ut dicat hic prementia, quæ nos fugant. Et infra. In res asperas & duras subeundum est.] Eadem: In aspera & dura subeundum est. Et infra. Qui dolores metus per se formidabiles res incutiunt.] Scribendum puto: Qui dolores metus per se formidabilis rei incutiunt. Videntur fauere huic lectioni uerba epistolæ sequentis, quibus nimium uoluptas placet quibusque summus est doloris timor, & paulò post, & improbamus illos qui nihil uiriliter ausuri sunt doloris metu. Et infra. Combibendi & conuiuendi.] Vetus lectio: Combibendi & conuiuandi. Et infra. Gloria uanum & uolatile quiddam est.] Eadem: Gloria nanum & uolubile quiddam est. Et infra. Quid quæris. Sola in æquo est generis humani.] Eadem, Quid sit quæris? Sola uis æquum est generis humani. Exemplar familiare: Sola ius generis humani æquat. Et infra. Superstitio error infans est.] Exemplar Franciscanum: Superstitio error infans est.

EPIST. CXXV. Non est elegantia tua tam magna sectari.] Legendum puto, tantum, non tam. Et infra. Daretur bonum malumque dignoscere.] Vetus lectio, partim daret, partim deberet, non daretur, Et infra. Sicut quid sit integrum quod contingit protinus nato.] Scribe, sicut quid sit integrum. Quid est secundum naturam? quod contingit protinus nato. Et infra. Et illum qui maternorum uiscerum latens onus est.] Exemplar familiare, & illum qui maternorum uiscerum latens uermis est. Et infra. Et non magis infans ad hoc boni capax est.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quia non magis infans ad hoc boni

capax

capax est. Videtur mihi legendum adhuc, non ad hoc. Et infra. Ob hoc infantiae quoque non est.] Scribendum per maiorem, legendumq; hoc in infante quoque non est: ex omni uetere lectione. Et infra. Ratio illud secum affert.] Scribe, rursus per maiorem. Ratio illud secum affert, ex eadem. Hoc est bonum sine ratione esse nequit, & bonum comitatur. Et infra. Non quod erit bonum in eo quod irrationabile est. In eo quod nondum rationale est tunc esse bonum non potest, sed imperfectum iam potest bonum, sed non est.] Castigo ex lectione diuersorum exemplarium, nam in uno ueram scripturam inuenire non potui, in eo quod irrationabile est nunquam erit bonum. In eo quod nondum rationale est, tunc esse bonum non potest. In imperfecto iam potest bonum esse, sed non est. Et infra. Ergo nec in tenero modo calefcente corpusculo est.] Scribe ergo nec in utero modo coalescente corpusculo: ex codice meo familiari. Et infra. Non magis quam in femine hoc. Si dicas aliquod arboris aut fati bonum nouimus.] Castiga, Non magis quam in femine. Haec si dicas, aliquod arboris ac fati bonum nouimus: ex uetere lectione. Et infra. Hoc nondum est in herba latente.] Puto mendum esse in uerbo latente, legendumq; latente, ut Vergilius latentia frumeta in Georgicis appellauit. Et infra. Quod autem hoc bonum dicam.] Legendum, Quod autem hoc sit bonum dicam: ex uetere lectione. Et infra. Si hoc & bonum & intelligibile est.] In eadem habetur, ubi hoc & bonum & intelligibile est. Et infra. Hoc quod in illis bonum est praedicatione bonum dicitur.] Lege precario, non praedicatione, ex correctioribus codicibus. Et infra. Bonum autem cadere in mutum animal.] Vetus lectio, Bonum quidem cadere in mutum animal. Et infra. Alterius cura hominis.] Deest dictio, scilicet, ut sit alterius cura hominis scilicet, ex eadem. Et infra. Caetera tamen in sua natura perfecta sunt.] Verbum tamen, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. In muto animali beata uita non efficitur.] Castiga, in muto animali non est quo beata uita efficitur, ex codice Scholastico. Et statim. In muto animali bonum non est.] Deest uerbū, ergo In muto ergo animali bonum non est: ex eodem. Et infra. Mutum animal sensu comprehendit praesentia. Praeteritorum reminiscitur cum id incidit quo sensus admonetur, tanquam equus reminiscitur uiae cum ad initium eius admotus est.] Multa ex his uerbis in exemplari Franciscano

non habentur. Sic enim in eo legitur, Mutum animal sensu comprehendit praesentia. Praeteritorum reminiscitur. Reminiscitur uia cum ad initium eius admotum est, reliqua desiderantur. Et infra. In stabulo quidem nullius uia, quamuis saepe calcata memoria est.] Corrigo, In stabulo quidem nulla illi uia quamuis saepe calcata memoria est: ex uetere lectione. Et infra. Aut si natura habet, hoc habet quod habent & fata.] Codices Franciscanus & diuæ Mariæ breuius. Aut si natura habet hoc habent & fata. Et infra. Sed quale nec bonum absolute nec uirtus.] Verbum, quale, non agnoscitur à uetere lectione. Et infra. Nullo modo prodesse magis possum.] Scribe, Nullo modo prodesse tibi magis possum: ex eadem. Et infra. Vel Germanorum modo uinxeris.] Verbum, modo, expungendum, ex eadem, & si non absurde pro eo substitui posset nodo, ut illud: Crinibus in nodum tortis Venere Sicambri. Et infra. Cum tibi gaudium omne nascetur.] Scribe, cum tibi ex te gaudium omne nascetur: ex eadem. Et infra. Tunc habebis bonum tuum.] Aprior lectio domestici exemplaris. Bonum tunc habebis tuum. In exemplari tamen Franciscano desideratur dictio, bonum.

IN LIBRVM DE DIVINA
PROVIDENTIA.



VID ita si diuina providentia mundas ageretur.] Verbum, diuina, uetus lectio non agnoscit. Et infra. Cum praesente uniuersis providentiam probaremus.] Castigandum cenfeo, quo praesente uniuersis providentiam probamus. Existimamus enim fieri hoc loco à Seneca mentionem operis alterius de providentia quod citatur à Lactantio Firmiano & alijs. Et infra. Saepe turbari & cito arietare.] Duo illa uerba, & cito, desiderantur in exemplari domestico. Et infra. Ut infusa uallibus molliant terras.] Quid si non legas molliant, sed moueant, siue commoueant, nam in quibusdam codicibus commolliant habetur, unde & à Poëtis Enosigæus appellatur Neptunus, hoc est terram quatiens. Et infra. Sed & illa causas habent.] Scribe: Sed suas & illa causas habent: ex uetere lectione. Et infra. Quam

quæ alienis locis conspecta miracula sunt.] Lege miraculo, non miracula: ex eadem. Et infrà. Aduersus optimos optimus sis.] Scribendum aduersus optimos optimis, legendaque ea uerba per consequentiam cum præcedentibus, ex eadem. Et infrà. Neque enim natura patitur, ut unquam bona bonis noceant.] Scribe: Neque enim rerum natura patitur, ut bona bonis noceant: ex eadem. Et infrà. Quoniam quidem bonus tempore.] Lege ex eadem quandoquidem, non quoniam quidem. Et infrà. Cogita filiorum nos modestia delectari.] Scribe: Cogita filiorum hos modestia delectari: ex eadem.

TANTVM supernè deiectionum imbrium.] Sunt codices in quibus legitur tot supernæ deiectiones imbrium. Et infrà. Est enim omnibus externis potentior.] Exemplaria aliqua: Est enim omnibus casibus potentior. Et infrà. Per quos certamini præparantur.] Alii codices, per quos certamen præparatur: ut significet illos, quos Græci uocant agonothetas. Et infrà. Cædi, uexarique patiuntur. Et si non inueniunt singulos pares pluribus simul obiiciuntur.] Scribendum reor, cædi uexarique patiantur. Et si non inueniant singulos pares pluribus simul obiiciant: ut referatur ad agonothetas. Et infrà. Quantumque ualeat polleatque.] Vetus lectio, quantumque polleat, reliqua desiderantur. Et infrà. Si aliquando impetum capiunt, Spectant dii magnos uiros.] Castigandum arbitror, si quando impetum capiunt spectandi magnos uiros. Et infrà. Sed Puerilia & oblectamenta humanæ leuitatis.] Vetus lectio, puerilia & humanæ oblectamenta leuitatis. Et paulò post, rectum, non erectum. Et infrà. Ferrum istud in ciuili bello purum.] Scribe: Ferrum istud etiam ciuili bello purum: ex eadem. Et infrà. Retenta ac reuocata uirtus est.] Renouata quidam codices, non reuocata. Et infrà.

BOS dignos malo esse si nolint.] Lege, ac dignos malo: reliqua desiderantur, ex uetere lectione. Et infrà. Et radi ossa & lædi.] Scribendum, & radi ossa & legi: ex eadem. Et infrà. Vbi ex uoto illi fluxerunt omnia, ut ante uotum.] Eadem, ut ex uoto illi fluxerunt omnia, imò & ut ante uotum. Et infrà. Ignemque experitur in Mutio.] Particula, que, delenda, ex eadem. Et infrà. Magnum exemplum nisi mala fortuna non inuenit.] In quibusdam exemplaribus magna legitur, non mala. Et infrà. Quas in agro triumphalis tenex euulsit.] Scribe: Quas in repurgando agro triumphalis fenex euulsit: ex uetere lect.

De sustinen-
do impetum
aduersitatis.

Sed iam pro-
cedente ora-
tione.

lectione. Et infrà. Si ingenti pomorum strue augeter.] Lege augetetur, non augeter: ex eadem. Et infrà. Primæ formæ feras captas multa cæde uenantium.] Deest uerbum, deglutire, reponendum in fine horum uerborum, ex exemplari Franciscano. Et infrà. Viderint inquit, hoc isti quos Romæ deprehendit felicitas tua.] Vetus lectio non agnoscit uerbum hoc. Item ista lego, non isti, ut paulo post. Videant ista qui exulare non possunt. Et infrà. Id enim proscriptionis spoliarium est.] Scribe: Id enim proscriptionis syllanæ spoliarium est: ex eadem. Et infrà. Male tu natum Socratem iudicas.] Prior æditio, Male tu natum Socratem iudicas. Scribo: Male tractatum Socratem iudicas, ex eadem. Et infrà. Male cum illo actum est. Congelatus est sanguis.] Lego: Male cum illo actum est, quod gelatus est sanguis, ex eadem. Et infrà. Suamq; illi felicitatem contigisse.] Summam, non suam, eadem habet. Et infrà. Opponatur simul Pompeio Cæsari, & Crasso.] Remoue coniunctionem, &: ex eadem.

De prospectate.

DESCENDISTI ad Olympia, sed nemo præter te, uictoriam non habes, Olympiam coronam habes.] Corrige, Descendisti ad Olympia. Si nemo præter te. Coronam habes, uictoriam non habes: ex eadem. Et infrà. Quid quidem quisque possit, nisi tentando non didicit.] Eadem non agnoscit uerbum, quidem.

Et infrà. Et uirtuti iter in occasionem per quam enitescerent quæsierunt.] Castigandum, & uirtuti ituræ in obscurum occasionem per quam enitescerent, quæsierunt: ex eadem. Et infrà. Quoniam & quod passura est gloriæ pars est.] Quanquam, non quoniam, eadem agnoscit. Et infrà. Quam æquo animo passurus si orbitatem filiorum.] Verbum, filiorum non habetur in eadem.

Et infrà. Tranquillitas itineris detinet.] Castiga: Tranquillitas iners detinet: ex eadem. Et infrà. Graue est ferre ceruicibus iugum.] Sic prior æditio, In qua desiderabatur uerbum, teneris. Legendum itaque: Graue est ferre teneris ceruicibus iugum, ex eadem. Et infrà. Sed ueniet ad illum diu felicem sua portio.] Coniunctio, Sed, redundat, ex eadem. Et infrà. Quare in castris quoque periculosa fortissimis imperantur, dux lectissimos.] Castiga, Quia in castris quoque periculosa fortissimis imperat dux, Lectissimos mittit: ex eadem. Et infrà. In uarias mentem imagines euocat.] Vanas, non uarias, eadem. Et infrà. Publicè uerberibus admotis.] Eadem admotos agnoscit, non admotis. Et infrà. Quam frequens usus agitauit.] Exagitauit, non agitauit,

præ

præfert, eadem. Et infrà. Vt contra illam ab ipsa duremur.] Corrigere, ut contra ipsam ab ipsa duremur: ex domestico exemplari. Et infrà. Sic sunt nautica corpora ferendo mari dura.] Nautis præfert omnis antiqua lectio, non nautica. Et extrita, paulò post, non trita. Et infrà. Ad contemnendam malorum potentiam.] Patientiam, non potentiam, eadem. Et infrà. Super durata glacie stagna perfulsant.] In quibusdam exemplaribus uerbum, stagna, non habetur.

HOC EST. Hoc est propositum Deo, sapienti uiro ostendere.] Scribe, Hoc est propositum deo, quod sapienti uiro ostendere: ex uetere lectione. Et infrà. Debilitari aut confringi.] Eadem configi habet, non confringi. Et infrà. Idem in hac magna publica fit.] Lege inuersis dictionibus. Idem in hac magna republica fit: ex eadem. Et infrà. Sed sequuntur illam, & æquo gradu si scissent antecessissent.] Scribo: Sequuntur illam & æquant gradus. Si scissent antecessissent, ex eadem. Et infrà. Quid est quod nos sic uiuere, sic mori iussit.] Scribendum: Quid est quod nos sic uiuere iussit, sic mori iussit, ex eadem, nec est hic ulla interrogatio. Et infrà. Vt efficiatur uir cum cura dicendus.] Quid si legas ducendus, non dicendus. Et infrà. Scies illi non per secura uadendum esse.] Scribendum reor per maiorem. Scies illi. Et infrà. Post hæc ait: Finge datos currus.] Iunge, non finge, habetur in omni uetere lectione. Videntur enim uerba esse adulescentis. Alioqui si, Finge, legas uerba erunt solis. Finge datos currus. Quid ages? Poteris ne rotatis obuius ire polis: sed ratio non procedit.

Adiice num:
quod pro

QUID NI Quid ni cum aliquando & occidant.] Exemplar Franciscanum, Quid ni, cum aliquando ipsi occidant. Et infrà. Qui etiam quædam dura patiuntur.] Scribe, per interrogationem. Quare quædam dura patiuntur? ex uetere lectione. Et infrà. Quanto magis uersaueritis & undique inspexeritis meliora, maioraq; permisi uobis.] Castiga ex exemplari Franciscano, Quanto magis uersauerit aliquis, & undique inspexerit tanto uidebit meliora, maiora, quæ permisi uobis. Et infrà. Contemnite dolorem quia aut soluetur, aut soluet. Contemnite fortunam.] Scribo, ex uetere lectione. Contemnite dolorem. Aut soluetur, aut soluet. Contemnite mortem. Aut finit aut transfert uos. Contemnite fortunam. Et infrà. Quacunq; ui peruium est. Ipsum illud quod uocatur mori.] Corrigere, ex eadem: Quacunq; peruium est ipsum illud, quod uocatur mori. Et infrà. Siue corpus
lapi

Quare tamen
bonis uiris

lapsum subiacentis soli duritia comminuit.] Emenda, Siue in caput lapsos subiacentis: ex exemplari Facundi & Primitiui. Nec est ullum scriptum exemplar in quo corpus legatur. Omnia caput habent non corpus. Sciendum autem in omni uetere lectione post hunc priorem de prouidentia librum sequi & alterum eiusdem materiae cuius initium est, Tantum inter Stoicos Serene, & ceteros sapientiam professos. Qui liber in impressis codicibus secundus de Tranquillitate animae inscriptus est.

I N L I B R V M D E
P A U P E R T A T E .



NON est necesse maria tempestate.] Corrige: Non est necesse maria tentare, ex uetere lectione. Hoc loco admonendus est lector si uelit multa in hoc opusculo in pristinam ueramque lectionem restituere, conferendum esse cum epistola libri secundae quae incipit: Proiice omnia ista si sapias. Et infra. Nihil humanius quam quod cum magno emolumento insidiantis eripi nihil potest.] Castigo, Nihil habeamus, quod cum magno emolumento eripi possit, reliqua superfluum ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Etiam in obiecta pauperi uia pax est.] Legendum praepostero ordine. Etiam in obiecta uia pauperi pax est: ex uetere lectione. Et infra. Vbi desinant non erit.] Legendum: ubi desinant, non habent: ex eadem. Et infra. Veritati aliquid extremum est. Error immensus est.] Castigo, Via eunti aliquid extremum est, error immensus est, ex eadem. Et infra. Paupertas expedita est cum secura est.] Particula, cum, superfluit: ex eadem. Et paulo ante, progressae legit, non progressio. Et infra. Eas tamen ut tangentes habet.] Egens siue egentes legendum crediderim, non tangentes. Et infra. Ut pauper sis optes, aut pauperi similis.] Scribe, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis: ex uetere lectione. Et infra. Perpersi sunt multi inopiam minimum reges uixerunt Barbari radicibus.] Scribe: Perpersi sunt multoties exercitus inopiam omnium rerum. Vixerunt herba, radicibus: ex eadem. Et infra. Rebus in aduersis facile est contemnere uitam. Fortius ille facit, qui miser esse potest.] Martialis poetae uersus ad Charemonem, ab aliquo studio in margine libri sui scripti, postea ab inficis librariis in contextum adiecti.

Neque

Neque habentur in correctissimo exemplari Facundi, & Primitiui. Et infra. Morbum suum secum affert.] Scribe, morbum suum secum transfert, ex uetere lectione. Et infra. Ad securitatem non est opus fortuna licet irata. Quis enim necessitati satis est.] Præpostero ordine locata uerba & deprauatissime scripta. Scribendum per maiorem. Ad securitatem non est opus fortuna. Quod enim necessitati sat est dabit licet irata: ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infra. Serius diuites erimus si scimus.] Lege: Securius, non serius: ex eodem exemplari. Et infra. Aude opes contemnere & te quoque dignum finge Deo.] Legendum: Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum finge Deo: tum ex ipso Seneca alibi, tum ex ipso quod dudum citauimus exemplari. Et infra. Illas tanquam exituras amplecti semper.] Scribe, Si illas tanquam exituras aspexeris: ex uetere lectione. Et infra. Diis cedat quisquis non te, sed alium diuitem sequebatur.] Eadem: Discedit quisquis non te, sed alium sequebatur. Legendum reor, aliud, non alium. Et infra. Quod à quibus amaris ostendat.] Longe aliter eadem, quod animum si intendit liberum reddit. Et infra. Uisus est pane & lacte esse contentus.] Iustus est, non uisus est, eadem. Et infra. Item si quis desiderium suum clausit.] Eadem. Inter quæ si quis desiderium suum clausit. Lego: intra quæ si quis desiderium suum clausit. Et infra. Non in uno graue.] Non uno modo graue, eadem. Scribendum uidetur grauis, non graue. Et infra. Alios in alium irritat, alios in potentiam.] Eadem. Alios aliud irritat. Alios impotentia. Corrigendum puto. Alios alio irritat. Alios impotentia. Et infra. Si uis scire quod nihil mali sit in paupertate, compara multum pauperes & diuites.] Castigo, Si uis scire quàm nihil mali sit in paupertate, compara uultum pauperis & diuitis: ex eadem. Et infra. Hic enim grauis & sub purpura lucet non palam tristitia est.] In uetere lectione hæc tantum uerba habentur. His enim sub purpura tristitia est, cætera superuacanea sunt. Infra. Quod interdum non licet palam esse miseros.] Verbum, interdum, non habetur in eadem. Et infra. Necessè est latere felicem.] Puto scribendum, agere, non latere, ut ex alio Senecæ loco datur intelligi. Et infra. Non enim quia concupiscenda illa laudantur, sed quia laudanda sunt concupiscuntur.] Corrige: Sed quia concupiscuntur laudata sunt, ex uetere lectione. Et infra. Superbiam & arrogantiam pariunt.] Eadem: Superbiam pariunt, cætera non agnoscit. Et infra. Inuidiam trahuat.] Scribe: Inuidiam contrahunt

hunt: ex eadem. Et infrà. Bona omnia culpa carere decet.] Mallem legeres, omni, quàm omnia. Et infrà. Pura sunt hæc non corrumpunt animos.] Scribe: Pura sunt. Non corrumpunt animos, ex uetere lectione. Et infrà. Sed sine timore.] Legendum timore, non timore: ex eadem.

IN LIB. DE REMEDIIS
FORTVITORVM.



QVOD non præcedentes sed posteri narrabunt.] Sunt exemplaria in quibus curabuntur, non narrabunt. Et infrà. Vnde ergo primum incipimus si tibi uidetur à morte.] Quidam codices incipiemus non incipimus. Domesticum exemplar. Vnde ergo incipiendum tibi uidetur. A morte. Et infrà. Si ergo fortuna aut aliquis tibi palam mortem minetur.] Vetus lectio: Sic ergo te forma, ut si quis tibi palam mortem minetur. Et infrà. Multa cum deambulaueris.] Scribendum: Cum multum deambulaueris: ex eadem. Et infrà. Quis senex exactorem molestè tulit.] Sane, non senex, eadem præfert. Et infrà. Quid ergo. Nescio me esse animal rationale & mortale.] Eadem: Quid? Ego nescio me esse animal rationale mortale. Et infrà. Nihil graue est quod semel est. Alienum nihil noui. Hoc quidem cum eo creditore contraxi de quo queri non possum.] In eadem sic habetur: Quid graue est quod semel, æs alienum meum noui. Hoc quidem cum eo creditore contraxi cui detorquere non possum. Scribendum puto: Quid graue est quod semel? Aes alienum non meum noui. Hoc equidem cum eo creditore contraxi, cui decoquere non possum.

Et infrà. Dii melius. Nemo hac re melius mortalibus minari potest.] Eadem: Dii melius, quod nemo mihi istud minari immortalis potest. Alii codices mortalis præferunt non immortalis. Quid si legas, nisi mortalis. Et infrà. Paulò, conuenient, non concurrent. Et infrà. Nulla terra est aliena mortuo.] Quædam exemplaria. Nulla est aliena patria mortuo.

Et infrà. Peregrè morieris, Hoc est in patriam sine uiatico peruenire.] Hæc uerba in quibusdam codicibus non habentur. Et infrà. Quod æque tam ad iuuenem quàm ad senem pertinet.] Particula, tam, redundat, ex uetere lectione. Ignis me an fera

comed

comedat.] Consumat lege, non comedat, ex eadem. Et infrà. An tempus omnium sepultura.] Decet uerbum, ultima, ut sit an tempus ultima omnium sepultura: ex eadem. Neque tempus agnoscit Exemplar Facundi & Primitiui, sed tellus. Et infrà. At traditus lapidi.] Scribe, aut traditus lapidi: ex eadem. Et infrà. Vitæ multa debemus morti nihil.] Eadem: Ut uitæ debeamus multa morti nihil. Et infrà. Alios lapis ossa redditurus inclusit.] Castiga, Alios lapis ad ossa redacturus inclusit: ex eadem. Et infrà. Male de te opinantur homines sed mali.] Loquuntur, non opinantur, domesticum habet exemplar. Et infrà. Vbi qui damnandus est male de te loquitur. Male de te loquuntur.] Emenda: Vbi qui damnandus est damnat. Male de te loquuntur: ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà. Qui faciunt non quod mereor, sed quod solent.] Verbum, qui, non habetur in uetere lectione. Et infrà. In illius potestate est quid sit illa fortuna.] In domestico exemplari & item in Pinciano, In ipsius inquam potestate est quid sit illud fortunii. Et infrà. Leuis enim est patientia.] Expungenda coniunctio, enim, ex uetere lectione. Et infrà. Imò tu grauior paupertati.] Scribendum per maiorem. Imò tu paupertati, ex eadem. Et infrà. Absque dubio superbiam accepit.] Breuius eadem, Ergo & superbiam. Et infrà. Gaude quia impotens non eris.] Eadem: Gaude impotens nō eris. Idem uitium paulo post. Et infrà. Vtrum avarus aut prodigus est.] Exemplar Facundi & Primitiui: Vtrum avarus an prodigus sit. Codex domesticus: Aut avarus aut prodigus. Et infrà. Iste quem beatū credis.] Scribe: Iste quem tu felicem admirantibus credis: ex omni uetere lectione. Et infrà. Damnum putas & remedium est.] Redundat coniunctio, &, ex eadem. Et infrà. Perdidi pecuniam.] Eadem: Perdidi pecuniam. Et infrà. Oculos perdidisti.] Scribe: Oculos perdidisti, ex eadem. Idem uitium mox paulo. Et infrà. Amisisti liberos: Stultus es qui desideas mortem mortalium.] Castigo, Amisi liberos. Stultus es qui fles casus mortalium: ex eadem. Et infrà. A qua stante ipsa cadunt poma.] Domesticus codex, quod stante illa cadunt sua poma. Exemplar Facundi & Primitiui rectius, quòd stante ipsa cadunt poma. Et infrà. Quid inde est quod indigneris.] Scribe, Quid tamen est quo indigneris: ex uetere lectione. Et infrà. Verum hoc nemo tibi promiserat.] Eadem, Sed nemo tibi promiserat. Et infrà. Verum gaude quod euaseris.] Superuacanea est dictio, uerum, ex eadem. Et infrà. Inimicos graues habeo.] Verbum, graues, in quibusdam exempla-

ribus non habetur. Et infra. Quod amicos non habeas.] Scribe, habes, non habeas: ex uetere lectione. Et infra. Iam eum te habuisse certum est.] Scribe cum interrogatione, Iam enim te habuisse certum est ex eadem. Et infra. Quam multæ inter probatas matronalis ordinis esse cœperunt, postea inter exempla naturarum.] Eadem, Quam multæ inter probra matronalis ordinis esse cœperunt inter exempla nominatarum. Vide an magis ardeat hæc lectio, Quam multæ antea probra matronalis ordinis. Exemplar Facundi & Primitiui numeratarum legit, non nominatarum. Et infra. Ex diligentissimis solutissimas.] Adice ad hæc uerba, ex liberalissimis rapacissimas ex eadem. Et infra. Si bonam uxorem amisisti.] Scribe, Etiam si bonam uxorem amisisti, ex eadem: etsi sunt exemplaria in quibus habuisti legatur, non amisisti. Et infra. Dummodo ne imagines proauosque respexeris.] Lege, Tu modò ne imagines proauosque, ex eadem. Et infra. Cui iam ipsa nobilitas cœsit.] Scribendum, cui iam ipsa nobilitas primo loco cœsit: ex eadem. Et infra. Quam nondum corruerunt publici corruptores.] Verbum, corruptores, putamus redundare. Et infra. Amisi uxorem bonam. Multos tibi numerare possum.] Priora illa uerba. Amisi uxorem bonam non habentur in quibusdam exemplaribus. Et infra. Non qui aliis uidetur, sed qui sibi.] Deest uerbum, esse: ut sit, Non qui aliis uidetur esse, sed qui sibi: ex uetere lectione. Et infra. Videas autem quam domi sit.] Eadem, Vide, non Videas, præfert. Et confestim, Vicina est miseriam, habet enim aliquid trahitque ex ea.] Hæc uerba in omnibus quæ uiderim scriptis exemplaribus desunt.

IN LIB. PRIMVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

Præfatio.



ALTERA multo supra hanc caliginem in qua uolutamur excedit.] Verus lectio fidelior & breuior. Altera caliginem in qua uolutamur excedit. Et infra. Non fuerat operæpretium nasci.] Eadē, Non fuerat nasci, qua loquendi consuetudine & ipse alibi Seneca utitur, & alii subinde auctores. Et infra. Cui uni omnes nascimur.] Verbum, uni, in eadem non habetur, & mox paulo pro se erexerit, surrexerit agnoscit, quod non minus placet. Et infra. Qui robustior est ualitudinario.] Video sensum posse constare

stare etiam si sic legatur. Sed omnis scripta lectio habet. Qui robustior est in ualitudinario. Appellatur ualitudinario Senecæ locus ubi ægroti curatur, ut lib. epistolarum tertio. Non sum tam improbus ut curationes æger obeam, sed tanquam in eodem ualitudinario iaceam, de communi malo tecum loquor. Et infra. Virtus enim ista quam affectamus magnifica est.] Verbum, ista, superfluit, ex eadem. Et infra. Isthmus Samo: thraces includat.] Scribendum fortè. Isthmus suus Thraces includat, ut intelligat de Isthmo Thraciæ Chersonesi. Aut certe. Strymo suus Thraces includat. Terminus enim Strymo fluius inter Macedoniã & Thraciam Ptolémæo & reliquis. Et infra. Vtrinque Oceanus occurrit.] Legendum puto. Vndecunque Oceanus iacurrit. Nam omnis scripta lectio incurrit præfert, non occurrit. Et infra. Nec ut alienis, sed interest ut suis.] Inuertendus dictionum ordo, nec ut alienis interest, sed ut suis, ex eadem.

CAP. I. Sed inter se pugnavit.] Lege, sed intra se pugnavit, ex uetere lectione, & mox paulò speculis, non spectaculis, eadem habet. Sic quanto illas minus presseris, tanto leuiora fulmina emittunt.] Redundant hæc uerba, ex eadem. Et infra. Varia & multa terrarum orbis expirat.] Corrigendum arbitror. Varia & multa terræ corpuscula expirant: quoniam subiicit, Necessè est ergo ita magna copia corpusculorum quæ terræ eiectant. Et infra. Nec mirum si terris omnis generis & uaria euaporatio est.] Scribendum terræ, non terris, ex uetere lectione: & melius fortè legeretur, Omnigena, quam Omnis generis. Et infra. Talem materiam inter nubes congregatam.] Intra legendum non inter: ex eadem.

CAP. II. In multos orbis aquam descendere.] Correctius ut opinor legeretur, recedere, quam descendere, ut paulo post recedere illum in circulos cogit. Et infra. Et fieri primum angustissimum orbem.] Verbum, fieri, in uetere lectione non habetur.

Et infra. Quamuis cingere ea & coronare uideatur. Cingere & coronare idem esse uidetur, proinde ueriores in lectionem duco tangere quam cingere. Quam comprobat tum ueterum exemplarium fides, tum ipse auctor subdens paulo post, quam uisus noster solita imbecillitate deceptus circa ipsum tydus putat positam.

Et infra. Ob aëris densi obscuritatem.] Sunt exemplaria in quibus legitur, ob aëris densitatem. Et infra. Si autem à septentrione discesserit.] Corrigendum reor. Si enim à septentrione discesserit. Et infra. Inter eam partem cœli has fieri coronas inter

quam uenti fieri solent.] Scribendum puto utrobique intra, non inter, consueta apud Senecam menda. Et infrà. Nisi cum aër erit densus.] Vetus lectio, nisi cum parebit densus pro apparebit, Quae dictione & interpres Euangeliorum in euāgelio Marci usus est, & Martialis poeta, & in orationibus Cicero, si modo fidelia sunt Romanae impressionis exemplaria. Et infrà. Et hoc in aëre euenit.] Eadem, Illud ergo in aëre euenit. Et infrà. Cum ad unam partem cesserint.] Scribendum puto, cum ab una parte cesserint. Et infrà. Et interdiu raro.] Superuacanea est coniunctio, & ex uetere lectione.

CAP. III. At contra arcus in nocte non fit.] E contra in eadem habetur non. At contra. Et infrà. Illam mirabilem arcus uarietatem.] Eadem, illam mirabilem arcus representationem. Quam lectionem asserunt ueram uerba quae sequuntur, quae sparsa contra solem oblique positum faciem arcus representat. Et infrà. Vestimenta tendiculis diducta.] In eadem, non tendiculis habetur sed credideris. Legendum arbitror craticulis siue clatriculis.

Et infrà. In humore esse non dubitaueris.] Arcus omnis uetus lectio, non humore: sed non placet. Et infrà. Quam exiguus sit humor aut lacus.] Inuerte uerba, quam exiguus sit lacus aut humor, ex uetere lectione. Et infrà. In aliis rebus uaga inquisitio est.] Vana, non uaga, eadem.

CAP. IIIII. Repetemus alias probationes quae de Platone legi possunt.] Eadem non Platone agnoscit sed paulo, lego speculo, ut ex his quae è uestigio sequuntur apparet, & legi capitur hic pro colligi. Et infrà. Nihil autem tam cito redditur à speculo quam imago.] Legendum puto permutato ordine dictionum, nihil autem tam cito redditur quam à speculo imago.

CAP. V. Sed quomodo imago similis debet è speculo reddi.] Scribendum opinor, sed quomodo imago solis de nube ut speculo redditur. Et infrà. Arcus longior ampliorque est.] Legge, Arcus enim longior, caetera, ex uetere lectione, & paulo post diuersis agnoscit, non diuersus. Et infrà. Ergo arcus uno circumscriptus ductu.] Verbum, Ergo, superfluit, ex eadem. Et infrà. Cutem suam uariant humore diffuso.] Corrige, cutem suam uariant humore suffusam, ex eadem. Et infrà. Modo inquis inter argumenta ponebas.] Inquit, non inquis, eadem. Et infrà. Talem effici iudicant uisum hic respondent.] Verbum, talem, superuacaneum est, ex eadem. Et infrà. Neque enim omnia aduersus

terius specula respondent.] Castigandum reor. Neque enim omnia ad uerum specula respondent, ut infra hoc ipso libro. Si liceret mihi ad uerum ista perducerem.

CAP. VI. Rorabit & leniter impluet.] Vetus lectio, tonabit & leuiter impluet. Et infra. Est iam apparet eius natura.] Verbum, est, desideratur in eadem.

CAP. VII. Vnum tamen hoc soluendum est.] Vide an legendum sit. Vnum tantum hoc soluendum est.

CAP. VIII. Nec aliquando plane tumentes.] Vetus lectio. Nec aliquando planè extumentes.

CAP. XI. Sed imaginem eius figuramque.] Eadem, sed. ignorantiam eius figuramque.

CAP. XII. Aut illum tanto maiorem.] Scribe, ut illum tanto maiorem, ex eadem.

CAP. XIII. Ob hoc omnia quæ huius sunt simulacra.] Eadem. Ob hoc omnia quæ huiusmodi sunt simulacra.

CAP. XV. Ut aer uim igneam in æthera elidat.] Scribendum, ut aer uim igneam usque in æthera elidat, ex eadem. Et infra. Ab his tecta uidemus iceta sine fulmine.] Postrema duo uerba, sine fulmine, desiderantur in eadem.

CAP. XVI. Brachii mensuram & longitudinem & crassitudinem excederet.] Mallem scriberes, brachii mensuram & longitudinem & crassitudinem excederet. Quamquam uerba illa, & crassitudinem, non habentur in uetere lectione. Et infra. Aduersus omnes admittarii sui motus.] Scribendum reor, auersus, non aduersus. Et infra. Infatiabile malum.] Vetus lectio, infaniabile malum. Et infra. Feeda dictu sunt quæ portentum illud ore suo lacerandum dixerit feceritque.] Posset quidem defendi hæc lectio. Nihilominus existimo inuersa esse uerba legendumque quæ portentum illud lacerandum ore suo dixerit feceritque: quia uidelicet sequitur, non in ostantum, sed in oculos suos ingereret.

Et infra. Ab omni parte opponerentur.] Castiga ab omni parte apponerentur, ex eadem, & paulò post, mehercules, non hercules. Et infra. Nec quantum peccabat uidere contentus.] Argutior lectio, & magis acumen Senecæ referens est lectio codicis diuæ Mariæ, nec quantum uidebat peccare contentus. Cui suffragantur uerba non multo post sequentia. Obscenitas mea plusquam capit uideat. Et infra. Cum complexus erat & caput miferat genibusque alienis obhæferat.] Vetus lectio, cum complexus

erat clunibusque alienis obhaerarat, cetera otiosa sunt. Exemplar Pincianum, non clunibus habet, sed diuinibus. Ut forte legendum sit inguinibus, nam de obscenitate oris sermo est. Et infra. Obscenitatem suam spectaculum fecerat.] Scribe suam, non suum, ex eadem. Et infra. Facinus indignum hic fortasse cito, & antequam haec uideret occisus est. Ad speculum suum immolandum fuit.] Castigandum teor, Facinus indignum hic foret cito & antequam haec uideret occisus. Post ad speculum suum immolandum fuit. Et infra. Nisi in aliquo nobis humore leuior & aspici facilior occurreret.] Legendum puto, nisi in aliquo nobis humore leuiore uel aspici facilior occurreret. Et infra. Nisi liberius humi solis lunaeque imagines uideremus.] Emendandum arbitror, nisi leuore huiusmodi solis lunaeque imagines uideremus. Nam & uetusta quaedam exemplaria, huiusmodi praefereunt, non humi.

Et infra. Multi ex hoc consecuti primo sui notitiam.] Scribe, Mulca ex hoc consecuta. Primo sui notitia, ex uetere lectione.

Et infra. Nondum in uitium beneficium detorquebat.] Nondum in uitia blanditias detorquebat, eadem. Et infra. Saepius ea despexere in quibus prius effigies suas uiderat.] Scribendum putamus mutato uerborum ordine, ea despexere in quibus prius effigies suas saepe uiderat. Et infra. Et mox proprio huic ministerio praeparatus est orbis.] Et mos fuit proprio praeparatus est orbis, eadem. Legendum forte, & mox usui proprio praeparatus est orbis.

Et infra. Patientiae luxuria.] Scribe, potiente luxuria, ex eadem.

Et infra. Non illa quae publice dabatur, sed imperatorum pauperum liberis.] Verbum, sed, non habetur in antiquis codicibus, in quibus filiabus legitur, non liberis. Ego uero etiam negationem, non, reducere existimo. Et infra. Quam dedit pro se Scipio.] Emendandum forte, quam dedit Pop. Rom. filiae Scipionis. Cuius historiae meminit Valerius Maximus lib. 4. capite de paupertate.

IN LIB. II. NATURAL. QVAEST.

CAP. I.

Non ibi spectandus est. Cogitetur in ea sede in qua illum natura disposuit.] Nulla scripta lectio habet cogitetur, sed cogitur. Itaque legendum puto, non ibi spectandus est quo agitur ab ea sede in qua illum natura disposuit.

CAP. II. Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio. Unitas est sine commissa continuatio, & duorum inter se coniunctorum corporum tactus.] Si hanc lectionem admittimus necesse est, ut continuatio & unitas sint idem inter quas Seneca discrimen assignat. Ego puto ordinem uerborum inuer-

sum

sum esse, & restituendum ad hunc modum. Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio, & duorum inter se coniunctorum corporum tactus. Videntur confirmare hanc lectionem verba quæ aliquanto post sequuntur. Aër continuus terræ est. Et infra. Vnita corpora. Vetus lectio, unica corpora, non unita corpora.

CAP. III. Omnia quæ in notitiam nostram cadunt uel cadere possunt.] Vltimæ tres dictiones, uel cadere possunt, otiosæ sunt, ex eadem. Et infra. Ex his quædam eius sunt partes.] Dictio, eius, nõ habetur, in eadem. Et infra. Nerui & oculus.] Nerui & oculi, eadem. Et infra. Succus recentis cibi.] Castiga, succus recenti cibi, ex eadem.

CAP. IIII. Quicquid alicuius nature pars est.] Codices quidam, Quicquid alterius naturæ est. Alii, Quicquid alterius naturæ est pars. Et infra. Ut æque interrogas.] Scribendum reor, aut æquè interrogas. Et aliquanto post Natura, non Naturam scribendum: ex eadem.

CAP. VI. Hic facit uim & uelocitatem neruis currentibus.] Emendandum puto per transpositionem dictionum. Hic facit uim neruis & uelocitatem currentibus. Et infra. In momenta dissoluant.] Legendum reor, momenta dissoluant, ut illud Iuuenalis, ad quæ discutienda ualent steriles mala robora fici. Et infra. Et contra quam nil ualidius est.] Scribe, & contra quam nil ualidius est, ex uetere lectione.

CAP. IX. Per omnia ista prohibetur nobis esse peruius.] Castigandum reor, Permeat ista. Prohibetur nobis esse peruius. Et infra. Et media nõ circumscindit tamen & utrinq; cingit.] Emendatior lectio. Non circumscindit tantum, sed utrinq; cingit.

CAP. XI. Causas autè illius mutationis & inconstantia.] Duo postrema uerba, & inconstantia desiderantur in uetere lectione. Et infra. Lunæ proximum ius est.] Scribendum forte, lunæ proxima uis est. Nam in eadem uis legitur, non ius.

CAP. XII. Et tonatio sine ictu.] Commotio, non tonatio, eadem. Et infra. Conuenit illis omnia ista in nubibus & è nubibus, etiam nunc conuenit & fulgurationes & fulminationes, aut igneus esse, aut ignei spiritus. Ad illa transcamus in quibus lis est, quidam putant ignem esse in nubibus, quidam ad tempus fieri nec prius esse quàm mitti.] Eadem. Conuenit illis omnia ista in nubibus quidem fieri nec prius esse quàm mitti. Reliqua superuacanea sunt. Et infra. Quidam autem radios solis intercurrentis

recurrentisq̄ue sæpius in se relatos.] Eadem. Quidam autem radios solis, intercurrentesq̄; sæpius in se relatos. Et infrà. Deinde ubi latius ferit nubes proximas.] Castigandum puro. Deinde ut latus ferit nubis proximæ. Et infrà. Et ille spiritus habes aliquid humidi secum.] Vetus lectio. Et illic spiritus habens aliquid humidi secum. Corrige, Vt illic spiritus.

CAP. XIX. Anaxandrus ait.] Eadem. Anaxandrus ait.

CAP. XX. Quæ ipse antecedit & nuntiât.] Ultima duo uerba & nuntiât, desiderantur in codicibus antiquis.

CAP. XXII. Horum transitu trita uita exanimata.] Verbum, trita, superfluit, ex eisdem.

CAP. XXIII. Aut falsam est quod deinde dixistis.] Scribendum puto, aut falsum est quod de igne dixistis. Et infrà. Sicut aquæ natura defertur,] Aqua, non aquæ: uetus lectio. Et infrà. In his ignibus accidit.] Lege ex eadem, Id his ignibus accidit. Et infrà. Vbi est aliquid quod eum ferat.] Eadem, quod eum feriat.

CAP. XXVI. Nam demum prodebat ignem.] Legendum forte. Interdum prodebat ignem. Et infrà. Quoties ardor inferius iacentis.] Et sensus poscit, & uetus lectio confirmat, ut iacens legatur, non iacentis. Et infrà. Quas spiritus antequam uerteretur.] Scribendum, puto uerterentur, scilicet in pumicem: quia sequitur & leuitatem pumicis uersæ. Posset legi, ueretur: nam subdit etiam partim exesæ. Et infrà. Per quam disruptis aquis ignis emerfit.] Vetus lectio, direptis præfert, non disruptis. Existimo emendandum, diremptis. Et infrà. Num aliquando etiam apparentibus stellis.] Lege, Non aliquando etiam, ex eadem.

Et infrà. Vt nubes summæ & humiles.] Considera an placeat legi sudæ, non summæ. Et infrà. Parte sincera puraq̄; cœli uisatur.] Deest præpositio, in, ut fit in parte sincera, ex uetere lectione.

CAP. XXVII. Cum spiritum inter se clauere nubes. Scribe, cum spiritum intra se clauere nubes, ex eadem. Et infrà. Quidam uiui stupent.] Eadem, humi agnoscit, non uiuit.

CAP. XXIX. Item tympana & cymbala sonant.] Legendum reor. Ira, non Item. Et infrà. Repugnantem ex ulteriore parte aërem.] Scribendum puto, interiore, non ulteriore. Et infrà. Hæc ad ipsum aërem acta.] Vetus lectio, Hæc ad ipsum æra acta. Legendam forte, Hæc & si æra icta.

CAP. XXXI. Licet quod & hominum.] Verbum, licet, per minorem scribendum literam, & cum superioribus legendum

Et

Et infrà. Contra fulmina hastulæ surgunt.] Legendum assulæ, non hastulæ.

CAP. XXXII. Quod non motu & occurſu suo prædicet aliquid.] Aliter eadem, Quod non motum & occurſum prædicat. Et infrà. Tot milia ſyderum.] Lege, tot milia illa ſyderum, ex eadem.

CAP. XXXIII. Sed utra uim attulit.] Prior æditio, sed utra res uifa est tulit. Corrigendum puto, sed utra res fidem tulit, ut mox paulo, fulminis ictus priora deleuit, & ad se fidem traxit. Et infrà. Sed indicandum an in igne idem ualet flamma quod fumus.] Verba nisi fallor & uitata & transposita. Scribendum arbitror. Sed ad indicandum igne idem ualet flamma quod fumus. Et infrà. Sed hoc dicunt.] Legendum ut puto. Si hoc dicunt, uel Sed si hoc dicunt.

CAP. XLII. Aut certè minus paratum esse.] Forte pacatum, non paratum scribendum est. Et infrà. Ut supra nos aliquid timeremus.] Legendum timerent, non timeremus, ex uetere lectione. Et infrà. Posuere super caput iudicem.] Legendum uindictam, non iudicem, ex eadem.

CAP. XLIII. Quibus aduersus peccata hominum fulminandum est.] Emenda, aduersus peccata comminandum: ex eadem.

CAP. XLV. Ne hoc quidè crediderunt Iouem esse qualem in Capitolio & in cæteris ædibus uidemus mittere manu fulmina.] Scribe ex eadem. Nec hoc quidem crediderunt Iouem quidem qualem in Capitolio.

CAP. XLIX. Aperte stringam.] Expende an sit commodior lectio perstringam, quam aperte stringam. Et infrà. Hunc uenire cum magno inuitantium periculo affirmat.] Vetus lectio. Sed si irascente domino inuitant tunc uenire cum magno inuitantium periculo affirmant.

CAP. LII. Ex ipso genere iniuriæ intelligis.] Scribe ex ipso intelligis, reliqua superfluunt, ex eadem. Et infrà. Interiores libros interioris arboris.] Scribendum ex eadem, interiores libros in parte interioris arboris, ex eadem.

CAP. LIII. Quare illud accidit quærenti mihi.] Id legendum, non illud, ex eadem. Et infrà. A Philosophia artium parente fluxerunt.] Verbum, parente, non habetur in eadem. Et infrà. Et quod in fulminis inspectione longe melius est.] Suspicio præpositione, in, redundare, & mox ante flexere, hoc est desciuere legendum esse non fluxere.

CAP. LIIII. E' terra terrenisq; omnibus pars humida effla-

tur pars sicca & fumida remanet.] Verbum, remanet, delendum esse existimo. Aliàs quo pacto tolerari posset quod statim subteritur. Quicquid in aëra sicci fumosiq; peruenit, & aliquanto post. Ergo ubi calidi fumidiq; natura emissa terris in nubes incidit.

CAP. LV. Fit is quem desiderat ietus.] Desideras in uetere habetur lectione, non desiderat. Et infra. Sic enim per noctem splendorem motu remorum uideri.] Verbum, motu, superfluit, ex eadem. Et infra. Hic quod fit in aëre erumpit.] Scribe, Hic qui fit in aëre erumpit. ex eadem. Et infra. Etiam num illo uerbo utebantur antiqui correpto, quo nos producta una syllaba utimur.] Corrigendum existimo. Etiamnum illo uerbo utebantur antiqui correpta qua nos producta media syllaba utimur. Liqueat ratio huius castigationis ex sequentibus.

CAP. LVI. Hoc antiqui fulgetra dicebant.] Lege Hæc, non Hoc, & paulò antè resurgentè, non insurgentè, ex uetere lectione.

CAP. LVII. Vbi in ignem extenuatis nubibus.] Rectiorem existimo lectionem extenuatus quàm extenuatis, ut referatur ad aërem qui motu & collusione nubium extenuatus uertatur in ignem. Videntur hoc probare ea quæ sequuntur. Et infra. At ubi fulgura illa plus habuere materiz.] Dicitio, illa, superfluit, in uetere lectione.

CAP. LVIII. Quidam utiq; existimant fulmen reuerti, quidam subsidere.] Eadem habet nō quidam subsidere, sed à quodam subsidere, ut forte legi possit, ac quodam modo subsidere.

CAP. LIX. Talia uera fortitudine disponuntur.] Vetus lectio, talia uaria fortitudine disponuntur. Corrigendum puto. Alia uariè à fortuna disponuntur. Et infra. Quam ex uirtute corrigimur.] Corrigitur, non corrigimur, eadem. Et infra. Si tu tunc quidem qui spiras.] Emendandum existimo, si ne tunc cum expiras. Et infra. Si pauescis ad cœli fragorem nubium uel trepidas.] Quædam exemplaria. Sed pauescis ad cœli fragorem & ad inane trepidas. Alia. Sed pauescis ad cœli fragorem, & ad inane nubium trepidas. Legendum fortasse, ignem nubium, non inane nubium. Quid si coniunctio, ue, quæ ibi superfluit paulò post necessaria est, legendumq; Quoties uel aliquid effulsit. Et infra. De tanta morte perdendam.] Codices ueteres, perditum legunt, non perdendum. Commodior forte lectio erit pœnitendum. Et infra. Casus iste demet metum.] Corrigendum reor. Casus istum demet metum. Et continuo. Et inter cætera quoque.] Melius. Est inter cætera quoq;.

IN LIB. III. NATVR. QVAEST.

Præfatio.

ET damna ætatis malæ exemptæ. Scribendum puto, exactæ, non exemptæ. Et infra. Occupationes patrimonii recidantur.] Elegantius in antiquis exemplaribus, præcidantur, quàm recidantur. Et infra. Longe à dominio iacentis causa soluat sibi totus animus uacet.] Locus corruptissimus & Oedipo interprete indigens. Vetus lectio. Longe à dominio, longe iacentis causa soluat sibi totus, cætera. Scribetur forte minus corruptè hoc pacto. Longe ambitio. Longe iactantia. Curis soluat. Sibi totus, cætera. Et infra. In fractis rebus etiam post Carthaginem.] Scribe, fractisq; rebus etiam post Carthaginem, ex uetere lectione.

Et infra. Si scisses omnia ex decreto dei fieri.] Verbum, omnia, eradendum, ex eadem.

CAP. I. Elifeus Siculis de fontibus.] Sic omnia præferunt exemplaria. Sed legendū arbitror Eleus, non Elifeus ut de Alpheo Elidis fluuio accipias emergente in Arethusa fonte Sicilia.

CAP. II. Quædam hausta fecunditatem afferunt.] Auferūt lege, non afferunt, ex eadem. Et infra. In quem montis circumuecti fluuii deriuantur.] Legendum circumiecti, non circumuecti, ex eadem.

CAP. III. Ac subinde sic suppleat.] Dicitio, sic, expungenda, ex eadem.

CAP. V. Colaturq; transitu mare.] Scribe, colaturq; in transitu mare, ex eadem.

CAP. VI. Quod paucissima flumina sunt.] Verbum, flumina, superuacaneum est, ex eadem, præcessit enim paulo ante ut minime necessaria fuerit repetitio.

CAP. VII. Aut ibi concipi.] Commodior forsitan lectio, haud ibi concipi.

CAP. X. Cum uideris quanta sunt, & rursus ex quanto prodeant aspice. Rursus miraris cum labantur assidue.] Vetus lectio, Cum uideris ex quanto prodeant aspice rursus quanta sint. Miraris, cætera. Et infra. Sed per dies noctesq; æqualiter fiat.] Sic prior æditio. Scribe fiat, non fiat, ex eadem.

CAP. XI. Diruta urbe.] Sic antiqua exemplaria, sed malletm direpta legeres, quàm diruta. Plinius lib. 31. cap. 4. Proditur certe in Creta expugnato oppido quod uocabatur Arcadia cessasse fontes amnesq;. Et infra. Magnis acta nauigiis.] Legendum arbitror, apta, non acta.

CAP. XII. Cum ad ueram omnium originem accesseris.]

Anni

Amnium legendum, non omnium. Et infra. Et ipsa quarta pars mundi.] Ipse legendum, non ipsa, ex uetere lectione.

CAP. XV. Modo per se uiribus recollectis.] In eadem collectis habetur, non recollectis. Et infra. Si spissetur.] Eadem, ut spissetur. Et statim. Grauioremq; quam ut manere in natura possit gignat humorem.] Verba corruptissima, & sic, aut restituenda, aut in meliorem statum forte redigenda, crassiolemq; quam ut manere in maria possit gignat humorem. Et infra. Et ex magnis causis.] Legendum reor. At ex magnis causis, & mox statim, excidunt potius quam excedunt ex exemplari Pinciano.

CAP. XVI. Ut talpæ & subterranei uermes.] Vetus lectio, ut talpæ & subterranei mures, & quidē ut sentio rectius: sunt enim & aquatiles mures. Plinius lib. 2. cap. 106. In eo ut in Arcadiæ stymphali enascuntur aquatiles musculi.

CAP. XVII. Expecta ut aliquis in mari uersetur.] Expecto eadem, non Expecta, & uenetur ut sentio potius quam uersetur legendum. Et infra. Hi sunt qui fabulas putant.] Aptiorem lectionem duco. Et sunt qui fabulas putant. Et infra. Nec cœnæ causa occisum esse super cœnam cum multum in delictis fuit.] Legendum arbitror per transpositionem uerborum sic, nec cœnæ causa occisum esse, sed post cœnam multum cum in delictis fuit.

CAP. XVIII. Et in cæteras facies inter uitam & mortem coloris est.] Scribendum reor, & incerta facies inter uitam & mortem coloris est. Et infra. Vagatio longa somniculosa inertisq; luxuriæ.] Scribe, Vacatio, non uagatio, ex uetere lectione, quam corroborant, quæ deinceps sequuntur. Et infra. Qui coctum piscem, qui exanimem in ipso ferculo etiam experirētur, mirabamur tantum in illis esse fastidium.] Scribe, per maiorem & cum nota interrogationis ut sint uerba diuitis luxuriosi. Quo coctum piscem? Quo exanimem? In ipso ferculo expiret. Mirabamur tantum in illis esse fastidium, ex uetere lectione, in qua uerbum, etiam, nō habetur. Et infra. Qui nō hodie eductus hodie occisus est.] Putamus negationem aduentitiam esse adiectam ab aliquo qui sensu non percipiebat. Et infra. Vbi multum diuq; laudatus.] Scribe, per maiorem. Vbi multum diuq; laudatus est, ex uetere lectione.

CAP. XIX. Fertilem fœdo situ piscium.] Eadem fœdorum, non fœdo agnoscit. Et infra. In Caria circa Idimum urbem.] In eadem non Idimum habetur, sed Hydium, ut forte corrigendum sit Hydissum, ex Stephano cui ita uocatur Cariz urbs sic appellata ab Hydisso filio Bellerophontis. Ad stipulante

etiam

etiam Plinio lib. 5. cap. 29. Et infra. Magis omnibus æternam esse materiam.] Lego magnis, non magis, ex eadem.

CAP. XXIII. Quem non falli credebant. In quibus balnearia sine igne calefiunt.] Sic prior æditio. Vetus lectio, quem non falli credebant in quibus balnearia, cætera, & credent aptior forte lectio, quàm credebant.

CAP. XXV. Et ad Penenion eundem gregem appellant.] Cõ-junctio, &, superuacanea est. Legendumque; Peneum, non Penenion Plin. lib. 2. cap. 6. In Boëtia amnis Melas oues nigras. Cephisus eodem lacu profluens albas. Rursus nigras Peneus, & si in Plinio corruptè penitus habeatur pro Peneus. Et infra. Et ipsius insulæ materia uectibilis.] Eadem uectibilis præfert, non uectibilis. & mox paulo, lacu, non lacus legendum.

CAP. XXVI. Et reuerberatur fluctu amnis restitit.] Scribendum ducò, & reuerberato fluctu amnis restitit. Et infra. Itaque quod impendere solebant id incremento accidit.] Fidelior uetus lectio. Itaque quod impendio solebat id incremento accedit. Et infra. Fimo quiddam simile turbulentum mare profert.] Legendum puto. Fimum quendam similem purgamentis mare profert, aut sic, fimo quædam similia purgamenta mare profert. Plinius libro 2. cap. 98. ex emendata impressione. Omnia plenilunio maria purgantur, quædam & stato tempore. Circa Messanam & Milas fimo similia expuntur in litus purgamenta.

CAP. XXVII. Et quæcunq; in his ærduis arbor commissura astricta lapidum stetit. Labant ac madent tecta.] Castigatius legitur quantum coniectura assequi possum sic, & quæcunq; in arduis arbor commissura astricta lapidum stetit labascit. Madent tecta. Et infra. Frustra titubantium fulcra tentatur.] Vetus lectio, frustra titubantium fulera tentantur. Et infra. Ferens secum madefacta montium latera.] Labefacta magis aridet quàm madefacta. Et infra. Quæ fundamentis laborantibus adesse recesserunt.] Sic prior æditio. Vetus lectio, quæ fundamentis laborantibus ad conrecesserunt. Putamus per transpositionem syllabarum locum deprauatum fuisse, restituendumque; sic, quæ fundamentis laborantibus adesa corruerunt. Possent etiam legi ambesa, non adesa, ut infra notabimus, & in sequentibus exemplaria quædam laci, non lacus legunt.

CAP. XXVIII. Ingens æquor inuoluunt.] Eadem uoluunt agnoscit, non inuoluunt. Et infra. Nec à littore ubi inferius est, sed à medio ubi ille cumulus est. Desluit ergo ubi sol & æstus.

æquin

æquinoctialis sub ipsum Lunæ Solisq; coitum omnibus aliis maior undare. Sed hic qui ad occupandas terras emittitur.] Magis in dispunktionem huius periodi peccatum est, quam in uerborum deprauationem. Vtriq; errori sic medendum esse arbitramur. Nec à litore ubi inferius est, sed à medio ubi ille cumulus est defluit. Ergo uti solet æstus æquinoctialis sub ipsum solis lunæq; coitum omnibus aliis maior undare, sic hic qui ad occupandas terras emittitur. Nam & uetus lectio, solis lunæq; coitum agnoscit, non contrario ordine lunæ solisq; coitum. Et infra. At ipso tempore solutus legibus.] Scribendum ex eadem illo, non ipso. Et infra. Sic in nos semper mare emittitur desuper ut feruor ignisq; cū aliud genus exitii placuit.] Dictione, semper, & particula inclinatio, q; non leguntur in antiquis exemplaribus, in quibus, sicut, habetur, non sic. Ut putem in totum scribendum hoc pacto, sic aut in nos mare emittitur desuper aut feruor ignis cum illud genus exitii placuit. Quid si præpostere locatis dictionibus legas, aut desuper feruor ignis.

CAP. XXI. Et adeo quidem affirmat.] Coniunctio, & superuacanea est, ex uetere lectione. Quapropter legendum puto. Adeoq; id affirmat. Nam & in eadem per maiorem literam scriptum est uerbum, Adeo. Et infra. Inde aura tacita manabit.] Tacta, non tacita, eadem præfert. Et infra. Ambratii & Cretici sinus.] Scribendum reor, Ambratii & Corinthiaci sinus.

CAP. XXX. Statim undique ex aperto & abdito superne ab infimo aquarum fiet irruptio.] Tenebrosus locus inuersione iuxta ac corruptione uerborum. Vetus lectio eruptio habet, non irruptio. Ergo legendum in uniuersum sic censeo, statim undique ex aperto superne, ex abdito ab imo, aquarum fiet eruptio. Et aliquanto superius exhaurit eadem habet, non exoluit. Et infra. Iterum aquas terra sorbebit, terram pelagus stare aut intra terminos suos furere coget.] Corrigendum censeo. Iterum aquas terra sorbebit. Iterum pelagus stare aut intra term.

IN LIB. IIII. NATVR. QVAEST.

Præfatio.

TUrbam rerum hominumq; desiderant.] Scribe, desiderant, non desiderant, ex uetere lectione. Et infra. Si modo amore nostri modo tædio laboramus.] Puro expungendam esse coniunctionem, Si, etsi à uetustis exemplaribus agnoscat. Et infra. Cum omnia caueris per ornamenta fiet.] Vetus lectio, Cum omnia caueris per munimenta feriet. Quid si legas aramenta,

non

non munimenta. Et infrà. Futuros multos in persona tua Plan-
 cos cogita.] Scribe, Futuros multos in personam tuam Plan-
 cos cogita. ex eadem. Et infrà. Adulationi opus non claudere o-
 stium.] Eadem, adulationibus, non claudere ostium. Et infrà.
 Hominem quidem non esse illum liberaliorem non mentiar.]
 Legendum reor, Hominem quidem non esse ullum liberaliorem
 mentiar. Et infrà. Solebam tibi dicere.] Scribendum puto. So-
 lebas mihi dicere, nam sequitur. aliquanto post. Nolo tamen tibi
 displiceas quasi male egeris. Et infrà. Talia uitia non nosse, hoc
 eum odisse.] Puto corrigendum, alia uitia non nosse, cætera. Et
 infrà. Ingenium suspicere cœpisti.] Scribendum per maiorem.
 Ingenium, ut sit initium narrationis qua monstrat quomodo se er-
 ga adultores Gallio gesserit. Et paulo post. Quod consecrari
 mallet quàm conteri.] Malles libentius legerim quàm mallet: &
 conseruari, quàm consecrari. Et infrà. Prima statim uerba præ-
 scidit. Cœpisti mirari comitatem & compositam suauitatem.]
 eadem. Prima statim uerba præcidit. Cœpisti mirari comitatem
 & incompositam suauitatem: rectè, nam sequitur. Cum interim
 tanta naturalis bonitas est, uti artem simulationemq; non redo-
 leat. Et infrà. Gratuitum etiam in obuios meritum.] Probarem
 magis ut scriberetur omnes, quàm obuios, quia subdit statim quã
 hic omnibus, & item bonitatem publicam. Et infrà. Vis tu ista
 uerba quæ iam ab alio magistratu ad alium cū licitoribus transeant
 ferre ad aliquem qui paria facturus uult quicquid dixeris audire.]
 Scribo, I tu, non Vis tu, & ferto, non ferre, ex uetere lectione: nam
 & nonnulla ex exemplaribus ferte habent, non ferre. Et infrà.
 Ostendi in omne pectus eandem cadere uirtutem.] Verbum, ean-
 dem, superfluum est, ex uetere lectione. Et infrà. Salua bona con-
 scientia.] Et hic quoque dictio, bona, redundat, ex eadem. Et
 infrà. Et ex uultu audientis pendentia. Longe te ab ista prouincia
 abducam.] Existimo corrigendum, & ex uultu audientis penden-
 tem longe te ab ista prouincia abducam. Et infrà. Altumq; Pom-
 peii fortunã erexit. Cæsaris fatigauit, Lepidi transtulit, omniumq;
 cepit quæ illi ingenti spectaculo interfuit, ex quo liquere morta-
 libus possit.] Locus creber mendis. Vetus lectio, altumq; Pom-
 peii fortuna erexit, ut pro altum commodior forte scriptura sit
 animum. Quod autem sequitur, omniumq; cœpit, cætera: liben-
 tius sic scriberem, Omnium concussit qui illi ingenti spectaculo
 interfuere, quo liquere mortalibus possit.

C A P. I. Itaque ut totum mente abducam.] Legendum reor,
 Itaque

Itaque ut totum mihi te abducam. Et infrà. Atque ex ea dimit-
titur.] Vetus lectio demittitur.

CAP. II. Urbem totam complectitur.] Recte qui legunt.
Urbs eam totam complectitur. Cuius rei auctor est Aristides in
oratione quæ uocatur Aegyptia his uerbis. Est autem Phile insu-
la in confinibus Aegypti & Aethiopiæ. Cuius par est magnitudo
cum magnitudine urbis in ea sitæ. Idem de Arado Phœniciæ insu-
la memoriæ proditum est. Nam si accipiamus Nilum fluumium
urbem totam complecti inutilis est repetitio, quia statim ante di-
xerat, duobus in unum coituris amnibus cingitur. Et infrà. At
ubi in scopulos cautium intrauit spumat.] Scribetur nisi fallor syn-
cerius. At ubi in scopulos arctius intrauit spumat, præcessit enim
& per angustias eluctatur. Et mox paulò, tandem tenuissimos ca-
nales tenet per quos angusta rupium effugit. Et infrà. Primum
incrementum Nili circa insulam quam modò retuli Philas nasci-
tur. Exiguo ab hoc spatio petra diuiditur.] Scribo noscitur, non
nascitur, quia sequitur paulò post, auctum fluminis sentiunt. Item
legendum ab hac, non ab hoc, uidelicet insula. Et infrà. Illa pri-
mo saxa auctum fluminis sentiunt.] Vetus lectio. Illa primum sa-
xum auctum fluminis sentiunt. Scribo, Illud primo saxum auctum
fluminis sentit. Et infrà. Quicquid pingue secum tulit arenibus
locis illinit.] Fidelior antiqua lectio allinit, non illinit. Et in-
frà. Quod cum cæteri amnes abluant terras.] Eadem, non abluant
agnoscat, sed ambulat. Scribo, ambedant, ut Virgilianum illud,
ambefas subigat malis absumere mensas. Tum sequitur illico adeò
nihil edit nec abradit. Et infrà. Heraclitio hostio Nili quod est
maximum.] Eadem Heraclutio. Scribo, Heraclotico ex Plinio,
Strabone, Ptolemæo, Diodoro, reliquis, quod idem est cum Ca-
nopico. Et infrà. Tunc enim maximæ & integræ adhuc niues
ex mollissimoq; tabes est.] Castigatius leges niuis, quàm niues.

Et infrà. Eudimenes Mafsiliensis.] Corrige, Euthymenes Maf-
siliensis, tum ex scriptis exemplaribus, tum ex Græcis uulgata uo-
ce. Nam Aristophani in comœdia, Acarnanes, Euthymenes ma-
gistratus est Atheniensium, & apud Suidam mentio quoque Eu-
thymenis. Et infrà. Cum resederit pelagus conquiescit.]
Emenda ex eisdem. Cum resederit pelagus conquiescit. Et infrà.
Ex eadem causâ æstate frigidant.] Sic prior æditio. Scribendum
frigeant, non frigidant, ex eisdem. Et infrà. Ut una sicca sit
tellus alia abundet.] Scribendum arbitror, ut una sicca sit tellus,
alia humeat. Et infrà. Vnde ergo trahit.] Lege Vnde ergo tra-
hitur

hitur? ex uetere lectione. Et infra Quod nisi faceret.] Rectior lectio. Quod nisi fieret.

CAP. III. Illud huic quoque simile esse quod cauat.] Permuta dictionum ordinem. Illud quoque huic simile quod cauat, ex uetere lectione. Et infra. Nix in pruina pendens congelatio.] Mallem scriberes, Nix & pruina pendens congelatio: quia sequitur hoc inter pruina & glaciem, necnon inter niuem & glaciem interesse. Ergo iungit niuem & pruina.

CAP. IIII. Aquilone flante & suum cœlum habente.] Vetus lectio, Aquilone flante aut suum cœlum habente.

CAP. VIII. Vnam rem ad hoc adiciam.] Adhuc: non, ad hoc eadem.

CAP. XIII. Quoniam non contenti uina diffundere ueterana per sapores ætatesque disponere.] Eadem, quoniam non contenti uina diffundere per ueterana per sapores ætatesque disponere. Et infra. Nisi frigore illa uehementiore perusseris.] Eadē percusseris præfert, non perusseris. Et infra. Et prope cedere finibus suis iusserunt.] Scribendum puto, & prope recedere è finibus suis iusserunt. Et infra. Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil calidum illis satis est.] Breuior synceriorque uetus lectio. Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est.

IN LIB. V. NATVR. QVAEST.

ET continua ex imo euaporatio in altum agit quæ merferat.] Scribendum arbitror, & continua ex imo euaporatio in altū agit quæ merfa erant.

CAP. IIII.

CAP. X. Itaque niues & ponuntur & durantur.] Considerandum an reponuntur legi debeat, hoc est coaceruantur, accumuluntur, non & ponuntur. Et infra. Et in hæc loca quæ remissiora ac tepidiora sunt.] Vetus lectio, submissiora habet, non remissiora. Et infra. Ac sol mutato cursu in nostram rectior tendit.] Vitiatissimus locus. Castigandum puto sic, ac sol mutato cursu nostra regione cedit.

CAP. XII. Qui superne demittitur.] Vetus lectio, quia superne demittitur. Et infra. Et pluribus cœli partibus elisus spiritus.] Lege, & ex pluribus, cætera, ex eadem.

CAP. XIII. Hoc loco si tibi uideretur quæri potest cur turbo fiat qui euenire in fluminibus solet.] Eadem, Hoc loco si tibi uideretur quæri potest cur turbo fiat. Euenire in fluminibus solet. Et infra. In cannalem conuexam tenuemque collectus.] Deuexam

lege, non conuexam, ex eadem. Et infra. Quem praestera Graeci uocant. Hic est igneus turbo.] Mallet legeres, quae praester Graeci uocant, hoc est igneus turbo. Sequitur statim, Quibus armenta rapiantur.] Scribe, armenta non armenta, ex uetere lectione. Et infra. Tunc enim incipit cum omnes illos miscuit.] Legendum, tunc esse incipit cum omnes illos miscuit, ex eadem.

CAP. XIII. Non tota solida contextu terra in unum usque fundatur.] Legendum, Non tota solido contextu terra in unum usque fundatur, ex eadem. Et infra. Quod non uidentur flumina. Illic scias licet nostris paria sublabi.] Scribe, quod non uidentur. Flumina illic scias licet, caetera, ex eadem.

CAP. XV. Oblitus dierum, oblitus naturae melioris.] Scribendum forte deorum, non dierum.

CAP. XVII. Adiciendus est adhuc meridianus circulus.] Adhuc lege, non ad hunc, ex eadem. Et infra. Nunc quod de Caesare olim maiore.] Verbum, olim, redundat, ex eadem. Et infra. Cum effugerimus procellosos desuper montes per quos praecipis in nauigantes uentus impingit.] Si de fluctuum montibus accipimus necesse est, ut praepositio, per, pro superuacua eradatur. Si de promontoriis legendum erit. Cum effugerimus procellosos desuper montes in quos praecipis nauigantes uentus impingit. Sequitur illico. Cum inuoluto nubilo dies.] Scribe, cum inuolutos nubilo dies, ex uetere lectione. Et infra. Circunferre pericula & ruere in ignotos iratum.] Eadem, initium habet, non iratum, ut forte pro initium scribendum sit inuitum, quia sequitur mox paulo quae non oderis. Et infra. In sua quemque terra stare iussisset.] Verbum, terra, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Diuersis enim irritamentis ad tentandum ire compellimur.] Sic prior aeditio. Legendum reor, mare, non ire. Et infra. Vita parari ea in quibus uita consumitur.] Vetus lectio, uitae parari in qua uita consumitur. Puto legendum, uitae parari in qua uita consumitur.

IN LIB. VI. NATVR. QVAEST.

CAP. I.

Desidisse terrae motu.] Vetus lectio, confidisse terrae motu, rectius. Et infra. Negantque seipsum unquam ipsam regionem accessuros.] Corrige, negantque ipsos unquam in ipsam regionem accessuros, ex eadem. Et infra. Imperitis fit magna ex desperatione securitas.] Eadem mutato dictionum ordine. Imperitis magna fit ex desperatione securitas. Considera an legendum manu potius quam magna.

CAP. IIII. Quid tanti molem ponderis pellat.] Corporis

NON

non ponderis in eadem habetur castigatius quandoquidem char-
ta sequente. Ita inquit in hoc uniuerso terræ corpore euenit, ut
partes eius uetustate soluantur, & alibi. Sic hoc totum terrarum
omnium corpus & aquis quæ uicem sanguinis tenent cætera. Et
infra. paulò diuisa legendum, ex eadem, non diuifas.

CAP. V. Aliquam ex istis causam dixerunt.] Scribe, aliquã
ex istis causam esse dixerunt, ex eadem. Et infra. Omnis tamen
ætas quod agat inueniat.] Eadem, omnia tamen ætas quod inue-
niat habet.

CAP. VI. Siue magnum mare.] Verbum, magnum tollen-
dum, ex eadem. Et infra. Grauiſsimam partem mundi non posse
spiritu tam tenui fugaciq̃ue gestari.] Duo illa uerba, non posse,
remouenda, ex eadem.

CAP. VII. Et quam donec decreſcat uerberauit.] Crescat,
non decreſcat, in eadem habetur.

CAP. IX. Aut cum dubitauere.] Eadem sic habet, aut cum
diu dubitauerunt. Castigandum censeo, aut cum diu nutauerunt.

CAP. X. Sed intra ipsam & ex ipsa quasdam partes eius deci-
dere.] In eadem aliter, sed intra ipsam, & in ipsam quasdam partes
eius decidere.

CAP. XI. Opposita diffundit. Quid si legas diffindit, non
diffundit.

CAP. XIII. Hæc duo alicubi concurrunt, alibi consistunt.]
Scribe; Hæc duo alicubi concurrunt, alicubi consistunt, ex uetere
lectiōe. Et infra. Vide ergo nunc quod intret in illā spiritus.]
Corrigo, Vide ergo nunquid intret in illam spiritus, ex uetere le-
ctiōe. Et infra. Aliaq̃ue deiicit, alia intercidit.] legendū reor,
interſcindit, non intercidit.

CAP. XV. Alicubi deduxit quicquid supernè terreni erat
aqua. Alia torrentes cecidere.] Scribendum puto, Alicubi didu-
xit. Et, Torrentes exedere.

CAP. XVI. Alimento sui educantis.] Suo, non sui, Vetus
lectiō.

CAP. XVII. Et moras suas arripit.] Rectior lectiō ab-
rumpit, quam arripit. Et infra. Qui quo ualentior agiliorq̃; est
citius eripitur.] Sic prior lectiō. Scribendum reor, erumpit, non
eripitur, quamquam in uetere lectiōe desideretur omnino hoc
uerbum.

CAP. XVIII. Infususq̃ue per minima laxamentum supera-
tus.] Castigandum puto, infususq̃ue per minima laxamentum sibi

parat. Nam & prior æditio & uetus item lectio superat habet, non superatus.

CAP. XX. Et illam qua parte maxime pendet exagitat.] In eadem sic habetur, & illam qua parte tendit exagitat maxime. Et infra. Nonnunquam in coacta itinera coniectus.] Eadem, Nonnunquam in terrena itinera coniectus.

CAP. XXI. Et insulas non ante uisas in medio mari ponere. Therem & Theream hanc nostræ ætatis insulam spectantibus non bis in Aegeo mari enatam quis dubitat.] Castigandum puto hunc locum sic, Theram & Therasiam. Thiam nostræ ætatis insulam spectantibus nantis in Aegeo mari enatam quis dubitat? Plinius lib. 2. cap. 87. Inter Cycladas Olympiadis cxxxv. anno quarto Thera & Therasia. Inter easdem post annos cxxx. Hiera eademque automate, & ab ea duobus stadiis post annos cx. in nostro æuo. M. Iunio Syllano, & L. Balbo consulibus ad viii. Idus Iulii Thia. Et infra. Nam nec succutiuntur tunc omnia.] Legendum fortè, Mœnia, non Omnia: ut non multo post, Aedificia uicina tremore collapsa sunt.

CAP. XXII. Tunc illa præcipitata rupes, quidquid ab illo repercussit non passura consistere sonitu uenit.] Deprauatissimum locum & tantum non conclamatum restituendum hoc pacto existimo, tunc illa rupes præcipitata quicquid ab imò repercussit non passura consistere succutit.

CAP. XXIII. Opponetur ei & Calisthenes.] Vetus lectio, opponetur & Callisthenes. Lego opponetur & Calisthenem. Idem error statim corrigendus. Et infra. Ideo frequentissime mari opposita uexantur.] Apposita, non opposita uetus lectio, & paulo ante merfit, non immerfit.

CAP. XXIII. Aut certè maxima ex parte superfusam.] Suppressam, non superfusam in eadem habetur. Sicque esse legendum monstrat ipse autor paulo post, dicens: Illa uasta concussio, quæ duas suppressit urbes Helicem, & Buran. Quamquam & superfusam legi posse ex Thucydide tertio uolumine, sed idem erit sensus. Item Atalantem legendum, non Atalantam, ex eodem autore colligitur, cui suffragatur uetus lectio. Et infra. Idem Sidoniæ accidisse.] Sidoni, non Sidoniæ legendum reor, quæ urbs est Phœnicia notior quàm ut sit prodenda. Et uero simile est quassationi obnoxiam esse Sidonem, cum Tyrus urbs propinqua eo malo laboret, sicuti & omnia loca maritima, ut paulo ante monstrauit, & infra repetet.

CAP. XXV. Totæque urbes in immensam altitudinem uergant.] Mallem legeres mergantur quam uergant, cui uerbo locus non est in hac sede. Et infra. Tunc effugisse Penæon.] Legendum reor, tunc effluxisse Penæum. Is celebris est Thessaliæ fluius omnibus. Et infra. Cum laborauit Aegine.] Scribo, Cum laborauit Aegium. Vrbs est Peloponnesi Aegium paruo spatio submotâ à Patris omnibus ferè Cosmographis. Aegina autem insula in sinu Saronico longe distat à Patris, & paulo post Aegium non Aegeum legendum, ad stipulante etiam uetere lectione. Et infra. In tantum spatium motum protundere.] Vetus lectio pertendere, non protendere.

CAP. XXVI. Quia mari imposita sit habeatque concauas rupes.] Breuius eadem quia mari imposita habeat concauas rupes.

CAP. XXX. Quia pressa & quassa quatiebat.] Scribe, quia quassata quatiebat, ex uetere lectione. Et infra. Emissa sui parte maiore.] Verbum, sui, redundat, ex eadem.

CAP. XXXI. Quia uehementius locum uentis lactantibus fecit.] Puto legendum uehementissimus non uehementius. Et infra. Nec illis pugna opus est.] Verbum, opus, superuacaneum est, ex uetere lectione. Et infra. Controuersiam agere.] controuersiam facere, eadè. Et ultra. Perdidimus illos nempe perituros.] Perdidimus in eadem habetur, non perdidimus.

IN LIB. VII. NATVR. QVABST.

Q Vi sydera crediderunt.] Vetus lectio, tradiderunt, non crediderunt.

CAP. III. Sed uideri illos accendi turbine quodam.] Considera an scribendum sit non illos, sed illis, uidelicet Chaldæis.

CAP. IIII. Huic uidetur plurimum uirium habere ad omnes sublimium motus stella Saturni.] Quædam exemplaria. Huic uidetur plurimum uirium habere stella Saturni, reliqua desiderantur.

CAP. V. Et quacunque incumbit solum nudat.] Quocunq; uetus lectio agnoscit, non quacunque. Et infra. In quo igne multa quidem fuerunt digna, quæ notarentur.] Breuius eadem, In quo igne multa fuerunt quæ notarentur.

CAP. VIII. Lunam aut quinque sydera rapi uento.] Scribendum puto, lumina, non lunam, ut uocet solem & lunâ lumina, quæ sacræ literæ luminaria appellant, & erroneas sydera antiquorû more qui solem & lunam inter Planetas non reponebant. Eadem

menda in uerbis quæ sequuntur. Non tamen supra lunam efferrent.] Scribendum enim lumina, non lunam.

CAP. IX. Nec supra lunam usque in stellarum locum crescere.] Legendum reor, nedum supra lumina in stellarum locum crescere, ut non multo post, nedum particula aëris intorti. Et infra. Mira uelocitas eius & mira breuitas eius.] Lege: Mira uelocitas eius, & mira breuitas est, ex uetere lectione. Et infra. Violentius celeriusque in terra circa eam uoluitur.] Duo illa uerba, celeriusque non habentur in eadem.

CAP. X. Nec hæsitatus qui nec resistit.] Castigandum censeo, nec hæsitat usquam nec resistit. Et infra. Et puto talis esse debet.] Castigandum puto: At puto talis esse debet, ut sit aduersario.

CAP. XII. Intra exiguum tempus cum obscurari cœperint liberari.] Legendum mihi uidetur, intra exiguum tempus quam obscurari cœperint liberari. Et infra. Præterea illa nobis uicina uidentur.] Ista, non illa legito, ex uetere lectione. Et infra. Altera stella usque ad alteram stellam igne mittere.] Verbum illud, stellam, non habetur in eadem.

CAP. XXI. Sicut faces trabesque.] Eadem sicut faces, sicut tubas trabesque. Et infra. Huc itaque descendunt inuitante materia non itinere.] Descendit eadem, non descendunt.

CAP. XXII. Neque appropinquat solo etiam nunc. Ignis autem it quo natura sua ducit.] Corrige, neque appropinquat solo. Etiamnum ignis aut it quo natura sua ducit, ex eadem.

CAP. XXIII. Quæ sola moueri creditis.] Scribo, credis, non creditis, ex eadem, ut infra. Credis autem in hoc maximo & pulcherrimo corpore. Et infra. Quid est quare in aliqua parte cœli peruium non sit.] Eadem, non peruium habet, sed paruium, ut fortè scribi debeat par uia.

CAP. XXIX. Quia quæ tardius feruntur grauiasunt.] Corrigendum reor: Quare quæ tardius feruntur grauiasunt, ut legatur per notam interrogationis. Et infra. Succurratque tibi idem me de cœmetis posse dicere.] Particula, que, eradenda, ex uetere lectione, & aliquanto post coniectare fidelius quam coniecturare scribetur.

CAP. XXXI. Multa præterea cognata nimium numini summo.] Scribe, suo, non summo, ex eadem. Et infra. Id quod unum toto agimus animo.] Scribe: In quod unum toto agimur animo, ex eadem. Et infra. Aliquid tenerius molliusque quo pereat.] Eadem pereatur agnoscit, non pereat.

IN LIBRUM PRIMVM DE-
CLAMATIONVM.

NAM duo millia nominum recitata] Vetus lectio: Nam ad duo millia nominum recitata, & paulò post reddebam non referebam. Et statim. Qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenierant.] Meum non nostrum, eadem præfert. Et infra. Et illam cum cura scrutabor.] Eadem & illam omni cura scrutabor. Et infra. Toties tanquam noua audiam.] Scribe, toties tamen tanquam noua audiam, ex eadem. Et infra. Itaq; ex memoria mea quod nobis satis sit superest,] Eadem, Itaq; ex memoria mea quantum uobis satis est superest. Et infra. Quod querenti non comparuit.] Eadem comparuerat agnoscit, non comparuit. Et infra. Intempestiue molesta est.] Intempestiua in eadem habetur, nõ intempestiue, quod magis arridet. Et infra. Quæ mihi iam olim precario patet.] eadem, quæ mihi iam olim precario non patet. Et infra. Et nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ.] Eadem, & nescio qua iniquitate naturæ, cætera delenda. Et infra. Emolliti enervesq; quod nati sunt inuiti manent.] Scribe, Emolliti enervesq; nati sunt. In uitio manent, ex eadem. Et infra. In hos nec dii tantum mali permittant ut cadat eloquentia, quam non mirarer nisi animos in quos se conferret eligeret.] Eadem partim sic legit. In hos nec dum tantum mali ut cadat eloquentia, quam non mirarer, nisi animos, cætera. Partim sic: Et in hos cadat eloquentia quam non mirarer. Et infra. Et si acerrimam eloquentiam quam præstare non possunt, uiolare non desinunt.] Scribendum puto, & facerrimam eloquentiam, quia præstare non possunt, uiolare non desinunt. Et infra. Quo intra coloniam meam me continui.] Verbum, quo, desideratur in uetere lectione, & præpositio, intra, per maiorem scribenda est. Et infra. Et quod uulgo de alio solet, sed de illo proprie debet.] Eadem, Etiam quod uulgo dici solet, sed in illo proprie debet. Et infra. Quia apud nullum autorem antiquum.] Verbum, quia, redundat, ex eadem. Et infra. Qui declamationem distinguit.] Legendam diffinit non distinguit, ex eadem. Et infra. Non mediocriter dicere bene.] Corrigen- dum reor non mediocriter dicere, sed bene. Sequitur statim. Alterum putat domesticæ exercitationis. Alterum esse ueræ actionis.] Scribe, Alterum putat domesticæ exercitationis esse. Alte-

PROLOGVS.

terum ueræ actionis, ex uetere lectione. Et infrà. Productam familiarem amicitiam.] Perductam, non productam, eadem.

Et infrà. Et in omnes iocos resoluebat.] Scribe, & in omnes iocos se resoluebat ex eadem. Et infrà. Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare.] Lege, Omnibus enim prodest subinde. ex eadem. Et infrà. Nec patiebatur alimenta per stomachum per somnum quietemq; æqualiter digeri.] Quædam exemplaria: in stomacho legunt, non per stomachum. Alia carent omnino duobus his uerbis. Et infrà. Cum id magis in illo mirabile uideri possit.] Scribendum puto: Quin id magis. Et infrà. At quorumcunque stilus est uelox.] Vetus lectio: Ast, non at. Et infrà. Sed ars summa ad apprehendenda ea.] Scribe, sed ars summa, & ad comprehendenda ea, ex eadem. Et infrà. Adeo quæcunque in animum eius semel ascenderant.] Sunt exemplaria quæ memoriam legant, non animum. Et infrà. Cupitis statim ista discere.] Verbum, ista, non habetur in uetere lectione. Et infrà. Quæ effectu apparet & habitu latet.] Coniunctio, &, eradenda, ex eadem & considerandum an rectior lectio ambitu, quàm habitu. Et infrà. Suspensos pedes habere.] Eadem, suspensos pedes ponere, rectius: quia sequitur, Non me hercules tui pedes spinas calcant. Et infrà. Quæ interponi argumentis quàm maximè declamantis Marulli possent.] Scribendum reor, cum maxime, non quàm maxime ex trita loquendi Senecæ consuetudine. Et infrà. Nihil præter epicheremata scriberet.] Prior æditio epithemata legit. Exemplar Scholarum Salmanticensium ephiponemata agnoscit. Scribo per transpositionem literarum, epiphonemata, ex Quintiliano & Cicerone & cæteris rhetoribus. Et infrà. De seculo de delitiis dicuntur.] Vetus lectio, de seculo de diuitiis dicuntur. & sunt exemplaria in quibus uerba illa de seculo non habentur. Et infrà. Scio quàm sit odiosa Circensibus pompa.] Scribe, Scio quàm sit odiosa res Circensibus pompa, ex uetere lectione. Et infrà. Cum iam cœpisset diem ducere.] Emendandum reor, Cum iam cœpisset dies lucere. Hoc enim factitare solitum latronem superius monstrauit Seneca. Sæpe inquit cum per totam lucubrauerat noctem ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat.

DECLAMATIO I. Iactatus inter duos patres utriusque filius.] Iactatur, non iactatus, quædam exemplaria. Alia iactatus agnoscunt, sed post uerbum abdicatus habent, sui. Et infrà. Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam

quentiam in puero declamante.] In codicibus nonnullis rectius, ut puto habetur sic. Semper autem eloquentiam eius commendabat aliqua res extra controuersiam. In puero eloquentia. Ego uerò non altero in loco tantum, sed utroque substituendum puto controuersiam pro eloquentia, legendumque hoc pacto: Semper autem controuersiam eius commendabat aliqua res extra controuersiam.

DECLAMAT. II. Sacerdos casta castis puris pura sit.] Scribendum: Sacerdos casta è castis, pura è puris sit, liquet id ex secundo libro controuersiarum, ubi hæ omnes declamationes cum coloribus complurium rhetorum iterantur copiosius à Seneca.

Et infrà. Accusata absoluta & reuersa ad suos est.] Vetus lectio. Accusata & absoluta & remissa ad suos est. Et infrà. Sacerdos uestra adhuc in lupanari uiueret.] Nostra, eadem præfert, non uestra. Et infrà. Quid mihi sacerdotem cuius precaria est castitas.] Rectius eadem: Quid mihi cum sacerdote cuius precario est castitas. Et infrà. Ita cara fuit suis.] Eadem: Ita curæ fuit suis. Et infrà. Si in ciuitate nulla inueniri potuit.] Eadem, si in ciuitate nulla inueniri poterit. Et infrà. Ponamus tres sacerdotium petere.] Putemus, non ponamus, eadem agnoscit. Et infrà. Dii illæsam non seruassent nisi eam sibi seruaturi fuissent.] Breuius eadem: Dii non seruassent nisi sibi seruaturi fuissent. Et infrà. Dicat pudicitiam suam diis quibus debet.] Verbum suam, superfluit, ex eadem. Et infrà. Quædam fatius est, uel cum causæ detrimento tacere quàm inuerecundè dicere.] In quibusdam exemplaribus ita habetur, ut retuli, in aliis non legitur inuerecunde, sed uerecunde, quæ lectio summè mihi probatur unius tantum literulæ adiectione, hoc est, ut legatur uerecundiæ, & repetatur detrimento.

DECLAMAT. III. Patrocinium suum putat pereundi infelicitatem.] In secundo controuersiarum aliter. Patrocinium suum putat perennem infelicitatem. Et infrà. Exponam cum quo stuprum.] Vetus lectio. Et ponam agnoscit, non exponam, & quidem iudicio meo rectius. Multum enim emphaseos habet coniunctio, illa. Et infrà. Non ad saxum usque deferret.] Eadem differret, non deferret. Et infrà. Etiam secure aspicientibus horrenda.] Lege, etiam secure despicientibus horrenda, ex eadem, & item ex secundo controuersiarum.

DECLAMAT. IIII. Liceat adulteriū & in matre filio uindicare.] Corrigen dum puto contra omnium codicum fidem. Li-

ceat adulterium & marito & filio uindicare, quod ex fine controuersia euidenter ostenditur. Ipsam legem recita. Liceat marito, liceat & filio. Et infra. Aut me sine filio aut filium sine manibus.] Scribo, aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus, ex uetere lectione. Et infra. Contemptus est iste.] Exemplaria quædam non contemptus legunt, sed conceptus. Scribo, deceptus. Arelius Fuscus secundo controuersiarum. Adolescens uenit tempus militiæ tuæ. Indignare si deceptus. Et ultra. A quo sciemus. Cum adulterum deprehendi tunc primum sensi.] Legendum puto diuersa distinctione sic: A quo sciemus? ut sit per interrogationem. Deinde sequitur. Cum adulteros deprehendero: sic enim habetur in uetere lectione. Postea lege per maiorem. Tunc primum sensi.

Et infra. Et truces animos misericors natura debilitat.] Legendum: Et truces quoque animos misericors natura debilitat, ex eadē, & secundo controuersiarum. Et infra. Priusquam in memoriam reuerteret exierant.] Aliter in secundo controuersiarum. Priusquam in me reuerteret exierant.

DECLAMAT. V. Aut mortem aut indotatas nuptias petat.] Omnis scripta lectio, & item secundus controuersiarum non petat habet, sed optet. Quam lectionem esse ueram Seneca ipse uidetur asserere subdens. Altera mortem optat raptoris. Altera uerò nuptias petit.] Vetus lectio breuior multo, & Senecæ laconismo magis consentanea. Altera mortem optat. Altera nuptias. Reliqua superuacanea sunt. Et infra. Deinde hanc uitiaffet.] Aliam in secundo controuersiarum legitur, non hanc.

DECLAMAT. VI. Iurauit ei. Relicto patre secuta est adulescentem.] Verbum, ei, non habetur in antiquis exemplaribus, et si legi etiam posset. Iurauit: Ea relicto patre, cætera. Et infra. Narret, inquit, focero beneficia.] Vetus lectio. Narra obsecro foceri beneficia. Ad stipulatur & controuersiarum secundus. Et infra. Nisi misericors potest. Inter tot consulatus.] Eadem: nisi misericors posset. In tot consulatibus.

DECLAMAT. VII. Si præcideritis. Scribe, potius occideritis.] Eadem: Si præcideritis. Si irascaris, scribe, potius si occideritis. Et infra. Tyrannicidæ exitum tyranni rogo.] Scribendum potius uidetur: Tyrannicidæ exitum tyranni rogo. Vel sic: Tyrannicidam per minorem scriptum pertineat ad superiora. Et quod sequitur legatur hoc modo: Exitum tyranni rogo non timeo. Manus quas Piratæ soluerunt iudices alligent, ut habetur in secundo controuersiarum. Et infra. Etiam nunc manus meas petis.] Scribe,

fine

sine nota interrogationis: Et nunc manus meas petis, ex uetere lectione. Et infra. Neutrū hoc manibus meis expedit.] Verbum, hoc, non habetur in eadē. Et infra. In qua nec filii patres alunt.] Scribe ex eadem, in qua nec filii quidem patres alunt.

DECLAMAT. VIII. Iam pro te dubito. Nescio quid lex timet.] Verbum illud, dubito, desideratur in eadem. Ut legendum existimem, Iam pro te nescio quid etiam lex timet. Nam exemplaria omnia dictionem, etiam, agnoscunt. Et infra. Pars altera contra fortem abdicatum.] Sic prior æditio. Legendum abdicantem, non abdicatum. Et infra. Quantum uerò interest.] Verbum, uerò, redundat, ex uetere lectione.

IN LIB. II. DECLAMATIONVM.

Nihil horridum.] Nihil horrendum uetus lectio. Et infra. Ac amplissima facultate dicendi.] Felicitate eadem, non facultate, & quidem rectius. Nam non multo post beatam uocat Fabiani orationem. Et infra. Et ille pugnatoris mucro.] Emendandum puto, & ille pugnatorius mucro. Et infra. Cum ueros compressisset affectus.] Scribe, uerò, non ueros, ex uetere lectione.

PROLOGVS.

Et infra. Parum bene imitari poterat quæ effugerat.] Eadem non effugerat præfert, sed effigerat. Considera an legendum sit effinxerat. Et infra. Et illi stadio parari non per illud alteri.] Lege illi studio parari, nõ per illud alteri preparari, ex eadem. Et infra. Præceptores pulcherrimæ disciplinæ continebantur.] Scribendum pluralitatis numero continebantur, ut ad præceptores referas, ex eadem. Et infra. Nam primus omnium Latinus rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotinus.] Scribo Plotius, non Plotinus, Cicero in Epistola ad M. Ticinnium referente Suetonio in lib. de Grammaticis & Rhetoribus. Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam. Ad quem cum fieret concursus quod studiosissimus quisque apud eum exereretur dolebam mihi idem non licere. Meminit Eusebius quoque in libro temporū. Sed & uetus lectio non aliter habet quàm Plotius. Et infra. Et ego multo tēpore minor quàm ipse erat.] Eadem, & ego multo minor natu quàm ipse erat.

DECLAMAT. I. Abdicatus post tres abdicādos,] Castigo, Adoptandus post tres abdicatos, ex eadem. Et infra. Amo æquē paupertatem & patrem.] Lege ex eadem: Amo æquē paupertatem ac patrem. Et infra. Hic me dignum putabat bono patre.] Scribendum, Hic me dignum putat beato patre, ex eadem. Et infra. Quem me uideri uelim nescio. Innocentem si abdicor.

Nocent

Nocentem si adoptor.] Locus est corruptissimus, in scriptis tamen codicibus fidelius. Vtrum tamen uelim nescio. Innocentem? Sed abdicor. Nocentem? Sed adoptor. Et infra. Grauius eo quem alius concupiscit.] In eisdem, Grauius eo quem alius filius concupiscit. Lego filium, non filius. Et statim. Non delectant dominos ignoti seruatorum greges.] Legendum fortè per distinctio nem. Non delectant dominos ignoti seruatorum greges. Et infra. Magnum & hoc inter cætera paupertatis incommodum est.] Lege incommoda non incommodum ex uetere lectione. Et infra. Gallus Nibius.] Quidam codices. C. Rubius Alii C. Nibius. Alii Gallus Viuius, quibus suffragatur tertius cõtrouersiarũ liber. Et infra. Non casu caderet sed iudicio perueniret.] Vetus lectio incideret, non caderet. Et infra. Per annos quindecim in officio tuo fui.] In tertio controuersiarũ. Per annos duodecim in officio fui.

DECLAMAT. II. Quos nec mors quidem diuidit.] Correctiora exemplaria: quos nec mors quidè diuidet. Et infra. Quædam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt.] Verbum amore, desideratum in uetere lectione. Et infra. Inter has puellas uiua numeratur.] Eadem: Inter has puella una nominabitur, & si sunt exemplaria in quibus non una, sed uiua habetur. A quibus stat tertium controuersiarum uolumen. Et infra. Et Naso dixit.] Coniunctio, & superfluit: & paulo ante torpeat legendum, non torpescat. Vtrumq; ex eadem. Et infra. Secundum gelidum Boream gelidumq; Notum.] Corrigendum reor, Secundum. Et gelidum Boream, e gelidumq; Notum: est enim Ouidianus uersus secundi elegiarum ex elegia cuius lemma est. Ad amicam nauigantem, etsi in codicibus impressis & in uetustissimo exemplari, quod nos domesticum possidemus, aliter legatur. Et gelidum Boream præcipitemq; Notum. Corrigendum idem uitium in tertio controuersiarum.

DECLAMAT. IIII. Quid obtorpuistis oculi.] Quidam codices: Quid obstupuistis oculi. Et infra. Hoc intra triginta dies.] Hei intra triginta dies in tertio controuersiarum. Et infra. Putas me accusatori promissum quod filio negaui.] Scribe, Putas me accusatori permissum quod pater filio negaui, partim ex tertio controuersiarum, partim ex uetere lectione. Et infra. Semper enim sibi omnia licere credit.] Eadem: Semper sibi omnia licere credidit. Et infra. Ignouit enim, inquit. Aliquis ante me rogatus est.] Correctius eadem. Ignorat inquit, ita? Alius ante me rogatus est. Et infra. Quam penè promisi.] Lege, Quã penè

penè permisi, ex eadem. Et infrà. Qui tantum triginta diebus irasci non possum.] Sine negatione eadem, qui tantum triginta diebus irasci possum. Et infrà. Prior rogatus est quem magis timebam.] Eadem, Prior rogatus est, qui magis timebatur.

DECLAMAT. V. Quam quæ filios non habebant.] Quam quæ liberos non habebant eadem. Et infrà. Inter uxorem tortā & uirum occupatum.] Legendum reor, inter uxorem tortam & uterum obturatum. Et infrà. Ignoscetis puto mulieri si dixerit fessa est.] Vetus lectio. Ignoscetis puto mulieri si dixerero fessa est. In tertio controuersiarum. Ignoscetis puto mulieri si dixerero falsa est. Legendum puto falsa est. Et infrà. Et tyrannus torquebat cum de tyrannicidio quæreret.] Scribendum torquebatur, nō torquebat, ex eadem. Et infrà. Non premit censum onerosa sumptibus.] In tertio controuersiarum. Num premit censum onerosa sumptibus? ut sit interrogatio, quod placet, quia sequitur altera mox interrogatio. Nunquid gemmas & ex alieno litore petit lapillos? Et infrà. Vtrum ne magis mirandum esse.] Prior aditio & uetus lectio: Vtrum putas mirandum esse. Codices nonnulli, Munerandum, non mirandum legunt. Et infrà. Etiam si scisti de tyrannicidio nec indicasti.] Vetus lectio. Et si scisti de tyrannicidio uiri nec indicasti. Et infrà. Et hæc cogitandi causa fuit. Vxor is ultio.] Eadem. Et hæc ipsa mihi cogitandi causa fuit uxoris ultio. Et infrà. Quidquid longa cogitatio illi præstatura erat.] Commodiorem lectionem censemus, alii, quàm illi.

DECLAMAT. VII. At rediit maritus.] Particula, at, superuacanea est, ex uetere lectione. Et infrà. Futura æstimabo indicia, Interim qui rogat comperit impudicam.] Eadem: Frustra æstimabo esse indicia in tantum quod rogat cætera Fortè legendum, si tantum qui rogat comperit pudicam. Cui lectioni uidentur suffragari uerba statim sequentia.

IN LIB. III. DECLAMATIONVM.

OMNIA nientia & intenta aliquo aliquid petentia.] Vetus lectio breuior. Omnia intenta. Aliquo potentia. Quædam exemplaria: Omnia intenta. Aliquid petentia. Et infrà. Sunt quidem & hic quædam grata.] Corrige: Sunt quidem & hæc quibusdam grata, ex eadem. Et infrà. Pronunciatio quam histrio non posset producere tamen quæstionis posset uideri.] Sic prior aditio. Scribendum reor: Pronunciatio quam histrio non posset producere tamen quæ histronis posset uideri. Et infrà. Quam

Prologus.

diu

diu extra iocos se continebat.] Citra iocos lego, non extra iocos, ex uetere lectione. Et infra. Adeo nunquam reum nullam materiam dicendi nisi in periculis suis habuit.] Corrigendum patet: Adeo nunquam reorum ullam materiam dicendi, cetera. Et infra. Nec lectas nec uacuas explicationes.] Lentas, non lectas, quaedam exemplaria. Et infra. Sed infra multos erat.] Scribe, sed etiam infra multos erat, ex uetere lectione. Et infra. Orationes Sallustii in honorem historiarum leguntur.] Quidam codices. Orationes Sallustii in honorem historiarum non leguntur. Et infra. Ille ad tolerandum magni ponderis sarcinam prauelet.] Tollendam, non tolerandam omnis uetus lectio. Et infra. Quidam cum Thracibus optime pugnant.] Threces rectius codex quidam antiquus. Nota res Threces genus esse gladiatorum sic dictum a similitudine Thraciae parmulae. Et infra. Si a proclamante dimitteret.] Omnis scripta lectio, si a praelocatione dimitteret, ut forte legendum sit, si a praelocatione demum staret. Et infra. Nec adhuc ulli sic indulget.] Eadem, nec adhuc ulli sic se indulget. Et infra. In Scholastica quid non superuacuum est.] Scribendum reor, in schola ista quid non superuacuum est. Et infra. Id quod bellissime censorius aiebat.] Codices quidam censeamus, non censorius. Alii Censorinus. Alii Cestrinus. Et infra. Et ille ideo in foro primum dicturus.] Inuertende dictiones. Et ideo ille in foro primum dicturus, ex uetere lectione. Et infra. Agedum istos declamatores producit a senatu in forum.] Scribe: Agedum istos declamatores producit in senatum, in forum, ex eadem. Et infra. Non imbrem ferre non solem sciunt.] Hyemem, non imbre, in exemplaribus nonnullis habetur. Et infra. Sed negauit se executurum nisi exirem de domo.] Mansurum, non executurum quidam codices. Et infra. Deinde aduultum. P. R. edixi.] In scriptis exemplaribus non aduultum legitur, sed adulterum. Ut forte in totum castigandum sit. Deinde ad alterum. Pr. eduxi. Nam & infra in ius educor legitur. Sic enim uetus, ut dicemus, praefert lectio, non adducor. Et infra. Hanc, inquit, tibi fabulam retuli.] Fabelam, non fabulam, in eisdem habetur.

DECLAMAT. I. O legem abrogandam si excaecat homines. Nulli dat mille denarios, nisi qui inuitus accipi.] Uetus lectio: O legem si excaecat homines abrogandam. Nulli respublica dat mille denarios, nisi qui inuitus accipit. Et infra. Dic nunc misere. Hoc cum excaecare non dixisti. Respub. debilitatem consolatur non emit.] Corrige, dic nunc miser homo cum excaecaretis

non

non dixisti. Respub. cætera, ex eadem.

DECLAMAT. II. Parricidam non accuso sed fugo.] Eadem. Parricidam non accuso sed fugio. Et infrà. Absolutionem dat paribus tabulis.] Codices nonnulli. absolutionem dat & paribus tabulis. Alii, absolutionem dat à paribus tabulis.

DECLAMAT. III. Mihi necesse est abdicare quem nolo.] Quedam exemplaria. Alterũ mihi necesse est abdicare quẽ nolo.

Et infrà. Hoc uno alter alteri placet.] Vetus lectio. Hoc uno, hoc alteri placet: repetitione Senecæ familiari ad urgendum uementius. Et infrà. Qui in aliena manu est.] Scribe, Qui ipse in aliena manu est, ex eadem. Et infrà. Si bene de te meruerat patrẽ pro illo rogasses.] Eadem: Si bene de te meruerat patrem pro filio rogasses. Et infrà. Quicquid tunc tricenarius reliquerat.] Non habetur in eadem particula, tunc.

DECLAMAT. IIII. Quo iam tanto opere beneficia uitæ iactat? Audi te quis prior dederit.] Eadem, Quoniam tantopere beneficia uitæ iactatis audite quis prior dederit. Et infrà. Ita tu adulescens in acie non ante patrem stetisti?] Eadem. Ita tu adulescens matrem non ante patrem stetisti.

DECLAMAT. V. Aut indotatas nuptias petat.] Aut indotatas nuptias optet, eadem, ut paulo post. Quando ergo optabis.

Et infrà. Ille raptor est, ego in ius adducor.] Eadem educor habet, non adducor. Et infrà. An tota mea sit.] In eadem, an tota mea ista sit, habetur. Et infrà. Et introrsus hærentes lachrymas ego.] Nullum scriptum exemplar, hærentes agnoscit, sed partim erumpentes, partim habetes, pro quo substituo labentes. Et infrà. Tam longum tibi ius in caput ciuis permittitur.] Vetus lectio: Tam longum tibi ius in caput ciuis non permittitur.

DECLAMAT. VI. Nemo uenienti domum clausit.] Eadẽ. Nemo non uenienti domum clausit. Et infrà. Certè quod negari non potest hospes.] Scribendum: Certè quod negare non potest hospes, ex eadem. Et infrà. Maius sine dubio, quàm si damnũ sarciret.] Emendatior antiqua lectio, maius sine dubio quàm sic damnũ. Sarcire debet.

DECLAMAT. IX. Tribuni ne ferent ut fur præferatur domino.] Breuius eadẽ: Tribuni. Ita ne fur cifer, reliqua desideratũ.

IN LIB. IIII. DECLAMATIONVM.

SE D auctorum nouitate sollicitet.] Scribe: Sed etiam auctorum nouitate sollicitet, ex uetere lectione. Et infrà. Nec quicquam ex ordine remisit uitæ solito.] Scribendũ permutato uerborum

Prologus.

borum ordine. Nec quicquā ex ordine uitæ solito remisit, ex eadē.

Et infrā. Itaq; cum mortuo in Syria Cæsare per codicillos questus esset diuus Augustus.] Antiquum exēplar, nō Cæsare præfert, sed C. Cæsare. Præterq; legendū reor, Lycia, nō Syria, cōtra omnia exemplaria. Suetonius in Augusto. Caium & Luciu in duo de uiginti mensium spatio amisit. Ambos. Caio in Lycia, Lucio Mafsilix defunctis Velleius Paterculus libro posteriore. Deinde relucēta tus inuitusq; reuertens in Italiam in urbe Lyceæ Lymiram nominant, morbo obiit. Cornelius item Tacitus primo historiarū uolumine Caium remeantem Armenia & uulnere inualidum mortē fato properam, uel nouerçę dolum abstulisse scribit. At reditum ex Armenia in Italiam per Lyciam non per Syriam palām est. Et infrā. Mortes filiorum tulisse.] Mortes sex filiorū tulisse, uetus lectio. Et infrā. Atherius noster suffibulandus est.] Legendū proculdubio sufflaminandus est, non suffibulandus, seu sufflamandus, à sufflamine, uidelicet instrumento, quo immodicus rotarū procurfus reprimebatur. Iuuenalis Satyra 8. Carpentō rapitur pinguis Damassippus, & ipse rotam striggit multo sufflamine consul, & ultima Satyra. Nec res atteritur longo sufflamine litis. Notauit hunc Senecę locum ante nos nouissimus eius poëtę interpreter. Et infrā. Adeo nedū currere, sed decurrere uidebatur.] Quædam exēplaria. Adeo ut non currere, sed decurrere uidebatur. Alia: Adeo ne occurrere, sed decurrere uidebatur. Scribo : Adeo nō currere, sed decurrere uidebatur. Et infrā. Iubebat enim transire cū aliquandiu locū dixerat.] Eum, siue illū, uetus lectio, non enim. Item exēplaria quædam, aliquē legunt, non aliquandiu. Et infrā. Et multum ille & hic in officiis uersatur.] Elegantius eadem sine posteriore coniunctione, & multum ille hic in officiis uersatur. Et infrā. Plus habebat quod laudares, quā quod ignosceres.] Scribo, plus habebat quod laudares, quā cui ignosceres, ex eadem.

DECLAMATI. Coactus est conuiuio interesse mutata ueste.] Verbum substantiuū, est tollendū, ex eadem. Et infrā. Nam rapuit me qualem in conuiuio puderet uenire.] Coniunctio, nam superuacanea est, ex eadem. Et infrā. Scit quantum super amissis tribus filiis patri flendum sit, qui si uiuerent pater fleret.] Quædam exemplaria : Scit quantum super amissos tres filios patri flendum sit, quem si uiuerent patrem fleret. Et infrā. Hic mihi uiuendū est, nec de nuptiis, nec de liberis cogitandum. Dierum omen occurrit.] Castigo: Hic mihi uiuendum est, nec ui de nuptiis, nec uide liberis cogitanti dirum omen accurrā, ex uetere lectione. Et

infrā.

infrà. Iniuria esset felicis in illo conuiuio morari.] Longe aliter eadem. In illo conuiuio morari etiam felicis patris esset iniuria.

Et infrà. Nemo amicus nemo inquit, propinquus est.] Inquã, non inquit, eadem. Et infrà. Festo die sodales amiciq; mecum.] Eadem, Festos dies sodales amiciq; ineunt. Et infrà. Consolaret te diutius nisi & iam accusare posses.] Consolaret eum diutius, nisi iam accusare posset, eadem.

DECLAMAT. II. Seruauit nec uidit.] Lege: Seruauit facta nec uidit, ex eadem. Et infrà. Pollio ante hoc si cæcus factus esset non abstulisset.] Quædam exemplaria: Pollio autem hoc. Si cæcus ante factus est, non abstulisset.

DECLAMAT. III. Per humanos, inquit, errores agnoui preces meas.] Locus est uitiatissimus, qui fortè melioris erit conditionis si sic legatur: Pater humanum, inquit, errare est. At nostri preces meas. Et infrà. Quod imprudentes occidimus & prudentes seruauimus.] Tollenda coniunctio, &, ex uetere lectione. Et infrà. Non pepercit eius dolori.] Scribe, non pepercit eius pudori, ex eadem. Et infrà. Et tum fortuna ea eras.] Corrige, & tu in ea fortuna eras, ex eadè. Et infrà. Eggit apud illum qui eã non nouerat.] Codices quidam: Eggit apud eum qui illum non nouerat.

DECLAMAT. IIII. Vidissem uerè uiolari sepulchrum.] Scribe: Vidissem iam uerè uiolari sepulchrum, ex uetere lectione.

Et infrà. In quo notiora sunt iterum arma uictoria.] Apertius eadem, in quo notiora sunt arma iterum uictoria. Et infrà. At rapuit aliena. Hoc excusare, cætera.] Scribe, Rapuit aliena, hoc excusare, reliqua. Nam dictio, at, nusquam inuenitur in eadem.

DECLAMAT. V. Reductus est patri ægrotare nouerca cepit.] Scribe, Reductus est. Postea ægrotare nouerca cepit, ex eadem. Et infrà. Ego non credo si fateris illam sic posse sanari.] Emendo. Ego uerò cedo domo si fateris illam sic posse sanari, ex eadem. Et paulo ante. Ut abdicacione mea pater ægrotaret reditu nouerca.] Posset etiam non temerè legi, ut abdicato me pater ægrotaret. Reducto nouerca, quia supra in argumento præcessit. Sanauit. Reductus est. Postea ægrotare nouerca cepit. Et infrà. Magnis præceptoribus opus est. Abdicatus studui.] Scribe, Magnis præceptoribus opus est. Ego abdicatus studui, ex uetere lectione, & paulo post seruasti, eadem: non conseruasti.

DECLAMAT. VI. Qualis erit nouerca quæ fieri cupit.] Eadem. Qualis erit nouerca, quæ fieri cupis. Et infrà. Cum iniquus magis ipse ames eum.] Iniquius legendum, non iniquus, ex

eadem. Et infrà. Etenim contra uirum dici potest.] Breuius eadem. Dicitur contrarium potest. Et infrà. Quem aiebat specialissimum.] Eadem, quem aiebat simplicissimū. Et infrà. Magis enim amaturus sum eum. Coniunctio, enim, otiosa est, ex eadem.

DECLAMAT. VII. In adulterio deprehensus est à tyranno, gladium extorsit à tyranno.] Verbum, est, non habetur in eadem. Et infrà. Imputat nobis quòd in adulterio mori noluit deprehensus.] Error in ordine uerborum, eadem. Imputat nobis quòd deprehensus in adulterio mori noluit. Et infrà. Certamen impari conditione.] Legendum distinctè. Certamen in pari conditione, hoc est in quo utrique licebat aduersarium occidere, ex eadem. Et infrà. Si etiam id libido permetteret.] Eadem promitteret agnoscit, non permetteret. Et infrà. Tyrannicida pro adultero, tyrannus pro pudicitia.] Adulterio, non adultero scribendum, ex eadem. Et infrà. Qualia in adulterum maritus attulerat.] Eadem, contulerat, non attulerat. Et infrà. Ab adulteræ oculis ad præmium curris.] Oculis, non oculis lege, ex eadē. Et infrà. In eo quòd inermis ad tyrannum uenit non minor uirtus, sed periculum maius.] Corrige, In eo qui inermis ad tyrannum uenit non minor uirtus est, sed periculum maius, ex eadem.

DECLAMAT. VIII. Ut operas mitteret.] Emenda, ut operas remitteret, ex eadem. Et infrà. Consignatione facta restitutus exigit operas.] Aliter eadem. Consignatio facta est. Restitutus exigit operas, etsi in quibusdam exemplaribus non exigit, sed incidit habeatur, ut forte scribendum sit, indicit, quia sequitur paulò post, quasi libet indicas operas, nunquam tamen indices ita periculosas. Et infrà. Si pacisci tunc à me uoluisses operas spondidisses.] Noluisses potius quàm uoluisses legendum uideretur.

Et infrà. Profer tabellas.] Profer tabulas, uetus lectio. Et infrà. Et cum timeo ne ostenderem secutus sum hæc exigentem.] Sic prior æditio. Vetus lectio. Et dum timeo ne ostenderem secutus sum hæc exigentem. Quid si legas obsecutus sum hoc exigenti.

Et infrà. Etiam si cogi non potest.] Eadem, etiam cum cogi non potest. Et infrà. Proscriptus potissimum ei te commisisti.] Eadem. Proscriptus mihi potissimum te commisisti. Et infrà. Qui tunc non posses etià rogari.] Negatio, nō redundat ex eadē.

Et infrà. Egerunt lenius.] Egerunt lenius, eadem. Et infrà. Videris redemisse. Fac iam remittam.] Eadem Videris remississe. Faciam, remittam. Quidam codices. Videris emisse, reliqua. Et infrà. Tunc huiusmodi utendum est coloribus.] Scribe, Tunc

huiusmodi

huiusmodi utendum esse coloribus, ex eadem. Et infra. Quod ex colore metuendum est.] Quod ex hoc colore metuendum est, eadem.

IN LIB. V. DECLAMATIONVM.

Inscripti maleficii fit actio.] Lege. inscripti maleficii fit actio, ut supra. Et infra. A liberto reus fit maleficii.] Liberato scribo, non liberto, ex scripta lectione. Et infra. Ludit te suis fortuna muneribus.] Legi, ludit de suis fortuna muneribus, ex eadem. Et infra. In Pharsalia uictus acie. In Thessalia uictus acie, eadē. Et infra. Mortem tuorum tuum putas naufragium.] Corrige. Mortem tuorum. Maius tu tuum putas esse naufragium, ex eadem. Et infra. Crassus uixit. Non priuatas perdidit, sed publicas opes.] Scribe, Crassus uixit & non priuatas, cetera, ex eadē. Et infra. Nemo infelicitate experta negociatione.] Correctior uetus lectio. Nemo infelicitate expertus negociatione. Et infra. Ego ut ne moriar iste ut ne prohibeat.] Castiga, Ego ut moriar iste ne prohibeat, ex eadem.

DECLA. I.

Et infra. Ne hoc narrarem mori uolui.] Antiquum exemplar, hæc narrare uolui. Ut forte legendum sit. Enatare uolui. Aut sic, ne enatarem mori uolui. Et infra. Præcidit remedium meum.] Pronomen meum, redundat ex uetere lectione. Et infra. Cui me uitæ referuas.] Scribe, Cui me uita referuas, contra omnia exemplaria.

DECLAMAT. II. Rumor fait de morte.] legendum. Rumor fait de morte eius, ex uetere lectione, Et infra. Iubente patre habere potuisses.] Legendum reor. uiuente, non iubente. Et infra. Non queris ubi perierim.] In quibusdam exemplaribus. Non queris ubi perierim. Et infra. Ne inter ipsas nuptias.] Scribe, ne inter ipsas nuptias tuas, ex nonnullis codicibus. Et infra. Fabricius aurum à Pyrrho recipere noluit.] Accipere, non recipere, uetus omnis lectio. Sunt tamen codices in quibus desideretur id uerbum. Et infra. Ut aliquid simile de Seuiano dicam.] Scribe, Ut aliquid & ipse simile de Seuiano dicam.

DECLAMAT. III. Mala tractationis fit actio.] Legendum esse sit, non fit, supra admonui. Et infra. Et ad Olympiam duxit.] Vetus lectio. Eduxit ad Olympia, & aliquanto post parricidii scribendum, non parricidia.

DECLAMAT. IIII. Si uis illius graue crimen facere.] Inuerte dictiones. Si uis graue illius crimen facere, ex eadem. Et infra. Accusatus à fratre parricidii.] Decest uerbum substan-

tium, est. Accusatus est à fratre parricidii, ex eadem.

DECLAMAT. V. Vt sibi uenderet arborem quam sibi uidebat obstare.] Dicebat legendum, non uidebat, ex eadem. Et infra. Vicinorum primo fidem implorauit.] Explorauit, non implorauit, sunt exemplaria quæ legant. Et infra. Nihil lætius oculis tuis quam ruinæ meæ.] Scribe, Nihil lætius oculis tuis occurrit, quàm ruinæ meæ, ex eadem. Et infra. Sic licet ut domus ad cœlum omne conuersa.] Eadem. Scilicet ut domus ad cœlū omnes emineant. Et infra. Et non in suis uicibus agatur annus.] Præpositio, in, superuacanea est, ex eadem. Et infra. Quemadmodum totas consumat urbes.] Emendatior uetus lectio quemadmodum totas absumat urbes. Et infra. Si fateretur iste scienter ianuam incendisse.] Eadem, Si fateris te scienter ianuam incendisse. Et infra. Quid ad te illi rami pertinent qui extra domū sunt.] In quibusdam codicibus inuersis dictionibus legitur. Quid ad te rami illi pertinent, cætera. In aliis desideratur pronomen, illi. Et infra. Iam etiam quosdam parietes minuerant.] Vetus lectio: Iam etiam quosdam parietes mouerant.

DECLAMAT. VI. Accusauit illos de ui & damnati sunt.] Eadem, Accusauit illos de ui & damno. Et infra. Date illi uestem puellarem, date noctem rapietur.] Corrige, Date illi uestem, puella est. Date noctem rapietur, ex eadem. Et infra. Non tunc primum uestem sumpsisse.] Verbum, uestem, non habetur in eadem rectè. Et infra. Sic imitatus puellam ut raptorem inuenerit.] Lege, Sic imitatus est puellam ut raptorem inuenerit, ex eadem. Et infra. Nunquid cecini.] Corrige, Nunquid cecidi? ex eadem, & ex controuersis. Et infra. Constat hunc stupratum cum damnati essent qui rapuerunt.] Hoc debet esse initium alterius partis pro adolescente, ex eadem. Legendumque ex eadem. Constat hunc stupratum, condemnandi erant qui rapuerunt.

DECLAMAT. VII. Imperator post uictoriā eius.] Pronomen eius, tollendum, ex eadem. Et infra. Hos ego in die non recepissem.] Scribe, Hos ego interdum non recepissem, ex eadem. Et infra. Pugnaturus ostendi trecentos.] Lege pugnaturus ostendit trecentos, ex eadem. Et infra. Redeunt ut leges tollant.] Verbum, leges, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Infestus illis trecentis fuit quod iniquo eos collocauit loco, hoc ne argui posset non recepit.] Breuior uetus lectio. Infestus trecentis fuit. Iniquo collocauit loco. Hoc ne agi posset non recepit. Et infra. Mitte arma. Certè hoc lex non uetat.] Eadem: Mittite arma. Cer-

te lex non uetat. Et infra. De tyranno post abolitionem petente magistratum.] Scribe, de tyranno post abolitionem petente magistratum, ex eadem. Idem mendum castigandum paulo post. Et infra. Anno meo spondeo.] Legendum, Candidatus anno meo spondeo, ex eadem. Et infra. Cur honores tamdiu gesserit narret.] In margine quorundam scriptorum exemplariū annotatum inuenio. Cur honores tamdiu non gesserit narret, probatiore lectione.

IN LIB. VI. DECLAMATIONVM.

DECLA. I.

Dimidiam partem se hæreditatis sibi daturum si non respondisset.] Scribe, dimidiam se partem daturum hæreditatis si non respondisset irato patri, ex uetere lectione. Et infra. Quantum uiuo patre non potest soluere.] Eadem, posset habet, non potest. Et infra. Nec frater quidem tibi sine chirographo crediderit.] Eadem credidit agnoscit, non crediderit. Et infra. Alterius spe morior, alterius fide uiuo. Etiam patrimonium meum diuisum est.] Multis modis corrigi potest hic locus. Alterius spe morior, alterius fide ne uiuo etiam. Patrimonium meum diuisum est. Aut sic alterius spe morior, alterius fide. Me uiuo etiam patrimonium meum diuisum est. Aut aliis modis quos per se ingeniosus lector comminisci potest. Et infra. Chirographum danti impium, patri periculosum, accipienti turpe.] Error est in ordine uerborum. Scribendum chirographum danti impium. Accipienti turpe. Patri periculosum, ex uetere lectione. Et infra. Nolui recentem iram exagitare patris.] Exagitari uoce passiuæ legunt scripta exemplaria. Et infra. Quid enim timebam nisi si rescisset pater moleste ferret filium suum hominem auarum non esse fratrem pium.] Corrigendum puto. Quid enim timebam ne si rescisset pater moleste ferret filium suum hominem auarum non esse fratrem pium esse. Nam uetusta exemplaria habent fratrem pium esse. Et infra. Ita mihi contingat pater utrumque nostrum placere.] Vetus lectio. Ita mihi contingat patrem utriusque nostrum placere. Legendum puto placari, non placere.

DECLAMAT. II. Exulem tecto & cibo iuuare non licet.] Scribe liceat, non licet. Iubet enim lex non indicat, sicuti ostendit quod sequitur. Imprudentis cedis dānatus quinquennio exulet. Liquet hoc etiā ex multis quæ sequuntur locis. Et infra. A accusator ciuium me fecit exulem, filius etiam meorum.] Legendum puto finium, non ciuium, ut patet ex hypothesi. Et ultra. Absoluta es

inquit me aduocato foror.] Lego est, non es, ex uetere lectione. Et infra. Alii exule est tibi pater est.] Posterius uerbum substantiuum, est, non habetur in eadem. Reliqua mutato ordine uerborum legenda censeo ad hunc modum. Illi pater est tibi exul.

DECLAMAT. III. Ut si uellem non essem mendicus. Relinquerem fratrem in egestate matrem in seruitute.] Scribe, ex uetere lectione, ut si uellem non esse mendicus relinquerem fratrem in egestate & matrem in seruitute. Et infra. Circumscriptores dici solent qui aliquid sustulerunt.] Eadem abstulerunt agnoscit, non sustulerunt. Et infra. Obiici, inquit, non potest quod lege factum, imò non nisi quod ex lege factum est.] Corrige, Obiici inquit, non potest, quod lege factum est, imò nihil nisi quod lege factum est, ex eadem. Et infra. Ego nihil aliud quam diuisi.] Quaedam exemplaria. Ego nihil aliud egi, quam diuisi. Et infra. Quam multi per ignes perierunt.] Castigatus uetera exemplaria, quam quidam per ignes petierunt. Praecessit enim alterum quidam. Et infra. Habes enim partem, quam uoluisti.] In quibusdam exemplaribus, habes enim matrem quam uoluisti. Et infra. Et ut tantundem haberes nec pater uoluerat.] Coniunctio, & superuacanea est, ex uetere lectione.

DECLAMAT. IIIII. Testamento inuentus est haeres.] Scribe: Testamento inuentus est maritus haeres, ex eadem. Et infra. Quod est hoc uenenum.] Eadem. Quod enim illud uenenum. Et infra. Nemo enim tam palam uxori dedit uenenum.] Eadem, Nemo unquam tam palam uxori dedit uenenum. Et infra. Et quid te pudet?] Scribendum, Ecquid te pudet? & paulo ante pro: Quid iam putabatis futurum substituendum reor: Quid nam putabatis futurum. Et infra. Grauis illi & pestifera pars.] Lege illa, non illi, ex uetere lectione. Et infra. Id genus ueneni fuit quod pondere subsideret in imum. Potionem bibit iste, uxor uenenum.] Lego ex eadem. Id genus ueneni fuit, quod pondere subsideret. In imum potionem bibit iste usque ad uenenum, uxor uenenum. Exemplaria quaedam. In unum potionem bibit iste, caetera. Ut scribendum putem. In imum potionem bibit iste. Et infra. O, inquit, dignam quam innocens sequitur habetur, non sequitur.

DECLAMAT. V Bis in acie uictus.] Praepositio, in, superuacanea est, ex uetere lectione. Et infra. Visi sunt contra iudicium quidam.] Emenda, uisi sunt circa iudicium quidam, ex eadem. Et infra. Quod uim in iudicio suo fecerit.] Pronomen, suo, redundat, ex eadem. Et infra. Quae est ista mutatio contra

rerum

rerum naturam.] Lege, Quæ est illa contra rerum naturam permutatio, ex eadem. Et infra Cùm iudices sententiam ferrent extraxi gladium.] Eadem, Cùm iudices sententias suas ferrent strinxi gladium. Et infra. Quid potestis inquit queri? quòd obfidem uobis uxorem adduxi.] Puto legenda hæc uerba & præcedentia ad hunc modum. Barbaros circa iudicium fuisse non propter iudicium armatos, sed propter morem suum quid potestis queri. Quid inquam? Obsides uobis adduxi, partim ex uetere lectione, partim ex coniectura. Nam uerbum, uxorem, adiectitium est, & in nullo scriptorum codicum habetur.

DECLAMAT. VI. Morietur timeo ueneficam.] Scribe, Morietur teneo ueneficã: ex uetere lectione. Nam ex uerbo, Morietur, coniectat ueneficium. Et infra. In qua adulterium argumentum est.] Quædam exemplaria adulterii agnoscunt, non adulterium. Et infra. Veneficium nec denunciatum credidi.] Vetus lectio. Veneficium, nec denunciatum quidem credidi. Et infra. Quæ non minus quàm pater filiam luget.] Verbum, pater, superuacaneum est ex emendatioribus codicibus.

DECLAMAT. VII. Dementia fit actio.] Admonuimus sepe legendum sit, non sit fauente etiam uetere lectione. Et infra. Intrauit ad eum stricto gladio pater, & rogauit filium ut indicaret causam sibi.] Aliter eadem. Intrauit ad filium stricto gladio pater, Rogauit ut indicaret causam sibi. Et infra Cessit illi uxorem suam pater. Ab alio accusatur dementia.] Eadem, Cessit illi uxorem pater. Ab altero accusatur dementia. Et infra. Prius amare cœpi quàm duxeras.] Eadem aliis uerbis, sed eodem sensu. Amare antequam duceres cœpi. Et infra. Cui adulterium pro ueneficio imputatum est.] Quidam codices, imputandum habent, non imputatum, quod magis sensui quadrat. Et infra. Simulatum morbum derisum animo turpissimo patrem.] Deest coniunctio, &: Ut fit, & derisum animo turpissimo patrem, ex uetere lectione.

DECLAMAT. VIII. Aut experta iuras aut inexperta peieras.] Eadem, aut experta uirum aut inexperta petebas. Vtraque lectio defendi potest. Impressæ uerba sequentia fauent. Sacerdos raro iuret, nec unquam nisi per suam Vestam. Et mox aliquanto. De illius morte, scribe, antequam iurabis de tua. Et infra. Et hic quidem non totus.] Vetus lectio, ne hic quidem totus eodem sensu. Et mox paulò, nulla potest pro non potest. Et infra. Non conuersatio cum uiris licentior.] Eadem licentiosior, non

licentior.

IN LIB. VII. DECLAMATIONVM.

Argumenta enim argumentis colligebat.] Vetus lectio colligabat, non colligebat. Et infra. Omnes probationes probationibus aliis confirmabat.] Exemplaria quaedam propositionibus agnoscit, non probationibus, sicuti è contrario in eo quod sequitur. Omnis quaestio suam propositionem habebat.] Probationem, non propositionem nonnulli codices legunt, ut mox exercitationem, pro excusationem. Et infra. Nihil est tam inimicum quam manifesta praeparatio.] Mimicum legendum, non inimicum, ex uetere lectione. In quarto autem controuersiarum, iniquum. Et infra. Locum beatæ implebat.] Loca, non locum, eadem. Et infra. Non defendi sed inquinari.] Eadem, non deferrì, sed inquinari. Et infra. Ut uitia sua excusare malint quam effugere.] In eadem, effugare habetur, non effugere. Et infra. Quem proxime dicentem commodè audierat.] Commodum, non commodè, eadem, hoc est nuper. Et infra. Admiratione Hermagoræ stupentem.] Hermacotæ, non Hermagoræ, in quarto controuersiarum, idq; frequenter. Et infra. Idiotismus est inter oratorias uirtutes res.] Vetus lectio. Idiotismos, Græca terminatione, quod & rectius. Et infra. Quamuis pœnituisset libebat audire.] Scribendum puto, audiri, non audire. Posset etiam legi audere. Et infra. Induxit eiusmodi figuram qua illi omnia crimina retegeret.] Vetus lectio, induxit eiusmodi figuram quæ illius crimina detegeret. Et infra. Surrexit. L. Aruntius ex diuerso, ut cœpit conditionem iurauit.] Legendum arbitrator. Surrexit Aruntius ex diuerso. Accepit conditionem, iurauit. Et infra. Non tuli conditionem.] Vetus lectio. Non detuli conditionem. Et infra. Rebus iam ultimis praeparabant.] Properbant legendum puto, non praeparabant. Et infra. Cum uolo dico allum. Vti uolo dico quandiu uolo.] Sic prior æditio. Legendum reor. Cum uolo dico. Absum uti uolo. Dico quandiu uolo. Et infra. Ut perueniat nescio quo terrarum.] Videntur uerba hæc adiectitia esse. Nullibi enim comparent in tota uetere lectione, etiam si paulò post repetantur. Et infra. Paucas enim res bene dixit.] Vetus lectio, bonas agnoscit, non bene.

DECLAMATIO I. Licuisset mihi per fratrem aliter quam parricidæ mori.] Licuisse, non licuisset, habetur in eadem, & in quarto controuersiarum. Et infra. Ego inquit fratrem occidere

non potui.] Verbum, inquit, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Et tempestates horridæ absconderant diem.] Coniunctio, &, redundat, ex eadem. Et infra. Non potui facere parricidium.] Scribe, Non putavi facere parricidium, tum ex eadem, tum etiam quia mox statim sequitur, & factum putavi. Et infra. Vtrum uideatur uobis innocentiam apud piratas didicisse, an'ne apud piratas quidem perdidisse.] Breuius eadem. Vtrum uideatur uobis innocentiam apud piratas didicisse an perdidisse. Et infra. Nihilominus sc̄uit.] Sc̄uis legendum, non sc̄uit, ex eadem. Et infra. Non putatis misericordem qui quem damnauit fratri puniendum dedit.] Eadem. Nam putatis, cætera. Legendum forte. Num putatis per interrogationem ducetem ad negationem. Et infra. Narra patri quomodo te dimiserit. Sic dimissus nocens est iste, sed mihi frater iste.] Eadem. Narra pater quomodo te dimiserit sic dimissus. Nocens est iste, sed mihi frater est. Et infra. Dixisset inquit te non posse.] Dixisses lege, non Dixisset, ex eadem.

DECLAMAT. II. Et à Cicerone defensum.] Actione, non à Cicerone plerique habent codices.

DECLAMAT. III. Certe nec secreta fallunt.] Vetus lectio, certe nec secreta te fallunt. Et infra. Accessi ad hæc supplicia.] Eadē. Accessi ad hæc supplicia mea. Et infra. Quod ergo negat parricidium est.] Verbum, ergo, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Mihi inquit parauit non bibit.] Duæ dictiones, non bibit, aduentitiæ sunt, ut ex eadem apparet. Videturq; ita esse, quia paulò antè præcesserunt.

DECLAMAT. IIII. Victa mater cathenas denunciatur uictori.] Eadem. Vincita legit, non Victa, & mox ante. Vni uinculis duos alligat.] Eadem. Vnum uinculum duos alligat.

DECLAMAT. V. Quidam mortua uxore ex qua priuignū habebat.] Omnia ferè scripta exemplaria filium agnoscunt, non priuignum. Et infra. Iussit à se migrare.] Vetus lectio, iussit cum à se migrare. Et infra. Rumor erat de adulterio procuratoris & uxoris.] Eadem. Rumor erat de adulterio matris & procuratoris. Et ultra. In cubili suo pater occisus est inuentus.] Cubiculo, nō cubili, eadem. Et infra. Prima pars pro procuratore.] Corrige, Contra procuratorē prima pars pro filio, ex eadem. Et infra. Da puerum. Nemo est uno teste contentus. Da populum.] Castigo, Dabo, puerum. Aliquis non est uno teste contentus. Dabo populum. Et infra. Pars altera pro priuigno.] Scribe, Pars
m m s altera

altera pro procuratore. Sed notandum hoc lemma in alieno esse loco. Poni enim debuit ante illa uerba. O magna peruersitas seculi. Nam illud. Dic puer quis occiderit patrem usque ad. O magna peruersitas seculi ad superiora pertinet, ex uetere lectione. Et infra. Ostende illud non uulnus, sed argumentum. Ostende uulnus percussor. Ille quam timuit ne occideret. Tam leuiter uulnerauit.] Corrige ex uetere lectione. Ostende tu istud non uulnus, sed argumentum. Ostende uulnus. Percussor quam timuit ne occideret tam leuiter uulnerauit. Et infra. Non illa dextera cui nec paries obstabat nec pater.] Negatio, non desideratur in omni uetere lectione, & substitit agnoicit ea, non obstabat Et infra. Nec dicere ineptias nec ferre poterat.] Eadem, nec dicere res ineptas, nec facere poterat.

DECLAMAT. VI. Illis contigit mutare nuptias.] Corrigen- dum puto. Illis contigit uitari nuptis, ut paulò post. In aliis uocatur stuprum, in hac matrimonium. Et infra. Sicut tyrannus iratus alienas.] Lege, ut tyrannus iratus alienas, ex uetere lectione. Et infra. Num est illi præmium.] Correctius. Non est illi præmium? per interrogationem. Et infra. Conuenite libertini emptæ cognatio.] Mallem legeres ineptam cognatio.

DECLAMAT. VII. Sero attulisse aurum filium crucifixum esse.] Lege, sero attulisse aurum ad redemptionem filium crucifixum esse, ex uetere lectione. Et infra. Cauete proditorem.] Eadem, proditorem, non proditorem. Et infra. Quid tam cito redis.] In eadem. Quid tam cito redis. Et infra. Dicis affectus meus non sustinet moram.] Verbum, meus, superuacaneum est, ex eadem. Et infra. Quæritis quid dixerit.] Lego, Quæritis quem dixit? ex eadem. Et infra. Ad summa festiuauit.] Summam legito, non summa, ex eadem. Et infra. Proponite supplicii faciem.] Scribe, Proponite supplicii faciem. Carnificem, securim, ex eadē. Et infra. Minus est quod uitiauit quàm quod negauit.] Eadem. Minus ergo est quod uitiauit, quàm quod negauit. Et infra. Hic id egit.] Scribe, Hoc id agit, ex eadem. Et infra. Ne adiicit non amplius quàm semel.] Eadem. Non adiicit ne amplius quàm semel.

IN LIB. VIII. DECLAMATIONVM.

DECL. I.

FAciant iudices in foro quod domi feci. Matrem mori prohibes.] Corrige, Faciã iudices in foro quod domi feci. Matrem mori prohibeo, ex uetere lectione. Et infra. Non obfuturus ue-

ni.]

ni.] Quidam codices affaturus. Alii effaturus. Lego, affaturus hoc est patrocinatorus. Et ultrà. Non est confessio ubi eam accusator eruit. Negat rea. Tortor expressit.] Vetus lectio. Non est confessio, nisi cum accusator eruit, negat rea, tortor expressit. Et infrà. Viso contra spem filio expirasse.] Eadem, uiso circa spem filio expirasse. Lego, uiso circa spem filio expirasse.

Et infrà. Non fecit orbata.] Eadem orba habet, non orbata. Et infrà. Iratis inquis diis sacrilegium potui committere.] Scribe ex eadem. Vel iratis inquit diis. Sacrilegium potui committere. Et infrà. Quid ergo fecit.] Quis legèdum, non Quid, ex eadem.

DECLAMAT. II. Disposueramus quidem ut aliis templis quoq; simulacra Phidias faceret.] Commuta dictionū ordinem, ut aliis quoq; templis simulacra cætera, ex eadem.

DECLAMAT. III. Maritus reuersus duxit ancillā uxoris.] Omnis antiqua lectio abduxit habet, non duxit.

DECLAMAT. IIII. Homicida insepultus abiiciatur. Scribe, Homicida in se insepultus abiiciatur, ex eadem. Et infrà. Et quàm inuidiosum quòd Catonem occideres.] In eadem, & quidem inuidiosum quòd Catonem occideres. Et infrà. Non perdideras sepulturam nisi in morte reperisses.] Eadem. Cur perdideras sepulturam cætera. Scribo, Curti perdideras sepulturam cætera. Confirmant hanc lectionem uerba quæ sequuntur. Curtius deiiciendo se in præcipitem lacum fatum sepulturæ miscuit. Et infrà. Non aliud Codrus cæteris imperatoribus dedit exemplum.] In quibusdam exemplaribus. Non aliud Codrum illum cæteris imperatoribus ædidit exemplum. Et infrà. Non postulo ut gloriosum sit, sed ut tutum sit mori.] Vetus lectio breuior & emendatior. Non postulo ut gloriosum, sed tutum sit mori. Et infrà. In quem nescio. Scelus cogitat.] Quædam exemplaria. In quem nescio. Quod solum scio, scelus cogitat.

DECLAMAT. V. Tu fecisti bellum ego sustuli.] Corrige, Tu fregisti bellū ego sustuli, ex uetere lectione. Et infrà. Quod non uis in paternam domum uenire.] Tria hic uerba desiderabantur, legendum enim, quod non uis in paternam domum uenire sine tuo præmio, ex eadem. Et infrà. Ut possim abdicari.] Scribe, ut possit abdicari, ex eadem.

DECLAMAT. VI. Dum flere focer sinat.] Desinat lege, non sinat, ex eadem. Et infrà. Putat me iam filiam cōmississe sibi hic, cum nec dum se committat uxori.] Corrige, Putat me iam filiam

commisisse sibi, cum hic nec dum se committat uxori, ex eadem.

Et infra. Inter terram & caelum dubii pependimus.] Antiquus quidam codex, inter mare terramq; dubii pependimus. Et infra. Erat in summis montium ardua diuitis spelunca, Illic iste naufragorum reliquias computabat.] Corrigo, Erat in summis montium iugis ardua diuitis specula. Illinc iste, caetera. ex uetere lectione.

Et infra. Naufragium duo sacratissima inter homines acceperunt.] Exceperunt eadem, non acceperunt. Et infra. Quid mihi superest.] Scribe, Quid enim superest, ex eadem. Et infra. Etiam sibi explorata.] Eadem, sibi etiam explorata. Et infra. Partem legis amputaturus es.] Imputaturus, eadem praefert, non amputaturus. Et infra. Queritis quid dum fletet faceret.] Eadē. Queritis quid flere fecerit? Et infra. Quas non habet.] Negatio, non, superuacanea est, ex eadem.

IN LIB. IX. DECLAMATIONVM.

DECLAM.I.

CALLIAS sordide diues natus.] Scribo mutato dictionum ordine. Callias diues sordide natus, ex uetere lectione. Illud notandum Plutarchum & Aemilium Probum dissentire à Seneca in hac Cimonis historia prodentes Elpinicem Cimonis sororem filiam Miltiadis nupsisse Calliae, quòd Cimonem ex uinculis liberasset soluto pro eo aere alieno quod Miltiades pater contraxerat. Nota est historia. Et infra. Illius calamitatum exitus fuit carcer.] Eadem, quòd illius calamitatum exitus fuit carcer.

Et infra. Vnius Miltiadis census inuentus est. Cimon filius redemptus.] Scribe hac disputatione. Vnius Miltiadis census inuentus est Cimon filius. Redemptus Cimon redemptoris infelicitas est, ex eadem. Et infra. Tu quod Cimonem.] Post haec uerba sequi debet ex codicis antiqui annotatione. Sed recepimus ego à carcere liberatus à te, tu ab adultera filia per me. Et infra. Beneficium est quod totum eius causa praestatur reliqua.] In quibusdam exemplaribus tantum legitur, non totum. Et infra. Vbi aliquis ex eo quid sperat aut impetrat.] Vetus lectio. Vbi aliud ex eo quis sperat aut praeparat. Et infra. Huic uirgini. Omnes & quicumque uitiatas filias uel clauerunt uel occiderunt.] Eadem. Huic uirgini hos, non huic uirgini. Omnes. Corrigendum puto. Habes uirginios & quicumque, caetera. Nota est historia Virginii, qui Virginiam filiam occidit, ne uitiaretur ab Appio Claudio decemuiro. Et infra. Ego non expectaueram donec rogarer.] Eadem. Ego non expectaueram donec rogares. Et infra. Multas

quæst

quæstiones rhetorici & poetæ Romani.] Orationes, non quæstiones, eadem habet. Sequitur statim. A Græcis dictas non surripiunt.] Existimo negationem redundare. Et infra. Thucydidis sententia est.] Post hæc uerba succedunt in exemplaribus scripta græca uerba, sed tam deprauate scripta ut nulla ratione legi queant. Et infra. Cùm sit præcipua in Thucydide uirtus breuitas.] Scribe, Sic cum præcipua sit in Thucydide uirtus breuitas, ex eisdem. Et infra. Et suis cum claustris cecidit.] Corrige, & suis eum castris occidit, ex eisdem. Et infra. Nam in sententia græca quæ saluo sensu detrahas de me.] Scribe, Nam in sententia græca breui(quæ saluo sensu detrahas) deme, ex eisdem. Post hoc autem uerbum, deme, sequuntur græcæ dictiones æque ac superiores uitiose scriptæ, ut nullus sensus erui omnino possit. Et infra. Constat etiam si non æque tamen integra.] In antiquo quodam exemplari. Constat sensus, reliqua desiderantur. Et infra. Titus etiam Liuius.] Vetus lectio. Titus autem Liuius.

Et infra. Vt hanc sententiam uituperaret tanquam translata & corruptam dum transferretur obiiceret.] Castiga, ut hæc ipsam sententiam, & tanquam translata & corruptam dum transferretur obiiceret, ex eadem.

DECLAMATIO II. Flaminius prætor Romanus in cæna à meretrice rogatus.] Proconsul, non prætor fuit Flaminius hic, exemplar quoque antiquum Pr. habet, non prætor. Nota historia ex Valerio Maximo, Liuijo, Cicerone, & reliquis. Quartus item liber controuersiarum, proconsul agnoscit, non prætor. Sed hoc in medium relinquatur. Vetus item omnis lectio inter cœnandum, agnoscit, non in cæna. Eandem mendam inferius quoque leges. Et infra. Nihil aliud quàm occiditis.] Eadem. Nihil aliud nisi occidis. Et infra. Non inquire totum annum.] Legendum, non inquiri in totum annum, ex eadem. Et infra. Et ante mensam deosq; crudelitatis uictima agnoscitur.] Crudelitas habent plerique codices, ut sit exclamatio parenthesi inclusa. Et infra. Lege potius quàm scorto cadat.] Elegantius, uetus lectio, legi habet, non lege. Et infra. Percussurus ad prætorem licetor respicit.] Præpostero ordine scripta uerba. Lege, Percussurus licetor ad prætorem respicit. Et infra. Nunc nec quicquam uiribus populi detractum est.] Permuta hic quoque uerba. Nunc nec uiribus quicquam populi detractum est, ex eadem. Et infra. Et ante hunc alii fuerunt quibus æstimari possunt.] Ex quibus æstimari possunt, eadem agnoscit. Et infra. T. Liuius de oratoribus.]

In

In quarto controuersiarum. Ruffus Vibius habetur, non T. Liuius. Et infrà. Mirridius dixit tetraculo.] Murrhedius uidetur legendum, non Mirridius, ex omni uetere lectione. Adstipulante etiam quarto controuersiarum. Et infrà. Vt expleretur circuitus.] Senus non circuitus habent ueteres omnes codices.

DECLAMAT. III. Facta conuentaq; legibus rata sint.] Scribe, Pacta conuenta legibus facta rata sint, ex eisdem. Et infrà. Erxpositos qui cognouerint solutis alimentis recipiant.] Castigo, Epositos qui agnouerit solutis alimentis recipiat, ex eisdem, et si sint nonnulli codices, in quibus legatur nouerit, non agnouerit. Sed agnouerit legendum esse indicant uerba sequentia. Agnitio diuidet quos iunxit etiam expositio. Item in quarto controuersiarum non aliter habetur. Et infrà. Cum alienis diuidimus liberos quos non diuidimus cum matribus.] Quaedam exemplaria. Cum alienis diuidimus liberos? Graue est quos non diuidimus cum matribus. Et infrà. Vna sunt nati. Vna expositi, cætera.] Verbum, sunt, non habetur in aliquot exemplaribus.

Et infrà. Pactus sum flens tremens tanquam exponerem.] Scribe, tanquam cum exponerem, ex uetere lectione. Et infrà. Vtrunque potest ex hoc iudicio patrem dimittere.] Potestis eadem, non potest. Et infrà. Dixit Catherius quibusdam quærentibus.] Scribendum, Q. Aterius, non Catherius, ex eadem. Nam in quarto controuersiarum. Arterius minus deprauate. De hoc Aterio multa superius in præfatione quarti libri. Et infrà. Mecœnas dixit.] Vetus lectio. Nermas dixit. Sequuntur statim in scriptis codicibus græca uerba uitiatissimè exarata. Et paulo post sequitur denuo sententia græca pari perturbatione characterum post uerba illa male uicit.

DECLAMAT. IIII. Petuntur manus.] Eadem. Petuntur eius manus. Et infrà. Hoc excusat Saguntinos.] Scribe, Hæc non Hoc, ut referatur ad necessitatem, ex eadem. Et infrà. Sed nec iste occidisset.] Cæcidisset eadem, non occidisset. Et infrà. Quid interest lege excipere.] Scribendum puto cum distinctione. Quid interest lege excipere, cætera. Et infrà. Nomine meo ageret.] Lege, nemo nomine meo ageret, ex uetere lectione. Et infrà. Ab Appio pro consule cū quo in Cretam Sabinus uenerat.] Oppio, non Appio, & ierat, non uenerat, legunt nonnulli codices, & in quarto controuersiarum, secutus erat in provinciam Cretam ocium flammā, ut illic quoq; legendum forte sit. Oppiū, non ocium. Et infrà. Sed interpretati petebant ut illum honorē Sabinus ter-

tio gereret.] Vetus lectio, sed bene precati Cæsarem petebant ut illum honorem, cætera. Legendū puto. Cæsari, non Cæsarem. Et infrà. Idem etiam cum reus rogaret, ut in Latomias transferretur. Nec nunc inquit quenquā nostrum decipiat nomen Latomias illa animo meo lauta res est.] Emenda. Idē etiā cum reus rogaret ut in Lautomias transferretur. Ne nunc inquit quenquam uestrū decipiat nomen. Lautumias illæ minime lauta res est ex quarto controuersiarū. Lautumias autē scribendum esse, nō Latomias, docet tū iocus hic Fabini, tū uetus oīs lectio, in qua nunquā aliter habetur.

DECLAMAT. V. Illa uis est quæ arma, pugnā, uulnera non habet.] Scribe, nulla, nō illa, ex eadē, & quinto controuersiarū. Et infrà. Describe istius comitatū tumultus unus, & unus sonus est.] Senex præfert omnis antiqua lectio & quintus controuersiarum. Ex quo puto legendum in totū sic. Describe istius comitatum tumultus. Unus puer & unus senex est. Et infrà. Sustuli imò uenientem non potui excludere.] Sustulisti per maiorem uetus lectio, non sustuli. Et infrà. Si quis obsessam latronibus armata manu coniugē liberosq; rapuisset. Beneficiū erit meū.] Corrige, Si cuius obsessam latronibus armata manu coniugē liberosq; rapuisset beneficiū erit meū, ex eadem. Et si puto mutilatū esse locū, quod liquet conferēti cū eo quintū controuersiarum. Et infrà. Quisquis puero fauit ne inueniretur optauit.] Quintus controuersiarū, quisquis puero fauet ne inueniatur optet. Illustriore sic sensu.

Et infrà. Sed ut infamaret uxore ueneficii me ueneficæ mancipauit. Cum focero mihi iudices ne uiua quidē uxore per omnia conueniat.] Emendo. Sed ut infamaret uxore ueneficii, me ueneficæ mancipatū. Quid mihi etiā focero iudices, cū quo ne uiua quidē uxore priore cōuenit, ex quinto cōtrouersiarū, ex uetere lectio ne. Et infrà. Auspicās quid accidit.] Auspicās quicq; accidit, eadē.

DECLAMAT. VI. Dixit consciam puellam. Peritur duci ad supplicium puella.] Filiam, non puellam, eadem. Item dictio, duci, redundat, ex eadem. Et infrà. Quod amauit te pater.] Eadem frater agnoscit, non pater, & item quintus controuersiarum. Et infrà. Quem armatus fugerat nudus sequitur.] Scribe insequitur, non sequitur, ex eadem. Et paulo ante commordent habet omnis antiqua lectio, non inuadunt. Ad stipulante etiam quinto controuersiarum.

IN LIB. X. ET VLTIMVM DECLAM.

DE INDE iam pudet tanquam diu non seriam rem agam.] Scribe per maiorem. Deinde iam pudet me quandiu non seriam

DECLAM. I.

seriam rem agam, ex uetere lectione. Et infrà. Et admittite uel actum iureiurando.] Eadem, & admittite uel adactum iureiurando. Sextus controuersiarum dimittite, non admittite. Et infrà. Deinde litigari similior quàm agenti.] Sunt exemplaria quae legant, non deinde, sed demum. Et infrà. Et in altercatione uires suas nouerat.] Sextus controuersiarum, & in altercationem peruenire. Vires suas nouerat. Et infrà. Illos enim cum destituerit cura labor adiuuabat, ii coloris minus habent negligentiae non minus.] Legendum puto ex sexto controuersiarum. Illas enim cum destitueret calor labor adiuuabat. Hi coloris minus habent negligentiae, non minus. Et infrà. Nouissime quidem lepide.] Omnis prisca lectio, lepido, agnoscit, non lepide. Et infrà. Faciebat enim censorium supercilium.] Legendum puto ei, non enim, & sunt codices in quibus utrunque uerbum habetur. Faciebat enim censorium supercilium ei. Et infrà. Nemo erat quin cum homini omnia obiecerat ingenio multum tribueret.] Scribe, Nemo erat qui non cum homini, caetera. ex sexto controuersiarum. Et infrà. Supplicia de studiis sumi.] Supplicium non supplicia legendum, ex uetere lectione. Et infrà. Conquirite in uos ipsos noua quibus pereat, & si quid, caetera.] Lege, Conquiritis in uosmetipsos noua quibus pereat. Et si quid, caetera. partim ex eadem, partim ex coniectura. Et infrà. Inuenit quemadmodum perducatis eandem rem corporis. Malam facem studiis subdere.] Scribendum opinor. Inuenitis quemadmodum perducatis ad eandem rem corporis mala, facem studiis subdere. Nam uetus lectio, ad eandem rem habet. Et infrà: Atque ita includi ueritus ne ignis qui nomine suo subiectus erat corpori negaretur.] Legendum forte, atque inibi uri, ueritus scilicet ne ignis qui nomine suo caetera. Nam uerbum, scilicet, in omni habetur uetere lectione. Posset etiam legi, incendi, non includi. Et infrà. Magnam partem illorum librorum conuoluisse.] Exemplar peruetus non illorum librorum agnoscit, sed illius libri, ut forte legendum, sit stili liberi: quam lectionem penè astruunt sequentia uerba. Et infrà. Quem à Gallione uestro petatis.] Quem à Gallione nostro petatis, controuersiarum sextus. Et infrà. Recitauit rescriptum Labieno.] Vetus lectio. Recitabit rescriptum Labieno. Et infrà. Caelo repluerunt.] Eadem repluunt habet, non repluerunt, ad stipulante etiam sexto controuersiarum. Ut forte non caelo repluunt, sed unica dictione

diſtione cælo repleum legendum ſit. Et infrà. Cum illo me perduxeritis.] Non perduxeritis, ſed perduxiffetis, eadem præfert. Et infrà. Poteram quidem dicere aue Oſci, ipſe ab eloquentia multum aberat.] Corrigendum, Poteram quidem dicere aue. Oſcus ipſe ab eloquentia multum aberat, ex eadem. Et infrà. Declamatori ſubtili & arido.] Sextus controuerſiarum, declamatori ſubtili, ſed arido. Et infrà. Nulli non poſt primum tetracolum præferendus. Primum tetracolum quorum faciam quæritis.] Scribendum utrobique tetradeum, non tetracolum, ex omni uetere lectione, & ſexto controuerſiarum. Latini quaternionem uertent. Et infrà. Latronis, Fulci, Ceſtii, Albutii Gallionis.] Verbum, Ceſtii ſuperuacaneum eſt, ex eadem. Alioqui, non tetradeum eſſet, ſed pentadeum. Et infrà. Dum in his ad ſatiætatem ueſtram me præſtiterim.] Eadem, non Dum in his habet, ſed Quamuis. Legendum reor, Quum uobis, & in ſexto controuerſiarum. Cum bonis legitur, non Dum in his. Et infrà. Permittite me mihi & aliquos ex ſinu proferre.] Verbum, me, deſideratur in eadem.

Et infrà. Cauſas agentem in trachinenſi Colonia.] Sextus controuerſiarum Terraconenſi legitur, non Trachinenſi. Scribo terracinenſi, ex eadem, Terracinam autem Volſcorum lingua Anxur, Latii oppidum eſſe Plinius tertio, Strabo quinto, & cæteri gregatim docent. Et infrà. Quam conſequi quantum ſequi poſſet.] Verbum, ſequi, in ſexto controuerſiarum deſideratur. In quo poteſt legitur, non poſſet, rectius. Et infrà. Inſidioſe aliquid petentes.] Scribe, Inſidioſas aliquid potentes, ex eodem ſexto. Et infrà. Nunquam de colore latroni controuerſiam fecit.] In eodẽ ſexto. Nunquam non de colore latroni controuerſiam fecit. Et infrà. Aut aliquo quo declamare poterat tempore.] In eodem, aut aliquando declamare poterat ex tempore. Vetus lectio, aut aliquam quod declamare poterat tempore. Scribendum puto, aut alio quam quo declamare poterat tempore. Et infrà. Negabat itaque ulli placere poſſe.] Vtique legendum, non itaque, ex eadem. Et infrà. Sed quia circumſpectus cauſæ.] Eadem, ſed quia circumſpectus eſſet. Et infrà. Nemo diligentius propoſuit.] Eadem expoſuit, non propoſuit. Et infrà. Vt ſi quid illi deſuit, ſcias loco deſuiſſe.] Sciatis, non ſcias, eadem præfert rectius, ad plures enim uerba habet, ut ex præcedentibus liquet. Et infrà. Filius quoque eius id eſt meus.] Scribe, Filius quoque eius idem meus, ex ſexto controuerſiarum, & paulo poſt controuerſiam non paternam, ex eodem. Et infrà. Quæ uires ingenii ſui ex induſtria retundit.]

Qua, auferendi casu, non quæ, & uetus lectio, & sextus controuersiarum habent. Et infrà. Horum omnia non me animo maiore, sed certo posuisse iudicio.] In eodem sexto. Horum nomina non me à nimio fauore, sed à certo posuisse iudicio. Vetus quoque lectio, à certo agnoscit. Et infrà. Quod sordidatus fui lugentis est.] Luctus, non lugentis legendum, ex eisdem castigatus. Et infrà. Vitium me meum sequatur.] Indicandi modo sequitur, non sequatur, in eisdem habetur. Et infrà. Accusa inquit rem perage.] Scribe, Accusa inquit reum perage, ex sexto controuersiarum. Et infrà. Mortuo patre meo metuo ne quis se lædi putet si dixero occisum.] Scribe per minorem & adiunge superioribus, Mortuo patre meo. Metuo ne quis se lædi putet si dixero occisum. Et infrà. Quid accusanti fecisset qui persequitur tacentem.] Relatiuum, qui, habetur quidem in sexto controuersiarum, in codice autem uetusto superfluit.

DECL. II. Viro forti præmium si plures erunt iudicio contendant.] Legendum puto. Viro forti præmium sit, uel Viri fortis præmium sit. Plures fuerint iudicio contendant. Nam antiqua pleraque exemplaria. Viri fortis præferunt, non uiro forti, & fuerint, non erunt. Et infrà. Qui neque ipsi patri celsit.] Malim legere, ipse, quam ipsi. Et infrà. Alter percepit.] In quibusdam codicibus percipit legitur rectius, ut præsens præsentis adiungatur.

DECL. III. Sic tibi satisfieri uelle nec debuisti. Nam.] Hæc uerba in nulla uetere lectione habentur. Et infrà. Et ne hoc ille propter filiam fleuit.] In sexto controuersiarum, & hoc illi propter filiam præstitit. Et infrà. Videas an sub istis exemplis, patri fortius liceat tantum loqui.] Vetus lectio. Vide an sub istis exemplis patri forti liceat tantum loqui. Et infrà. Iam morte patris quæsiuit inuidiam.] Lege ex eadem. Etiam morte patri quæsiuit inuidiam.

DECL. IIII. Si iste miseretur.] Scribe, Sic iste miseretur, ex sexto controuersiarum. Et infrà. Integer alitur & debiles alunt.] Tollenda coniunctio, &, ex uetere lectione. Et infrà. Ita non infelicius sic sunt.] Eadem. Ita ne? Infelicius superfluit.

Et infrà. Interroga pueros.] Scribe ex eadem, interroga patres. Et infrà. Num incredibilia loquor.] Eadem. Nec incredibilia loquor. Et infrà. Cum tam crudelis sit misericordiam publicauit.] Corrige, cum tam crudelis sit misericordia publicauit, ex uetusto exemplari. Et infrà. Et hodie uobis præmium

rogate.] Scribo, primum, non præmium, ex uetere lectione, & sexto controuersiarum. Et infra. Solet autem dicere.] Eadem, Solent etiam docere. Et infra. Ergo tu cum de publica misericordia cogitas.] Cogitaris, non cogitas, eadem, Lego cogitares, ex sexto controuersiarum. Et infra. Potest etiam aliquis.] Scribendum. Potest enim aliquis, ex uetere lectione. Et infra. Et qui ne me alere quidem nedum alios possum.] Ordo uerborum inuersus. Lege, & qui ne me quidem alere nedum alios possum, ex eadem. Et infra. Vnius misericordia uiuunt & omnium aluntur.] Dele coniunctionem, &, ex eadem. Et infra. Illudunt & detrudunt.] Pleraque omnia exemplaria. Illudunt & detrahunt. In aliis, Illudunt tantum habetur, reliquis redundantibus.

D B C L. V. Ad exemplum torti Prometheum pinxit.] In nonnullis codicibus, & ad eius exemplum Promethea pinxit. Et infra. Ideo templa Mineræ fugimus.] Nonnulla exemplaria, ædem Mineræ fugimus, quibus suffragatur sexus controuersiarum. Alia, Ad eò templa Mineræ fugimus. Et infra. Scis certe quàm tristem emeris.] Scies legendum, non scis, ex uetere lectione. Et infra. Torqueatur hic nec sub Philippo moriatur. Hic nec sub Ioue.] Corrige, Torquetur. Hoc nec sub Philippo. Moritur, Hoc nec sub Ioue, ex sexto controuersiarum. Et infra. Senex longa miseriarum tabe confectus.] Videtur hoc loco uerbum, senex, uagum esse & debito uerbo fraudatum. Proinde arbitror reponenda esse duo uerba quæ in sexto controuersiarum habentur, omissa ut puto negligentia librarium. Legendumque. Producit nobilis senex longa miseriarum tabe confectus. Et infra. Quæcumque præco uiderat ibi flentem.] Verbum, ibi redundat, ex quibusdam codicibus. Et infra. Statuit ex altera parte Parrhasius.] Vetus lectio, statuit reum ex altera parte Parrhasius. Sextus controuersiarum per maiorem. Statuitur ex altera parte Parrhasius. Et infra. Dubium est inter ista Parrhasius studiosus pinguat an scuiat.] Corrige, Dubium est inter ista, Parrhasius studiosus pingat an ille scuiat, ex sexto controuersiarum. Et infra. Ignis tormenta, ferrum, officina. Hoc pictoris an Philippi est.] Scribendum, Ignis, ferrum, Officina hæc pictoris an Philippi est, ex sexto controuersiarum. Et infra. Deorum crimina in templo picta sunt.] Templis, non templo habet uetus lectio, & exemplaria quædam, scis, agnoscunt, non sunt. Et infra. Noctu parietem domus eius perfodit.] In aliquot codicibus uerbum, domus, non habetur. Et infra. Id solum sustuli.] In sexto

controuerfarum. Id solum fustulit. Et infrà. Profiteor indi-
 cium furti.] Deest uerbum, mei, ex omni antiqua lectione, ut fit,
 furti mei. Et infrà. Cur me fammoues ante actionem.] Eadem
 accusationem præfert non actionem. Et infrà. Quale id specta-
 culum fuit.] Eadem, Quale istud spectaculum fuit. Et infrà.
 Consilium uideri uult infelicitatem furti sui.] Lego felicitatem,
 non infelicitatem. Felix enim fuit qui hostiles literas inter-
 cepit. Probant id etiam uerba sequentia. Sustulit quod
 non elegit, sed quod illi fatum publicæ felicitatis
 obiecit. Et infrà. Lex quæ noctur-
 num furem occidi iubet.] Ver-
 bum, iubet, in quibusdam
 exemplaribus non
 habetur.

*

I N D E X.

Aegyptios quatuor elementa fecille	72 *	Affectuum discordia in hominibus	863
M. Aelius, uel Accius, a.	21	Affectibus ueris aliquid dari	525
Aenae pietas in patrem, a.	66	Africanus furibundus, b.	121
Aenae pietas in parentes, a.	146	de Africano uersus scripti	562
Aeneatores	632 *	de Agricola & praëceptore	256
Aequalis	194 *	Agricolae & beneficiorum comparatio	24
Aequalitas æquitatis prima pars	249	Agamemnon	334
Aequinoctium, b.	120	M. Agrippa	63.144.490
Aequitas per se expetenda	483	Agrippina Nerōis mater	187 *
Aër quando purior	107 *	Agrippinensis colonia	195 *
Aër continuus terrae, b.	34 *	Aio	199 *
Aër & coelo & terris cohaeret	34 *	Aiacē furor in mortē egit	706
Aër aptus & uoces	46 *	Albina	930
Aëra naturalē habere uim mouendi se	114 *	Alea studiosissimus fuit Claudius	618 *
in Aëre esse unitatem	421	Alexander	494
Aeschylus	100 *	Alexāder bellorū audius	124 *
Aeschines donat seipsū socrati	9	Alexāder urbē cuidā donat	27
Aesopei logi	886	Alexāder hō gloriæ deditus	13
Aetas q̄ apta ad bonā mētē	346	Alexander ebrius Clitum interfecit	414.722
Aetatem disponere stultum	531	Alexāder Antigonis nepos	726
Aethiopes homines longissimæ uitæ	724	Alexander rex gloriari solitus, se à nullis beneficiis uictū	102
Aethiopia feruentissima	100 *	Alexander admonetur à matre ut caueat à medico, a.	695
Aethiopicæ solitudines quare siccae	68 *	Alexander quare geometriā didicerit	770
Aetna	392	de Alexātri uictoriis	323.324 *
Affectus hominū diuersi	513 *	Alexātri crimen æternū	145 *
Affectus habere modicos	589	Alexandri dictum de agris in Asia	296
Affectus animi moderādi	419	Alexandri contra adulatōres dictum	316
Affectus pro armis esse	674	Alexandri temeritas ab incunabulis	13
Affectus mali ministri	668	Alexandri auuiditas	145
Affect⁹ quēadmodū incipiāt	682	Alexandri pauperē fuisse	603
Affectus diri facies	705		
Affectus à naturali fluere principio	589		
Affectuum imitatio	691		

Alexand

I N D E X.

Alexandrū quid perdidit	415	amor uitæ	239
Alexandria	101 *	amorē aliquando nocere, a.	257
Alexandrina marmora	2.429	de amore Panæctii dictum	590
Alfius Flavius	206.369 *	Anacharſis figuli rotam inuenit	463
alienus qui	53	Anaxāgoras	104.157 *
alimentum fame ſeuus	724	Anaxāgoras de Nili flumine	100
alimenta mutata ſolum in uires & in ſanguinem tranſire	417	Anaxāgoras de terræ motu	135 *
Allegius Flavius b.	399	Anaxāgoras Clazomeni ^p	992 *
Alpes	107 *	Anaxāgoras de igne	38.135 *
Alphæus fons	134 *	Anaximander	40 *
amabo	191 *	Anaximander de deo, b.	591
Ambaſiator	199 *	Anaximandrus	ibidem
ambitio cauſa multorum malorum a.	495	Anaximenes Mileſius	591 *
ambitio immatura ī Druſo	861	Anaximenes terram eſſe ſibi cauſam motus dicit	136 *
ambitionē in hoīe creſcere	35	ancillariolus	9
ambitioſos diſſerre promiſſa	20	anguillæ eſus grauis	77 *
ambitus multiforme malū	838	animalia quedā ſine noxa corporū p̄ medios ignes trāſire	194
ambulatio quid	576	animalibus omnibus facilis uitæ actus datus	459
ambulatio utilis	211	in animalib. omnib. irē ſigna	661
amicitia ſumma	26	animalibus abſtinuiſſe innocentia	558
amicitia inter Deum & bonos uiros	636	animalibus omnibus, an ſit cōſtitutionis ſuæ ſenſus	375
amicitia ſemper prodeſt	257	animæ ſolutæ quæ ſedes	328
amicitiæ temporariæ	192	de animæ immortalitate pulchrum dictum.	831
amicitias ſanctē colendas	486	animam ineſſe arbuſtis	308
amicus quomodo eligendus & probandus	180	animam è cœlo uenire	428
amico quid præſtandum	281	animam hominis migrare	559
amicum facere iucundius, quàm habere	191	de aīa & eius principatu uariæ Philoſophorū ſentētiæ	592 *
amicorum abſentium imagines iucundæ	263	animus quid	286.287
amicorum deſunctorum memoria qualis	319	animus an ſit animal	573
amicis omnia communia	162	animus ī uitia ſua ſpōte fertur	51
amnes quare non augeantur primis imbribus, b.	68 *		
ānes quosdā creſcere ī eſtate	82 *		

I N D E X.

animus futuri anxius calamitosus	518	antiquum	189 *
animus ualentior omni fortuna	518	Antistes	195 *
animus ad uera perspicienda caligat	356	M. Antonius	895 * 100
animus rectus deus hospes in corpore humano	253	Antonius se liberum patrem dici uoluit	325 *
animus melior pars hoīs	5 *	M. Antonii dictum de fortuna inconstantia	123
animus quid sit, ubi sit, qualis sit, & unde an homines sciant	612	M. Antonii ebrietas	415
animi remedia ab antiquis inuenta	323	Antonii ingratitude erga patriam	113
animi rationalis pars, duas habet partes	472	Antonius Atticus, b.	335
animi humani coniectura difficilis	90	Anxiē	199 *
animi honesta uis	19	<i>ἀπαθεία</i>	190
animi onus deponendum	243	Apatrius	336 *
animi excellentia	267	<i>ἀπαλιώτην</i> Græci subfolanū uocant	120 *
animo duæ res plurimum roboris dant	490	Apēnius mons an calidus	107 *
animum sapientis totū in morte prominere	925	apes studiosi imitentur, a.	416
animum perducere ad contemptum animæ difficile.	181	Apollodorus, a.	167. 682
in animo esse partes mixtas	471	Apollonia	9 *
animorū uitia molliter tractanda	175	Apollonius	94 *
animorū nostrorū confusio	567	Apollonius Myndius	156. 163 *
Anneus Serenus, a.	321	<i>ἀπίτιος</i>	439
Antenor Patauī conditor	937	Apitius	506. 784
Anticleta	383 *	Apitius ueneno seipsū pdit	942
Antiochus, a.	875	Apum rex	760
Antiochus filius Demetrii	165 *	apparere	201 *
Antigoni dictū ad Cynicum	27	apparitores	ibidem
Antigonum conuitia in se dicta potuisse ferre	325	appellare	197 *
Antipater	439. 472	Appia uia	590 *
Antipodes	263	Appius cæcus	645
		Appion grammaticus, a.	448
		Apyrina	420
		aqua quarta naturæ pars, b.	71
		aqua ualētissimū elementū ibid.	
		aqua & aëre nihil leuius, b.	13
		aquam spumare igne subiecto	
		136 *	
		aquam ex rore collectā scabiem	
		afferre	81 *

aquam

I N D E X.

aquã per ferrũ & æs trãfire	79 *	Areæ	9 *
aquam calefcere ignibus, quos multis in locis terra opertos tegit	79 *	Arellius Fufcus	228 *
per aquam uidentibus longe effe maiora omnia	19 *	Arethufa fons	916 * 82.135
aquæ calentes in mediis fluctibus	635	argentarius	200.338 *
aquarum uariarum uis	80 *	Argestes	121 *
aquis quare uarius fapor	77 *	argumētũ & argumētatio	202 *
aquas ī culpa effe peftilētie	149 *	ariopagus	818
aquas in caufa effe quod terra moueatur	132 *	Ariftides cum ad fupplicium duceretur confutus fuit	946
aquileges	74 *	Ariftidi iuftitia nomē dedit	86
aquilo	120 *	Ariftippus delectat unguēto	171
aquofiffima q̄ umbrofiffima	71 *	Ariftogiton tyrannicida.	164
Araris fluuius, b.	603	Ariston	62.586
Aratus	24 *	Ariston Chius	452
Arcadia	71 *	Ariston Stoicus, a.	481
Arcadum regna	937	Ariftō lepidus philofophus	246
Arcefilaus pecuniã oblatã à filio familiã accipere recufauit	32	Ariftophani Socratē materiam iocorum præbuiſſe	899
Arcefilai liberalitas erga pauperem amicum	22	Aristoteles 308.856.872. * 13. 21.158.173	
Arcefilaum uino indulſiſſe	835	Aristot. de terrã motu	137 *
Arcus imago eſt ſolis roſcida, & caua nube concepta	12 *	Aristot. defenſor iræ	709 *
arcus cur fit dimidiatus tãtũ	20 *	Aristoteles de cauſis	324
arcus quando ſerenitatem & qñ pluuium promittat	12 *	Arist. de affectibus	674
arcũ fieri poſt autumnale æquinoctiũ qualibet hora dici	20 *	Arist. ne damnaretur fugit	807
arcus in cœlo nocte nõ fieri	10 *	Aristoteles de deo	591 *
Archilaus Athenienſis	592 *	Arist. de igni cœleſti ſn̄ia	38 *
Archilaus rex uocauit ad ſe Socratem	102	Aristotelis dictũ de magnis ingenii	835
Archilaus antiquitatis diligens ſcriptor	137	Arius	905
Arrhideus	89	ars omnis imitatio naturæ	324
Ardea	470	artes an à Philoſophia iuere	457
		artes liberales, a.	440
		artium genera quatuor	372
		Artemidorus	163 *
		Artencata fulmina	55 *
		articulorum dolor	387
		Aruntius	147
		Aruntium hiftorias belli Punici ſcripſiſſe	582
		iiij 5	Aſclep

I N D E X.

Asclepiadis secta	499	Atterendi genus uehementissi-	
Asclepiodotus	118.145 *	mum	57 *
Asclepiodotus Posidonii audi-		Atterranea fulmina	55 *
tor	44 *	Attestata fulmina	55 *
Asellus	265	Atticus	598 *
Asia duodecim urbes simul per-		Attici nomen à Cicerone cele-	
didit	128 *	bratum	225
Asiaticus Valerius ferox uir	893	Attilii Reguli inopia, a.	945
Asinius Gallus	298	attoniti	45 *
Asinius Marcellus	588 *	Atylius Buta	617 *
Asinius Pollio	528.727	auaritia inexplebilis	35
Asper	220	Auaritia fenilis monstro similis	
L. Asprenas	310 *	644 *	
assentatio nimia iracundos offen-		auaritia hominum taxatur	119 *
dit	714	auaritiæ malum	161
Astrapoplecta	25 *	auaritiam distraxisse societatem	
Asylus	306	humanam	456
Atabulus	122 *	auari miseria	657
Atalanta insula superfusa	147 *	Aue ordine emittere	145
Atedius Pollio	738	augiæ cloacas purgare prouer-	
Atteius	600 *	bium	625 *
Aterius	147. * 334.252	Augustus	166 *
Athenienses propter sales intēpe-		Augustus princeps mitis	751
stiuos in periculū uenere	326 *	Augusti principes dicti	757
Atheniensium miseria ob trigin-		D. Augusti infelicitas ob libero-	
ta tyrannos	813	rum amissionem	913
Athenodorus	815	Augusti Cæsaris patiens animus	
Athenodori aureum dictū	196	ad conuitia	727
Athenodori dictum de amicis		Augusti tempora	743
fucatis	819	Augusti filia impudica	143
Atomi	112 *	D. Augusto dii plura quàm ulli	
atrium	195 *	homini præstiterunt	860
Atrius secundus	924	Augustum uento templum ædi-	
Attalus	320.555.557.562	ficasse	122 *
Attalus Stoicus	342. * 333	auster uetus calidissim ⁹	101.221 *
Attalus Philosophus	191	Autor qui	192 *
Attalus Philosophus Astrono-		autores quomodo legendi	179
miæ deditus	55 *	autores quomodo legedi & ho-	
Attali dictū de diuitiis	569	norandi	324
Attenus prætor Marforum	57	autoritatis fulmen	51 *
			auxil

I N D E X.

auxiliaria fulmina	55 *	Beneficia non esse exasperanda	21
B		Beneficia conspici uolunt, a.	4
Baiana regio à quibus extru- cta	289	Beneficia quædam palam danda, quædam secreto	22
Babillus uir optimus	100 *	inter Beneficii materiam, & be- neficium differentia	7
Babyloniæ obsessio	725	Beneficia quæ danda & quemad- modum	11.15
Balnea blactaria	429	Beneficiorum memoria fenefce- re non debet	5
Basilicæ laus & origo	600 *	Beneficiorum tria genera	4
Basilius Aufidius	247.351	Beneficiorum simplex ratio	3
Bathyllus	241 *	Beneficiorum sacratissimum ius	29
Battillus	176 *	Beneficiorum tabulæ	7
Beatus qui	275.472.778	Beneficiis uinci an sit turpe	99
Beatum se facere unusquisq; po- test	933	Berosus	88 *
Beli interpretatio, b.	88	Bet fluuius Hispaniæ, à quo Be- tica	186
Bellorum ciuilium malum	10	Bethenus Basilius	723
Beneficium quid, a.	8 *.196	Bibliothecæ quibus inutiles	823
Beneficium ingratum	18	L. Bibulus	913
Beneficium dare quid	649 *	Bionis dictum de euellendis pi- lis	821
Beneficiū qui accepit, narret	23	Bionis dictum de negotiis hu- manis	832
Beneficium reddere	1.39	in benefaciendo dii imitandi	85
Beneficium an eripi possit	122	Bionis dictum de sacrilegio	158
Beneficium dare an seruus domi- no possit	53	Blandiendi ars	93 *
Beneficium deos imitari	52	Bladitiæ quid in se habeat	ibid.
Beneficium pluris æstimandum, quàm iniuria	398	Blandus rhetor	b.230.144
Beneficium à quo accipiam eli- gendus	29	Boletus	598 *
Beneficium omne exornat sa- pientia	402	Bonitas pertinax uincit malos	174.175
Beneficio accepto quid debea- mus	7	Bonum quid, a.	251.257.438.
Beneficia sine ullo delectu pro- iicere	1	600 b.599	
Beneficia dare quâdo sit uirtus	1	Bonum nullum ex distantibus constare	535
Beneficia nec dare, nec accipere scimus	1	Bonū omne an optabile sit	339
Beneficia insolentia perdi	25	Bonum unum sibi fidere	251
Beneficia sequi nō reposcētē	99	Bonum unicum hominis	375
		Bonum	

Bonum an sensu uel intellectu comprehendatur	626	Cæstius	368.333.*
Bonum summū in animo	367	Cæstius mordacissimus homo.	460 *
inter Bonum & honestum quid interfit.	600	<i>uauitas.</i>	121 *
Boni utilitas apud quosdā	605	Caius Silo.	313.553 *
Bono suo omnia constare	161	Calamistrum	194.*
Bono uiro mali nihil accidere potest	636	Calamitas uirtutis occasio	642
Bona quæ	251	Calamitosum.	211 *
propter bonos malis beneficit	86	ad Calculos sedere	213
Brigantium oppidum	617*	Calesium	617 *
Brutidius Niger b.	351	Calens rhetor	370 *
M.Brutus.	30.914.938	Calixtus	278
Brutus mortem timuit	406	Callias	300 *
Bruti liber de uirtutibus	938	Callimachus	100 *
Buta	617	Callisthenes	145.148 *
Buris merfa	146 *	Callistrati dictum cum in exitum iret.	146
Burrus præfectus Neronis	768	Caluus	182 *
Bursiris	770	Cambyfes rex nimis deditus uino	719
Buteon.	368 *	Cambyfis exercitus arenis obrutus	46 *
C		Camilli exilium	115
C acozeliæ genus	359 *	Campaniæ fomenta	289
Cæciliani uersus	577	Canis in suo sterquilinio	604 *
Cæcilius durus scenerator	598	in cane quid optimum	376
Cælius orator	714	de cane & homine.	360
Cæsar	547.598. * 96	Canes pro consuetudine latrare	656
Cæsar dedit uitā Pompeio Pæno	24	Canes sanguine humano alii.	924
C. Cæsaris uitia 853. ambitio	494	Canitiem galea premere	801
C. Cæsaris crudelia facinora	723	Canius Iulius.	830
C. Cæsaris crudelitas in Pastore equitem.	703	Canopus.	289
C. Cæsaris mors	876	Cantabri	937
C. Cæsaem iratum fuisse Deo.	678	Cantare	123 *
C. Cæsaem filie mortem æquo tulit animo	913	Cantores in comestationibus	418
Cæsaes	837	Cantus quid possit.	680
		Capito rhetor	313 *
		Capra	

I N D E X

Capra ignis genus	7 *	nus	341
Carcer	217 *	Catonis in petitione præturæ	
à carcere:uel, à carceribus pro-		repulsâ	946
uerbitum	597 *	Catonis laus 638.opes,792.tem	
Cardiaci uita, bibere & sudare		pora 820. & patientia 737.	
209		mors	233
Carneades	872	Catonis os percutitur	850
Caruncanus	924	Catonem conuictus malus se-	
Caruncanj opes	792	duxisset	187
Caij Cæsij epistola cõtra Pom-		Catonem infestissime fortuna	
pei stultitiam	325 *	tentaui	547
Cassium tota uita aquam bibif-		Catonem rari	516
se	413	Catonem duo	194 *
Castitas	215 *	Catonianæ sententiæ	487
Castus	215 *	Catuli dictum in iudices	515
Casus sex quare.b.	121 *	Cati casus	101 *
Catægis	122 *	Caudices	199 *
Catilina	921	Caudicatæ naues	870
Catilinæ crudelitas. a.	723	Causæ mali remouendæ	484
Catilinæ ingratitude erga pa-		Causas esse quatuor	324
triam	112	Causas quinque esse iuxta Pla-	
Catius Crispus.	335 *	tonem	ibidem
M. Cat. 104. 324. 341. 353. 394.		Caystrus	101 *
520. 547. 599. 615. 833. 843. &		Cecinna	50 *
922. 924		Cecinna facundus uir	58 *
M. Cato modeste philosopha-		Cecinna carpitur	55 *
tur	207	Ceddò	191 *
M. Cato Censorius bellum cum		Cernere ferro, pro Decernere.	
moribus gessit. a.	433	307	
Cato solus uiuendi & moriendi		Ceryx	817
maximum exemplum.b.	345	Chærea tribunus miles.	854
Cato uirtutum uina imago	833	χαλαροφύλακας	105 *
M. Cato percussus in balneo		χαρμαντισμός	511
702		Charimander de cometis	157 *
Cato exëplar sapientis uiri	837	Charis	6
Catonis tempora corruptissim-		Charites Iouis filiæ	ibid.
ma	514	Charondæ leges	456
Catonis magnus animus	353.	Charybdis	392
354		Chasmata	24 *
Catonis scissum manu sua tul-		Chelidonium	435
		Chor	

I N D E X.

Chorus	121 *	nici filius	588 *
Chræ	255	Claudius Quadrigarius	56
Chryſippus	628. 300. 562. 576.	Clauſius Sabinus	242
802. 810		Cleanthes	324. 481. 806. 810
Chryſippus in ordinem co-		Cleanthes de ambulationis ui-	
Etus	5	576	
Chryſippi acumen	5	Cleanthes emittit duos pueros	
M. Cicero	214. 307. 528. 561. 598	ad querendum Platonem	130
737. 833. 921. b. 240		Cleanthes Zenonem expreſſit	
Cicero dixit ſe ſemiliberum eſ-		186	
ſe.	861	Cleanthes de beneficio dando	
Cicero gradarius fuit in loquen-		110	
do	265	Cleanthes aquam traxit	271
Cicero multos ſuis ſcriptis nobi-		Cleantis uerſus	554. 557
litauit	225	Cleonæ iudicia	105 *
Ciceronis exilium	113	Clementia quid	768
Ciceronis urbanitas	853	Clementiã uoluntaria innocen-	
de Ciceronis morte multa	344 *	tia impetu ſuo ſequitur	764
Ciceronis facundia	182 *	Clementia ornamentum impe-	
Circulus uarii coloris circa ſo-		riorum & certiffima ſalus	753
lem uiſus	9 *	Clementia regem & priucipem	
Cimber Tullius. a.	732	deceat	745
Cimbri	668	Clementiæ bonum	743
Cimon	300 *	Clementiam liberum arbitrium	
L. Cinna	751	habere	773
Circius	122 *	Clementiam in tres partes diui-	
Circuli in cælo	121 *	di	745
Cirra	723	Cleopatra	100 *
Ciuis boni opera nunquam in-		Cleopatra ebria mulier	415
utilis	817	Clidemus de fulgurationibus	
Ciuis pars patriæ.	702	58 *	
Ciuum amor inexpugnabile		Clitus inter epulas interfecit	
munimentum	761	414. 722	
Ciuitatem donare, uel dare ciui-		P. Clodius	838
tatem.	595 *	Clodii adulterium	515
Clarus.	329	Clodius omne tempus ferre	516
Claudius.	166 *	Clælia	214
Claudius Cæſar	187 *	Chypei in cælo. b.	9
Claudius caudex	870	Coccei	753
Claudius Cæſar Druſi Germa-		Codez	199 *
			Code

I N D E X.

Codices	ibidem	Contumelia	851.852
Cæcitas pars innocentiae	657	Contumelia à contemptu di- cta	847
Cælum diuiditur in quinque cir- culos	121 *	Contumeliam generosus ani- mus non potest pati	851
Cæli pulchritudo	83	Controuersia.	190 *
Cælestiū natura semper in mo- tu	935	Conuersatio multorum inimi- ca	186
Cæna C. Cæsaris	941	Conuictor delicatus paulatim eneruat	187
Cogitatio cæli munimēta per- rumpit	804	à Conuictore secedendum	727
Colonia	195 *	Conuictum ciuile æquo animo ferendum	697
Columba Cytheriaca. b.	16	Corbula	852
Cometæ	25.26 *	Corcyrus mons	70 *
Cometæ quid significant	172 *	Corduba	186 *
Cometarum duo genera	156 *	Cordus	924
de Cometis Chaldæos nihil ha- bere	ibidem	Corfinium obsessum	55
de Cometis multa	154 *	Corinthii Alexandrum ciuitate donant	13
Commendare	213 *	Coriolanus post sceleris pœni- tentiam pius	112
Commentarii	195 *	Cornelia lex	640
Committere	190 *	Corneliae duæ	915
Concurratio uitanda	828	Cornelius Seuerus	333 *
Conditioni suæ assuescendum	824	Cornelius eques Romanus	531
Conditionem rerum nemo po- test mutare	553	corona	9 *
Confidentia	200 *	Corpus in honorem animi co- li	471
Coniuratores supplicio affecti	187 *	Corpus breue hospitium	608
Canon astronomus	156 *	Corporis bona	255
Conscientia flagellari mala sa- cinora	517	Corporis deformitate non fœ- dari animus	329
Consiliarium fulmen	50 *	Corporis nostri charitas nobis inlita	205
Consolatio de amico defuncto	319	Corporis mancipiū homo non est	328
Consolatio à præceptis ordien- da	901	Corporis titillatio magno ui- tam facit	472
Contemplatio sapientiae mul- tum temporis aufert	323	Corporis sarcina animum læ- di	
Continentiæ commodum	638 *		

I N D E X.

di	209	Crudelitas uersa in uoluptatem	
Corpori quatum indulgendum	188	764	
de Corpore & animo infirmo	371	Crudelitas opponitur clemetia	770
de Corpore nulla cura post mortem sapienti	478	CrySTALLUS	81 *
Correctionis modus	672	CrySTALLINA frangi.	738
Correptorem ferre qui non possint	736	Culinæ celebres.	502
Corrigere	606 *	Cunæ	196 *
Corfica insula	935	Cupiditas semper ingrata est	361
Coruus rhetor	336 *	Cupiditati nihil satis	943
Cossi ebrietas	415	Cupiditates in longinquum non sunt mittendæ	825
Cotes	199 *	Cupiditates refrenandæ	607
Crates Stilbonis auditor	195	Curius	792
Crapulæ uitium	503	Curius dentatus	818.870
Crassus	547	Currentem hortari.	257
Crassum auaritia dedit Parthis	124 *	Cursus quid	34 *
Credulitas plurimum malificit	696	Custodem sibi imposuisse, prodest	238 *
A. Cremutius Cordus. a. 900. b.	351	Cotylias insula.	81 *
Crepido	209 *	Cyllenius	615 *
de Crepitu uentris emittendo decretum	598	Cyneæ mors	199 *
Creta. a.	562	Cyneæ memoria	184 *
Cretici	449	Cynegyus	511 *
Crinis ruffus & coactus in nodum apud Germanos	729	Cynici	872
Crinis coniugum manu olim ornatus	29 *	Cynici odium pecuniæ indixerunt	27
Crispus Passienus	93 *	Cyparissia	26 *
Crispi Passieni dictum de beneficio	15	Cyprus	148 *
Crocodili uicti. b.	100	Cypta Neapolitana	303
Cresus	603	Cyrus fluuius irascitur	725
Crudelitas quid	771	Cyrenaici	452
Crudelitas Antonii	415		
		D	
		Dædalus	458
		Damnare quod nefcias te meritas	471
		Dandum diligenter	1
		Dandi arbitrium penes nos	11
		Dantis uoluntas æstimanda	2
		Danub	

I N D E X.

Danubius	133 *	democritū diuitias abiēcisse	648
Danubius fons ignotus	97 *	Demoſthenes Ciptoy	334 *
Darius rex Perſarū	494.603.721	Demoſthenem uenenum apud ſe habuiſſe	478 *
Debitorem non eſſe ſine creditore	105	dentanea fulmina	55 *
Decius ſe pro repub. deuouet	341	deponere	190 *
Decii morte patriā liberarūt	146	detrahere pro infamare	189 *
Declamare	182 *	detrimentum	220 *
declamare et declamatio qd	187 *	Deus quid	6 *
Decreta	499	Deus prope te, tecum & intus eſt	266
Dedicare	195 *	Deus cur patiatur bonos uiros afſigi	647
Deſere beatū inuidia eſt	887	Deo dignus quis	217.652
Deſrudo	191 *	Deo quæ ſint bona	367
Deſunctū nullis malis affici	919	Deo nihil clauſum	410
Deſunctorū memoria qualis	320	Deo nomen mutare	73
Deillius,	328 *	Deum omnia uehere	252
Delitiæ Romanæ	429	Deū quæ rogare debeamus	196
Demarati petitiō ab Xerxe	142	de Deo quid ſtatuant Philoſophi	591 *
Demetrius	319.342.470.*93	Dii ſuperiores & inuoluti	52 *
Demetrius Syriæ rex	165 *	Dii cur quosdā indulgentius tractent	89
Demetrius Cynicus	790	Dii lenti ſed certi uindices	311 *
Demetrius Pompeianus	822	Dii fictiles	942
Demetrius Poliorcetes	841	Dii quomodo colendi	507
Demetrii dictum egregiū de bonis uiris	646	Deos neminē ſanum timere	81
Demetrii uox de fortunato homine	659	deos nec uelle obeē nec poſſe	697
Demetrii Cynici dictum de præceptis ſapientiæ	153	Deorum munificentiam omnes ſentire	70
Demetrii laus	159	De diis cum agitur, uerecundi ſimus	174 *
Demochares Parrheſiaſtes	726	Diis quare quidam irascātur	732
Democritus	462.829.872	Diadumenos	325
Democritus de motu uaria	143 *	Dialis cœna	620
Democritus mentem ignitam, mundi animam eſſe dicit	592 *	de ſymphonia & adulatore dicare	220 *
Democritus ſubtiliſſimus antiquorum omnium	156 *	Dictator	561
Democriti riſus	686	Didymus Grammaticus quatuor milia	00
Democriti uolumen de tranquillitate animi	812		



milia librorum scripsit	448	Diuitiæ neræ 569. certæ	153
Dies unus gradus uitæ	199	Diuitiæ multis ad philosophandum obstitere.	213
Dies crastinus sine sollicitudine expectandus	200	Diuitiæ quid proprium in se habeant	653
dies par omnibus	199	Diuitiarum modus	179
dies nullus longus agenti	615	Diuitiarum contubernio non uitari res magna est	653
Dies ultimus an homini timendus	609	Diuitiis qui fruuntur	208
Dies singulos esse singulas uitas	532	Diuitiis qui affluat	653
Diespiter	608 *	Diuitias fieri ex auaritia, a.	436
Differre	201 *	Diuitias esse causam malorū	438
Difficile nihil	688	Diuitias quid à tergo sequatur	827
Digito demonstrare	352	Diuitias non amat sapiens, sed mauult	793
Dignitas facilius crescit quàm incipit	532	Diuitias Seneca negat bonū esse	796
Diodocles Caristius	335, 370 *	ad diuitias breuissima uia	319
Diodorus Epicureus sibi gulam præcidit	790	Diuitias nō posse pati infirmi est animi	184
Diogenes	458	<i>diuaria</i>	499
Diogenes uir ingentis animi	821	dolendi decor	525
Diogenes Apolliniates	41, 103 *	Dolendo nihil proficere	522
Diogenis patientia	737	Dolor cito in odium uenit	321
Diogenem per medias Macedonum gazas incesisse nudū	101	doloris causæ nō accersendæ	524
Diomedes	937	Doloris ambitio	320
Dionysius tyrannus	916	Doloris opinione uexari	841
Discendum etiā in senectute	374	dolori modus imponendus	907
Discendi tempus	258	Dolorem reddere dulce	702
Disputare quidā de philosophia docent, sed non uiuere	500, 560	Dolorem sequi fugientes	656
Disimulare sæpe melius quàm ulcisci	703	Dolores ferendi	519
Diuina semina sparsa in corporibus humanis	364	Dolores maximi in macerrimis corporibus partibus	387
Diuinorum una est natura	331	Domitius ueneno se tollere conatur	57
Diuinorū ingrati interpretes	366	Donare non facilis res	795
Diuinorum inunerum estimatores iniqui	35	Donare ignominie causa	22
Diues proprie quis, a.	183	Dona qualia esse debeant	13
		Donatio inconsulta	74

Dormire

I N D E X.

Dormire in senatu	412	Eclipsis descriptio	103
Dorionis sententia	333 *	Echerus orator	265
Doriphoros	325	<i>ἐνεργῆσαι</i>	117 *
Dorus librarius	158	Edictum	594
Dossennus	451	Ediscere	198 *
Dotē ex arario recipere, a.	945	Educatio & disciplina mores faciunt	643 *
Druentia fluius	601 *	Educatio puerorū qualis esse debeat	694.695
Drusilla à Caio Cæsare fratre uitiata	589 *	Educatio mollis iracūdos facere ibidem	
per Drusillæ nomē deierare ibid.		Edui senatorū in urbe Roma ius adepti sunt, b.	595
Drusus Libo	347	Effatum	594
Drusi obitus	903	Egestas	208 *
Druidarum religio	613 *	Egestas maxima quæ, b.	645
de dubiis non diffiniendū	636 *	Egestatis genus grauissimū	365
Duëlli	753	<i>ἐγνωταία</i>	114 *
Duëllius	870	<i>ἐγνωσιμὸς</i>	511
Durare	198 *	<i>εἶδος</i>	310
Durion	337 *	Eleemosyna	216 *
E		Eleemosyna quibus proficit	645 *
E Arinus puer	411	Elementa quatuor	596.692
Ebrietas donec exiccetur dæmentia est	78 *	de Elementis stultæ opiniones Aegyptiorum	72 *
Ebrietas insania hilaris	316	Elephatē qui primus in triumpho duxerit	870
Ebrietas publica quas clades ediderit	415	Elephantes porcina uox terret	633
Ebrietas uoluntaria insania	414	Elephantorum duodeuiginti pugnam edidisse in circo	870
Ebrietas non facit uitia, sed protrahit	414	Eleusina sacra	175 *
Ebrietas Catoni obiecta	835 *	Ellius leno	645
Ebrietas quæ iuuet	616	Eloquētia in malo homine	858
Ebrietatis exempla	413	Eloquētia raro iūctis placet	311 *
Ebrietatis mala	412	Eloquentia ebrui hominis	579
Ebrietatē omne uitium eruere	415	Empedocles de aquis feruidis	79 *
Ebriosus	412	Ennius	307.562.737
Ebrium duobus modis dici	412	<i>ἐννοεργαίος</i>	146 *
Ebrios multa effutire	53		
Ebriis lingua sollicitè custodienda	766		
Ebur molliendum	463		
Ebutiu liberalis	1		

Enthymema	203*	Euronotus	121*
Enunciatum	594	Eurus	121*
Ephorus historicus, b.	165	Eurybates	619*
Epicherema	202*	Eurynome unde dicta	5
Epigenes	157*	ἐὐδυνία	812
Epicurus, a.	188.394.422.872	Excantare fructus alienos	106*
Epicurus de motu	143*	Exceptio tacita in omnibus rebus	95
Epicurus magister uoluptatis	217	Exempla mala redundare in eos, qui faciunt	187
Epicurus de Deo	591*	Exercitatio quotidiana quid proficiat	411
Epicur ⁹ stilbonis obiurgator	194	de exercitatione animi	815
Epicuri Deus	626*	Exequiæ ambitioſæ	878
Epicuri ſecta an flagitiorū ſit magiſtra	786	Exigere	188*
Epicurū multa ex autoribus optimis mutuaffe	190	Exilium quid	934
Epicurum corpori plurimum induliſſe	851	Exilii honor	147
Epicureorum & Stoicorum ſecta diſident	802	Exorare	216*
Epularum nocumentum	235	Exprobratione odium facere	24
Equites	216*	Externis exiguum tribuere Philoſophi	472
Eratosthenes philologus	600*	F	
Erixion in foro graphiis conſoſus	757	Fabianus	293.307.* 84
Erimachus	186	Fabianus de puero	926
Eteſiæ uenti	116*	Fabianus uir egregius in arte dicendi	265
Eteſiæ à nautis ſomnolēti & delicati dicti	ibidem	Fabianus Philoſophus	228*
Eteſiæ Nilo reſiſtere, b.	101	Fabianus arcus, a.	637
Etymologia	511	Fabiani Papyrii libri, a.	527
Euādrum in ripa Tyberis regna Arcadium collocaffe	937	Fabiani pudor	197
Euaporationes unde	115*	Fabianum dictū de Philoſophis	866
Euctemon	563	Fabius	538
Eudimenes Maſſilienſis	101*	Fabius Verucoſus	21
Eudoxus de motibus ſtellarum	156*	Fabius Perſicus	32.88
Euemerus Tegeates	591*	Fabii non uicti, ſed occiſi	100
Euphroſyne	5	Fabii cunctatio recreauit imperii uires R. om.	669
Euripedes	100*	Fabricius	520.640
		Fabricius Pyrrhi regis aurū ſpreuit	

I N D E X.

uit	606	Festi dies cur instituti	834
Faces ex cælo	157*	Fucinus lacus	67*
Faces diurnæ	7*	Fides sanctissimum humani pe-	
Facilitas inconsulta	6	ctoris bonum	446
Fallacia fulmina	55*	Fidem liberare	I
Fama sæpe hominibus illudit	203	Fiducia	201*
Famæ debent principes multa da-		Fidus Annæus	94*
re	758	Figuli rotæ inuentor	462
Famis incommoda tolerare	214	Filiorum mortem æquo ferre a-	
Fames ingens	724	nimo	912
Familiaritatis utilitas	261	Finis rerû omniû spectâdus	602
Fatum quid	73	Finitor, cæli circulus	121*
de Fati inopinato termino	531	Flaminius prætor hominē decol-	
Fata ægræ mentis solatia. b.	49	lari imperat propter meretri-	
Fata neminem illæsum transmit-		cem	517*
tere	660	Fons Rhodiorum in Cherfo-	
Fatorum decretis assentiendum		neso	83*
514		Fôtes pauci ī iteriori Africa	68*
Fatorû continuus ordo	443	Fontes in summo montis cacu-	
Fauere linguis	799	mine redundare	68*
Fauor popularis malis artibus		Fontes quidam senis horis pleni	
quæritur	247	& senis sicci	74*
Fauor uulgi nō appetendus	206	Fœminarû uoluntas mobilis	659
Fauonius	121*	Fœminarum uita mutata, non na-	
Febri delubrum Romæ	600*	tura	502
Febres quædam genera ualetudi-		Fœminas fœcundiores aqua ni-	
nis leuare	670	lotica facit	81*
Febrium innumerabilium gene-		Fornicis inuentor	463
ra unde	521	Fortitudo quid	39.577
Felicio	198	Fortitudinis rami	341
Felix	198*	Fortitudinis laus	637*
Felices	757	de fortitudine moderanda	642*
Felicitas res inquieta, a.	258.652	Fortuita an sint bona	434
Felicitas uera in uirtute posita		Fortuna quid dare possit	518
788		Fortūa an lōgas habeat man ^o	405
Felicitas premit, nisi tēperetur	367	Fortuna ī mores ius nō habet	259
Felicitatis magnæ malum	871	Fortunæ incōmoda sapientem à	
Fenestella	561	proposito nō dimouent	841
Feras officia sentire	4	Fortuna illis grauis, quibus est re-	
Feriæ	197*	pentina	933

Fortunæ nihil esse inausum, a.	469	de Futuro nemo sibi quicquam	
Fortunæ in constantia, a.	182.328	promittat.	531
Fortunæ non succumbere magna			
res	252 *	G	
Fortunæ lex	362 *	Gaudium uerū res seuera	230
Fortunæ armis nemo tutus	577	Gaudii uox	313
Fictilibus uti sicut argento	184	Gaudia falsa	317
Frugalitas paupertas uoluntaria		Gallio frater Senecæ	775. b. 94
651. 214		Galion	653
Frugalitatis laus	432. 433. 434	Gallus in suo sterquilinio	604 *
Frugalitatem exigit Philosophia		Galli in Græcia	936
184		Gallorum gens à Cassandro ob-	
Fulgetra	58 *	fessa	71 *
Fulgures quomodo fiant	25 *	Gatozeos	335 *
Fulguratio	37. 38. 40. 41 *	Genethliaci notantur	594 *
Fulguratio est penè fulmen	40.	Geminus Varius	265
41 *		Genius singulis datus	566
Fulminatio	37 *	Genus & species largo modo	307
Fulmen	38. 40. 57 *	Germanus & germanum	600 *
Fulmen magnorum sæpe incen-		Germani cuiusdam mors fordi-	
diorum causa	41 *	da	349
Fulmen igneum.	51 *	Germani auida belli gens	133 *
Fulmen an sit timidum	61 *	Germanos ob iracundiã caecos	669
Fulmen ipsum fati pars	49 *	Geffloriacum	617 *
Fulminis mira opera	46. 47 *	Getulicus Caius	95 *
Fulmini inest uis pestifera	55 *	Gladiatoré in harena capere con-	
Fulmen gelat uinum	56 *	silium	227
Fulmina unde	410	Gladiatores inuisi	826
Fulmina à Ioue mitti, cur dica-		Gloria umbra uirtutis	394
tur	52 *	Gloria multorum iudiciis con-	
Fulminum genera tria	50 *	stat	536
Fulminum ars in tria diuiditur		Gloriam fugientes sequi	99
48 *		de Gloria uana remouenda	822
Fuluius Sparfus.	384 *	Glycon	329. 334 *
Furnius qua in re demeruerit Au-		Gorgias	386 *
gustum.	33	Gorgoni ⁹ Butconis auditor	403 *
Fuscus Arellius	328. 333. 485 *	Gracchorum mater	914
Futurum omne incertum	925	Græcia maior	936
Futuri audos quid faciat homi-		Græci in Gallia	936
mines	254	Græcorum studium in indagandis	
		stultis rebus	870
			Græc

I N D E X.

Græcinus Iulius	32	Heraclitus de fulgurationib ⁹	58 *
Grammatici immus	441	Heracliti fletus	686
Grandaus Afianus rhetor	379 *	Heracliti dictum de die	199
Grando quid	104	Heraclitium ostium Nili	100 *
Grando quomodo fiat	103	Hercules	13.73.833.838
Grandinis futuræ speculatores		Herculanensis uilla	725
105 *		Herculanense litrus	126 *
Cranius	827	Herennius Macer	854
Gratiam referre nemo scit præter		Hermacus	255.292
sapientem	399	Hermagoras	370
Gratiæ tres	4	Hermogenes	188 *
Gratiæ Iouis & Eurynomes filię	5	Hesiodi locus	5.6
Grati hominis duo genera	82	Hetrusci	52 *
Gregalia poma	13	Hippocratis secta	499
Gryllus	62	Hispani	937
Gubernatorem duas personas ha-		Hispanias à contextu Africæ ma-	
bere	425	re eripuit	151 *
Gyarus insula	935	Historia	199 *
Gylippus	9 *	Historicorum quorundam uani-	
Gydis amnis	725	tas taxatur	589 *
H		Homerus poëta	5.6.441.462.562.
H ecaton	5.29.32	* 148	
Hæres	209 *	Homerus utrum maior ætate, an	
Hæreditas an usucapi possit	125	Hesiodus	441
Hannibal	875	Homero unū fuisse seruum	945
Hannibalis dictum de fossa san-		Homo quid	910
guine humano plena	682	Homo in adiutorium mutuum	
Hannibalem uina hyberna solue-		creatus	664
runt	289	Homo quomodo tractādus	757.
Halo	9	758.759	
Harmodius	164	Homo parcus qui	39
Harmodii	818	Homo mundum & elegans ani-	
Harpali dictū cum rex illi liberos		mal	472
suos epulandos apposuisset	720	Homo sacra res	504
Harpaste fatua	286	Hominis officium	540
Haterius	469	Hominis proprium quid	267
Haterii ingenium	340 *	Hominis prima pars uirtus	473
Helice mersa	146 *	Homini cur uita data	4 *
Hephestion	392	Hominem quæ in perniciem ho-	
Heraclitus	310.832. * 592	minis instigent	549

I N D E X.

Indifferentia	406	Innocentia uera felicitas	645 *
Indugere	196 *	Innocentiæ consensus in qua ci- uitate	764
Inertiam infelicé alere liuoré	813	In sapientem non cadit diuersitas mentis	422
Infestum	201	Insanire aliquādo iucundum	835
Ingeniū habere in potestate	253 *	Insanum quid demonstret	293
Ingenii regalis mos	144	Insidiæ	202 *
Ingenia quæ illustriora esse bre- uiora	924	Insidiæ malorum	540
Ingenia immansueta quo in lo- co	690	Insidiæ quæ latent , magis no- cent	185 *
Ingenia pauci corpora multi exer- cent	388	Insolentia quid	438
Ingeniis immortalis memoria	897	Insolens	192 *
Ingeniis nihil tam mortiferum quàm luxuria	180 *	Iustitia qualiter sit moderāda	642
Ingratus	81	Institutores	189
Ingratus animus, frequēs uitium 2		Intemperantiæ malum	368
Ingrati duo ex Stoica constitu- tione	86	Intestatus & Intestabilis	210 *
Ingratorum hominum enumera- tio	110.111	Inuidia	212 *
Ingratorum multa genera	43	Iphicratis pulchrum dictum	854
Ingratos quid maxime faciat	34	Inuidia perniciosum optimis te- lum	365
Inimicitia tarde suscipiendæ	645	Inuidia inimica semp alienis suc- cessibus	887
Inimicus	212 *	Inuidia in uicino uersatur	873
Iniuria beneficio contraria	78	Inuidia importunum malum	35
Iniuriam an ferre possimus	729	Ira uitanda sanitatis causa	218
Iniuriæ obliuio	793	Ira non tantum ex iniuria	662
Iniuriæ potentiorum hilari uultu ferendæ	703	Ira breuis infania, a.	660
Iniuriæ à cōtumelia diuisio	840	Ira feras carere, a.	663
Iniuriarum remediū obliuio	486	Ira an secundum naturam sit	664
Iniurias despiciere magni animi	703	Ira auida poenæ, a.	664
Iniurias altius descendere , quàm merita	2	Ira an iudicio aut impetu inci- piat	679
Innocentia	219 *	Ira necessaria teste Aristotele	667
Innocentia magnum præsidium in periculis	464 *	Ira in temeritatem prona	669
		Ira muliebri & puerile uitii	677
		Ira dñatur in omnes affectus	473
		Ira prima furda & amens	737
		Iræ utilitates	687
		Iræ incommoda	660.711
		00 5	Iræ

I N D E X.

Iræ sceminarum & puerorū acres magis quàm granes	672	Labor nutrit generōsos aīos	251
de Iræ remediis	691	Lacedæmonii cur suis indixerint pācratio aut cestu decernere	100
Iræ mora maximū remediū	699	Lacedæmonii	494
Iram amicitiam mutare	704	Lacedæmoniorum pueri uerberi- bus exercentur	644
Irā nō esse pœnæ cupiditatē	664	Laconum industria	341 *
Iram in pectore moueri effertue- scente circa cor sanguine	692	lachrymæ argumēta desiderii	320
In ira furere muliebri	743	Lachrymæ nobis nolentibus ca- dunt	524
Irarum differentia	664	Lachrymarum ineptiæ	521
Irasci pro suis non est pii animi, sed infirmi	670	Lactea cœli plaga	165 *
Irascētiū signa	660	in Lactē pabuli sapor	78 *
Iracundiam duo concitare	701	Ladon flumen	147 *
Iracundiam nutrit felicitas	694	Lælius	324, 546
Iracundos quid faciat	694	Lælii uox de antiorum curricu- lo	154
Iratus beneficiis prouocādus	704	Lamentationes unde	320
Iratis prodest aspexisse speculum	706	Lampades	26 *
Ister	101 *	Languidum	193 *
Iubilare & iubilum	193	Lapides in quibusdam aquis non pessum ire	81 *
Iucundum à uino	189	Larux	608
Iudiciorum pristinus mos	621 *	Lateres natate	80
Iulius Cæsar	32	Lateruncularia tabula	597
Iulius Græcinus	246	Latro quid	196 *
Iulius ab amicis ferè cōfossus	732	Latro Portius	182 *
Iuno singulis data est apud uete- res	566	Latus & latera	198 *
Iuppiter ineptias poëtarum, quare tulit	798	Lauari solum mundinis	430
Iussio, pro iussero	507	Laureolus	629
Iuuenibus permittendū sequi im- petus animi.	293	Laudatio nimia rephēnsibilis	636
Iustitia quid	640 *	Laus alit artes	537
Iustitia pars animi	575	Lectio ad beatā uitā trahēda	562
Iustis uiris multa incommoda ac- cidunt	366	Lectiōnem alere ingenium	416
Ixon	210	Legatus	199 *
L Abienus	251	Leno & lena	213 *
		Lenocinari & lenocinium	ibid.
		Cn. Lentulus auarus	34
		Leo bestiarum defensor	30
		Leones an feritatem exuant	420
		Leones	

I N D E X.

Leories solutos quis primus in cir co dederit	870	Libonotus	121 *
Lepidus	96.97 *	Libri qui legendi	273
Lepidi mors	182	Librorum quadraginta milia Ale xandriæ arserunt	ibid.
Lesbocles	344 *	Librorum multitudinem distra- here animum	178.179
Lex iusti iniustiꝫ; regula	76	Licinius	603
Leges quare datæ	489 *	Licinius Nepos	335 *
Legum silentia	597 *	L.Licinius Lucullus	601 *
Leuitas inimicissimum quieti ui- tium	830	Ligures	937
Libanius Sophista præceptor lu- liani apostatæ	206	Linen	210 *
Liber qui	66 *	Liternum	428
Liberpater	73	λίψ	121 *
Liber cur dictus inuētor uini	835	Liua uxor Augusti	751.902
Liber nemo, q corpori seruit	478	Liuius	123
Liberi	208 *	Liuius uir disertissimus	678
Liberi an maiora beneficia paren- tibus suis dare possint, quàm ac- ceperint	60	T.Liuii scripta	516 *
de Liberis amissis cōsolatio	658	Liuium dialogos scripsisse	529
Liberorum educatio tenera	137	Liuius Drusus	145
Liberorum amissionem sapiens non deplorat	364	Liuii Drusi uita & mors	861
Liberalis	607	Locuples qui	557.209
Liberalem esse de alieno	212	Loquendi arbitrium an eripien- dum regibus	749
Liberales artes	440	Lucani poëtæ pater	187 *
Liberales studium	ibid.	Lucilius	251
Libertas	290	Lucius frater C. Cæsaris	894
Libertas deo parere	788	Lucius Sylla	640
Libertas est animum opponere iniuriis	855	Lucius Magius gener T. Liuii 310.550 *	
Libertas non potest gratis con- stare	548	Lucretia	915.814
ad Libertatem iter	721	Lucretius	551
Libertatem animam amississe per mortem Catonis	512	Lucretius notatur	567
Libertate promiscua uti	245	Luctator magnus qui	153
Libidines incendunt adulterorum sodalitia	545.546	Luctibus frâgi nô ē naturale	906
		Lucubrare	198
		Luculli duo	894
		Lugdunensis colonia exusta	466
		Lugendi tempus constitutum fœ- minis	321
		Lumen omne rotundum	9
			de

I N D E X.

de Luna philosophorum uariatio	593 *	Magnitudinis laus	637 *
Lupanar	216 *	Malitia leuis	280
Lupanar aliquo modo uerecundum	28 *	Malæ rei temperamentum	739
Lupa pro meretrice	216 *	Malum quid	252.257
Luforium nomen	105	Malis displicere laudari est	656
Lufus	197 *	Malis alienis delectari uoluptas inhumana	832
Lux grauis malæ conscientiæ	618	Mamercus Scaurus consul	89
Luxuria quid proprie.	193 *	Manes Diogenis seruus	822
Luxuria uitiata opibus.	30 *	Manlii factum	66
Luxuriæ parum, quod naturæ factis	785	Manus sibi inferre an deceat propter dolorem	313
Luxuriæ parentari	784	Manubiæ tres Ioui dantur	52 *
Luxuriæ spolia	160	Mapalia	606
Luxuriæ portenta	563	Marcellus	902
Luxuriæ castigatio	75 *	Marcellinus	245
Luxuriæ ministri	190	Marcellus Martius	648 *
Luxuriæ uis in decembri	215	Marcellus Eferminus	251 *
Luxurioso frugalitas pœna est	356	Marcellū Mitylenis exulasse	940
Luxuriosa imperia diu stare non possunt	368	Marcus Brutus taxatur	30
Luxus magnis opibus exitiosa res	354	Maris omnis ora obnoxia motibus	148 *
Lycurgus	456	Maritus & uxor parem desiderāt regulam	29
Lycon	327	C. Marius	290.875
Lycus fluuius	82 *	M. Marius crudeliter necatur	723
Lysimachus leoni obiicitur	722	C. Marii exilium, crudelitas, & mors	210 *
M		C. Marii ingratitude erga patriam	112
M Acrobii	727	Marii ambitio	494
Mæander	544	Meccenatis mores	579
Magister populi.	561	Martia	905
Magister equitum,	ibid.	Martia consolatur	899
Magnanimitas decet quemlibet mortalem.	747	Marullus rhetor	186 *
Magnanimitas duplex	260	Marullus rhetor Senecæ præceptor	202 *
Magnanimitatis incōmoda	642 *	Maryllius	368 *
Magnesia	71 *	Masilæ incolæ	937
Magni	757	Mathematici taxantur	594
Magnitudinis ueræ propriū	728		
			Mecc

I N D E X.

Mecilius	915	Meritorum memoria non obli- teranda	33
Mecenas	144	Meritorum commemoratio la- cerat animum	23
Mecenatis uoluptuosa uita	641	Messala	288* 335
Mecenatis turpissimum uotū	532	Messala unde	870
Medicina immatura in morbis periculosa	930	Messala Coruinus	242
Medicina olim paucarum herba- rum scientia	500	Messalina uxor Claudii	612
Medici quare adhibeantur in mor- bis insanabilibus	486	Messalina occiditur propter adul- terium	187
Medicorum exclamatio de bre- uitate uitæ	856	Messana à quo deuicta	870
Megara capitur	841	Metallum antiquum inuestiga- tum	73*
Megarici	449	Metallorum humus unde	ibid.
Mel an apes conficiant	417	Metellus cæcus a.	645
Mel apud Indos inueniri in arun- dinum foliis	ibidem	Metellus exilium fortiter tulit	233
Melas amnis	80*	Metellum centum & uiginti cap- tos elephantes duxisse ante cur- rum	871
Melas Senecæ filius	178.187*	Metrodorus Chius	142*
Melison	242	Metrodorus	186.217.394.399. 519.& 526.
Memoria quid	189*	Metronactes philosophus	278
Memoria qualis in Seneca	179*	Metus lymphatici	203
Memoriæ egregiæ insignia exem- pla	198*	Metum raritas rei auget	130*
Memoriæ perfectæ duæ uirtutes	192*	Milciades	300
Menander	96*	Milciades peculatus damnatus	511
Mendicasse C. Marium	210	de milite lex	878
Menenii Agrippæ paupertas	945	Miletus	936
Mensa hospitalis sacra res	94	Militia & militare	216*
Mens bona sine Deo nulla	364	Mille	189*
Mentis securæ & quietæ officium	370	Minos iudex inferorum	617
Mentis malæ indicium	260	Miracula illa septē interiisse	879
Mercurius	73	Miridis delicata uita	696
Mercurius ἀγοραῖος	660	Misereor & miseror	217*
Mercurium Gratiis adfatare	5	Miser nemo nisi suo uitio	349
Meretrix	218*	Misericordia quid	771
Meretricis impudentia	516*	Misericordiæ genus cito occide- re	20
Meridianus circulus	121*	moderatio ī regibus laudāda	696

Mode

Moderatus	313 *	Mortis maximū incōmodum	527
Moderatus rhetor	553	Mortis uias natura rerum multas aperuit	464 *
Mceror omnis contumax,	931	Mortis nullum magis solatium, quàm ipsa mortalitas	129
Monendi ne omnes sint,	245	Mortis timore mori stultitia est	
Moneri uelle & posse, secunda uirtus est	120		347
Monitorium fulmen	55 *	Morti quæ res nos alienat,	160 *
Monitionum utilitas	486	Mortem sibi accerere	384
Mōtanus Iulius poëta,	617 * 470	Mortem timēs, nihil unquam pro homine uiuo faciet	826
Moralis philosophiæ pars in tria diuiditur	451.452	Mortē cōdiscere egregia res	240
Morbi animi	373	Mortem habere nullum incommodum	259
in morbo omni tria grauia	387	ad Mortem ante præparandi sumus quàm ad uitam	318
Morosus	664	Mortem inter adiaphora ponere	406
Mori bene quid	318	ad mortem respiciendū in omnibus factis nostris	584
Mori in tota uita discendum,	862	Mortem omnia tenere	178
Mori necesse est	130	Mortem uenientem quis hilaris excipiat	249
Mori in felicitate, magna felicitas est	888	de morte pulchra disputatio	654
Mori quotidie	236	Mortales se esse pauci cogitāt	84
Mori peiores, quàm nasci,	230	Mortalitatis exempla colligere, ridiculum	912
Mors quid	328	Mortalitatis stulta obliuio,	859
Mors per omnes it	481	ad mores componendos eligendus aliquis	198
Mors melior eligenda	347	Mores boni	280
Mors an occupanda, an expectanda	348	Motus quid	34 *
Mors omnium par	337	Motus quatiens	144
Mori neminem sine suo die	345	Motus terræ fieri spiritu	31 *
Mors est non esse	297	Mulier formosa quæ cum mulieribus ingenuis an natura maligne agat	914
Mors omnes pares facit	740	Muliebris mundus sarcinæ uiriles	30 *
Mors omnes æquè uocat,	60 *	Muliebrum uitiorum fundamentum	
Mors ingenti animo prouocanda	152 *		tum
Mors naturæ lex	154 *		
Mors optanda felicissimis,	923		
Mors non timenda	234		
Mors intermittit uitam, non eripit	260		
Mortis commoda	248		
Mortis meditatio	296		

I N D E X,

tom auaritia	258	fe	795
Muliones	601 *	Natura duce utendum	781
Mullus saxatilis	76 *	Natura non dat uirtutem	465
Mullus magni pretii	506	Natura nihil aliud quàm Deus	73
L. Munatius Plancus	600 *	Naturæ esse legem omnem rem-	
Mundus æterna res & inuicta	311	porum difficultatem	787
Mundus omnium parens,	59	Naturæ quatuor	625
Mundi pars	33	Naturæ se sapiens accommodat	214
Mundi officium	77	Naturam mutare difficile	693
Mundum renouari	929	Naturam uim suam exercere	196
Mundum faciendi causa bonitas		Nasci impune nulli contigit	914
Dei	326	Nauali prælio qui primus uicerit	
in mundo stabile nihil	463	870	
Municeps	600 *	Nauis bona	377
Murbacensis bibliotheca,	618 *	Nauem qui primus conscenderit	
Murenas sanguine humano sagi-		870	
nare	760	Naulius carcer	916
Mures ferrum rosisse	602 *	Nausiphanes	449
Murrhedius rhetor	335.378 *	Neapolis	303.921.*126
Musa	6	Necessarium	192 *
Musa rhetor	312 *	Necessitati quiduis satis est	652
Mutare loca	243	Negare	218
Mutius	640	Negotiatio à beneficio multum	
Mutii fortis animus	233	distat	129
Mutii factū duos reges uicit	339	Negotia quædam nõ tam magna	
Mutii manus in hostili ara reli-		quàm sæcunda	819
cta	164	Neptuno qui multa debeant	362
Muxilli schola	186 *	Neptuno assignata mouendi po-	
Myndus urbs in Caria	76 *	tentia	146
N		Nequitia non fortior uirtute	843
N andi imperitos quædam		Nero Cæsar	742 *166
aquas ferre	80 *	Neronis uox de captis duobus la-	
Narcissus	95.619 *	tronibus	768
Nasi omnes Syris reciduntur	722	Neronem in primis musicæ stu-	
Nasci sub manu	351	diosum fuisse	597 *
Natalis	435	Neruorum dolor	337
Natta Pinarius	617	Nestoris æta	597 *
Naturalis pars philosophiæ in		Nicetas	334 *
duo diuisa	453	Nicopolis	148
Natura iubet hominibus prodes-		Niger Brutidius	421
		Nilus	

Nilus	81.82	Obluio iniuriarum remediū	486
Nilus circa Memphim liber	99*	Obruta fulmina	55*
Nilus dulcis	103*	Occasio	200*
de Nili capite	135*	Occasio properās obseruāda	227
Nilum ingentes aquas per æstatem uehere	135*	Occius Flamma	536*
Nilū marinā aquā detulisse	100*	Occupare	191*
Nilum æstiuis fontibus abundante	97*	Occupationibus resistendum	359
Niuatæ potiones	109	Ocium sine literis mors, & hominis uiui sepultura	404
Nix quid	104*	Ocium quare D. Augustus optārit	860
Niuis qua in parte aëris fiat	106*	Ocium quorundam iners negotium	869
Niuem duram calcare	105*	Ocium quomodo colendum	342
Niues emere	109	Ocio gloriari, iners est ambitio ibidem	
Niues in Alexandria non cadere	101*	Ocio ingenia perire	847
Nobilem quid faciat	271	Ocio excitatur uigor	183
Nobilium stemmata	59	Oculi duces scelerum	657
Nobilitas animi & corporis	646	Octauia soror Augusti	893.902
Nobilitatis uis	88	Octauius	63
Nomen facere	1	Oenopides Chius	102
Nomen lusorium	105	Oestrus	316
Nomina fieri	32	Officii humani finis	654
Nomentanus	784	Officia feras sentire	4
Nomentanus locus	542	Olynthius	248
Notus	121*	Olynthius in tormentis perit	578
Noualia	197*	Onesicritus præfectus clasium Alexandri	155
Nouatu robur	ibidem	Opes quomodo possidendæ	217
Nouari	197*	Opes amplas habere potest philosophus	724
Nouatilla	952	Opes auctoramenta seruitutū	548
Nouatus	661	Opes an sint bonæ	435
Nouatus Senecæ filius	178*	Opinio	289*
Nubes quid	45	Orabortus senex	721
Nubium obseruatores	105	Oraculum quid b.	181.194
Nucerinorum colonia	126	Orare	416*
Numos poscere & contemnere intolerabilis res	27	Orandi Deum modus	195.196
		Orator quis	181*
			Orat

O Biurgationi semper aliquid laude admiscendum 647*

I N D E X.

Orator uerus qui	644 *	παραδοξα	399
Oratoris præcipuum instrumen- tum, memoria	198 *	παρανετικὴ	498
Oratio quid	535	παραλία	22 *
Oratio simplex ueritatis	285	Parentis officiũ erga filios	758
Oratio corrupti generis unde proueniat	578	Parētũ elemētia erga liberos	756
Oratio cultus animi	585	A parentibus maxima beneficia accipimus	136
Oratio talis, qualis uita	578	Parentibus data quædam priuile- gia	49
Orationis proprius decor	527	Parianus Artemidorus	15 *
Orationis dulcedinem magnos uiros à uero abducere	460	Parmenides	449
Ordo omnium rerum an certus ducatur	7 *	Parfimonia quid	39
Ornamentum superuacuum con- temnendum	189	Parfimonia uictus	604
Oscius rhetor	312 *	Parrhasius pictor Atheniēsis	577
Oscus natus ad contumelias	553	Parthos reges nemo sine munere salutat	215
Ossam aliquando Olympo adhæ- sisse	147 *	Pasim	190. * 190
Ostiensis colonia	26	Pasienus	241 *
Orho Iunius	383	Pasithoa	5
Otroyades	335 *	Pastor eques Romanus	703
Oua quantum complectantur hu- moris	54	Pastor Aietius rhetor	383 *
Oues mollioris naturæ	149	Patanii conditor Antenor	937
Ouidius 392.566. * 66.77.96		Paterculus	137 *
Ouidius pro Tibullo	97 *	Paternus rhetor	313 *
<i>ὄνεια</i>	307	Paterpatriæ	757
P		Patria	656
Pacatus rhetor	312.553 *	Patria ubicunque est	645
Pacuii uox cum uino reple- tus	199	Patria carere intolerabile	934
Pædagogum unicuique nostrum Deum dari	566	Patria totus mundus	243
Pammenes rhetor	386 *	Patriæ nocere nefas	702
Panætius	174 *	Patritii	199 *
Pantillus	242	Patrocinium & patronus	222 *
Pantonimus	620 *	Paulina uxor Senecæ	542
Paphos	148	Paulus Prætorius	58
		Paulinus	856
		Pauperi pax in obsessâ uia	651
		Paupertas	439. * 208
		Paupertas lata honesta res	179,
		650	
		Paupertas probro est	587
		p p	Paupert

paupertas composita lege naturæ	Pertinax	197 *	
magnæ diuitiæ	583	Perturbationes animi Pythagoras	
Paupertas quæ tolerabilis	946	Lyra composuit	715
Paupertatis laus, a.	213	Perusina aræ	754
in paupertate nullū uitium	656	Pestifera fulmina	55 *
<i>πρωσοδία</i>	472	Pestilentiam fieri post magnos terrarum motus	149 *
Peccantium falsa excusatio taxatur	286	de pestilentia & ira	711
Peccati notitia, salutis initiū	244	Petreus	638
Peccatorum magna pars quomodo tollatur	197	Phædon	489 *
Pecunia maiori tormento possidetur quàm acquiritur	588	Phalaris	167.682
Pecunia in honore	587	Phalaridis crudelitas	771
Pecuniæ malum	734	Pharos	148 *
Pecuniæ onus	657	Phasis	101 *
Pecuniæ optimus modus	322	Phidias triplicem sui operis fructum habet	39
Pedarii senatores	615 *	Phile insula	98 *
Pedo Albinouanus fabulator elegantissimus	618	Philippus	494
Pencon	147 *	Philippus medicus Alexandri	695
Peninon	80 *	Philippus Macedonū rex metallū explorauit	119 *
Peregrinari cū affectibus	545	Philippi patiens animus ad conuitia	726
Peregrinatioēs quibus nihil profuit	243.543	Philistæ	191
Peremptalia fulmina	55 *	Philologia sc̄ta philosophia	560
Perfectum quid	624	Philologi	599
Periculorū cōtemptus unde	644	Philosophia unde dicta	451
Peripatetici tria genera inducunt bonorum	441	Philosophia quō utendū sit	540
Peripateticorum philosophiæ diuisio	452	Philosophia uitæ lex	489 *
<i>περίπατος</i>	35 *	Philosophia neminem reiecit	271
Pernitiosa nunquam seruant modum	421	Philosophiæ leges breues	489 *
Perseus rex cur in Græciā traiecerit	124 *	Philosophiæ seruire libertas est	190
Personarum ac dignitatum proportio habenda, a.	27	Philosophiæ uis	557
pertinacia est ignobilis bestia	748	Philosophiæ uerba non opera tractare	235
		Philosophiæ diuisio utilis	450
		Philosophiæ laus	207
		Philosophiā in opere discere	520
		Philosoph	

Philosophiam nil ab alio petere 445	Plancus 93.*
Philosophiã quosdam didicisse, uelut aliquod artificium uenale 562	Plato 104.377.324.562.835. 925.* 240
Philosophiam non esse postulare artificium, nec ostentationi paratum 209	Plato quintã causam adiicit 324
sine philosophia ager est animus 209	Platonis anni 312
de philosophi uera magnitudine 570	Platonis dictũ ad nauam 135
Philosophi oratio simplex esse debet 527	Platonis librum legit Cato, quum se interficere constituerat 233
Philosophi Cathedrarii 866	Platonis dictũ de uita hoĩs 115.*
Philosophi, uelut corruptores iu- uentutis abire iussĩ 942	Platoni tres fuisse seruos 945.*
Philosophi an quæ loquãtur præ- stent 791	Platoni defuncto magi immola- uerunt, a. 312
in philosophorum schola quid discendum 555	Plebs 199.*
Philosophorum de Deo discre- pancia 591	Plebeii 200.*
Philostus 198	Plotinus 230.*
Phoenix semel anno quingentesi- mo nascitur 268	Plution 327
Photinus Stoicus 137	Pluuiæ minutæ 105.*
Phrygii 556	Podagra 295.387
Pila uisã ardere in Romanorum castris 9.*	Pœnæ quare infligãtur à pruden- tibus 677
Pila totusterrarum orbis 107.*	Pœnæ genus omne remedii loco admouendum 672
de pilæ usu, & beneficii rōne 28	à pœna fortunam multos libera- re 517
Pindarus 148.*	Pœni 936
Pirata 215.*	Pœtæ nomen 309
Pisces cur in terrã nõ trãseãt 75.*	Pœtarum furor 874
Pisistrati tyranni dictum 717	Pœcis permissam fingere 3
Cn. Pisonis crudelitas 675	Pogoniæ 26.*
Pisonis ebrietas 413	Polyenus 186.217
Pithiæ 26.*	Pollio Annius 89
Placita 429	Pollio Asinius 835.* 353
	Polyteles 342
	Poma gregalia 13
	Pomperiu Syllã produxisse 871
	Pompa 204
	Cn. Pompeius 290.494.547. 598.641.833.921.* 97
	Pompeius Hortensii clientem se confessus 473.*

I N D E X.

Cn. Pompeii inuidia	112	pulos	758
Pompeii crudelitas malum finem habuit, a.	871	Præceptores quales dandi	694
de Pompei capite Pupillus & Spado tulere sententiam	180	Præcipuus	192 *
Pompeii ore nihil mollius	197	Præexercitamenta	188 *
Pompeiorum calamitas	874	Prætextati	213. 195 *
Pompeios celebris Cāpaniæ urbs	126 *	Prætextati & prætexta	195 *
Pōponius Atellanarum scriptor	480	Præstare	190 *
Popilius	313 *	Præsto	191 *
Popilius miles	352 *	Principia rerum quæ apud Philo- sophos	591
Popilius occisor Ciceronis	471 *	Principi quale exemplum consti- tuendum	749
Populorum transformationes pu- blica exilia	937	Principes duabus de causis punire solent	762
Porcellus Grammaticus	334 *	Principum sæuitia bellum	747
Porfena	164. 233	Principum nomina	757
Posides Spado	620 *	Principum uitia quibus rebus a- lantur	589
Posidonius	391. 412. 438. 444. 457. 458. 460. 462. 489. 510. 546. 562. 577. * 17. 43. 57. 103. 147	Principibus qui gratiores esse de- bent	361
Posidonius discipulus Asclepio- doti	141	Priscianus	188
Posidonius de cometis	167 *	Priscum	189
Posidonium plurimum philoso- phiæ contulisse	460	Probus	220
Postulatoria fulmina	55 *	Procrustes	770
Potamon	335 *	Prodigium ignis tempore D. Au- gusti	7 *
Potentia	211 *	Proficere uelle, magna pars est profectus	358
Potestas	ibidem	Profiteri æs alienum	134
Precarium	216 *	Prometheus liber	219
Precario	191 *	Pronunciatio	201 *
πρῆξις	118 *	Pronūciatio qualis esse debeat in philosopho	263
Præcepta dare scienti superuacū	483	Proponere	211 *
Præceptis obstātia amouēda	505	Proccemiorum lex	188 *
Præceptor	190 *	Prostare	218
Præceptoris officium erga disci- pulos		Prostituere	ibidem
		Protagoras	449
		Prouidentia Dei paucis nota	87
		Prouidentiam esse diuinam	635
		Prouocare	

I N D E X.

Prouocare	197*		
Prudentia	219*		
Prudentiæ encomium	635*		
de prudentiæ mensura & moder- atione	641*		
Prytanes	817		
Píallo	193*		
Pŷchroluta	294		
Pŷchrolutes	294		
Publius Octauius	506		
Publius Vicitius	265		
Publii Mimi scripta	480*		
Pudicitia	219*		
Pudicitia quale ornamentum			
949			
Pudor	219*		
Pudor quos deceat	197		
Puer statura ingentis uiri	928		
Pueri quomodo educandi	693		
Puerorum ira	661		
Pueros statim salubriter institui plurimum proderit	694		
Pulvillus pontifex	912		
Purpura Tyria	18*		
Putecolanus puluis	78*		
Pylades	241		
Pyrenæus Germanorum trans- itus	936		
Pyrrhus maxim ⁹ præceptor gym- nici certaminis	690		
Pyrronii	449		
Pythagoras	489.558.872		
Pythagoras de Deo quid sentiat	591*		
Pythagoras quomodo perturba- tiones superarit	715*		
Pythagorica schola	176		
Pythagorici discipuli	293		
Pythocles	226		
Pythnicus	383*		
		Q	
		Q Vintius	875
		Q Quintus sextus	322
		Quotidie	192*
		R	
		R Abienus	311
		R de radiis solis & ebrietate	
		414	
		Rapirius poeta	123
		Ratio quid	331
		Ratio arbitra est bonorū ac ma- lorum	336
		Ratio oīs honesti comes est	74
		Rebilus consularis	32
		Reddere quid	166
		Regalia fulmina, b.	55
		Regnum penes sapientes olim fuisse	456
		Regulus consul	126
		Reguli fortis animus	640
		Regulus captus à Pœnis non ui- ctus	100
		Reguli arca	341
		Reguli constantia	ibidem
		Remedii genus abominādū	670
		Rerum duo genera	622
		Reipublicæ duæ	803
		Reipublicæ animus	747
		Reipublicæ qui præfint	815
		Retractare	196*
		Reuerētia frænat animos	490
		Rex animus reipublicæ	747
		Regibus ex mansuetudine secu- ritas	750
		Rhenus	101.133*
		Rhetor	202*
		Rhincolura loci nomen, a.	72
		Rhodanus	101*
		Rhodanus fluiuius Galliæ	601*
		Rhodii uox effœminatissia	347

Rifus immodicus reprehensibilis	639 *	natus	772
Rixam à lasso quæri	714	Sapiens agricolas bonos imitatur	774
Robur animo unde ueniat	154 *	Sapiens se contentus est ad beate uiuendū, non ad uiuendum	193
Romani imperii fundamentum paupertas	440	Sapiens quare magnus	439
Romani principes quatuor	96 *	Sapiens seipſo contentus	190
Romulum perisse ſolis defectio- ne	561	Sapiens an ſapienti proſit	563
Rutilia Cottam filium ſecuta in exilium	949	Sapiens iras potentium nunquam prouocabit	206
Rutilius	640.832.924	Sapiens humani generis pedago- gus	451
Rutilii conſtans animus	253	Sapiens quid inueſtigauerit	462
Rutilii innocentia	113	Sapientis præcepta finita	483
Rutilii exilium	341	Sapientis animus ſolidus	793
	S. animalis salus 21	Sapientis animus qualis	316
S abbatis lucernas accendere prohibitum	507	Sapienti uiro occasio bene agendi in adſicta Republica	818
Sabinus Aſydus	333 *	Sapienti opus agitatione uirtu- tum	563
Sacerdos	215 *	Sapientes animum in poteſtate habere	29
Sacrarium	222 *	Sapientia quid	223.451
Sacrilegiū in omnibus rebus	339	Sapientia habitus perfectæ men- tis	594
Sacrilegii pcena	159	Sapientia antiqua	500
Sacrilegia minuta puniuntur ma- gna in triumphis feruntur	436	Sapientia rerū terminos nouit	484
Sæuitiæ exēpla horrenda	721.722	Sapientiæ accidens	594
Sagacitas hominum multa inue- nit	336	Sapientiæ uſus ſapere	594
Sales liberis sæpe nocere	325 *	ad Sapientiam cur pauci peruene- rint	811
Sales periculoli	819	Sapientiam bonum eſſe	592
Saltare	193 *	Satellius Quadratus	242
Saluidenus	751	Satietas animalibus cognita	316
Salluſtius, a.	68.159.240 *	ad Saturitatem non opus fortu- na	216
Salluſtii tempore quale genus di- cendi	532	Saturnalia celebrare toto anno 605 *	
Sanguine litare	106	Saturnaliorum licentia	616 *
Sapere expetenda res	591	Scamander fluuius	601 *
Sapiens quis	155		Scaur
Sapiens non poteſt lædi	843		
Sapiens in commune auxilium			

I N D E X.

Scaurus Mamercus	337 *	Senecæ pronomé & cognomé	73
Scaurus orator	550	Senecæ uita	187
Scauri orationes ex senatuscon- sulto combustæ	ibid.	Senecæ filius Tragoedias scripsit	ibidem
Scelera conspectum suum refor- midare	27 *	Senectus insanabilis morbus	561
Schema	203 *	Senectus iucundissima	199
Sciathus insula	935	Senectus lassæ ætatis non fractæ nomen	259
Scipio	669.875	Senectus non una hominibus	922
Scipio bellum punicū finiuit	146	Senectutē producit frugalitas	312
Scipio focer Pompeii	234	Senectutem cur quidam grauem putant	878
Scipio quo in loco exulārit	290	Sententia	187.202 *
Scipionis uirtutes	63	in sententiam ire	615 *
Scipionis filiæ ex ærario dotem accepisse	945	Senex	189 *
Scipionis pictas	428	Cn.Sentius	617
Scipionum calamitas	893	Senianus	336 *
Sciron	122 *	Septentrionalis circulus	121 *
Scita	499	Septimus quisq; annus ætati signū imprimit	66 *
Scythicæ uestes	459	Sepullius Bassus	469 *
Scordalus	360 *	Sepultura quare inuenta	655
Scribonia grauis fœmina	347	Serapion philosophus	263
Scylla quid	392	Serentus	808
Seculum aureum	456	Seriphus insula	935
Seculi corruptissimi mores de- scribuntur	684	Sarium	191 *
Securitas proprium sapientis bo- num	849	Serpens etiā per hyemem in aper- to est	101
Securitatis magna pars nihil ini- quum facere	550	Serpens ingens	409
Sedem mutasse omnes gētes	936	Serpens pestifera quando tuto tra- ctetur	268
Seianus	924	Seruator	31
<i>σείνα</i>	25 *	Seruitus uoluntaria	104
de Senatore lex	878	Seruitus assidua	66 *
Seneca Photini Stoici discipu- lus	648	Seruitus uoluntaria turpis	279
Seneca in Corsicam insulam rele- gatus	187	Seruitus una	244
Seneca iuuenis scripsit librum de terræ motu	131 *	Seruitutem non in totum homi- nem descendere	55
		Seruus in consilium admitten- dus	279

Seru ⁹ an ppetuo mercenari ⁹ sit	55	nibus	545
Serui diligendi	277	Socratis incommoda	547
Seruorum egregium factum	56	Socratis calix	341
quot seruos, totidem hostes	277	Socratis uox cum in carcere ad-	
Seftius	706	esset ad populum	799
Seuerus Cornelius	392	Socratis adhortatio in medio pe-	
Seuerus Casius	239 *	riculorum	818.
Sextilius Ena poëta	355 *	Socratis dictum ad Aeschinẽm	9
Sextius	558	Socratis festiuis iocus	716
Sextius honores repulit	520	Socratis querela de pallio	170
Sextius philosophus	314	Socratem triginta dies in carcere	
Sextus Papinius	723	fuisse	347
Sicilia ab Italia reiecta	151 *	Socratem triginta tyrannos cir-	
Siciliã descriptio	916	cunstitisse	244
Siculi iuuenes	66	ex Socrate uarias sectas esse na-	
Siculi iuuenes parentes ab incen-		tas	186
dio liberarunt	146	Socratici foetus	820
Sidonia	147 *	Sordalus	300
Silere	208 *	Solatii genus maleuoli turba mi-	
Silo Pompeius	241 *	ferorum	911
Simultatis malum	711	Solertia	197 *
Sisyphi saxum uoluere	622	Solidum	198 *
Socion	558	Solis lux semper	474
Societatis quanta uis, a.	80.81	Solis defectio quomodo depre-	
Socion philosophus	283	hendenda	23 *
sine Socio nullius boni iucunda		Solis alimentum per diem	114 *
possessio	185	Solem undas trahere	103 *
Socrates 103.187.394.324.520.		Solem currere nemo sentit	14 *
547.683.872.924		de Sole philosophorum senten-	
Socrates sales risit	854	tia	592
Socrates iratus noluit seruũ emen-		Soles binos & ternos apparuisse	
dare	672	22 *	
Socrates Archelaum quare adire		Solon	456
noluerit	103	Solonem uino indulisse	835
Socrates totam philosophiam re-		Somnus refectioni necessari ⁹	824
uocauit ad mores	352	soplia	451
Socrates præbuit se legibus	347	Sophismata	274.570
Socrates dixit idem esse ueritatẽ		Sophismata puerilia qui tractant,	
& uirtutem.	354 *	quales sint homines	281
Socratis dictum de peregrinatio-		Sophistes	202 *
			Soph

I N D E X.

Sophocles	100 *	Stoica duritia	851
Sophoniscus	63	Stoica paradoxa	432
Spanii domus	618	Stoici de deo	592
Sparfus rhetor	313 *	Stoici	802.872
Specimen	194 *	Stoicorū dogma de sapientia	591
Speculum quare repertum	27 *	Stoicorum sectam apud imperi-	
Speculum ex auro nitidum	30 *	tos male audire	912
Specula quare inuenta	29.30 *	Straton doctus uir	137 *
de Speculis duæ opiniones	15 *	Studendum an post cibum	485
in Spec ^o quosdā intuētes mori	78	Studendum quomodo	455
Specus hyeme calidos esse	102 *	Stultitia omnis laborat fastidio	
Spes incerti boni nomen	195	sui	195
Speusippus	422.718	Stultitia morbus animi	165
Spiritus aër agitatus	32 *	Stix	79 *
Spiritus sacer intra nos sedet	266	Subsolanus	120 *
Spiritus inuicta res	142 *	Succusio terræ	144 *
Spiritū à uento modus separat	118	Suetonii locus	688
Stabianum littus	126 *	Sufes	817
Stagni in Syria uis	80 *	Summarium	262
Stagna quædam sine fundo	77 *	Summum adiectionem non reci-	
Stator & Statilio	73	pere	422
Statilia	385	de Suo donare	156
Stationensis lacus	81 *	Supellex	203 *
Status fulmen	51 *	Superbiæ proprium	144
Stellam super ipsam lanceam con-		Superstitio error insanus	622
stitisse	9 *	Superfluitas taxatur	317
Stellæ an decident	ibid.	Supplicium sceleris in scelere	517
Stellarū quinque potestates Chal-		Supplicia multa præcipi turpia	764
dæorū obseruatio excepit	48 *	Surretinum littus	125 *
Stellarum usus	84	Suspicio & coniectura, fallacissi-	
Stellarū nō est eadē potentia	162	ma irritamenta	696
Stillon	190	Suspitionis malum	695
Stillbonis dictum quū patria eius		L.Sylla	912
esset capta	194.842	Sylla septem milia ciuium Roma-	
Stillicidia pluuiæ cadentis	13 *	norum occidi inuisit	754
Stilus decretorius	757	Sylla quā uiolentissimus	197
Stipatores	416 *	L.Syllæ crudelitas in Mariū	722
Stipendium	ibid.	Syllæ occidendi finem fecit ino-	
Stipendiarius	196 *	pia hostium	754
Stips	ibid.	L.Syllæ ingratitude	112

I N D E X.

Syllana crudelitas	704	de Terræ motu multa	126*
Syllanum iugum	900	Terrā qd ab infimo moueat	131*
Syllano tempore scriptum	678	Terram natura regi ad nostrorū	
Syriacus rhetor	369	corporum exemplar	73*
Syriacus Vallius	535	in terra humoris complura	ibid.
Syrtricæ gentes	459	Terras habere multa mortifera	
T		149	
T Abulæ	870	Tertulliani locus expositus	630*
Tacenda quibus commit-		Textoriæ artis descriptio	460
tenda	413	Thales	72.101.592*
Tacere	208*	Thales Milefius de terræ situ	132
Talhybius	619*	Thales de Deo. b.	591*
Tamusi annales	480	Thalia	5.& 6.
Tantuli fitis	622*	Thema	206*
Tarii factum erga filium	748	Themisonis secta	499
Tauromenitanum litus	392	Theodorus Cyronensis	591*
Taygetus mons	331*	Theodori philosophi dictum cō-	
de Telo & dante simile	9	tra tyrannum	830
Telephorus Thedius misere cru-		Theogenes mathematicus	594
ciatur	727	Theophrastus	670.872.* 70.
Temperantiæ modus	642	100.173	
Tempestat quo præficiatur	11*	Theophrastus carpitur	70.71*
Tempestatates animi	442	Theophrastus Aristotelis disci-	
Templa	216*	pulus	137
Tps colligendum & seruandū	177	Therea	144*
Tps tribus partibus constare	626	There insula	ibidem
Tps præfens semp in cursu est	867	Therifis Threcas	94*
Tempus nemo æstimat	864	Thesis	187.195*
de tpe conquestus est Cicero	284	Thessaliæ paludes exiccatae	147*
Tempora iniqua	925	in Thessalia circa Tempe esse	
Tenyrita	100*	mortiferas aquas	79*
Terra nullum exilium	656	Theutonici	668
Terra et pars müdi et materia	33*	Thraciæ iuga	101*
Terra quomodo ad cōtinuandos		Thracias	121*
fluminum cursus sufficiat	67*	Thucydides	147.148*
Terra ab imbre non ultra decem		in Thucidide præcipua uirtus bre-	
pedes in altitudine madescit	68*	uitatis	516*
Terra mutabilis	69*	Thufcus	337*
Terræ quis situs	32*	Tib. Cæsar	914
Terræ natura rara	145*	Tiberii Cæsaris tempora	743
		Tigris	

Tigris	544.* 82	Turpia quæ	352
Timagenes historiarum scriptor		Turpitude sapienti malum	841
727		Turrinus Clodius	314.554*
Timere semper nihil miserius	519	Tusci	936
Timor stultus sine remedio	129*	Tyberius Theodorus	340*
Tithoni longæuitas	597*	Tyberii Cæsaris luxus	506
Τόσηρ.	307	Tyberii Cæsaris dictum	120
Titus Liuius Sallustio iniquus		Tyberii Cæsaris tempora, ibidem	
516*		Tyranni crudele factum in ami-	
Tonare cælo sereno	9*	cos	695
Tonans Deus	73	Tyranni & regis discrimen,	754
Tonitrua quid	57*	Tyrii	936
Tonitrua	38.40*	Tyros b.	148
Tonitrua uenturi prænuntia im-		Tyros infamis ruinis	128*
bris	44*		
Tonus, pro tonitruo	58*	V	
Τονική	453	VAcia uilla	298
Trabes	9.26*	Vadimonis lacus	81*
Trabes in cælo	157*	ad Valetudinem bonam conferunt	
Trachinensis colonia	313*	amici	386
Tranquillitas uera	301	Valerius Asiaticus	853.* 44
Tranquillitas animi quomodo		Valerius Coruinus a.	870
adsequenda	811	Vagellius	130
Tremor terræ	143*	Valgius	288
Trepidare nocentium proprie	517	Vanis uana terrori esse	688
Triarius	344	Varro de distinctione uetorum	121
Triarius rhetor	368.433*	Varus	617
Tristitia iracundiæ comes,	683	Varrus Quintilius	382*
Tristitiæ an sit cognata uoluptas		Vasinius	642.599
525		Vatinius natus ad risum & ad o-	
Tristitiæ famam captare	524	dium	853
Træceni	330*	Vatinii	837
Troglodytæ b.	100	Vedius Pollio	760
Tuber tyranno ab hoste diuidi-		Venæ spiritus receptacula,	73*
tur a.	30	Veneri uim amittere percussos	
Tubero	520.546	fulmine	47*
Tuberonis lecti lignei	512	Veneo	215*
Tullius Marcellinus	383	Veneranda quæ sint	475
Turba uitanda	186	Veneris comites	5
Turbo	117.157*	Ventus quid	111*
		Venti quare dati	122.123*
		Vento	

I N D E X.

Vento templum uouere,	122 *	Virtus	199 *
Ventum facit sol ortus	115 *	Virtus ipsa prima hominis pars	
Ventorum regio	11 *	473	
Ventorum totidem esse, quot coeli discrimina	121 *	Virtus contingit animo instituto & edocto	466
Ventos esse quatuor	120 *	Virtus non sine philosophia	451
Ventos duos simul flare,	137 *	Virtus nihil aliud quam animus	
Ventrem præcepta non audire	227	573	
Verecundia non apud omnes æqua	196	Virtus altum quiddam & regale	
Vergilius 302.306.307.346.392.431.473.511.533.546.560.561.586.615.886. * 66.96.148.240		580	
Vergilius de uentis	138 *	Virtus ubi quærenda	781
Vergilii locus	327.339 *	Virtus Epicuris uoluptatum sinistra	69
Vergilii locus de pareliis,	22 *	Virtus nulli præclusa	53
Vergilius consul	126 *	Virtus in omnium animos lumē immittit	80
Veritatis una uis	536	Virtus nulla sine labore	798
Veritatis simplex oratio	285	Virtus auida periculi	642
Versuram facere	220	Virtus acerrima quæ	755
Vesta & Vestales	222 *	Virtus sola excelsa & sublimis	
Vestis mundæ electio appetenda est homini	473	679	
Via sacra	615 *	Virtus humilis & magna,	683
Vibius Rufus	378	Virtus discenda	622
Victor Stratorius	336 *	Virtus certissima quæ	669
Vienna Vrbs Galliæ	600 *	Virtus semper signa sui mittit	816
Vilia quæ sint	475	Virtus sine aduersario marcet	637
Villeus	93 *	Virtus non potest maior aut minor fieri	353
Vinolentiam crudelitatem sequi	415	Virtus nulli uirtuti cōtraria	770
Vinum pueris non dandum	297	Virtus sola præstat gaudium perfectum	241
Vini uis in aceto	78 *	Virtutis pars disciplina, pars exercitatione constat	491
Vino deditus Cambyfes	719	Virtutis proprium & naturale gaudere	683
Vipsanus	595 *	Virtuti etiā in lectulo locus	390
Viri fortis descriptio	511	Virtutem in duas partes diuidi	490
Virgæ nihil aliud quam imperfecti arcus	22 *	Virtutem materiā non mutat	332
Virgam in lapidem commutari	77 *		

Virtutem quidam uoluptati tradidere ancillam	786	cium	295
in Virtute quid præcipuum	476	Vita perducere ad desperationem	477
Virtutes bona quasi naturalia	287	Vitia quædam uirtutes imitantia	745
Vispanus	469	Vitia an nobiscum nascantur	492
Vita plena uariis casibus,	215	Vitia uirtutibus immixta esse	581
Vita quæ homini data	4 *	Vitia sui corporis quisque nota habet	343
Vita honesta uariis actionibus constat	341	Vitia per uoluptatem facilius irrepunt	186
Vita actiuosa	817	Vitia hominum esse non temporum	514
Vita tenenda, quam natura præscripsit	619	ad uirtutem pronum iter & præceptum	516
Vita longa, iis qui uti sciunt	857	Vitia malum excusare quàm effugere	459 *
Vita in tria tempora diuiditur	866	Vitia succumbere uirtutibus	99
Vita humana quibus rebus constat	663	Vitia incendere quum dii autores inscribuntur	874
Vita optima sequenda non iucundissima	781	Vitiorum mors	239
Vita quid sit melius,	64	Vitiorum irritamenta quàm longissime fugienda	289
Vita seruitus est, si moriendi uirtus abest	385	Vitiis notis impedimenta prospicienda	719
Vita quando sibi concors,	453	Vitriarii ars	463
Vita humana nihil fallacius	924	Vitro ornata camera	429
Vita emenda non omni pretio	347	Viuere sibi	298
Vita beata quibus constat,	498	Viuere in tota uita discendum est	862
Vitæ introitus qualis	917	Viuere bene bonum	62.346
Vitæ cupido excutienda	533	Viuere ad naturam	651
Vitæ genera tria	806	ad Viuendum bene non magno apparatu opus	933
Vitæ spatium amplissimum	480	Viuendum cum hominibus tanquam Deus uideat	196
Vitæ regula apprehendenda	219	Viuendum quomodo sit à philosophis præscribitur	790
Vitæ eadem conditio, quæ balnei	552	Viuendi maximum impedimentum	866
Vitæ maximum uitium	532		
de uitæ partibus omnes deliberare	351		
Vitam contemnere	571		
Vitam dare quale beneficium	62		
A. Vitellius	595		
Vitia confiteri sanitatis indi-			


I N D E X.


Viuendi facultas dispar unicuique data	923	Vox uiua plus prodest, quàm oratio	186
Vix fieri	197 *	Vocis intentio non contemnenda	210
Vltio doloris confessio est	712	Voces imperitorum quo loco habendæ	770
Vlyffes	334.838	Vrbanitas Ciceronis	853
in Vlyffis mala nequitia nos impellit	442	Vrbanitas temeraria	727
Vnguentarios Lacedæmonii urbe expulere	110 *	Vrbium excidia æquo animo ferenda	468
Vocare ad pileum seruos	280	Vsq̃	190 *
Volesi crudelitas	682	Vfus	189 *
Voluptas tam bonis quàm malis inest	780	Vulturnus	121 *
Voluptas modica laxat animos & temperat	693	Vxor aduentitium bonum	658
Voluptas ubi quærenda	781	de Vxore amiffa consolatio ibid.	
Voluptas certior, quæ eripi non potest	45	X	
Voluptas stabilis & certa	217	Xanthus fluuius	601 *
Voluptati indulgere initium omnium malorum	568	Xenocrates	422
Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit	590	Xerxis crudelitas	722
Voluptates modum transcendent, pœnas esse	416	Xerxis exercitus	142.143
Voluptates tristes	341	Z	
Voluptates mixtas esse pœnitentiæ	463	Zaleuci leges a.	456
Voluptates debellandæ	289	Zenon	405.408.412.546.562.801.802.806.872.810.*166
Voluptatum duo genera	390	Zenon Eleates	449
Voluptatibus aſuetis carere moleſtum	383	Zenon de ira	674
Vopifcus	173 *	Zenonis dictum quum naufragium paſſus eſſet	830
Vox quid	34.& 46	Zenoni ſeruũ nullum fuiſſe	945
		Zenonem promiſſis ſtetiſſe	94
		Zenophantus	681
		Zephyrus	121 *

F I N I S.











M.D.LXVIII

The image shows the front cover of an antique book, bound in dark brown leather. The cover is intricately decorated with gold-tooled patterns. A central oval medallion contains the date 'M.D.LXVIII' (1568). The design is symmetrical and features a complex interlocking pattern of scrolls and floral motifs. The spine of the book is visible on the right, showing raised bands and some wear.

rides. Accipe quod rideas magis. Si quis nec agnū, nec pullum habebat, quod sine damno fieri poterat, manus sibi afferebat. Et ne tu auidas aut crudeles existimes nubes, digitum suū bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se auertebat, quā ab illo in quo maioribus hostijs exorata erat.

CAP. VII. Rationē huius rei quidam quērūt. Alteri ut hoīes sapientissimos decet, negant posse fieri, ut cum grandine aliquis paciscatur & tēpestates munusculis redimat, quamuis munera et deos uincat. Alteri suspicari ipsos aiunt, esse in ipso sanguine uim quandā potentē auertendæ nubis, ac repellendæ. Sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse uis tanta, ut in altū penetret, & eam sentiant nubes? Quāto expedito expeditius erat dicere, mendacium & fabula est? At Cleonæ iudicia *reddebant in illos, quibus delegata erat cura providendæ tēpestatis, quod negligētia eorum uinæ uapulassent, aut segetes procidissent. Et apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebatur, & attrahi imbres cantibus et repelli, quorū nihil posse fieri tā palā est, ut huius rei causa nullius Philosophi schola intrāda sit.

CAP. VIII. Vnam rem adhuc adiiciam, & fauere, ac plaudere te iuuabit. Aiunt niuem in ea parte aëris fieri, que propē terras est. Hanc enim plus habere calorē ex tribus causis. Vna, quod oīs terrarū euaporatio, cū multum intra se seruidi aridiq; habeat, hoc est calidior, quo recentior. Altera quod radij Solis à terra resiliunt, & in se currunt. Horū duplicatio proxima quæq; à terris calefacit. Quæ ideo plus habet tēporis, quia Solem bis sentiunt. Tertia causa est, quod magis superiora perflantur. At quæcūq; depressa sunt, minus uētis uerberantur.

CAP. IX. Accedit his ratio Democriti. Omne corpus quo solidius est, hoc calorē citius cōcipit, et diutius seruat, itaq; si in

Solem

*animaduertebant
Vincas ne excantassit.

Solem
citius
exist
siora
nuot
near
occu
prop
c
nunc
Que
aere
cras
lore
raru
non
c
hoc
dent
mia
gnit
nobi
nife
teru
max
pila
equ
illi
part
spec
tes

Solem posueris æneum uas & uitreum & argenteum, æneo citius calor accedit, diutius hærebit. Adijcit deinde quare hoc existimet fieri. His, inquit, corporibus, quæ duriora & pressiora densioraq; sunt, necesse est minora foramina esse, & tenuiorë in singulis spiritû. Sequitur, ut quæ admodû minora balnearia & minora miliaria citius calefiunt, sic hæc foramina occulta & oculos effugientia, & celerius seruorë sentiant, & propter easdem angustias quicquid receperût tardius reddât.

CAP. X. Hæc longe præparata ad id perducunt, de quo nunc queritur. Omnis aër quo propior est terris hoc crassior. Quemadmodum in aqua et in omni humore sex ima est, ita in aëre spississima quæq; desidüt. Iam autë probatum est, oia quo crassioris solidiorisq; materiae sunt, hoc fidelius custodire calorem receptum, sed quo editior est aër, & quo longius à terrarum colluue recessit, hoc syncerior puriorq; est. Itaq; Solem non retinet, sed uelut per inane transmittit, idè minus calefit.

CAP. XI. Contra autë quidam aiunt cacumina montium, hoc calidiora esse debere, quo propiora Soli sunt. Qui mihi uidentur errare, quod Apenninû et Alpes et alios notos ob eximiam altitudinë montes, intantû putant crescere, ut illorû magnitudo sentire solis uiciniam possit. Excelsa sunt ista quamdiu nobis comparantur: at uerò ubi ad uniuersum respexeris, manifesta est omnium humilitas. Inter se uincuntur, & uincüt. Cæterum intantum nihil attollitur, ut collatione totius nulla sit uel maximis portio quod nisi esset, nõ diceremus totû orbë terrarû pilã esse. Pile proprietates est cû æqualitate quadam rotûditas, æqualitatë aut hanc accipe, quã uides in lusoria pila. Nõ multû illi cõmissuræ & rimæ earû nocët, quo minus par sibi ab omni parte dicatur: quò in hac pila, nihil illa interualla officiant ad specië rotundi, sic nec in uniuerso quidë orbë terrarû, editi mōtes quorû altitudo totius mûdi collatione cõsumitur. Qui dicit
altiore



*laxamentū
sibi parat,
indomita

terræ motu raritate facta, aut per nouum uulnus emicuit. Ita eius uis tanta non potest cōhiberi, nec uentū tenet ulla compages: soluit enim quodcumq; uinculum, & omne onus fert secum, infususq; per minima, *laxamentū super atus indomita nature potētia liberat, utiq; cū concitatus, sibi ius suum uindicat. Spiritus uerò inuicta res est, nihil enim erit quod luctantes uentos, tempestatesq; sonoras imperio premat, ac uinculis & carcere frenet. Sine dubio poētæ hunc uoluerāt uideri carcerem, in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc nō intellexerunt, nec id quod clausum est esse adhuc uentū, nec id qđ uētus est posse iā claudī. Nā quod in clauso est, quiescit, & aëris statio est. Omnis in fuga uentus est. Etiamnum & illud accedit his argumentis, per quod appareat, quod motū efficit spiritus, quod corpora quoq; nostra non aliter tremunt, quā si spiritum aliqua causa conturbat, cū timore contractus est, cū senectute languescit, & uenis torpentibus marcet, cū frigore inhibetur, aut sub accessioni cursu suo deijcitur. Nam quamdiu sine iniuria perfluit, & ex more procedit, nullus est tremor corpori. Cum aliquid occurrat quod inhibeat eius officium, tunc parum potens perferendis his quæ suo uigore tenebat, deficiens concutit, quicquid integer tulerat.

CAP. XIX. Metrodorum Chium necesse est audiamus, quod uult sententiæ loco dicentē. Non enim permitto mihi nec eas quidē opiniones præterire, quas improbo, cum satius sit omnium copiā fieri, & quæ improbanus damnare potius quā præterire. Quid ergo dicit? Quomodo in dolio cantantis uox, per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leuiter mota tamen circuit, non sine tactu eius tumultuq;, quo inclusa est: sic speluncarum sub terra pendentium uasitas habet aëra suum, quem simul alius superne incidens percussit, agitatur non aliter, quā illa de quibus paulo ante retuli, inania

indito

indito clamore sonuerunt.

CAP. XX. Veniamus nunc ad eos qui omnia ista quæ re-
tuli in causa esse dixerunt, aut ex his plura. Democritus plura
putat. Ait enim motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua,
aliquando utroq; & id hoc modo profequitur. Aliqua pars ter-
re concaua est, & in hanc aquæ magna uis confluit. Ex hac
est aliquid tenue, & cæteris liquidius. Hoc cum superueniente
grauitate reiectū est, terris illiditur, & illas mouet. Nec enim
fluctuari potest sine motu eius, in quod impingitur. Etiamnum
quomodo de spiritu dicebamus, de aqua quoq; dicendum est.
Vbi in unum locum congesta est, & capere se desijt, aliquo in-
cumbit, & primo uia pondere aperit, deinde impetu. Nec enim
exire nisi per deuexū potest diu inclusa, nec in directū cadere
moderate, aut sine concussionē eorū, per quæ & in quæ cadit.
Si uerò cū iam rapi cœperit aliquo loco substitit, & illa uis
fluminis in se reuoluta est, in continentē terram repellitur, &
illam, * qua parte maxime pendet, exagitat. Præterea aliquando
ma defacta tellus, liquore penitus accepto, altius sedit, et fundus
ipse uiciatur, tūc ea pars premitur, in quam maxime aquarum
urgentium pondus inclinat. Spiritus uerò nonnunquā impellit
undas, & si uehemētius institit, eam scilicet terræ partē mouet
in quā coactas aquas intulit. Nonnunquā * in coacta itinera cō-
iectus, & exitum quærens, mouet omnia: terra autē penetrabi-
lis uentis est, & spiritus subtilior est, quā ut possit excludi,
& uehemētior, quā ut sustineri concitatus ac rapidus. Omnes
istas esse posse causas Epicurus ait, pluresq; alias tentat, &
alios, qui aliquid unum ex istis esse affirmauerunt, corripit,
cum sit arduū de ijs quæ coniectura sequenda sunt, aliquid cer-
ti promittere. Ergo, ut ait, potest terram mouere aqua, si par-
tes aliquas eluit, & abrasit, quibus desijt posse extenuatis susti-
neri, quod integris ferebatur. Potest terram mouere impressio
spirit

* qua parte
tendit exagi-
tat maxime

* in terrenis
itinera

*urereatur

continuum, sed ex interuallis emicantem, fulminum more, quoties ardor inferius iacens, superũ p̄odus euicerat. Deinde saxa cõuoluta, rupesq; partim illæ se, quas spiritus antequã uerteretur expulerat, partim exese & in leuitatem pumicis uersæ, no uisime cacumen exusti montis emicuit. Postea altitudini adiectum, & saxum illud in magnitudinẽ insule creuit. Idẽ nostra memoria, Valerio Asiatico cõsule iterũ accidit. Quorsus hæc retuli: ut appareret nec extinctũ ignẽ mari superfuso, nec impetũ eius, grauitate ingētis undæ prohibitũ exire, Ducetorum passuum fuisse altitudinẽ Asclepiodotus Posidonij auditor tradidit, per quã disruptis aquis ignis emerfit. Quod si immensa aquarũ uis, subeuntũ ex imo flammarũ uim non potuit cõprimere, quanto minus in aere extinguere ignem poterit, nubium tenuis humor & roscidus? Adcõ res ista nõ habet ullã morã, quæ contra causas ignium sit, quos nõ uidemus emicare, nisi impendente cælo, serenũ sine fulmine est. Non habet istos metus dies purus, nec nox quidem nisi obscura nubibus. Quid ergo? Non aliquando etiam apparentibus stellis, & nocte tranquilla fulgurat? Sed scias licet nubes illic esse, unde splendor effertur, quas uideri à nobis terrarũ tumor nõ sinit. Adijce nunc quod fieri potest, ut *nubes summæ & humiles attritu suo ignẽ reddant, qui in superiora expressus, in parte syncera puraq; cœli uisatur, sed fit infordida.

*nubes sudæ
& hum.

CAP. XXVII. Tonitrua distinxere quidam ita, ut dicerent, unum esse genus, cuius sit graue murmur, quale terrarũ motũ antecedit, clauso uento & fremente. Hoc quomodo illis uideatur fieri dicam. Cũ spiritũ intra se clausere nubes, in concavis partibus earum uolutatus aër, similitẽ agit mugitibus sonum raucũ & æqualem, & continuũ. Itaq; etiam ubi illa regio humida est, exitum claudit. Ideõ huiusmodi tonitrua uenturi prænuncia imbris sunt. Aliud genus est acre, quod crepitum

magis

magis dixerim, quàm sonū qualē audire solemus, cū super caput alicuius dirupta uestica est. Talia eduntur tonitrua, cū globata dissoluitur nubes, & spiritum quo distēta fuerat emittit. Hoc proprie fragor dicitur, subitus & uehemēs, quo edito cōcidunt homines & exanimantur, quidā uerò * uiui stupent, & in totum sibi excidunt, quos uocamus Attonitos, quorum mentes sonus ille cœlestis loco pepulit. Hic fieri illo quoq; modo potest, ut inclusus aër caua nube & motu in ipso extenuatus diffundatur. Deinde cum maiorē sibi locū querit, à quibus inuolutus est, sonum patitur. Quid autem? non quemadmodū illis manus inter se plausum edunt, sic illis arum inter se nubium sonus potest esse magnus, quia magna concurrunt inter se?

*humi stupent

CAP. XXVIII. Videmus, inquit, nubes impingi montibus, nec sonum fieri. Primum omnium non quocunq; modo impulsæ sunt tonant, sed si apte sunt cōpositæ ad sonū edendum. Auersæ inter se manus collisæ non plaudunt, sed palma cum palma collata plausum facit. Et plurimū interest, utrum caue cōcutiantur, an planæ & extentæ. Deinde nō tantū nubes ire oportet, sed agi magna ui & procellosa. Etiam mons non scindit nubē, sed digerit, & * propriam quamq; partem eius soluit. Ne uestica quidem quocunq; modo spiritum emittens sonat. Si ferro diuisa est, sine ullo aurium sensu exit. Rumpi illam oportet ut sonet, non secari. Idē de nubibus dico, nisi multo impetu dissolutæ, non sonant. Adijce nunc, quod nubes in monte actæ nō franguntur, sed circum funduntur in aliquas partes montis, arboris ramos, frutices, aspera saxa, & eminentia. Et ita discutuntur, & si quem habent spiritum, multifariam emittunt, qui nisi uniuersus erumpit nec crepat. Hoc ut scias, uentus qui circa arborem funditur, sibilat, non tonat. Lato (ut ita dicam) ictu, & totum globum semel dissipante opus est, ut sonitus erumpat qualis auditur cum tonat.

*primam

6

*motū & oc
cursumpræ-
dicat 7
* in ea dire-
xerit.

redigi quidem possunt, ob nimium remotam conuersationem. Cæterum nullum animal est, quod non * motu & occursum suo prædicat aliquid. Non omnia scilicet, sed quædam notantur, Auspiciū est obseruantis. Ad eum itaq; pertinet, qui * induxerit animum. Cæterum & illa quæ percunt. Quinq; stellarum potestates Chaldæorum obseruatio excepit. Quid tu? tot milia illa syderum iudicas otiosa lucere? Quid est porro aliud, quod errorem incutiat peritis natalium, quàm quod paucis nos syderibus assignat, cum omnia quæ supra nos sunt, partem sibi nostri uindictent? Submissiora forsitan in nos propius uim suam dirigunt, & ea quæ frequentius mota, aliter nos, aliter cætera animalia prospiciunt. Cæterum & illa quæ aut immota sunt aut propter uelocitatem uniuerso mundo parem immotis similia, non extra ius dominiumq; nostri sunt. Aliud aspice & distributis rem efficis tractas. Non magis autem facile est scire quid possint, quàm dubitari debeat, an possint.

CAP. XXXIII. Nunc ad fulmina reuertamur, quorum ars in tria diuiditur. Quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus. Prima pars ad formulam spectat, secunda ad diuinationem, tertia ad propiciandos deos, quos bona rogare oportet, mala deprecari. Rogare, ut promissa firment: deprecari, ut remittant minas.

*mutatur.
CAP. XXXIII. Summā esse uim fulminum iudicant, quia quicquid alia portendūt, interuētus fulminis tollit. Quicquid ab hoc portēditur, fixū est, nec alterius ostenti significatione * minuitur. Quicquid exta, quicquid aues minabuntur, secundo fulmine abolebitur. Quicquid fulmine denunciatum est, nec extis, nec aue cōtraria refellitur. In quo mihi falli uidētur. Quare? Quia ueris uerius nihil est. Si aues futura cecinerūt, nō potest hoc auspiciū fulmine irritum fieri. Aut si potest, non futura cecinere. Non enim nunc auem comparo & fulmen, sed

duo ueri signa, quae si unum significant, paria sunt. Itaque si fulminis interuentus submouet, extorū uel augurū iudicia, male inspecta exta, male obseruata auguria sunt. Non enim refert utrius rei maior potentiōrue natura sit, sed * utra uim attulit, * utra res fidem tulit, signum quantū ad hoc par est. Si dicas flammæ uim maiorem esse, quàm fumū, non mentieris, sed ad indicandū ignē idē ualeat flamma, quod fumus. Itaque si hoc dicunt, quoties extra aliud significabunt, aliud fulmina, fulminū erit autoritas maior, fortasse consentiā: sed si hoc dicunt, quāuis altera signa uerū prædixere, fulminis ictus prior deleuit, & ad se fidem traxit, falsum est. Quare? quia nihil interest, quàm multa auspitia sint, fatum unum est, quod si bene primo auspicio intellectum est, secundo non interit, idem est.

CAP. XXXV. Fatum fulmine mutari nō potest. Quid nī? Nā fulmē ipsum fati pars est. Quid ergo expiationes procurationesq; quō pertinet, si immutabilia sunt fata? Permite mihi illā rigidā sectā tueri eorū, qui excipiūt ista, et nihil aliud esse existimāt fata, q̄ agræ mētis solatia. Aliter ius suū peragunt, nec ulla cōmouētur prece, nō misericordia flectūtur, non gratia. Seruāt cursum irreuocabilē, ingesta ex destinato fluūt. Quēadmodū rapidorū aqua torrentiū in se non recurrit, nec moratur quidē, quia priorē superueniēs præcipitat: sic ordinē fati æterna series regit, cuius hæc prima lex, stare decreto.

CAP. XXXVI. Quid enim intelligis fatum? Existimo necessitatē rerū omnium actionumq; quā nulla uis rūpat. Hanc sacrificijs, & capite niuæ agnæ exorari iudicas, diuina non nosti. Sapiētis quoq; uiri sententiā negatis posse mutari. Tanto magis dei, cū sapiens quid sit optimū in præsentia sciat, illius diuinitati omne præsens sit. Agere tamen nunc eorū uolo causam, qui procuranda existimant fulmina, & expiationes non dubitant prodesse, aliquando ad submouēda pericula, aliquan-

aiebat CAESTIVS, quoties aliqua uox poneretur, ne ad
 illam quasi ad sententiã decurramus, sicut in hac apud Cæstium
 quidã auditor hoc modo cœpit. Ut uerbis ducis uestri scilicet,
 iudices, incipiam, Caueite proditiõẽ: sic finiuit declamationem
 ut diceret, in quibus uitam finit imperator, caueite proditiõẽ.
 Hoc sententiæ genus CAESTIVS hoc uocabat, & dicenti
 discipulo statim exclamabat ut in illa suasoria in qua
 deliberat Alexander, an Oceanum nauiget, cum exaudita uox
 esset, quousq; inuictẽ ab ipsa uoce quidam cœpit declamare, et
 in hanc desijt. Ait illi Cæstius desinenti. Et alter cum
 descriptis Alexandri uictorijs, gentibus perdomitis, nouissime
 poncret, quousq; inuictẽ, exclamauit Cæstius, tu autẽ quousq;
 OTHO PATER hoc colore usus est pro patre, dixit enim
 molestum fuisse imperatori, quod illum suffixum legati intue-
 bantur, itaq; ut ab hoc illo spectaculo urgeret, & exoneraret
 uerecundiam suam, id dixisse, quo audito festinarent, itaq; di-
 xisse illum, non Caueant proditiõem, sed Caueite, quasi ipsis
 legatis esset periculum ne proderentur.

CONTROVERSIA XXIII.

RApta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.
 Qui dicebatur raptor negauit se rapuisse, iudicio uictus
 uult ducere, illa optionẽ petit. ALBVTII SYLLI. Præ-
 terquam quod in omni discrimine periculosa libertas est, me-
 ruit puella ut taceremus, misericors in nos etiam antequam ro-
 garemus fuit, inhumana libertas est, si uincimus aduersus iudi-
 ces. Non oportet tibi amplius quàm semel optare, omnis nimia
 potentia saluberrime breuitate constringeretur: qui potest con-
 demnare, possit semel, qui potest occidere, possit semel, aut si
 qua iteratio recipi potest, in pœnitentiã mortis recipienda est.
 Proponite uobis iam supplicij causam, faciam carnificem, sicut
 tamen hoc semel liceret, mecum est, exorata sum, cõde gladium,

irati

irata sum, repete optionem, & non semel, mori satius est, occi-
 de iam non uitiatorē, sed uirum PORTII LATRONIS.
 Periculosius est negare raptum quàm cōmisisse, in hanc per-
 turbationem adolescens perductus erat, ut ignoraret, quid fe-
 cisset, non refugiebat tamen puellæ nuptias, fāuebat tantum si-
 bi, ut innocens duceret: itaq; nihil aliud petit quàm libertatem,
 ut honestius duceret. Ita apud uos iudices, tutius est peccare
 quàm crubescere. Dignior poena erat, si id peccasset, quod me-
 muisse posset. Exurge adolescens & sine ullo respectu pudor-
 is ad pedes te puellæ demitte, accedite & uos amici propin-
 quiq; & tu mater & pater, quid te puella hæc, & quid te ho-
 ram lachrymæ mouent? Non eo inquit, ad illum magistratū,
 non dissimulo, metuo te puella, si nusquam rogari uis, nisi ubi
 occidere potes. Grauius punior nunc, cum me peccasse pudet,
 quàm cum peccaui. Quæ post iniuriam ignoscit, perdit miseri-
 cordiam. CAESTII PII. Venit ad uos uestro beneficio
 retenturus puellæ beneficium, optauit nuptias, neq; adhuc scie-
 bat, quàm uerecundum maritum esset habitura. Uitiatorem
 dimisisti, uirum occides? aiebat iudex, quid habes, quod tam
 pertinaciter neges? nuptias optat, minus est ergo quod uitia-
 uit, quàm quod negauit. Q. HATTERII. Non sum, in-
 quit, optatura mortem, sed uolo mihi licere & mortem optare,
 quam potestas ista delectat crudelis est. BLANDI, ergo
 nos iniuriam periculosius negauimus quàm fecimus. IUNII
 GALLIONIS Quadam nocte, quid dicam? iam negare nō
 audeo, non diligenter causa mea acta est, dum nihil timetis, fa-
 cilius me puellæ credidistis. Confitendum est uitium nostrum,
 nos nuptijs fecimus moram. Siue adhuc esset uitiata siue non
 esset, uisa est indigna matrimonio, quæ hominem posset occi-
 dere. Tibi consulebam, ne dicereris uitiatori nupta, si per te
 licuisset, honestiorem maritum habuisses, tu negasti. O homi-

sed in plebeiis hominibus maior moderatio magis laudanda est. Et infrà. Aut in diuersis aut in neutris fuisse partibus.] Aduersis legendum puro contra omnia exemplaria, non diuersis. Et infrà. Gratissimum putant genus ueniæ.] Lege putauit, non putant, ex uetere lectione.

CAP. XXV. Aut tepidior aqua potui erogata.] Quædam exemplaria, aut tepidior aqua potuero. Alia, aut tepidior aqua potus ero. Alia, aut tepidior aqua potaturo. Et infrà. Ut ægræ & infelicis ualitudinis est.] Scribe, ægræ & infelicis ualitudinis est, ex uetere lectione. Et infrà. Miridem aiunt fuisse.] Mindyridem non miridem, eadem. Et infrà. Vetuit illud opus in conspectu suo facere.] Exemplar Pincianum illum legit, non illud. Et infrà. Aut obuersatus canis.] Exemplar Facundi & Primitiui, aut obuersatus calix, & infrà.

CAP. XXVI. Sine consensu sunt.] Sine sensu sunt. Vetus lectio. Et infrà. Sic & mutis animalibus, quia nulla iniuria nisi à consilio profecta faciunt.] Exemplaria duo Franciscanum & Facundi Primitiui hunc locum sic legunt, sic & multis animalibus, quæ nullam iniuriam nobis faciunt, quia uelle non possunt. Non est enim iniuria nisi à consilio profecta.

CAP. XXVIII. Alios per nos facere.] Vetus lectio. Alios pronos facere. Et infrà. Et eos qui uolentes scientesq; faciunt.] Scribe, Etiam eos qui uolentes. cætera, ex eadē. Et infrà. Ad singula quibus offenditur dixerit. Is qui nullius non uxorem.] Castiga, Ad singula quibus offenditur dixerit. Hæc & ipse commisi. Sed ubi tam æquum iudicem inuenies? Is qui nullius non uxorem, ex exemplari Facundi & Primitiui. Et infrà. Pudicitiam seruorum suorum attentari non uult.] Seruulorum, non seruorum, uetus lectio. Et infrà. Tempestiua filii conuiuia.] Vitia non conuiuia, eadem. Et infrà. Hæc ab illo pœnæ initio non ut ignoscat.] Corrige, Hoc ab illa pete initio. Non ut ignoscat, ex eadem.

CAP. XXIX. His quæ, narrata sunt.] Omnis scripta lectio. De his quæ narrata sunt. Et infrà. Ut uideatur diluuisse factam.] Diluuisse, non diluuisse, eadem. Et infrà. Quo sæpius ad manum uenerit.] Quo sæpius ad manum uenit, eadem. Et infrà. Iam uerum iamque.] Eadem, Iam enim iam. Et infrà. Alioquin unquam tibi dicā.] Scribe ex eadē. Alioqui nihil unquam tibi dicā.

CAP. XXX. Ut illi donanda iniuria eius sit.] Omnis antiqua lectio, ut illi etiam iniuria eius sit. Corrigendum reor, ut illius iam iniuria ius sit. Et infrà. Mulier est errat.] Emendandum arbitrat

arbitror. Mulier est, Erat, ut sit sensus. Muliebrem errorem ignoscendum esse. Erat enim mulier. hoc est sexus in errores prouenit.

Et infra. Quædam quæ non sunt superauerint.] Scribe, quædam quia non sperauerint, & mox statim putamus, non putauimus, ex uetere lectione.

CAP. XXXI. In se nolit alteri.] Verbum, alteri, superuacuum est, ex eadem. Et infra. Aut ignorantia nos itaque.] Scribe, Aut ignorantia nos itaque rerum, ex eadem. Et infra. Infidiosos amicos.] Infidiosos animos. Exemplar Facundi & Primitiui. Infidos amicos codex diuæ Mariæ. Et infra. Adulantesque, Non ergo feras pudebit cum animalibus permutasse mentes.] Magna pars codicum aliter hunc locum legit, adulantesque domino feras. Pudebit cum animalibus permutasse mores. Et infra. Ergo & homines.] Scribendum reor, ergo & homo unus. Et infra. Et si qua morsu aut ictu nocent effugerimus.] Castiga. & si qua morsu, aut ictu nocent affigeremus, ex codice Facundi & Primitiui.

CAP. XXXII. Inhumanum uerbum est, & quidem pro iusto receptum ultio, & talio non multum differt nisi ordine.] Idem exemplar duorum tantum uerborum locum commutat, hoc pacto. Inhumanum uerbum est, & quidem pro iusto receptum ultio, & talio multum non differt nisi ordine. Corrigendum reor, Inhumanum uerbum est, & quidem pro iusto receptum ultio, & à contumelia non differt nisi ordine. Et infra. Si tanquam ad remedium sine ira ueniamus.] Scribe, si tanquam ad remedium uenimus sine ira ueniamus, ex uetere lectione.

CAP. XXXIII. Quos læserunt & oderunt.] Exemplar Facundi & Primitiui addit particulam, quod, ut sit, quod quos læserunt & oderunt. Et infra. Et gratias agendo de ipsis.] Postrema duo uerba, de ipsis, non habentur in ullo scripto exemplari. Et infra. Immunditiis eius & incultioribus capillis offensus.] Vetus lectio econtrario, munditiis eius & cultioribus capillis offensus. Et infra. Contempseret Romanum patrem.] Legendum puto, contempseret Romanum patrem.

CAP. XXXIII. Ad quas si manum admoueris ora conuertunt.] Exemplar Facundi & Primitiui, quas si manu amoueris ora conuertunt. Et paulò ante dictio, ut, superfluit, ex exemplari Franciscano in quo legitur, Mures & formicæ. Sed considerandum an ordine uerborum erratum sit. Forte enim Seneca sic scriptum